BIBLIOTHECA SANCTORVM ET ANTIQVORVM PATRVM CONCIONATORIA

In Qua

OMNIVM FERE PATRVM ET ANTIQVORVM Doctorum ad Annum M. D. Conciones Homiliæ, Orationes & eiusmodi alia summatim exposita; seruato ordine temporis & Festorum Ecclesiæ proponuntur.

Prim... à R. P. PETRO BLANCHOT *Parisino, Ordinis Minimorum Concionatore tum: postea à* R. P. MICHAELE DE LA NOVE, *eiusdem Ordinis & ciuitatis Prædicatore Mille quadringentis sermonibus auctior collecta & concinnata.*

TERTIA EDITIO.

A R. P. PETRO PIARTIO Parisino eiusdem Professionis Theologo & Concionatore multis partibus quibus cruces præfiguntur locupletata & correctior reddita.

Cum indice quadruplici Concionum, Auctorum, locorum Sacræ Scripturæ, & materiarum.

PARISIIS,

Apud { FRANCISCVM CLOVZIER, In Platea Reorum Palatij. ET GERVASIVM CLOVZIER, Ad Gradus Sanctæ Capellæ.

M. DC. LIV.

Cum Priuilegio Regis, Et Approbatione.

ILLVSTRISSIMO PRÆSTANTISSIMOQVE VIRO DOM.

D. IACOBO BORDIERIO RAINSIORVM TOPARCHÆ REGI AB interioribus & sanctioribus Consilijs, atque Aerarij Gallici præfecto.

SVperioribus annis, Vir Illustrissimè, *Lanouius è duobus iunior, quem meum iure appellauerim, non modo professionis fraternitate, sed sanguinis quoque coniunctione, ex sorore nepos; admiratione æquè ac veneratione ductus tui ingenij, tuæ scientiæ, probitatis, dignitatis, amicitiæ, beneuolentiæ tàm singularis, quam communis in omnes, etiam nostri instituti homines, auctam suo labore ex Blanchoto Bibliothecam Patrum Concionatoriam, tot nominibus tuis bene meritam, tot perfectionibus & titulorum insignibus adornandam, tuis auspicijs laboris sui primitias dicauerat, consecrauerat. Faustum fuit apensum illi ad frontem nomen omni commendatione dignissimum, omni celebritate superius: & breui, quod ex se expostulare non poterat, hoc titulo innotuit, diffusa est per totum orbem, in manus deuenit omnium, distributa est. Nil cursum illius retardare potuit: non mendorum varietas, operarum deformitas, chartæ fuscus nimium color, cæteraque eiusmodi quæ lectorem potuissent auertere; ex quo benigno oculo tibi placuit, & inter tua recepta est. Quid igitur fortunatum non expectet ab eodem genio tuo, cum accessione noui decoris quod iam promittit & exhibet? Aut cui meliori titulo redderem nouis accessionibus locupletatum opus, mendis prout licuit expurgatum, melioribus typis notatum, nitidiori materia impressis, quàm antiquo suo patrono & benefactori? Excreuit opus, fateor ac viginti & amplius. Patrum & doctissimorum virorum lucubrationibus exornatur. At quis etiam nesciat,* Vir Illustrissimè, *ex eo tempore quo ad te prodijt hæc Bibliotheca, te quoque & ingenio & probitate, & merito, dignitate & fortunis omnibus apud Deum, & apud homines excreuisse? Quod mirantur omnes, quamuis non æqua mente; probi laudant, applaudunt, extollunt; improbi inuident, ogganniunt, dicteriis insectantur quod vellent assequi, impares viribus & officijs in Rempublicā Addo & in Deum. Hinc enim fit vt sub ignotis & aliundè mutuatis nominibus lateant;*

& omnino caueant, quod pruritus calumniandi ex eorum calamo excusit, illis autoribus esse euulgatū. Sciunt enim aut tales omnino se esse quales alios fingunt: aut improborum esse latere, ne deprehendantur, & iusta supplitia exoluant. De his Christus lux mundi, vltor criminū, maledicorum insectator: Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Sed mitto nebulones istos & Sycophantas, quos licentia bellorum ciuilium genuit, & pax ab omnibus speranda extinguet. Et ad te redeo Præstantissime vir, *hocque intueor opus quod amplitudini tuæ rependo. Magnum planè non tàm mole, quàm optimorum æstimatione. Continet tot mundi luminum lucubrationes, tot sanctorum miracula, oracula dico; tot Patrum ornamenta & antiquitates; Profundissimam omnium fermè Doctorum Theologiam, scripturarum elucidationes perpetuas, morum sapientissimas informationes, Thesaurum sapientiæ & scientiæ absconditum reserat, effodit, exponit gratis comparandum. Et ne pusillorum terreatur animus, voluminum & operum immensitate, ita cuncta colligit, vt sub vno aspectu multa simul possint comprehendi. Habet igitur amplitudinem virtutis & pretij.*

Ecquid satis amplum rependerent Minimi, amplissimæ in illos beneuolentiæ vestræ? Ampla tibi sunt omnia mens, ingenium, consilium, dilectio, dignitates, fortuna, virtutes; in Rempublicam, Regnum, tuos, & extraneos beneuolentia & officia. Quid-ni & quæ rependuntur meritis tuis monimenta? Prodeat vtinam in hunc finem & hæc Bibliotheca, fœlici successu, auspicijs nixa viuentis Bibliothecæ in sinu mentis tuæ recondita, cuius & illa testis est fidelissima, quam è melioribus libris, tàm impressis, quàm manu-scriptis apud te immensis sumptibus, studio indefesso, solicitudine continua & multorum annorum materialem collegisti & adornasti. Pereant funesto casu illa quæ anima sua, dico possessori: optima litteratura destituuntur; velut riuuli è suo fonte euulsi. Subsistat quam comparasti tibi, & quotidie ditiorem reddis, tuo tota animo, tua scientia illustrata & viuens; quam spes est & à posteris studij amantissimis successiue conseruandā. Si tale iudicium est tua, quā tua est; sit & mea hæc tui iuris, vt apud populos viuat, serpat fructificet eodem tuo ducta spiritu. Nihil meum, aut antecessorum meorum in ea deprehendatur, nisi aut quod vitiosum forte fuerit; aut, quod prætendit, amoris erga te mei & singularis obseruantiæ monimentum quo me titulo subscribo.

Tuus ad omnia in Domino seruus & addictissimus,
Fr. PETRVS PIIART Minimus.

E Conuentu Minimorum Parisiensi hac luce prima Iunij Anni 1653.

INDICVLVS PATRVM qui huic operi anneċtuntur editione tertia.

S. ADelmus Abbas.
B. Albertus Magnus Epiſcopus,
S. Alcimus Auitus Epiſcopus.
S. Antiochus Abbas Lauræ.
S. Chromatius Epiſcopus.
S. Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus.
Georgius Monachus Epiſcopus.
Ioannes Nepos Syluanus Hieroſolim. Epiſcopus.
Ioannes Thaulerus Dominicanus.
S. Laurentius Nouarienſis Epiſcopus.
Leo Auguſtus Imperator.
Leontius Presbyter Conſtantinopolitanus.
Leontius Neapoleos Epiſcopus.
Pantaleon Presbyter Bizantinus.
Petrus Bleſenſis Archidiaconus.
S. Proclus Conſtantinop. Epiſcopus,
Rabanus Maurus Epiſcopus.
Theofridus Abbas Vicenas.
Theophanes Cerameus Epiſcopus.
F. Thomas à Villanoua Epiſcopus.

Ex alijs etiam pleraque innouata, & quæ Manus ſcriptorum priorum effugerant, reſtituuntur, cruce prænotata reperies.

ã iij

IESV CHRISTO.

LVMINI DE LVMINE
DEO VERO DE DEO VERO
ÆTERNI PATRIS FILIO, SINE TEMPORE COÆTERNO.
VIRGINIS MATRIS EX TEMPORE NATO ET FILIO.
VERBO EX SINV PATRIS, INCREATO.
E MATRIS VISCERIBVS VERBO CREATO.
OMNIVM CREATVRARVM FACTORI POTENTISSIMO.
SAPIENTVM SAPIENTISSIMO.
AMANTIVM AMATORI ARDENTISSIMO.
DIGNISSIMO CONCIONATORVM CONCIONATORI
BIBLIOTHECARVM PERITISSIMO CONDITORI
ANIMARVM RECTORI PRVDENTISSIMO.
MIRACVLORVM OPERATORI FACILLIMO.
SVAVISSIMO CONVERSIONVM AVTORI.
MERITORVM REMVNERATORI ÆQVISSIMO.
HAS SVORVM STVDIORVM, ET LABORIS SVI PRIMITIAS
DICAT ET CONSECRAT
FRATER MICHAEL DE LA NOVE.
MINIMORVM MINIMVS.

PROFERT DE
THESAVRO SVO
NOVA ET VETERA.
MATTH. XIII. VERS. LII.

R. P. PETRI BLANCHOTI Elogium inuitat operis, &c.

R. P.

PETRI BLANCHOTI

ELOGIVM.

INVITAT operis quod in publicum damus ipsa necessitas, vt quam habet apud nos Blanchoti memoria venerationem, ea per nos quoque transmittatur ad externos, apud quos non minor esse potest Autoris quàm operis gratia, si quem à scripto fructum capere possunt, exquirant etiam ab exemplo. Natus est Blanchotus Lutetiæ Parisiorum, quæ vt Gallici sedes imperij, sic & bonarum Regia est literarum, magnorumque ingeniorum mater & altrix, quibus hic noster non numero magis accessit quàm merito. Natalitius dies fuit qui quartus Februarii ann. 1599. Parens vterque suprà fortunam, quæ tenuis fuit & honesta, insigni morum probitate ac pietate semper enituit. Pater nomine Sebastianus è Senonensi agro in vrbem immigrauerat vbi domum sibi familiamque arte ac ingenio constituit. Mater etiamnùm superstes & octogenariâ maior, nomen illi Ioanna Guinguand, viuida & robusta senectute nos finit ambiguos cur tàm breui æuo filius consumptus est Quanquam eius testimonio certi sumus tàm dubiâ & afflictâ sub primos annos valetudine illum laborasse, vt de vita non semel in peius Medici iudicauerint, nec firmiorem multò fuisse adolescentiam, frequentibus illam morbis & grauibus intercisam, quos inter maiorem quàm pro ætate patientiam ipse semper exhibuerit. Sed alia certè animi & ingenij quàm corporis conditio. Erat nimirùm illi calidum & æstuans ingenium, irrequies & infatigabilis animus, vt inde frangi corpus ac deponi nemo non intelligeret. Abstrahi tamen à literarũ studio non potuit, quarum erat tàm auidus vt mallet sine cibo & potu perstare, quàm ab illis tantisper abstinere. Curabant igitur magistri apud quos operam ponebat, vt intempestiuo & immodico ardori saltem moderarentur, & ex aliorum tarditate illius approperationem celeritatemque retardarent, plus enim ipse in diem quàm per totam cæteri hebdomadam promouebat. Ex hoc factum vt è Scholis ad audiendos insigniores verbi diuini præcones sæpius diuerteret, ac iam tum scripto conciones excerperet quas audierat, sæpiùs etiam apud domesticos impetratâ per magnam importunitatem audientiâ recitaret, tàm modulato vocis tono, tàm præsenti memoriâ vt ab his indiciis quò esset indoles illa euasura satis appareret. Atque huic studio & reliqua vitæ ratio moresque ipsi respondebant. Sensus illi castimoniæ ab ipsâ vt ita dicam naturâ haustus acceptusque inerat, vt nihil dictu fœdum ac turpe ab ipsa pueritia audire sustinuerit, tantùm abest vt verbum ei aliquod minus castum aliquandò exciderit. Petulantes ac lasciuos (vt fere fit) condiscipulos suâ præsentiâ in officio continebat, ea tum scilicet fuit morum grauitate vt eum omnes planè reuererentur. Itaque domestici famuli ferre licentiam non potuit qui ad aures illi turpia suggesserat, egitque cum patre vt continuò ille domo pelleretur, sin minùs abiturus ipse, vt lasciui nebulonis contubernium effugeret. Quod tempus è studiis reliquum erat, impendebat totum orationi aut grauibus curis & indole suâ dignis siue acta sanctorum priuatim relegens, siue opere ipso præstans quod legerat. Inter hæc de perpetuo vitæ statu deliberans animum ad religiosam professionem adiecit, captoque consilio & interrogata conscientia (quanquam & æqualium quorundam exemplo quo-

que fuit incitatus) Ordinem Minimorum appetiuit. Sed non pro eo atque ardenter ad hoc vitæ institutum propendebat facilis fuit aditus. Cùm enim diu multumque se candidatum prætulisset, & iteratis precibus ambiuisset quod optabat, repulsam post omnia passus est & cum pudore dimissus. Non tamen despondit animum, sed fortiùs haud multò post insistens votorum compos factus est, ac posito tyrocinij anno eum ordinem est professus quem tantopere concupierat. Quod datum illi ad diem 11. Maij ann. 1617. Per vestigia indolis suæ ire pergens sub optimo professore R. nimirum P. Ioanne Kermarek in Viceunensi secessu (quo non est aptior Musis locus) operam Theologiæ dedit, per id tempus nescio quâ conscientiæ vexatione (scrupulos vocant) exagitatus, quod pristinā mentis incitationem attemperauit veriùs quàm retardauit, sed cum incremento pietatis, absque quâ inanis & vana est omnis tractatio literarum. Non enim aliud erat quod eum angeret quàm ne per studia literarum refrigesceret aut imminueretur sensus fructusque pietatis. Rediit igitur ex hoc geminatum lucrū, vt è scholis non minùs pius quàm doctus & eruditus euaderet. Ita factum vt per superiores tantò certiùs statim admoueretur ad Ecclesiastica ministeria, quantò maiores in pietate pariter ac literis radices egerat. Vix per ætatem Sacerdotio erat inauguratus cum cœpit conciones habere tanto successu plausuque ac approbatione omnium, vt è veteranis plures optarent ibi desinere vnde incipiebat. Cum ergò sub id tempus erecta de nouo fuisset Burgundiæ Ducatus Prouincia, essentque Patres ex hac Franciæ Prouinciâ delecti, qui eius curam capesserent euocauerunt illi ad se nouum strenuumque operatorem, qui hac mutatione aëris (licet hoc etiam ad documentum obseruare) liberatus est à conscientiæ angustiis. Quod factum magis crediderim ex labore qui magnus illi multusque incubuit, hoc insuper consecutus ex impigrâ & multimodâ exercitatione vt cum ad singula idoneus aptusque factus esset, sufficeret demùm ad omnia quæ & simul inualescentibus continuò viribus infracto animo est complexus. Tota enim deinceps vita nihil aliud egit, quàm vt, cum ad omnes suæ professionis functiones promptus esset atque expeditus, tum nulla per eum quoad vires humanæ ferebāt & si quid est vltra vacaret. Adeò continuus fuit & assiduus in animarum negotiis, siue verba faceret ad populum, siue noxis per confessiones expiandis insudaret, siue ad perfectiorem viuendi modum erudiret, siue ad opus alios sedula prouocatione stimularet, vt de solido die nihil sibi reliquum facere videretur, cum interim de nocte tam conciones elucubraret, quàm in elaborandis libris versaretur: ita vacans singulis vt par omnibus esset, ita complexus omnia vt incumbere vni tantummodò videretur & crederetur. Sic nimirum agebat quod erat de præsenti pertractandum vt non videretur ad reliqua quandoque rediturus, intentus vni quidem cum attentus tamen esset ad omnia. Id quod mirum plerisque fuit, cum multi sint qui ex sua ignauia metiantur occupationes aliorum, adeoque incurrit aliquorum reprehensiones cum acerbas nonnullas, tum etiam ciuiliores modestioresque aliquas quæ ab illo tantùm nonnihil moderationis exigerent. Sed qui frangi laboribus non poterat, multò minùs vt verbis cederet aut inflecteretur adductus est. Deo militabat inexplebilis charitas, non audiebat quæ ab hominibus dicerentur otiosis illis & delicatis qui sine sudore non possunt in aliorum etiam labores intendere. Quos ille ita præteribat vt nihil aliud opponeret, quàm quod sumpserat sibi symbolum in hæc verba, *In labore requies*: & certè nisi recreatus refectusque ipso labore fuisset haud multis diebus poterat inter hæc quæ sibi accesserat onera perdurare. Indefessus tamen ille ac indefensus opus Dei per vrgebat. Quid verò mirum fatigari non potuit cuius erat pietas animi immensa, charitas in proximum summa, operis ac laboris cupiditas irrequieta? Dictum vetus; Non laborat qui amat, & quidem sine exceptione verum, si labor est qui amatur. Non eo per singulas virtutes, hoc tantùm prætendo vbi plus est virtutis minus esse consequenter laboris. Erat, cedo, Blanchoti eru-

ditio mediocris, sed hanc iouabat sagacitas in inueniendo mira, in disponendo felicitas incredibilis, facilitas denique in elaborando permaxima. Erat, & hoc volo, Blanchoti pietas temperata, sed hanc subleuabat puritas cordis eximia, industria & peritia singularis, ac demum assiduitas irremissa. Erant, non nego, Blanchoti vires defectibiles, sed poterat constantia eius impelli non euerti, patientia irritari non conuelli, perseuerantia lacessiri non interrumpi. Et ne in longum abeam primus illi ad promouendam virtutem gradus fuit qui vix plerumque est vltimus, cum vitiis odium implacabile. Atque hinc liceat de virtutibus eius ferre indicium, non accipere (quod non verentur aliqui) mortis praeiudicium. Accersiit, inquiunt, sibi mortem & fatum praeoccupauit qui tantum sibi sumpsit vt sub onere deficeret. Hic mihi Apologiam extorqueret contumelia, si non magis ad authores pertineret quàm ad tantae felicitatis reum. Non est indecora mors Christiano etiam procurata si intra poenitentiae remedia vel charitatis officia vis consistat. Imo gloriosa & sancta, illis expetenda votis quae diuina consecrauit autoritas: *Moriatur anima mea morte iustorum.* Et hoc certè Blanchoto operae pretium fuit, cum nuper à Bellouacensibus nostris electus fuisset in Superiorem atque apud eos priorem vitę modũ retineret nulli labori parcens quem antea sumpsisset, quin etiam addens & rei familiaris procurationem & patrisfamilias curam prouidentiamque in iis quae ad Deum sunt. Neque hoc onere videri potest praegrauatus, qoo anteà functus eum laude ab annis pluribus fuerat. Siue igitur mortem officiosâ impigraque charitate incurrerit, siue in pristinam valetudinem deficientibus sensim naturae viribus relapsus sit, deprehendit eum mors in validissimo & acerrimo ad virtutem conatu, quo vel nomine austeritatem illa suam omnem facilè absterserit, atque vt beata dicatur vltrò promeruerit. Non fuit autem vna mors sed multiplex, tàm varii se morbi inter se implicaoerant vt ex medicorum sententiâ essent singillatim plures mortiferi; & dignum erat vt non vna morte fungeretur qui vitam in diuersas adeò multasque functiones expenderat. Viuens vidensque se mori extremum vitae actum inter dolores composuit, & ad eum conuenientibus consolationis gratiâ consolationem ipse praerogabat, stimulosque sibi ipsi, cum eorum admiratione qui aderant, ex Euangelio, nonnunquàm ex Tertulliano (quem ex omnibus vnum maximè frequentauerat) subiiciebat. Desiit viuere inter mortales, victurus cum beatis quorum vitam fuerat imitatus & mortem demum consecutus est, die 13. Augusti ann. 1637. Desiderium sui reliquit domi forisque; doluerunt Patres optimum Concionatorem, Superiorem vigilantem & strenuum in ipso aetatis flore cum spes se melior maiorque ostentaret sublatum fuisse; doluerunt qui ab eo ad perfectionem vitae fuerant instituti Patrem sibi Praeceptorèmque charissimum atque vt multi praedicabant incomparabilem, tum eum eo magis opus haberent ereptum fuisse; doluerunt qui hominem nouerant literati omnes, vt cuius morte magni moliminis opera & in literarum decus commodumque cessura pariter extincta sint. Qui dolor ad omnes potuit pertinere quibus Idea Bibliothecae vniuersalis, quam ille publicauit, ab eo tempore in opus ipsum assiduus innotuit. Nos qui in alterius operis partem successimus, eo hortatore qui vtriusque incentor & auctor fuisse fertur, hoc insuper dedimus nostro in eum amori vt Ideam illam perire non sineremus adeòque hic in calce curaremus recudendam.

MONITVM LECTORI BLANCHOTI.

PAVCIS te volo, Lector, prinſquam in hoc Sanctuarium ingrediaris. Nec graueris moram tibi iniectam præter votum. Id bono tuo atque meo, factum non pœnitebit. Et verò quis non Sanctuarium eſſe iudicet, in quod Sancti Patres conuenerunt, vt quicumque in illud ſe penetrauerit, gloriari poſſit in plenitudine Sanctorum detentionem ſuam eſſe? Eò autem auguſtius illud eſſe intelliget, quò verbum Dei copioſius & altius per omnes partes reſonat. De limine tamen moneo ſubintroductos aliquos, qui aut nondum vindicati, aut etiam Eccleſiæ iudicio proſcripti Sanctorum nomine non veniunt, id tamen plurimum conſortio conſecuti ſunt, vt ne ſuo quiſque nomine donaretur. Id itaque beneficio dandum eſt ſocietatis fortuitæ, quam tempus & rerum ordo conciliauerunt. Ex hoc velim intelligas, cùm Euſebij Emiſeni nomen præmiſſa littera D. allegauimus, ea nos Dominum non Diuum indigetare. Quoad potui & per compendij rationem licuit, cuiuſque Auctoris, aut certè Interpretis ſtylum retinui, & ſuis quemque verbis loquentem induxi, cùm vt Lectorem meum, ſi minus vacat, ab ipſis originibus recognoſcendis & relegendis ſubleuem, & compendium faciam Auctorum ab ectypo citandorum, atque inſimul operæ penè inexhauſtæ, quod inſpectio ſatis ſuperque earum rerum curioſo demonſtrabit, tum vt ſua cuique maieſtas, quæ verbis, quibus vſi ſunt plerumque inſidet, certius & plenius conſtet. Magna religione Tomorum, Tractatuum, Sermonum numeros iniui: exſcripſi, conſeruaui, & penè in ſcrupulum degeneraui, cùm paginas quoque editionum, quas præ manibus habui, fideliter & ſtudiosè conſignaui. Ita nimirum neceſſe fuit, vt quæ per ſe ſunt ſancta, atque ſacra, ne minimùm quidem violarentur. Habebit & ex hoc Lector ſtudiorum ſuorum gratiorem fructum, nec futurum credo vt tam exactæ diligentiæ, ſtudioſum Lectorem pœniteat. Quare & gratiam inſuper referam (niſi admodum fallor) ab æquis rerum æſtimatoribus, quòd multiplici Indice ingreſſum atque exitum, non ancipitis tamen operis, inſtruxerim, ita nemo, niſi volens, in errorem vel minimum incidet, habet enim per quos inducatur, atque reducatur. Ij ſunt in Sanctuario, vt ita loquar, Æditui atque Myſtagogi, abſque quibus nefas eſt, adytorum ſecreta penetrare. Et verò tu Lector inoffenſo pede perduceris, an verò oculis etiam, non perinde ſpondeo. Quibus enim aut locis, aut rebus parcunt Operæ, dum impuris manibus præeunt & contrectant omnia, nullo ſacri aut prophani diſcrimine, Augiæ ſtabulum in templo impunè ponerent. Abſterſimus perluſtrando, quæ nos offenderant. Tu inſuper quiſquis es Lector, quæ occurrent ſubmouebis ſin minus, ſacra & legitima præfantem, reum non peragès, niſi fortè de Te benè mereri voluiſſe crimen eſt. Vale & fruere.

P I I A R T I I.

QVAM tibi Blanchotus noster, Lector beneuole, quam & Lanouius meus, instituti sui rationem teddidere, amplector & meam facio; qui vtilitati tuæ consulendum duxi: quod iam belle profuit, mutare non potui, sed nec debui. Primario operi quod vitiosum Typographorum incuria irrepserat, restitutum habes. Si quæ effugerint aut de nouo commissa sunt iniuriæ absentiæ meæ tribue. Conciones seu homiliæ quæ ex Blanchoto sunt nullis notis designantur. Quæ Lanouij, suis asteriscis ad latus primi sermonis cuiusque autoris prænotatæ sunt. Quæ nostræ, cruce ad eiusmodi initia discerni poterunt. In vno B. Thoma à Villanoua propositum excessi, quod ad annum 1500. Antecessores mei contraxerant, ratus tanti viri merita hanc à nobis exposcere gratiam, tibi non iniucundam & fructuosam. Adde his quæ supra à Blanchoto de Eusebio dicta sunt, non solum Diuum non fuisse, sed pessimè Arrianum probari. Nec verò illius esse qui sub eius nomine circumferuntur & hic referuntur sermones, siue homiliæ, sed alterius posterioris æui; fortè S. Eucherij Lugdunensis Episcopi, aut alicuius eiusdem sedis & sæculi, vt pleraque probant in iisdem homilijs, quæ multo iuniorem, & melioris fidei hominem indicant, quæ legi possunt in Apparatu Antonij Posseuinij. Irrepsêre nescio quo fato tres orationes Georgij Metropoleos Nicomed. & pag. 469. ad festum Purificationis B. Virginis Mariæ relatæ sunt, quæ tamen ad Præsentationem eiusdem pertinent mense Nouembri: quod tibi notare volui. Appendicem his annectere sum coactus: rationem reddo & eidem ad finem voluminis præfigo. Labore nostro benè vtere & vale.

Licentia & Approbatio Ordinarij.

ANdreas Du Saussay Presbyter, Iurium Doctor, Sanctæ Sedis Apostolicæ Protonotarius, Officialis Parisiensis, nec-non Vicarius Generalis in temporalibus & spiritualibus Illustrissimi ac Reuerendissimi in Christo Patris ac Domini D. Ioannis Francisci de Gondy eiusdem Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Parisiensis Archiepiscopi, Vniuersis præsentes litteras inspecturis Salutem in Domino. Notum facimus. *Bibliothecam Concionatorum auctore RR. Petro Blanchot Ordinis S. Francisci de Paula, dum viueret, Professore Theologo* (qui, vt verbis vtar Maximi Ecclesiæ Doctoris S. Hieronimi, *pectus suum Christi Bibliothecam fecerat*) nos cum primùm in lucem prodiret, magna cum suauitate spiritus perlegisse, atque non parum ex tunc optâsse, vt quemadmodum auctor in votis habebat, tantum opus ad desideratã coronidem ipse perduceret: indoluisse ea propter plurimùm quod eximius ille Concionatorum Magister., præmatura morte fuerit hac ex luce subductus. Hoc enim tam inopinato exitu stamen nostræ de eo expectationis abrupit. Verùm (non sine Diuino nutu) excisam à radice spem nostram nuper erexit *R. P. Petrus Tijart*, eiusdem Sodalitij perdoctus ac pijssimus Theologus, qui dimidiatum ferè opus ab auctore relictum, nouis impendijs ac co-

piosis accessionibus locupletauit, in gratiam Verbi Dei prædicatorum, quibus facem fulgentissimam hoc suo confertissimo auctuario præbet, *ad vias doctrinæ & disciplinæ Christianæ*, inuestigandum à Sanctis Patribus præclaris homilijs ac concionibus designatas, ac paradisiaci pomarij aditum indicantes, ad suauissimum *fructum scientiæ salutis* decerpendum. Quapropter tàm ipsam Bibliothecam, quàm eius mantissam ab ipso P. Pijart summa fide & diligentia ex Sanctorum Patrum aureis fodinis & thesauris abditioribus extractam, ab omnique scoriæ immunem, quæ sanam Ecclesiæ Catholicæ doctrinam, bonosque mores vel minimum obscuret; sed quæ potius magnam ijs lucem & decus afferat (vt ex Theologorum delectorum iudicio proprióque examine nobis constitit) typis mandari & in publicos vsus emitti ipsius Illustrissimi Domini Archiepiscopi autoritate permittimus: quin & Concionatores, vt eam tàm assidua versent mente, quàm manu (quantum in nobis est) admonemus & hortamur. Datum Parisiis sub sigillo Archiepiscopatus Parisiensis, & nostro ac Secretarii Archiepiscopalis Chirographo, 4. Id Febr. festo S. Scholasticæ Virginis, Anno salutis 1653. *Sic Signatum*, DV SAVSSAY. *Et infra*, C. BAVDOVYN. *Cum sigilli impressione.*

Licentia Reuerendissimi Patris Generalis.

NOs Fr. Balthasar d'Auila totius Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Corrector Generalis Dilecto nobis in Christo, *R. Patri Fr. Petro Pijart* eiusdem nostri instituti Concionatori & Theologo. Sal. Ne egregia tua scripta sub modio delitescant, sed potius super candelabrum posita luceant omnibus qui in domo Dei sunt; per præsentes tibi præfato *R. Patri*, licentiam facimus, cuncta ea opera, quæ iam præ manibus habes elaborata, & imposterum meditaberis, typis mandandi, dummodo à duobus Ordinis nostri Theologis, per R. P. Prouincialem Prouinciæ Franciæ deputandis, approbentur. In quorum fidem, &c. Datum Romæ in nostro Conuentu Sancti Andreæ de Fratris die noua Maii, Anni Domini Millesimi sexentesimi quinquagesimi. *Sic Signatum*, Fr. BALTHASAR D'AVILA Generalis Minim. *Cum sigilli impressione.*

Facultas Reuerendi Patris Prouincialis.

NOs Fr. Petrus Aprest Prouincialis Ordinis Minimorum in Prouincia Franciæ, *Bibliothecam Contionatoriam Sanctorum & Antiquorum Patrum*, tertia editione locupletiorem & correctiorem, labore & studio *R. P. Petri Pijart*, eiusdem Ordinis Theologi & Concionatoris, à duobus Theologis nostri instituti examinatam & probatam, & in lucem publicam prodire permittimus & concedimus. Datum in nostro Conuentu Parisiensi die octaua Febr. Anni 1653. *Sic Signatum*, Fr. PETRVS APREST Prouincialis, *Cum sigilli Impressione.*

Testimonium Theologorum Ordinis.

NOs Ordinis Minimorum professores infrascripti, visam recognitamque à nobis hanc Bibliothecam, tertio auctiorem factam à R. P. Petro Pijartio eiusdem Ordinis Theologo emerito & Concionatore, iussu rogatuque illorum ad quos spectat, profitemur; tantoque digniorem nobis videri quæ in lucem prodeat, quanto & locupletior prodit, & à meliore manu procedit. In quorũ fidẽ, &c. Scriptum in domo nostra Parisiensi ad Hippodromũ regium, die 25. Ianu. Anni 1653. *Sic Signatum*, Fr. SIMON MARTIN, Fr. FRANCISCVS DE LA NOVE.

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAr Grace & Priuilege du Roy, il est permis au R. P. Pierre Pijart Theologien de l'Ordre des Minimes, de faire imprimer par tel Libraire & Imprimeur que bon luy semblera, le Liure par luy composé & augmenté, intitulé, *Bibliotheca Contionatoria SS. & Antiquorum Patrum, Tertia Editio.* Et deffences faites à tous Libraires & Imprimeurs d'imprimer ou faire imprimer, vendre ou debiter ledit Liure sans sa permission, ou de ceux qui seront aduoüés de luy, sous les peines portées par ledit Priuilege. Donné à Paris le 8. iour de Mars 1653. Signé, Par le Roy en son Conseil. COVPEAV.

Ledit R. P. a choisi NICOLAS OVDOT, Imprimeur à Troyes, auquel il a donné pouuoir d'imprimer son Liure, & luy a retrocedé le susdit Priuilege, pour en iouyr le temps porté par iceluy aux conditions portées par l'accord fait entre eux.

Acheué d'Imprimer pour la premiere fois le 23. Iuin 1653.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVI IN HOC OPERE NOTANTVR ET ILLVSTRANTVR.

Ioannes.

Actus Apostolorum.

Epistola ad Romanos.

Epistola ad Corinthios.

Epistola 2. ad Corinthios.

Epistola ad Galatas.

Epistola ad Ephesios.

Epistola ad Philippenses.

Epistola ad Collocenses.

Epiſtola 1. ad Theſſalonicenſes.

Epiſtola 1. ad Timotheum.

Epiſtola 2. ad Timotheum.

Epiſtola ad Titum.

Epiſtola ad Hebræos.

Epiſtola Iacobi.

Epiſtola 1. Petri.

Epiſtola 11. Petri.

Epiſtola 1. Ioannis.

Epiſtola Iudæ.

Apocalypſis.

Index locorum

Finis indicis locorum Sacræ Scripturæ.

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM, QVÆ IN HOC OPERE REPERIVNTVR.

Primus numerus paginam, secundus colum. Littera, locum columnæ notant.

Cibus Dei

D

F

I.

Cur

N.

S. Paulus

S.

T

V.

Finis Indicis rerum præcipuarum, & totius operis.

ELENCHVS AVCTORVM QVORVM SERMONES IN HAC Concionatoria Bibliotheca reperiuntur.

In quo, adhibito breui cuiusque Patris encomio, editionum, quæ ad hoc perficiendum opus præ manibus fuerunt, tempus & locus notantur.

A

* SANCTVS ADELMVS, siue Aldelmus, aut Ædelmus, alijs Antelmus & Æthelmus. Multis Ælredus Anglus Ordinis Cisterciensis, Abbas Rhieuallensis Diœcesis Eboracensis. Aulam spernens Regiam sæculo renuntianit. Vir pietate & eruditione insignis & in componendis bellorum tumultibus non mediocris industriæ. Obijt Henrico 2. regnante in Anglia anno salutis 1166. ætatis suæ 57. *Multa edidit opera quæ Centuria 2. Scriptorum Angliæ num. 99. recensentur. Quædam extant typis donata Parisijs anno 1520. à Iodoco Badio. & postea apud Sebastian. Niuellium, anno 1574. Nonnulla refert Surius in vitis Sanctorum. Indubiâ verò creduntur quæ nuper habemus à R. P. Richardo Gilloni Societ. Iesu Theologo, excusâ Duáci apud Gerardum Pinthon, sub signo Coloniæ. Anno 1631. in 4.*

S. AGOBARDVS Agobo dictus, Ecclesiæ Lugdunensis Episcopus, natione Gallus, Leidradi Norici in Episcopatu successor. Vixit anno 833. de quo Martyrologium Lugdunense 8. Idus Iul. Vita Ludouici pij incerto auctore, Chronycon monasterij SS. Petri & Pauli ad fontem Besui amnis. Ado ad ann. 810. 815. *Eius opera impressa extant Parisijs apud Dionysium Duuallium 1605. in 8.*

✠ B. ALBERTVS MAGNVS in agro Luuingensi Sueuiæ, ex Regulis Bollstutensibus natus, professione Dominicanus, ob insignia ingenij ornamenta verbo & scripto prodita, magnus appellatus, floruit Parisijs ad annum 1257. Discipulum habuit Angelum doctorem, Episcopus Ratisbonensis creatus est sub Vrbano 4. & Rodulpho Imperat. Obijt Coloniæ Agrippinæ inter fratres anno 1280. ætatis verò 87. *Plurima scripsit quæ nuper Lugduni prodiere. Tomis 21. anno 1651. in fol.*

ALBINVS FLACCVS ALCVINVS à quibusdam Leuita dictus, natione Anglus, Bedæ Venerabilis discipulus, Ordinis S. Benedicti Monachus Londinij in Cœnobio S. Petri, à Carolo Magno in Gallias euocatus, S. Martini apud Turonenses Abbas factus, ipsius Regis præceptor, doctrina ac sanctitate conspicuus obdormiuit in Domino Turonis 14. Kalend. Iunij. Claruit circa annum 780. *Edita sunt eius opera Parisijs ann. 1617. apud Sebastianum Cramoisy in fol. & 1610. Tom. 1. Auctarij Biblioth. Pat.*

AMALARIVS FORTVNATVS Treuirensis, vel vt placet Honorio Augustodunensi Metensis Episcopus, pro Codicum varietate Amelarius, Attularius, Amularius, Amilarius, & Hamularius nominatus. Floruit anno 840. *Eius opera habentur Tom. 1. Auctarij Biblioth. Patrum Parisijs 1610. in fol.*

S. AMBROSIVS Mediolanensis Episcopus, Ambrosij Patricij Romani, Galliarum Præfecti filius, in Gallijs genitus, vir eloquentissimus, Sanctus, Ecclesiæ Doctor, ac omni virtute præditus. Claruit sæcul. 4. Obijt ann. 397. *Opera eius excusa extant Parisijs 1614. in fol. Tom 5.*

A

✠ D. AMEDEVS Castro costa iuxtà Viennam Allobregum originem duxit. Morum integritate, litterarum institutione, virtutum decore, stirpis generositatem superans, ordinem Cisterciensem professus, Abbas præficitur. Vixit temporibus Eugenij tertij Pontif. Max. Conradi secundi & Friderici primi Imperatorum. Scripsit homilias octo in laudem Virginis Mariæ: Præfuit Lausanensi Ecclesiæ annis quatuordecim. Mortuus illic est & ante altare sanctæ Crucis in æde D. Mariæ, sepultus. *Eius homiliæ habentur vna cum operibus SS. Leonis Magni, Maximi Taurinensis. Petri Chrysologi, &c. in fol. Lugduni ex officina Landriana apud Claudium du Four & Claudium Gapaillon, ann. sal. 1633.*

✠ ANDREAS Episcopus Cretensis Hierosolymitanus, orationes duas habuit in festo exaltationis S. Crucis. *quæ sunt editæ in supplemento Bibliothecæ Patrum in fol. Parisijs apud Ægydium Morellum ann. 1639.*

D. ANDREAS Hierosolymitanus, vel vt alij volunt, Cretensis Episcopus. Vixit Iustino 2. Imperat. ann. 550 *Sermo ipsius Annunciationem Deiparæ habetur, Tom. 2. Biblioth. Patrum, Bignai, Parisiis 1610. in fol.*

S. ANASTASIVS SINAITA Patriarcha Antiochenus, cuius honorificè meminit sexta Synodus, Vixit Tempore Iustiniani Imperatoris. Claruit ann. 544. *Extant eius opera impressa Ingolstadij 1606 in 4. Et apud Petrum Steuartium. Tomo singulari insignium Auctorum. &c. Ingolstadij 1606. Et Tom. 1. Biblioth. Patrum Bignæi 1610. in fol.*

✠ S. ANSELMVS AVGVSTANVS Pedemontium, ductore Lanfranco Becei in Normania Monachus Ordinis Cisterciensis, tùm Prior, deindè Abbas; Tandem Cantuariensis in Anglia Archiepiscopus creatus. Vir fuit ingenio acerrimus, sanctitate celeberrimus, miraculis conspicuus floruit sub Vrbano 2. Pontifice, & Henrico 3. Imperat. Obijtque vndecimo Kal. Maij anno 1109 *Edita sunt eius opera Coloniæ Agrippinæ 1612. in fol. quatuor Tom. comprehensa.*

✠ S. ANTIOCHVS Palestinus Monachus, & postea Abbas Lauræ S. Sabbæ. Vir probatæ sanctitatis & doctrinæ. Vixit ad tempora vsque Heraclij Imper. an. 614. Plura scripsit quam habeamus ad manus. *Eius homiliæ habet retensitas Tom. 42. Biblioth. Patrum Gofrido Vilmano Carthusiano Pariensi interprete, cum quibusdam Epistolis. Colum. 183 & sequent.*

✠ S. ANTONIVS DE PADVA Origine Lusitanus, professione religiosus ex ordine Minorum, dicendi sapientiâ & zelo prædicationis, Arca testamenti & diuinarum armarium scripturarum à Gregorio 9. summo Pontifice meruit dici. Claruit circà annum 1220. Obiit verò anno salutis 1231. *Eius opera excusa habentur vnà cum operibus S. Francisci Assisiatis, in fol. Parisijs apud Carolum Rouillard ann. 1641.*

ARNOLDVS CARNOTENSIS Abbas Bonæ-vallis, vir pietate & scientia ornatus. Vixit tempore D. Bernardi, eiusque familiaris, ann. 1160. Tritemio, Illustrissimo Cardinali Bellarm. 1177. Arnoldo VVion 1190. *Eius opera habentur Tom. 1 Biblioth. Patrum, 1610. in fol.*

S. ASTERIVS Episcopus Amasenus, cuius meminit secunda Synodus, & Photius in sua bibliotheca. Floruit circa initium sæculi quinti. *Homiliæ ipsius impressæ extant Antuerpiæ 1615. in 4. Gr. & Lat.*

S. ATHANASIVS Alexandrinus Archiepiscopus, Ecclesiæ firma & immobilis columna, incredibili patientia insignitus, doctrina clarus, virtute conspicuus. Vixit tempore Constantini Magni Imperatoris. Floruit anno Christi 340. ad Dominum migrauit sub Valente. *Eius opera in duos Tomos tributa prodierunt ex officina Commeliani ann. 1601. in fol. Gr. & Lat.*

S. AVGVSTINVS Tagastæ natus, natione Afer, Hipponæ Episcopus Magna scriptis & verbo docuit, maiora fecit; vir planè incomparibilis. Floruit sæculo quinto circa annum 420. Obiit ann. 433. ætatis suæ 76. *Eius opera excusa sunt Parisijs, apud Carolum Guillard 1541. in fol.*

AYMOINVS, siue Annonius, vel Ammonius, seu Haimoneus, aut Hai-

monus, & Aimonius, Gallus, Monasterij & congregationis Floriacensis Monachus. Floruit ann. 990. *Eius opera habentur. To. 1. Bibliot. Floriacensis Lugduni, apud Horatium Cardon. 1605. in 8.*

B.

S. BASILIVS MAGNVS Cæsariensis in Cappadocia Archiepiscopus in Helenoponto Ponti oppido natus, disciplinis omnibus & sacris litteris ab infantia imbutus, omnibus virtutibus & ipsamet perfectione ornatus, in laboribus plurimis vitam sanctissimè traduxit. Floruit ann. 370. Obijt sub Gratiano. *Opera reliquit præclarissima, quæ duobus Tomis & Appendice continentur in editione Parisiensi, apud Michaëlem Sonnium 1618. in fol. Græc. & Lat.*

S. BASILIVS Seleuciæ Isauriæ Archiepiscopus, siue Episcopus quem Photius in sua Bibliotheca Patrum nominat. Vixit anno 451. *Orationes quasdam conscripsit quæ excusæ sunt vnà cum SS. Gregorio Taumaturgo & Macario Ægyptio Parisijs 1621. in fol. Gr. & Lat.*

S. BEDA Venerabilis etiam dum viueret appellatus, anno 671. in Anglia natus in pago *Iaru* siue *Geruuico*, Monachus Benedictinus, Strabi Glossæ ordinariæ Auctoris frater, in omni disciplinarum genere clarus excelluit, cuius familiare semper fuit *Orare, Scribere, Docere*, in viuis erat anno 731. Obiit 26. Maij ann. 762. *Eius opera Coloniæ Agrippinæ impressa sunt ann. 1612. Tom. 8. comprehensa in fol.*

✤ S. BENEDICTVS Italus Nursiæ nobili genere oriundus. Sanctitate miraculis, & Propheticę spiritu illustris, Ordinis Benedictinorũ institutor, monachorũ Pater & Patriarcha. Vixit & floruit sæculo quinto tẽporibus Iustiniani Imperatoris. Mortuus est in Cassino monte ann. salutis. 542. *Eius sermones duos vnum de S. Mauro alterum de S. Placido vide in supplemento Bibliothecæ Patrum. Parisijs apud Ægidium Morellum ann. 1639.*

BERENGOSIVS ABBAS ad D. Maximum. extra muros Treuirorum, vetustus auctor & per quam eruditus, quo tempore vixerit ignoratur, ab Illustrissimo Cardinale. Bellarmino inter Patres septimi sæculi annumeratur, circa annum Domini 640. *Quædam scripsit quæ reperiuntur Tom. 2. Biblioth. Patr. Parisijs 1610. in fol.*

S. BERNARDVS natione Burgundus, patria Fontanns, Galliarum decus, Abbas Clarauallensis, vir Apostolicus, miraculis clarus, sapientia illustris, pietate insignis, multa scripsit, plurima gessit. Floruit circa annum 1130. *Opera eius edita extant Parisiis 1609. Et Antuerpiæ 1620. apud Petrum & Ioannem Belleros, in fol. vnico volumine.*

✤ S. BERNARDINVS patria Senensis, professione religiosus ordinis minorum, doctrinâ & miraculis clarus. Vixit sæculo decimo quarto. Obiit Aquilæ anno Domini 1443. *Opera eius edita sunt in fol. Parisiis, impensis Dionysii Moreau ann. 1635.*

S BONAVENTVRA Balneoregij in Etruria natus. Ordinis Minorum Religiosus, Alexandri Halensis discipulus Doctor Seraphicus, à S. Thoma Aquinate *Sanctus* dum viueret appellatus, sui Ordinis Generalis Minister, Episcopus Albanensis, à Gregorio decimo Cardinalis creatus. Claruit circa annum 1265. ad Dominum migrauit 1273. *Eius opera Moguntiæ excusa sunt. Tom. 7. 1609. in fol.*

S. BRVNO natione Germanus, patria Coloniensis Parisiensis Theologus, Rhemensis Canonicus, Carthusianorum Institutor & Patriarcha, inter doctissimos habitus. Floruit circa annum 1088. Obiit fœliciter anno Domini. 1101. *Eius opera tribus Tomis distincta prodierunt Coloniæ ex officina Bernardi Gualtheri 1611. in fol.*

C

S. CÆSARIVS ob præclaras suas virtutes in Episcopum Arelatensem assumptus, doctrina & sanctitate insignis. Claruit sæculo quinto, circa ann. 499. & ad ann. 544 fœlici vitæ decursu peruenit, vt apositè annotauit vir clarissimus D. Andræas du Saussay S. S. Protonatarius Apostolicus, ac SS. Lupi & Ægedii in vrbe Pastor in suo opusculo Chron. historico, de ss. Ægidio, & Cæsario. *Eius opera habentur Tom. 2. Biblioth. Patrum Bignæi Parisiis 1610. in fol.*

S. CÆSARIVS Monachus & Abbas Lirinensis circa annum Domini 670. Episcopus Arelatensis creatus, S. Ægidii Infirmator, vt docet idem D. du Saussay, ibidem scientiis & virtutibus conspicuus, eluxit anno Christi 714. *Quædam opnscula ipsius excusa sunt Parisiis ann. 1610. Tom. 2. Auctuan. Biblioth. Patr. in fol.*

✠ S. CHROMATIVS Romæaus seu Romacianus, id est, Acquilejensis Episcopus, quem D. Hieronymus & D Chrysostomus laudibus efferunt: Vir doctissimus & pijssimus, floruit S. Anastasio I. Pontifice, ac Theodorico & Honorio successiuè Imper. tenentibus. *Scripsit conciones duas de octo beatitudinibus, & tertiam in illud Matth. 3. Ego à te debeo baptizari. Extant Tom. 2. Biblioth. Patrum pag. 367. & seq.*

S. P. CHRYSOLOGVS in foro Cornelii, quod Imolam vocant, natus D. Cornelii illius ciuitatis Episcopi discipulus, Ecclesiæ Rauennatis Archiepiscopus, vir eloquentissimus. Floruit sæculo quinto. Obiit 4. Non. Decembris anno 500. *Eius opera impreßa prodierunt Parisiis, apud Hieronymum Drouard 1618. vna cum SS. Leone & Maximo, in fol.*

S. I. CHRYSOSTOMVS propter aureum eloquentiæ flumen sic dictus, primùm ex Monacho Antiochenus Presbyter factus, postea anno 398. in Episcopum Constantinopolitanum electus, plurimis laboribus exantlatis, ac perfectione acquisita, in exilio mortuus Obiit circa annum Domini 407. *Eius opera extant Parisiis, apud Claudium Morellum* 1609 1614. *Antonium Stephanum* 1614. 1616. 1624. *Sebastianum Cramoisy* 1624. *in fol. Græc. & Lat. 6. Tom.*

S. CYPRIANVS qui & Thascius, Carthagine natus, Græcæ & Latinæ linguæ peritissimus, ad Ecclesiã adjunctus, & à Presbyterio ad Episcopatum euectus ann. Christi 249. Carthaginiensi Ecclesiæ præfuit, ac totius Africæ Primas extitit, tandem christi Martyr effectus obdormuit in Domino anno à natiuitate Saluatoris 259. *Eius opera excusa sunt Parisiis anno 1616. apud Sebastianum Chappelet, in fol.*

✠ S. CYRILLVS Alexandrinus eiusdem ciuitatis Episcopus post Theophilum patruum, creatus anno 412. Innocentio I. Summo Pontif. Imperatoribus autem Honoricò & Theodosio. Floruit maximè temporibus Cælestini Papæ. I. à quo & præsidens legatusque in Concilio vniuersali Ephesino constitutus fuit, vt nefariã Hæresim Nestorij condemnaret. Totis viribus hæreticos semper est insectatus, Catholicæ fidei propugnator egregius. Obiit sanctitate conspicuus anno 444. cùm sedem dignissimè occupasset annis 32. *Eius scripta, præter alias editiones, prodiere Parisiis apud Michaelem Sonnium duobus Tom in folio anno* 1573. *Postea autem anno* 1605. *Et tandem Græco-Latina in folio sex Tom. Parisiis quoque anno* 1638. *Typis Regijs studio Sapientißimi viri Ioannis Auberti.*

S. CYRILVS Hierosolymitanus Archiepiscopus, cuius laus est in secundâ Synodo generali, cùm bonum certamen certasset, cursum vitæ suæ fœliciter consummauit Theodosio imperante. Claruit circa annum Christi 365. *Eius Cathecheses impressæ extant Parisiis apud Claudium Morellum* 1609. *in Græc. & Lat.*

D.

S. I. DAMASCENVS cognomento Chrysoras, omnibus disciplinis ornatus. Floruit circa annum 731. *Eius opera præclarißima extant apud Guillelmum Chaudiere Parisiis ann.* 1577. *in fol.*

B. P. DAMIANVS nobilis Rauennas, Monachus Ordinis S. Benedicti. S. R. E. Cardinalis Episcopus Ostiensis Floruit circa annum 1058. Obiit Fauentiæ in Apostolica Legatione anno 1072. *Eius opesa excusa sunt Lugduni apud Claudium Landry* 1623. *in fol.* 3. *Tomis.*

✠ DIONYSIVS CARTHVSIANVS natione Belga, Vir fuit sanctissimus & doctissimus. Vixit in ordine Carthusiano annos 48. Obiit verò ætatis suæ ann. 69. qui erat annus salutis 1471. *Sermones eius impressos reperies in fol. de tempore quidem ex officinâ P. Quentel. Coloniæ, ann. Domini* 1533. *de Sanctis verò Parisiis apud Audoenum paruum ann.* 1544.

DROGO Laudunensis Gallus, à quibusdam Asbericus, & Albertus dictus,

Monachus & Abbas S. Ioannis Laudunensis Ordinis S. Benedicti. Episcopus Cardinalis Ostiensis, ac deinceps Laudunensis Præsul & Antistes. Vixit anno 1134. vt notat Arnoldus VVion Obiit anno 1135. vt testatur Trithemius. *Habentur eius opera Tom. 2. Biblioth. Patrum Bignæi Parisiis 1610. in fol.*

E

S. ELIGIVS Gallus, primò Monachus, deinde Abbas monasterij Solemniaci, postea Nouiomensis Episcopus anno salutis 648. creatus miraculis & sanctitate admirandus migrauit ad Dominum ann. 665. *Eius homiliæ reperiuntur Tom. 2. Biblioth. Patr. Parisiis 1610. in fol.*

S. EPHREM Syrus, Diaconus Edessenus, eremi cultor insignis, homo in terris vitam Angelicam agens, S. Ecclesiæ Scriptor antiquissimus & dignissimus. Claruit circa annum 365. Obiit sub Valente Principe. *Eius opera Tomis 3. comprehensa excusa sunt Coloniæ apud Arnoldum Queutelium 1616. in fol.*

S. EPIPHANIVS in Phœniciæ oppido ortus, primò Monachus, deinde Episcopus Constantiæ, Siue Salaminis in Cypro creatus, doctrinam vitâ & vitam doctrinâ ad vltimam vsque senectutem libros scibens efficaciter comprobauit. Floruit sub Valente, Gratiano, & Theodosio circa annum 370. *Eius opera vniuersa impressa in lucem prodierunt anu. 1622. Parisiis, apud Michaelem Sonium Claudium Morellum, & Sebastianum Cramoisy in fol. 2. Tomis Gr. & Lat.*

EVSEBIVS Emisenus, fortè S. Eucherius, primò Monachus & Abbas Lirinensis, postea Episcopus Lugdunensis, vir in diuinis scripturis eruditissimus, Rhetor & Theologus. Claruit sæculo quinto circa annum 440. *Eius homiliæ editæ sunt Parisiis apud Nicolaum Diuitem anno 1547. in 8*

✠ S. EVSEBIVS, Episcopus, orationem fecit & pronunciauit de commemoratione Sanctorum: *quam reperies in supplemento Bibliothecæ Patrum, in fol: Parisiis sumptibus Ægidij Morelli an. 1639.*

F

S. FVLBERTVS, vel Fulpertus, Carnotensis Episcopus, vir admirandæ sanctitatis. Obiit dilectus Deo & hominibus anno 1028. 4. Id. April. *Eius opera excusa sunt Parisiis, apud Thomam Blasium 1608. in 8.*

S. FVLGENTIVS patria Carthaginiensis, Ruspensis in Africa Episcopus, sanctitate & doctrina illustrissimus. Claruit sexto sæculo, ad cœlum ascendit anno Domini 529. *Eius opera impressa extant Basileæ, apud Sebastianum Henric-petri 1587. in 8.*

G

S. GAVDENTIVS Brixiensis Episcopus, de quo Martyrologium Romanum 25. Octobris, S Philastrij in Episcopatu successor, vir eruditione & sanctitate conspicuus. Floruit tempore S. Ambrosij circa annum 390. *Eius opera habentur Tom. 2. Biblioth. Patr. Bignæi 1610. in fol.*

✠ GEORGIVS Monachus, Chartophylacis primum, postea Metropolitanæ Nicomediensis Antistes, floruit, vt creditur temporibus Honorij Imperatoris fuit vir eloquentissimus & Deiparæ addictissimus. *Cuius extant Orationes seu sermones nouem excusi Parisiis in nouo Auctuario Bibliothecæ Græco La.ino Patrum, apud Antonium Bertier anno 1648 in folio, cum notis R. P. Francisci Combefis Ordinis Prædicatorum Theologi col. 995. Nota huius autoris orationes plurimum inniti historiæ cuidam sub nomine Iacobi [illegible] qui Liber Apocryphus est, non tamen omnino spernendus.*

I. GERSONIVS qui & Carlierus Gallus, anno salutis 1363. die 14. Decembris natus, laureâ doctorali circa annum 1394. ætatis suæ 31. cohonestatus, paulò post Academiæ Parisiensis Cancellarius factus, non quidem Monachus Ordinis Cœlestinorum, vt volunt Possevinus in suo Apparatu, & Illustrissimus Cardinalis Bellarminus in suo libro de Scriptoribus Ecclesiasticis; sed Nicolai Ordinis Cœlestinorum Monachi frater. Claruit decimoquinto sæculo circa annum 1400. Obiit virtutum & dierum plenus ann. 1429. die

12. Iulij ætatis 66. *Eius opera duobus Tomis comprehensa excusa sunt Parisiis 1606. in folio.*

✠ GOFERIDVS Abbas Vindocinensis, & Cardinalis tituli S. Priscæ ab Vrbano secundo creatus, Vixit vsque ad extrema tempora Honorij secundi. *Cuius opuscula & sermones habentur in supplemento Bibliothecæ Patrum, in fol. Parisiis apud Ægidium Morellum, aun. 1639.*

S. GREGORIVS Magnus dictus, Romanus, Monachus, Pontifex Maximus, vir sanctissimus, pietate & doctrina insignis. Floruit circa annum Domini 600. & ad Dominum migrauit ann. 604. vel 605. *Eius opera 6. Tomis distincta edita sunt iussu Sixti V. Pont. Max. Antuerpiæ, apud Ioannem Keerbergium 1615. in folio.*

S. GREGORIVS Nazianzenus Episcopus Theologus meritò appellatus, summus S. Basilij amicus, ab ipso vas electionis, puteus profundus, & os Christi nuncupatus. Vixit sæculo quarto. Obiit vero anno. 11. Theodosij. *Eius præclara opera prodierunt in lucem typis regiis, Lutetiæ Parisiorum, apud Claudium Morellum 1609. in fol. duobus Tomis, Græc. & Lat.*

S. GREGORIVS Nyssenus Antistes, S. Basilij Cæsareæ Cappadociæ vrbis Episcopi frater, vir eloquentissimus, Ecclesiæ lux & ornamentum, doctrina moribus, & vitæ sanctitate conspicuus. Claruit circa annum 380. *Eius opera duobus Tomis diuisa edita sunt Parisiis apud Michaelem Sonnium 1615. in fol. Gr. & Lat.*

S. GREGORIVS Theodorus, siue Theodoretus antea dictus, ob miraculorum multitudinem Thaumaturgus appellatus, Origenis discipulus, Neocæsariensis Episcopus, doctrina celebris & virtute illustris. Claruit ann. 233. Aureliano imperante decessit. *Eius opera excusa sunt Parisiis vna cum SS. Macario & Basilio Seleuciensi 1621. in fol. Gr. & Lat.*

GVERRICVS Igniacensis Abbas, D. Bernardi discipulus, vir non minus regulari obseruantiâ, & virtutum amore, quàm Scripturarum scientia insignis. Floruit circa annum Domini 1150. *Sermones, quos ad suos habuit, impressi extant Lugduni apud Laurentium Durand 1630. in 8.*

✠ GVILLELMVS, Episcopus Pariensis, fuit admodùm pius & doctus. Viuebat sæculo duodecimo. *Eius sermones sunt impressi, in fol. Lutetiæ Parisiorum, apud Petrum Chaudiere ann. sal. 1638.*

H

✠ HESYCHIVS, Episcopus Hierosolymitanus, vixit tempore S. Gregorij vt patet ex eius Epist. 40. lib. 9. ad eum scripta. *Cuius oratio demonstratiua in S. Andream Apostolum edita est in supplemento Bibliothecæ Patrum, in fol. Parisiis impensis Ægidij Morelli, anno salutis 1639.*

S. HIERONYMVS Stridonensis Presbyter, S. Ecclesiæ Doctor eximius, sub Constantio Imperatore natus, sanctissimum Orbis oraculum, sui temporis miraculum, scientiarum thesaurus. Floruit sæculo quarto, circa ann. 390. Obiit Honorio imperante anno salutis 420. vel 422. ætatis 78. vt alij volunt 91. *Eius opera excusa sunt Parisiis 1609. in fol. Tomis 4.*

HILDEBERTVS Gallus S. Hugonis Abbatis discipulus, ex Episcopo, Cœnomanensi Archiepiscopus Turonensis circa annum 1090. factus, vir sanctus, Styli elegantia suauis. Claruit circiter annum Domini 1100. *Eius opera extant in Biblioth. Patr Tom. 3. Parisiis 1610. in fol.*

S. HILDEPHONSVS Toletanus Archiepiscopus, siue Episcopus, circa annum 658. Floruit virtute & scientiâ clarus, vitam cum morte fœliciter commutauit ann. reparatæ salutis 677. *Eius opera habentur Tom. 8. Biblioth. Patr. 1610. Parisiis in fol.*

S. HIPPOLITVS Romani Portus, siue Portuensis Episcopus & Martyr, Clementis Alexandrini discipulus, sub Alexandro Seuero martyrio coronatus. Floruit circa annum 220. *Eius opera extant Tom. 2. Biblioth. Patrum Parisiis 1610 in fol.*

HVGO DE S. VICTORE natione Saxo, professione Monachus, siue canonicus regularis Lateranensis S. Augustini, dignitate Abbas sacratissimi Cœnobij S. Victoris, *D. Augustini lingua* di-

ctus, humanis & Diuinis litteris clarissimus, morum grauitate, & vitæ præstantia admirabilis. Floruit ann. 1130. *Eius opera tribus Tomis digesta prodierunt ann. 1617. Moguntiæ ex Officina Antonij Hierat, in fol.*

I

INNOCENTIVS Pontifex Maximus huius nominis tertius, natione Campanus, patria Anagnius, Lotharius antea dictus, scientia & pietate præfulgens vixit sæculo decimo tertio circa ann. 1206. *Eius opera Tomis duobus distincta, extant in Officina Cholini, Coloniæ Agrippinæ 1606. in fol.*

✠ IOANNES Nepos Syluanus, primò Monachus montis Carmeli, postea Episcopus & Patriarcha Hierosolimitanus 44. huius nominis 2. & successor S. Cyrilli Hierosolimitani. Viuebat temporibus S. Anastasij 1. Pont. Max. cuius ad hunc Ioannem extat epistola vbi hæc scribit: laudum tuarum fulges nitore conspicuus. Sub Theodosio Imper. Obijt anno 416. *Huius varia feruntur scripta quæ ipsi vendicat & à calumnia vindicat R. P. Petrus Wastelius Carmelita, & excudit duobus Tomis in folio Bruxellæ Typis Ioannis Mommartij anno 1643.*

S. IOANNES, de quo nihil certum reperitur, scripsit quasdam homilias in Bibliotheca Floriacensi extantes Tom. 2. *Lugduni apud Horatium Cardon 1605. in 8.*

✠ IOANNES Taulerus Coloniæ Agrippinæ natus. Ex Ordine Prædicatorum, insignis concionator. Vir in spiritualibus optimè exercitatus, & profundissimus Theologus, quem contra insectatores deffendit Ludouicus Blosius Abbas Lætiensis floruit Clem. 6. Pót. Max. & Carolo 4. Imperat. Obiit Coloniæ anno 1350. *Varia reliquit sui ingenij monumenta quorum plurima prodiere Lugduni anno 1558. & Coloniæ apud Arnoldum Quentelium in 4. anno 1603.*

B. IVO Gallus, primùm Ecclesiæ S. Quintini Bellouacensis & Ordinis Canonicorum Regularium D. Augustini Prior, deinde Carnotensis Episcopus. Floruit tempore Vrbani secundi; superuixit vsque ad ann. Domini 1114. *Eius sermones editi habentur Tom. 1. Auctarij Biblioth. Patrum Parisiis 1610. in fol.*

L.

S. LAVRENTIVS IVSTINIANVS Venetus, Canonicus Regularis. Venetiarum Episcopus & Protopatriarcha. doctrinâ eximius, sanctitate conspicuus, & miraculorum gloriâ celebris. Claruit decimo quinto sæculo circa annum Domini 1440. Obiit anno 1455. *Eius opera impressa extant apud Arnoldum Quentelium, Coloniæ. 1616. in fol.*

✠ S. LAVRENTIVS Nouariensis Episcopus, is fuisse creditur qui postea fuit Mediolanensis Archiepiscopus vigesimus quintus ad annum 507. quique ob suauitatem eloquij Mellifluus est appellatus. *Nonnulla scripsit eleganti stylo, è quibus habemus homilias duas Tom. 2 Biblioth. Patrum edit. 3. Parisiensis col 341. & seq.*

S. LEO Pontifex Maximus eius nominis primus, natione Thuscus, insigni sanctitate, doctrina singulari, & Diuina eloquentiâ clarus sæculo quinto, sedit in Apostolica Sede ab anno 440. ad ann. 461. *Eius opera excusa sunt, vnà cum Sanctis Maximo, & P. Chrysologo Parisiis apud Hieronymum Drouard 1618. in fol.*

✠ LEO Imperator huius nominis sextus Basilij Imper. filius, patre mortuo Imperator creatus est anno 886. & 26. anno moderaminis per tres menses inchoato obiit anno 911. Vndecima mensis Iunij. Quantæ fuerit doctrinæ & pietatis testantur pleraque scripta eius, quæ partim manuscripta seruantur, partim excussa prodiere. *Tom 3. Biblioth. PP. col. 1058. Et à Iacobo Gretsero ex officina Adami Sartorij, Ingolstadij an. 1600. & 1603. Et nouissimè ex triginta tribus orationibus, decem Græco-Latinas collegit R. P. Combesis Ord. Pr. To. 1. Auctu. noui Biblioth. Patr. Græco-Lat. col. 1605. apud Antonium Bertier Parisiis anno 1648.*

✠ LEONTIVS ex Monacho factus Presbyter Constantinopolitanus, floruit sub Iustiniano Imper. aut certe sub Zenone; si diuersi sub diuersis non fuerint. *Quædam eruditè scripsit quæ impressa, non extant præter orationem Parisiis editam anno 1648. apud Antonium Bertier in folio, inter*

alia opera patrum Collecta à R. P. Combefis Ordin. Prædicat. Tom. 1. auct. fai.

Leontius Neapoleos Cypriorum Insulæ Episcopus floruit temporibus Mauritij Imper. ad annum 594. quem eundem esse Leontium Constantiæ in Cypro Episcopum scribunt aliqui, negunt alij. *Vtriusque varia seruatur opera. Inter quæ prioris, sunt orationis quædam, quas refert R. P. Combefis in suo nono auctuar. Biblioth. Patrum Græco-Latin. Tom. 1. impresso Parisiis anno 1648. apud Antonium Bertier in folio. col. 681.*

M

S. Macarius senior dictus, Ægyptius, S. Antonij discipulus, Abbas & præceptor Euagrij, signis, virtutibus, & doctrinis celebris. Florebat anno. 340. *Eius homiliæ editæ sunt, vna cum Sanctis Gregorio Thaumaturgo, & Basilio Seleuciensi Parisiis 1621. in fol. Græc. & Lat.*

S. Maximus Taurinensis Ecclesiæ Episcopus, de quo honorificè Gennadius in Catalogo illustrium Virorum. Claruit circa ann. reparatæ salutis 400. decessit ann. 420. temporibus Honorij & Theodosij. *Eius opera impressa sunt vna cum Sanctis Leone & P. Chrisologo Parisiis apud Hieronymum Drouard 1618. in fol.*

☩ S. Methodius Episcopus Tyri, claruit temporibus Diocletiani Imperatoris; & anno eius 20. martyrio est coronatus. *Scripsit homiliam pro festo purificationis Beatæ virginis Mariæ quæ habetur in supplemento Bibliothecæ Patr. in folio Parisiis apud Ægydium Morellum, ann. 1639.*

N

☩ Nicolaus de Cusa natione Germanus, Decanus S. Florini, deinde Episcopus Brixiensis, denique Cardinalis S. Petri ad vincula, vir fuit æquè pius ac doctus. Obiit anno Domini 1464. ætat. 63. *Opera eius excusa sunt in fol. Basileæ ex officina Henrici Petrinæ ann. sal. 1565.*

O

S. Odilo Abbas quintus Cluniacensis, Gallus, Aruernæ oriundus, primus Commemorationis omnium fidelium defunctorum Institutor, à B. Petro Damia mirificè celebratus. Floruit ann. 1034. Obiit ann. 1048. *Eius opera extant in Bibliotheca Cluniacensi, Lutetiæ Parisiorum impressa, apud Sebastianum Cramoisy in fol. 1614.*

S. Odo Abbas Cluniacensis secundus, ex Francorum prosapia oriundus, Monasteriorum restaurator, ac Sanctæ regulæ raparator vir per cuncta laudabilis Claruit anno Domini 900. Turonis obiit anno 937. *Eius opera extant in Biblioth. Cluniacensi Parisiis 16 4. & in Floriacens.*

Origenes Adamantius, patria Alexandrinus, Clementis Alexandrini discipulus, in errorem lapsus. Vixit sæculo tertio, circa annum Domini 226. Obiit ætatis suæ anno. 66. ac Tyri sepultus anno 256. *Eius opera excusa sunt Parisiis ann. 1619. in fol.*

P

✱ Pantaleon Presbyter Monasterij Byzantinorum, idemque Diaconus magnæ Dei Eccl. Constantinopolitanæ scilicet: quo tempore vixerit incertum est. *Scripsit exhortationem in exaltatione venerandæ ac viuificæ Crucis, quam refert & Latin. reddit Gretzerus, To. 2. de Cruce pag. 587. Orationes panegyricas in dominicas & festa totius anni, quas habere non potui. Sermonem item de Domino Christo & Ioanne eius præcursore, qui habetur Tom. 2. Biblioth. Patrum colum. 667.*

☩ Paulus Diaconus Aquileiensis, à secretis fuit Desiderij regis Longobardorum, deinde Monachus Cassinensis factus piè & religiosè vitam duxit. Vixit in septimo sæculo. *Extat eius homilia pro Dominica vigesima prima post Pentecosten in supplemento Bibliothecæ Patrum in fol. Parisiis, sumptibus Ægidij Morelli anno 1639.*

S. Petrus Mauritius Gallus, ex nobilissimis Aruerniæ Magnatibus

originem

originem ducens, Abbas Cluniacensis, Venerabilis dictus, vir pietate, scientia & Regulari obseruantia insignis. Floruit circa annum 1123. Sancta eius anima illâ horâ discessit, qua credimus Verbum Dei natum de Virgine Matre, ann. Dominicæ Incarnationis 1157. *Eius opera extant in Biblioth. Cluniacensi, Parisiis impressa, apud Sebastianum Cramoisy 1614 in fol.*

PROCLVS Episcopus Constantinopolitanus, sancti Cyrilli æqualis, cuius magno cum honore meminit idem sanctus Cyrillus in expositione Symboli Nicæni. Vixit & claruit ann. Dom. 430. *Eius aliquæ homiliæ & Epistolæ sunt editæ in supplemento Bibliothecæ Patrum, in fol. Parisiis apud Ægidium Morellum, ann. 1639.*

R

✠ RABANVS Maurus Magnentius, fuldis in Germania natus, ibidem Monachus S. Benedicti & Abbas creatus ac postmodum 6. Archiepiscopus Moguntinus, Albini Anglici discipulus, fulgentissimum Ecclesiæ sydus, omnium scientiarum laude illustris; floruit nono sæculo Gregor. 4. Sergio 2. & Leone 4. Pont. Max. Et Michaële Imperat. Obiit anno 856. *Scripta eius in vnum collecta sex. tom. in fol. prodiere Coloniæ Agripp. anno 1627 sumptibus Antonij Hierati.*

RADVLPHVS ARDENS Pictauus, ante tricesimum suæ ætatis annum doctoris Theologi assecutus est gradum. Floruit circà tempora Philippi primi Francorum Regis ab anno Dom. 1040 ad ann. 1100. *Eius homiliæ de tempore sunt excusæ impensis Claudij Fremy in octauo Parisiis ann. 1564. de Sanctis vero Parisiis apud Nicolaum Cheneau, ann. 1573.*

RICHARDVS DE S. VICTORE Scotus, S. Augustini Regularis Canonicus, Parisiensis Theologus. & Cœnobij Victorini Prior, vir in Diuinis scripturis eruditissimus. in vtraque Philosophia singulariter exercitatus: morum honestate conspicuus, S. contemplationis exercitio deditus. Claruit an. 1140. *Eius opera excusa sunt Coloniæ Agrippinæ, apud Ioannem Gymnicum 1621. in 4.*

S

S. SEDATVS Episcopus homiliam habuit in festo Epiphaniæ Domini. *Quæ edita est in supplemento Bibliothecæ Patrum Parisiis apud Ægidium Morellum, ann. 1639.*

S. SIMEON dictus Admirandus, & Stylita, ob stationem in columna annis 81. Floruit circa annum 457. tempore S. Leonis Papæ. & Leonis Imperatoris. *Eius oratio* de morte assiduè cogitanda, *habetur Tom. 2. Bibliothec. Patrum Parisiis 1610. in fol.*

S. SOPHRONIVS Patriarcha & Archiepiscopus Hyerosolymitanus. Vixit tempore Honorij Papæ I. & Heraclij Imperatoris. Claruit circa ann. 630. Obiit an. 634 vt habet Baronius Tom. 8. Annal. *Eius opera extant in Biblioth. Patrum Tom. 2. Parisiis 1610. in fol.*

T

S. THEODORVS Studita, Constantinopoli natus anno reparatæ salutis 760. Monachus & Abbas, virtute insignis, ac miraculis clarus ad Dominum migrauit anno 826 *Eius Catecheses numero 135. extant in Auctario Biblioth. Patrum Tom. 2. Parisiis 1610. in fol.*

✠ THEOFRIDVS, Abbas Viuenas duodecimi sæculi initio, anno circiter 1120. Calisto 2. & Honorio Pontificib. Ioanne Comueno Imper. Orientis. *Duo ex eo sermones habemus tom. 2 Biblioth. Patrum edit. Parisiis, vnum de Relequijs Sanctorum, alterum de Veneratione Sanctorum. Colum. 669 & seq.*

✠ THEOPHANES cognomento Cerameus, natione Siculus. Primo Monachus, deinde Archiepiscopus Tauromenij inauguratus est, quo tempore ex Gregorio, Theophanes est appellatus. Floruit temporibus Basilij & Leonis Imperat. anno circiter 842. & sequentibus. Obiitque paulò antequam Siciliæ Imper. Constantino parere desiit. Eius laus est in eruditione præclara, solidaque scripturarum explicatione. *Scripsit homilias in Euangelia & festa totius anni quæ nouissimè Græce & Latine editæ prodiere Pa-*

risiis in fol. ann. 1644. cum Scholijs Francisci Scorsi Panormitani Societatis Iesu.

S. THOMAS AQVINAS natione Italus, patria Neapolitanus, Ordinis sancti Dominici Religiosus, S. Theologiæ Doctor Angelicus, anno 1224. natus, doctrina, sanctitate ac miraculis illustris fœliciter in Domino obdormiuit anno 1274. *Eius opera 18. Tomis comprehensa excusa sunt Antuerpiæ, apud Ioannem Keerbergium 1612. in fol.*

✠ B. THOMAS à Villanouæ, citerioris Hispaniæ vrbe oriundus, ex D. Augustini Eremitarum ordine ob insignes animi dotes Valentinus Archiepiscopus à Carolo V. Imperat. & Hispaniarum Rege nominatus est: cuius temporibus celebris fuit Theologiæ Magister & concionator. Obiit anno 1554. Inter beatos à Paulo V. & Gregorio XV. relatus. *Conciones eius prælo mandatæ sunt vno vol. in fol. Compluti apud ferdinandum Ramirez anno 1581. quæ locum ob viri sanctitatem, esto instituto posterioris, hic inuenient.*

V

S. VALERIANVS Cemeliensis siue Cemelenensis Episcopus. Floruit anno Christi 450. Leonis Magni temporibus. *Eius opera extant Parisiis, apud Sebastianum Cramosy 1612. in 8.*

Z

S. ZENO Veronensis Episcopus & Christi Martyr, vir in sacris litteris admodum versatus, Pater patriæ dictus. Claruit sæculo tertio circa annum 260. Obiit sub Gallieno Imperatore pridie Idus Aprilis. *Eius opera habentur Tom. 2. Biblioth. Patrum Bignæi Parisiis 1610. in fol.*

CONCIONATORIA PATRVM BIBLIOTHECA.

PROPRIVM DE TEMPORE.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

✠ SANCTI ADELMI sermo de Aduētu Domini tractat. Et 1. explicat quomodo venerit, qui vbique pręsens est 2. Venisse docet vt agnosceretur humanitas eius; Diuinitas, Potestas, Benignitas quæ omnia misericordiæ fuerunt, per quam seipsum exinaniuit. 3. Hoc oleum esse docet, quo leuetur iugum captiuitatis nostræ. 4. Iugum illud, & quidem multiplex describit, quod leuatum docet Crucis Christi beneficio. 5. Vndecim onera enumerat pręfigurata ab Isaia Propheta. Primum Babilonis, quod amorem mundi significat; & onerat, labore, timore, dolore. Secundum Philistijm, id est, superborum dæmonum, quod onerant nos, tentatione & afflictione Tertium Moab, quod est necessitas præsens & ineuitabilis circa corpora; & onerat solicitudine terrenorum. Quartum Damasci, id est, corruptionis naturæ, quæ grauat ad peccatum. Quintum Ægipti, id est, tenebrarum ignorantiæ & iniquitatis. Sextū deserti maris, id est, societas reproborum qui sanctos persequuntur, vel qui à Deo relinquntur in malitia sua. Septimum, Dumæ, id est, occulta animi vexatio & inquietudo. Octauum, In Arabia, quod oritur ex consideratione mortis & horrore sortis extremæ. Nonum Vallis visionis, id est, Vanitatis concepta ex profectu spirituali. Decimum Tyri, cùm angustatur animas ex pœnitentia & laboribus. Vndecimum Iumentorum austri, quod oritur ex charitate qua alijs prodesse volumus & ex aliorum defectibus onerat. 6. Hortatur vt onera ista excutiamus, vt per misericordiam leuati in iudicium non incidamus. *A pag. 5. vsque ad 15. Et deinceps quædam ex his oneribus exponit allegoricè & moraliter vno & triginta* A *alijs sermonibus a pag. 17. vsque ad 224. qui infra pro toto Aduentu referuntur.*

✠ B. ALBERTI magni Sermo ad ea verba *Math. 21. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus &c.* Circa quæ quatuor vult notanda. I Quis sit iste Rex scilicet filius Dei; Rex incarnatione, & Ascensione. II. Quæ sit filia Sion, cui annunciatur; fidelis anima, cum est filia mandati de diligendo proximo; & speculi, quod est Christus. III. in quali equitatura veniat; sedens asino, qui significat carnem assumptam; in qua vilibus onerauit se, & vilioribus à Iudęis oneratus est. IV. Ad

quid venerit, scilicet vt saluaret. A v. Qualis debeat esse anima fidelis, cui hoc annunciatur; nempe filia perfecti timoris. Denique ad suscipiendum Christum hortatur. *Tom. 12. ferm. 1. de temp. pag. 3 & 4.*

Sancti Patris Ambrosii sermo hac die habitus. Imprimis quædam mysteria Aduentus Domini per iudiciū explicat: & cur Christus noctis tēpore se aduenturum dixerit, exponit. Secundò verò de differentia resurrectionis bonorum ac malorum in die iudicij, per tractat, *Tom. 5 col. 1*

Eiusdem sermo, in quo docet populum qualiter vitam & mores moderari hoc tempore debeat, vt in die Dominicæ Natiuitatis lætari gaudio spiritali mereatur. *ibid. col. 3.*

✠ S. Antonii de Padva sermo, B in hæc Euang. verba. *Erunt signa in Sole & Luna &c. Luc 21.* Plura breuiter præcipuè tamen quatuor tractat. I. in sanctitatis & claritatis Christi comparatione, omnem sanctorum claritatem, pati detrimentum, affirmat. II. Vulnera & sanguinem Christi, esse ciuitates refugij, ostendit. III. Hominem in morte quoquò se vertat, cadere in terram & in eam reuerti, declarat. IV. Quomodo punientur in iudicio superbi, luxuriosi, auari, iracundi, & omnium delicta manifestabuntur; demonstrat. *A pag. 97. ad pag. 100.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium huius Dominicæ in qua textum percurrit, litteraliter explicat, ac iuxta moralem sensum, obiter interpretatur. C *Tom. 7. col. 186.*

S. Bonaventvræ sermo in Euang. tripartitus, in 1. parte de signis secundum Aduentum Domini præcurrentibus differit, quæ erunt in triplici differentia, nimirùm, signa deceptibilium miraculorum ex parte Antichristi, ad subuersionem fidei & Christianæ Religionis: signa carnalium delectationum ex parte sensualitatis, ad charitatis refrigerationem; tunc enim refrigescet charitas multorum: signa multiplicium tribulationum, ex parte mundi & creaturarum, ad euulsionem spei & longanimitatis. Signa prima denotantur in sole, secunda in luna, tertia in stellis. In 2. parte tria affert remedia præcedentibus malis. videlicet, respicere, & leuare mentem, ad sapientiam filij, ne per signa deceptibilia à veritate fidei auertamur ad Spiritus sancti clementiam, ne à charitate Christi separemur, per signa carnalia concupiscentiæ: ad Patris potentiam, ne per signa horribilia tribulationum: à spei firmitate euellamur. In 3. autem parte, triplicem ostendit consolationem ex illa triplici consideratione iustis tunc ad futuram, firmam, nempè fidem, charitatem non fictam, & spem certam; quibus in gloria correspondebunt, visio clara, quieta fruitio, & tentio secura. *Tom. 3. 1. serm. Dom 1. Adu. pag. 1.*

Eiusdem sermo in illud Euangelij: *Tunc videbunt filium hominis venientem in nube, &c.* Quatuor insinuat, 1. iudicij tēpus præueniendum, 2. personæ iudicanti intendendum, 3. loco iudicij occurrendum, 4. a iudicis autoritate tremendum. *Ibid. serm 4. Dom. 1. Aduent. pag. 10. 11.*

Eiusdem, sermo tertius in illud, *Scitote quia prope est regnum Dei* Monet quatuor valdè esse propè, diuinæ gratiæ largitatem in mundo, iræ seueritatem in iudicio, pœnę acerbitatem in inferno & gloriæ decorem in cœlo. *Idid. serm. 5. Dom. 2. Adu. pag. 11.*

S. I. Chrysostomi sermo in secundum Aduentum D. N. Iesu Christi super verba D. Pauli ad Rom 14 v. 10. *Omnes stabimus ante Tribunal Christi, & vnusquisque pro se rationem reddet Deo.* In hoc sermone multa pertractat I. Agit de reddenda ratione commissorum in Iudicio coram æquissimo iudice, & maximè scandalorum, quibus alios scandalizamus, & ad peccandum exemplo nostro proximos impellimus. II. Aduersus eos, qui persuadere sibi & aliis conantur, deum, ad solum timorem hominibus incutiendum, ea quæ in iudicio futura scribuntur, minatum esse. III De loco gehennæ, & quonam pacto illam effugere potiùs debeamus, quàm curiosiùs inquirere vbi nā sit. *T. 6. p. 6. 51.*

Eiusdem sermo alter, paulò ante quàm è vita migraret, de signis futuris in consummatione huius sęculi. I. Loquitur de pseudoprophetis, falsis magistris, & impiis hæreticis, à quibus, iuxta monitum Domini attendendum est, ne seducamur. II. De rigore iudicij, & de modo illum euitãdi, per pœnitentiam & bona opera. *Hic sermo habetur inter opera Sancti Patris Ephrem, Tomo 3. in fine pag. 801.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in ea Epist. verba. *Abijciamus opera tenebrarum & induamur arma lucis*, Sermo, in duo membra distributus quorum primum est. Nos debere non solum abiicere opera tenebrarum, sed & omissiones operum bonorum; Opera tenebrarum sunt opera exteriora mala, & actus interiores vitiosi, & omnia peccata mortalia, quia 1. Deo summæ, veræ & puræ luci aduersantur; 2. per ea à patre luminum speramur; 3. per ea efficimur miseri & spiritualiter mortui; 4. peccatum est summa vilitas hominis; 5. per ea, membra ac serui diaboli reddimur; iugo impietatis subiicimur, donis gratiæ & gloriæ priuamur, æternis deputamur suppliciis. Secundum. Necesse esse arma lucis assumere, id est, virtutes & dona Spiritus sancti, quia 1. sine ijs animæ nostræ nudæ & debiles sunt; 2. in statu & campo certaminis sumus; 3. ad lucem summam & increatam perducunt, *ex Sermonibus de temp. à fol. 2. pag. 2. ad fol. 3. pag. 2.*

Eiusdem in Euangel. sermo 1. de iudicio extremo quod terribile est; Primò. Ex terribilibus signis quæ ipsum præcedent. Secundò, ex qualitate & proprietatibus iudicis summi tunc iudicaturi; qui formidandus erit ratione omnipotentię, sapientiæ, iustitiæ; Tertio, ex conditione, qualitate, & proprietatibus iudicandorum. Quarto, ex inflexibilitate iudicis summi, & irreuocabilitate sententiæ ipsius. Quinto ex terrifico aspectu iudicis circa iniquos. Sexto, ex magnitudine pœnæ quæ reprobis infligetur. Septimo ex dispositione in quâ mundus tunc erit. quia à dextris erunt peccata accusantia, à sinistris dæmonum turba, subtus inferni chaos superius iudex iratus, mundus ardens, intus conscientia vrens. Octauo, ex multitudine eorum qui aderunt sc. mundus vniuersus, omnes Angeli, cuncti dęmones. *In sermon. ib. de temp. fol. 5. pag. 1. ad 2.*

Idem, concione 2. de quadripartito Christi aduentu Sermonem habet quorum I est in carnem per quam assumpsit naturam humanam Verbum æternum in sua incarnatione. II. In mentem, id est, spiritualis & inuisibilis aduetus eius ad animas Christo. fideles ad quas descendit. III. Ad mortē; quo Christus in morte singulos visitat, dando eis quod meruerunt. IV. Ad finale iudicium in quo omnes homines cum summâ iustitiâ iudicabit. *Ex sermonib. de temp. à fol. 5 pa. 2. ad fol. 6 pag. 2.*

Eiusdem, sermo tertius de ordine & processu finalis iudicij ad quod venient secundum Aug. 20. de Ciuit. D. cap. 13. Helias Thesbytes, fides Iudæorũ Antichristus persecuturus, Christus iudicaturus, mortuorum resurrectio, bonorum & malorum remuneratio, mundi conflagratio, eiusdem renouatio, & ea eo ordine euenient quo hic ponuntur. *Ex sermon. de tempore à fol. 6. pag. 2. ad fol. 7. pag 2.*

Eiusdem, sermo quartus de signis iudicium vltimum præcessuris quæ erunt ex D. Hieron quindecim, 1. Omnia maria exaltabuntur quindecim cubitis suprà montes: 2 Prosternentur ita pro fundè, vt videri vix valeant: 3 In statum redigentur antiquum: 4. Belluæ & omnia animalia quæ mouentur in aquis congregabuntur & super pelagus leuabuntur, per modum contentionis inuicem mugientes: 5. Omnia volatilia cœli congregabuntur in campis inuicē plorantia, non gustantia neque bibentia: 6. Flumina ignea surgent ab occasu solis contra faciem firmamenti, vsque ad ortum solis fluentia: 7 Omnia sidera errantia & fixa spargent ex se igneus comas sicut cometæ: 8. erit motus terræ magnus, vt omnia animalia prosternantur: 9. Omnes lapides diuidentur in quatuor partes, vnaquaque aliam collidente: 10. Omnes plantæ fluent sangui-

neum rorem: 11. Omnes montes & colles & ædificia in puluerem redigentur: 12. Omnia animalia venient de desertis & montibus ad campos, mugientia, nihilque gustantia: 13. Omnia sepulchra aperientur. 14 Omnes homines de habitaculis recedent, non intelligentes, neque loquentes sed discurrentes 15. Omnes morientur, & resurgent cum mortuis diu antè defunctis. *Ex sermonib. de emp. a fol. 7 pag. 7. ad fol. 8. pag. 1.*

S. Ephræm sermo de sæculi consummatione, ac secundo Aduentu Domini, eiúsque terribilitate multũ pertimescendã; necnon de Regno iustorum successione carente, æternóque supplicio peccatorum. *Tomo 1. pag. 161.*

Eiusdem sermo de secundo Domini Aduentu, in quo iustos in spem salutis erigit, bonos in proposito rectè viuendi confirmat: malos autem à vitijs & prauis consuetudinibus deterret, descriptione horroris ac terroris iudicij extremi. *Tomo 1. pag. 239.*

Eiusdem sermo parænetieus de eodem 2. Aduentu, in hoc sermone multa & præclara dicit; I. Vitam in melius commutandam dum tempus datur, ostendit; II. Modum Deum nobis reconciliandi, docet; III. Terrorem iudicij proponit IV. A peccando iniquos deterrere conatur: V. Certitudinem infallibilem iudicij ex scripturis efficaciter demonstrat: VI. Varios inferni ac damnatorum cruciatus enumerat. *Tomo 2. pag. 493.*

I. Gersonii sermo in Euangelium hodiernum, in quo tria tanguntur; I. Iudicium vniuersale, cum quibusdam notis litteralibus; II. Iudicium particulare, quod fit in morte cuiuslibet hominis. III. Peccatum luxuriç, & quid sit facturus impudicus, quóve se absconsurus quando veniet postremi iudicij dies, deplorat *Tomo 2. parte 4. col 316.*

S. Gregorii. Magni homilia Euangelicæ lectionis, in Basilica B. Petri ad populum habita, in ipsa textus, iuxta sensum litteralem & tropologicum explanatur. Agit autem præcipuè, de mundo senescente quem homini comparat; de iudicij vltimi proximi- A tate; & de mundi regno non diligendo quod citò transit, sed Dei quærendo quod stat & permanet. *Tom. 3. ehomil. 1. in Eua. g. col. 2.*

Guerrici Abbatis sermo de Aduentu Domini, in illud Apostoli *saluatorem expectamus*; de expectatione iustorum differit, docet autem quod sicut Ecclesia in antiquis iustis expectauit. Aduentum primum sic in nouis, (vtinam & in nobis) reexpectat secundum: qua propter patienter sustinẽdum, quia cito veniet & non tardabit, & si moram facit, suspendium eligat anima nostra, & in cruce perseueret, vt in nobis illud. *Osee 11.* compleatur. *pendebit populus meus ad reditum meum. Serm. 1. Dom. 1. Aduent. à pag. 1. ad pag. 7.*

B Guillelmi Parisiensis, Sermo 1. in Epist. hæc verba, *Hora est iam nos de somno surgere*, Rom. 13. Adẽtus Christi triplicem aduertit sc. in carnem, in mentem vt peccatori peccata remittat, & ad iudicium siue particulare siue vniuersale: Christo occurrẽdum docet; Quantum ad primum. De tanto beneficio gaudendo, & Deo gratias agendo, humilitatem eius, imitari desiderãdo: factum paruulum pro nobis ardenti dilectione amplectendo attendentes misericordiç eius immensitatem in eum sperando. Quantum ad secundum. Per triplicem misericordiam in dando, dimittendo, mutuando & triplicem veritatem contritionis, confessionis & satisfactionis. Quantum ad tertium. Memoriã mortis suæ & districti iudicij. *fol 1. 2.*

C Eiusdẽ, sermo 2. ex superioribus verbis concludit, Peccatorem dormienti esse similem, & sine dilatione à peccato esse surgendum. I. Peccatorem dormienti comparat quia somnus est quædam imago mortis, dormiens credit se veris delicijs vti cum falsis fruatur, dormientibus videntur esse illa pericula quæ in veritate non sunt, dormiens dum dormit non intelligit errorem suum. II. Surgendum quantociùs esse à peccato: peccatum enim, ignis est deuorans omnia bona interiora, immumdum supra lutum cruciat &

doloribus premit, periculo semper est proximum. *a pag. 2. ad pag. 3.*

Eiusdem, sermo 3 Ad hęc Epist. verba exponenda *dies autem appropinquauit. Abyciamus ergo opera tenebrarum: & induamur arma lucis, Rom.* 13. Postquam peccata opera esse tenebrarum asseruit; quia non perpetrantur nisi ab his qui sunt in tenebris & cæcitate mentis; tenebras & latibula quærunt, propter cordis visus debilitatem, peccati erubescibilitatē, & displicentiam; ducunt ad tenebras æternas. I. Duplici ratione peccata abijcienda probat, quia inutilis eorum est absconsio, & fiunt si non abijciuntur inseparabilia. II. Bona opera abundantiùs fieri desiderat, quia operiūt multitudinem peccatorum, defendunt hominem tàm in præsenti quàm in futuro sæculo, ornant eum in animæ potentiis, nobis fidelem exhibent societatem, Hæc digna & fructuosa ad Christum nascentem & natum recipiendum præparatio. *a pag. 3. ad pag. 5.*

Eiusdem, Sermo 1. in Euang. siue in illud Matth. 21. *Dicite filiæ Sion ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Ex his verbis instruit prædicatores. Primò. Loquendum esse siue prædicandum & hodie à prædicatione non cessandum vt ritè sermone Dei Saluatoris Aduentus præueniatur. Secundò. Cui Euangelizandum sc. Filiæ Sion, hoc est Ecclesiæ militanti quæ filia est triumphantis: Siue humilibus, qui specialiter humili regi dati sunt. Tertio. Quid prædicandum, Aduentus sc. Saluatoris, quem Ecclesia in præsepio repræsentat, vt, à somno pigritiæ excitemur, de eius misericordia multum confidamus; attendentes quia caro & frater noster est; de tanto beneficio gaudentes; vana mundi gaudia respuamus; magnitudinem beneficij considerantes benefactori grati esse studeamus; ex honore à Deo nobis exhibito dignitatem humanæ naturæ pensantes, eam in honorare timeamus, *à pag. 227 ad pag. 229.*

Eiusdem, Sermo 2. ex verbis de quibus supra, attendit I. Aduenientis Christi propinquitatem siue veniat in carnem, siue in mentem, siue ad iudicium, & ei occurrendum probat quantum ad primum de tanto beneficio gaudendo & gratias agendo: quantùm ad secundum orando: quantùm ad tertiū in veritate & misericordia. II. eius sublimitatem, cùm sit rex gloriæ: Quare gloriosus ei apparatus faciendus, locum gloriæ prouidendo, Animum siue cor nostrum: Vestes gloriæ assumendo quæ sunt spirituales: delicias gloriosas præparando, eius, sc. Laudes. III. Christum alijs esse Saluatorem, alijs damnatorem. IV. Saluatorem eos fugere venientem, qui à prædicatione vel alijs vbi Deum inuenire possent declinant: Ab eo se abscondere eos qui peccata sua occultant illi nec confiteri volunt. *à pag. 220. ad pag. 231.*

Eiusdem, Sermo 3. Præcedentia verba examinans. I. vocat. Animam bonam, ex scripturis: filiam principis; vt nobilitatem suam intelligat, & nobilitate generis contra morum ignobilitatem certet: Filiam Syon, vt faciem suam in speculo scripturæ sacræ videat, & quę sint in ea sordes deprehendat: filiam Iuda, vt quod vidit in speculo per confessionem lauet Filiam Ierusalem, vt peccatoris & æternitatis pacem desideret. II. Animam peccatricem appellat, filiam Latronis, similem infernali illi latroni suspendio iam damnato· Filiam Edom, quę peccati sanguine est inquinata: Filiam Babylonis, quæ non vult esse filia confessionis Filiam Belial, quia sine iugo Christi vult esse, sine quo pax peccatoris vel requies non inuenitur. *à pag. 231. ad pag. 232*

Eiusdem, Sermo 4. ex dictis superiùs, diciteria spiritualiter homines præparare ad aduentum Saluatoris in mentem. I. Puritatem, quia ille qui venturus est candor est lucis æternæ & candidam oportet esse animam in qua ipse sedere elegerit. II. Magnitudinem desiderij: libentiùs enim aliquis declinat ad hospitium in quo credit aduentum suum desiderari: Hîc notat septem esse peccatori necessaria vt Christi aduentum desideret, 1. vt cogitet quem reliquit; 2. quare Deum reliquit; 3. quid cum eo reliquerit, omne scilicet bo-

num; 4. cui adhæserit; 5. quid diabolo ad hærendo inuenit, quia omnem vtique miseriam? 6. quod nisi adueniat Deus, non recedet diabolus; 7. non posse hominem ad Deũ venire per gloriam, nisi Deus adueniat per gratiam. III. Humilitatem, humilibus enim Deus dat gratiam. *a pag.* 232. *ad pag.* 234

Eiusdem, sermo 5. Citata iam verba iterum expendens, magnitudinem deprehendit aduentus Christi. I. In carnem, ex eorum merito qui illum prænunciarunt, ex desideriorum quantitate, ex venientis dignitate, sc. filij altissimi. qui longe venit, in carceris autem quippe huius horrorem venit, vt per misericordiam suam & charitatem copiosam, à pœna nos liberaret. II. In iudicium, à signis præcedentibus, cor porum resurrectione, iudicandis & ijs de quibus iudicabuntur, & omnibus quæ in eo fient. III. In mentem, quia, 1. fit per totam Trinitatem, 2. est specialiter bonorum, 3. non solum est ad nos sed in nos, 4. nulli est nociuus, 5. Christus in ea est mansurus, 6. nisi ad nos venerit, ad ipsum venire non possumus. *a pag.* 234 *ad pag.* 235.

S. Hippolyti Episcopi et Mart. oratio de consummatione mundi, ac de Antechristo, & secundo Aduentu Domini Iesu Christi, in qua I. ruinam mundi terroris plenam, ex Prophetarum & Apostolorum testimoniis demonstrat. II. de Antichristi facinoribus, origine, natiuitate, progressu, miraculis, ac morte disserit, & quo pacto per omnia imitari Christum conabitur; vt facilius homines seducere possit. III. de signis consummationis mundi. IV. loquitur & vltimò de iudicio & aduentu Christi; vbi multa præclara habentur, de aduocatione iustorum ad vitam & regnum, in illud *Venite Benedicti, &c.* & de Christi, in reprobos exprobrationibus faciendis, in istud *Esuriui & non dedistis, &c.* *Tomo* 2. *Bibliothecæ Patrum, col.* 3.

D. Innocentii Papæ III. sermo primus hac die habitus, sequentia complectitur Christi Aduentus dilationem, huiusque dilationis rationes: triplex silentium in lege naturæ, in lege scripturæ, & in lege gratiæ, in qua aduenit Christus dum medium silentium tenerent omnia: cur non Pater aut Spiritus Sanctus, sed Filius dumtaxat fuerit incarnatus: cur de sola muliere corpus assumpserit: cur tot opprobria, tot irrisiones, & supplicia sustinuerit: denique quatuor leges enumerat naturæ nimirùm, scripturæ, gratiæ, & culpæ, in illa Apostoli verba, *Cum veni. plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. Tomo* 1. *Ser.* 1. *pag.* 3 *& sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus in illud *Hora est iam nos de somno surgere*, de somno multiplici concionatur, de triplici somno vitæ, de triplici somno mortis, de triplici somno mortis spiritalis; ab his autem surgendum nobis est pluribus ex causis quas refert; negligentiam autem ibidem detestatur, & ignorantiæ ac concupiscentiæ mala obiter tangit, *Tom.* 1. *Serm* 2 *pag.* 7. *& seq.*

✠ Ioannis Thavleri sermo primus in hæc epistolę verba, ad Rom. 13. *Hora est iam nos de somno surgere* Præfatione præmissa de vtilitate aduentus Domini 1. vt surgamus, attendendum dicit qua ratione lapsi sumus; tresque enumerat salutis hostes, quibus impugnamur. 2. Reuertenti ad Dominum esse superandos; idque sex virtutibus, duabus auertimur à vitio, mortificatione & humilitate: duabus, Angelis cõformamur; inimicorum dilectione, & beneuolentia in proximos: duabus Deo assimilamur, obedientia & perseuerantia. 3 His docet superiores nos effici, & in aduersis fortes. Vbi & de causis tribulationum. 4. His disponi animam ad audiendum verbum Dei: 5. Constituit duo genera audientium verbum Dei. 6. Monet quæstionem, quo pacto diuinas ordinationes citra obstaculum sentire quis possit. 7 tùm etiam Christum triplici fine omnia sua peregisse, ad gloriam patris, ad salutem nostram, ad exemplum nostrum. *à pag.* 1. *vsque ad* 4.

Eiusdem sermo 2. in eadem verba Epistolæ. Rom. 13. Ostendit à somno euigi-

euigilandum esse, & Christum suscipiendum. Primum præstari dum vitiis animum expurgamus, & passionibus euacuamus. Ad idem humilitatē conferre: Secundum autem, si habitemus in interiori homine, in qua schola plurima doceri demonstrat. Necesse esse ibi nos exercere in meditatione vitæ & passionis Christi, cuius vtilitatis recenset; præsertim verò triplicis nostri hominis in Christum transformationem, vt ita eum induamur. Deinde hortatur, vt interioris hominis habitatione persistamus. Tandem triplici homini sua præscribit exercitia exteriori, interiori & intimo spiritui. Præstarique hæc omnia per jugem passionis Christi contemplationem. *a pag. 5. ad. 11.*

Eiusdem serm. 3. tractat Euangelium illius Diœcesis, ingredientis Christi in Hierusalem, ad ea verba Zachariæ cap. 9. *Ecce Rex tuus venit tibi iustus & Saluator.* Explicat quibus modis & fructibus tradiderit seipsum nobis Iesus Christus. Primo, vt sit alimentum animæ. 2. vt propriè Deus noster sit, & omnia cùm ipso. 3. vt capaces simus beatitudinis in cœlo & in terra. 4. vt omnes actus nostri sint deiformes. 5. quo sit caput nostrum, vndè influat in nos. 6. Vt per filium, Patrem videamus, si cùm filio in spiritu per amorem iungamur. Tùm declarat quibus modis efficere possimus, vt vnicus cùm Christo, Dei filius efficiamur. *a pag. 11. ad 13.*

B. Ivonis Carnotensis sermo in Domini Aduentu, huic Dominicæ conuenientissimus: agit enim de Aduentu per incarnationem, & de Aduentu per iudicium, quos ad se-inuicem confert eleganti admodum artificio; vbi ratio redditur, cur vno eodemque tempore Ecclesia vtrumque commemoratione celebrat. *Ser. Eccles. Serm 7. Tomo 1. Auctuar. Biblioth. Patr. col. 8 2 813. 814.*

Nicolai de Cvsa sermo in illud Roman. 13. *Induimini Dominum Iesum Christum, &c.* in quo tres veritates elucidantur. I Consummata scientia pertingendi ad fœlicitatem est scire Christum, & hunc crucifixum, & hoc A scire est induere ipsum. II. Anima carne vti debet tanquam instrumento ad fœlicitatem æternam assequendam, & non curare, si propterea patiatur in carne; ideo Christus assumpsit carnem vt nos illuminaret, & liberaret ab errore. III. Christus est virtus virtutum, seu virtus consummata. *Excitationum lib. 7. pag. 553.*

Idem, sermone altero, vnde suprà dicit Amorem esse motum animæ. Primo, autem mouetur rectè & ordinatè ad Deum & proximum; inordinatè & reflexè ad seipsum, ita vt omnia propter se diligat, ex quo surgit omne peccatum mortale. Secundò. Motus procedit à corde propter finem & finis est melior iis quæ sunt ad finem, vt sanitas B melior medicinâ, corpus indumento, gratia pœnitentiâ. Tertiò. Sicut radius, sapientia magistri, ad illuminandum discipulos in nocte ignorantiæ existentes, ad mentem eorum descendit, medio verbo, &c. *lib. 7. excitationum pag. 559.*

Eiusdem ad prædicta verba, sermo alius vbi ita de creatione & reparatione disserit, Deus omnia simul creauit, tamen ordine quodam naturæ; primò, fuit anima viua, quæ sibi ex materiâ adaptauit corpus; & anima illa corpus sibi vniuit, vt corpus non in se, sed in anima subsisteret. Intellectus igitur Adæ primò creatus fuit ordine naturæ per sapientiam creatricem; de- C inde mediante intellectu, sapientia formauit corpus: sed quia viâ propagationis, voluit Deus ex vno homine multos generari; ideo cum tempore & motu id fieri debeat, prius tempore animale quàm intellectuale esse permisit. Christus autem Adam nouissimus, secundum formam primi, in hunc venit mundum, non ex propagatione sed creatione. Vndè sapientia supra omnem motum & tempus intellectum humanum sibi creauit aptissimum, & in suam vnionem attraxit. Eademque creatrix intellectus, de purissima materia sacratissimæ Virginis humanum corpus effecit, quod & in sui vnionem admisit.

C

✠ Radvlphi Ardentis in Epist. lectionem *Hora est iam nos de somno surgere Rom. 12.* Homil ad Christi Aduentum expectandum nos cum Apost. hortatur dicens. I. A somno naturæ, mortis, & peccati surgendum, dum viuimus, valemus & peccare possumus, non autem horâ sera quæ est mortis, neque infructuosâ, quæ est post mortem. II. A somno peccati citò surgendum, quia instat tempus salutis nostræ, siue sit dies mortis, siue iudicij. III. Per pœnitentiam, fugiendo vitia, & sequendo virtutes à somno peccatorum esse surgendum. *à fol. 1 pag. 1. ad. fol. 4. pag. 2.*

Eiusdem in Euang. Marc. 1. ita habentem. *Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, &c.* homilia; in quâ Primò Euangelium bonam esse annunciationem de fide & moribus, ad salutem, ostendit, Euangelium Iesu Christi filij Dei dici debere probat, quia ipsius est auctor, materia & promulgator; Euangelium illud, Ioannes primus prædicauit cum mysterium Trinitatis, Incarnationis præcedentibus obuelatum, apertè prædicauit. Secundò. Veritatem hanc postremam testimonio Prophetæ confirmat dicentis. *Ecce ego mitto Angelum meum, &c.* Angelus, id est, nuntius tria facit, Domini Aduentum præcedit; non suam, sed Domini auctoritatem gerit; non sibi, sed Domino hospitium parat & honorem quærit. Sic Ioannes. Tertiò, Ioannem more boni prædicatoris non solum verbo, sed etiam exemplo viam Christo præparasse demonstrat. *à fol. 4. pag. 2. ad fol. 8. pag. 1.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo primus in Euang. tria docet, I. quod Dominus tripliciter affliget malos in Iudicio, disceptando, conuincendo, condemnando, II. quod Angelus illis similiter faciet, ad iudicium trahendo, à bonis eos separando, in ignem æternum mittendo, III. quod cœlestia corpora pariter affligent impios signis terrendo, tenebris affligendo, scelera eorum reserando. *In sermonib. Dominic. pag. 2. col. 2. Tom. 16.*

Item eiusdem sermo secundus, in quo quinque ostendit peccatorem in die

A iudicij affligentia, I. ab igne punietur, lucem abscondendo, incendendo, non consumendo, II. ab aëre similiter, fulguris emissione, grandinum pluitione, ventorum commotione. III. ab aqua pariter, creaturas quæ ad vsum erant, occidendo, fluctibus terrendo, contrà illum excandescendo. IV. à terra eodem modo, beneficia subtrahendo vt affligatur fame, terræ motibus concutiendo, ac tandem deuorando. V. à seipso, ex defectu omnium bonorum, ex recordatione præteritorum, ex expectatione instantium omnium malorum. Denique tres affert rationes, cur creaturæ in iudicio sic excandescent contra malos, *in sermone Domin. pag. 2. col. 3. 4. Tom. 16.*

B ✠ B. Thomæ à Villanoua Concio I. de iudicio supremo, ad verba *Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube.* In qua, post inuocatum diuinum auxilium, de duobus tractare instituit. I. Propter quod fiet iudicium. Primam causam sumit ex natura hominis qui solus tenetur iudicio, & potest in iudicio conuenire, quia liber est. Secundam, Tum quia perfecta sunt Dei opera, ad quod necesse est vt iustis præmia, peccatoribus supplicia decernat: Tum etiam, ne sit quædam inordinatio in mundo, in quo mala impunita, bona irremunerata maneant.

II. Agit de ipsa iudicij historia. Vbi C primum declarat necessitatem iudicij generalis: quia virtus non solum præmium, sed & honorem: vitium non tantum pœnam, sed & confusionem, promerentur. Ad quod, de confusione impiorum multis differit; deque generalitate iudicij. Deinde tractat de ipso iudice; quem futurum Deum & hominem dicit, vt timeamus, & confidamus. Cauendum tamen, ne in spe nimia peccemus, quia agnus erit electis; Leo reprobis. Denique hortatur vt iudicis seueritatem præueniamus in delictorum confessione & pœnitentia. *A folio 1. col. 1. vsque ad 3. col. 4.*

Eiusdem Concio 2. in eadem verba Euangelij. Initio examinat, cur alia aliis, omnibus tamen ferè Prophetis

dies iudicij reuelatus sit. Causa prima A est, vt omnibus impiis prædicto illo, inexcusabiles sint. 2. Vt electi illud effugiant incolumes. II. tractat de huius iudicij ordine & modo. Et I. de calamitate mundum oppressura: & quomodo futuri homines dicantur securi. 2. Congregationem omnium gentium per Archangeli tubam exhibet, & piorum à malis separationem. 3. Aduentum iudicis, consessum simul iudicantium, singulorum in suo ordine comparitionem, librorum apertionem, & quibus perspicui erunt, exaggerat. 4. Confusionem improborum. 5. Non solum ibi peccata, sed iustitias quoque esse iudicandas. 6. Illud iudicium, non solum spiritali actione exequendum esse, sed etiam voce contra impios ter- B ribili; quam ex D. Bernardo refert. *A fol. 4. col. 1. vsque ad 6. col. 4.*

Eiusdem tractatus de Aduentu Domini, ad illa verba *Matth. 21. Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* In quo quatuor examinat. Causas propter quas venit: fructum quem in mundo fecit: gratitudinem quam tanto benefactori debemus præparationem ad eum suscipiendum. De tribus posterioribus, mixtim tractat de primo autem ex professo. Et quidem, causam dicit esse generis humani reparationem: quod etsi captum effugiat nostrum, nititur tamen quatuor rationibus. 1. est ex parte culpæ, quæ infinita, simili indigebat satisfactione. 2. ex parte hominis reparādi; vt per illum, per quem C formatus fuerat, tanquam prototypon, reformaretur. Vbi declarat nos non statim ex pleno reparari per Christum. 3. ex parte Dei, vt diuitias bonitatis & misericordiæ suæ ostenderet, & charitatis pondus. 4. Ex parte culpæ, vt homines tali remedio curarentur, quo deinceps à peccato cohiberentur, & lapsi subleuarentur quæ omnia præstat mors Christi benè ponderata. *A fol. 6. col 4. vsque ad fol. 9 col. 4.*

DOMINICA SECVNDA *Aduentus.*

*B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, &c. Luc 21.* Prænotato quadruplici aduentu Christi, in vterum virginis, in mundum, in cor hominum, in iudicium: de secundo vt homines redimeret tria tractare instituit I. quod signum ad istam redemptionem concurrerit; & facit multiplex, per signa Euangelij designatum. In sole, filium Dei. In luna, B. Virginem. In stellis, Apostolos. In terra, mulieres quæ pauerunt Dominum. In hominibus arescentibus, quorundam timorem. In mari Iudæorum maiores. In fluctibus, Scribas & Pharisæos. In virtutibus cælorum motis, syderum ecclipsim. II. A quibus & per quæ sumus redempti: Ab iniquitatibus, per carnem Christi. Vbi notat sex iniquitates Adæ & Euæ; quibus tot remediis satisfecit. III. Quid secutum fuerit redemptionem in cruce facta. *Tom. 12. Conc. 1 de temp. pag. 5. & 6.*

S. AMBROSII sermo, hac die habitus, populum instruit quomodo se preparare debeat ad ritè celebrandum Domini natalem: & ducta similitudine Imperatoris terreni, ac principum Regni, illi pompaticè occurrentium. docet quibus ornamentis fideles Christo nato, cœli & terræ Dominatori, anteire & accurrere debeant; ad duo autem præcipuè hortatur ad fæcem delictorũ purgandam, munditiemque cordis prosequendam, & ad eleemosynam pauperibus impertiendam. *Tom. 5. serm. de Temp. serm. 4. col. 5. 6.*

*S. ANTONII DE PADVA, sermo, In quo tria habentur & describuntur. Ioannis incarceratio, & bonorum persequutio per mundum & carnem, hoc est, vanitatem & voluptatem. Cæcorum, claudorum, leprosorum, surdorum, mortuorum, id est, superborum, hipocritarum, luxuriosorum, auarorum, & gulosorum, curatio: Religiosis ne-

cessariæ perfectiones & virtutes, solitudo, paupertas, castitas, obedientia. *à pag. 101 ad pag. 103.*

S. BASILII SELEVCIÆ oratio per elegans, in illa Euang. verba *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* cuius hæc est summa, Deus, hominum pater simul & doctor illis suæ Diuinitatis cogitationem & cognitionem ab initio & deinceps vi amoris inexsuperabili libenter impertiuit; visionibus, sacrificiorum acceptionibus, ipsismet hominibus, litteris ac lege scriptâ, filij sui incarnatione & diuino Ioanne Baptistâ tanquam instrumento gratiæ. Vnde duos ex suis discipulis hodie ad Christũ mittit, *vt ipsum interrogarent: Tu es qui venturus es &c.* Et ex eius responsione Deum verum ipsum agnoscerent. Vbi multa in laudẽ sacratissimi mysterij incarnationis. *Oratione 34. fol 176. & sequentibus.*

S. V. BEDÆ homilia, ad litteram Euangelium integrum exponit, & ex textu quædam documenta moralia elicit. *Tom. 7. in hom. hiemal. de Temp. col. 187. 188. 189.*

S. BERNARDI sermo de Aduentu Domini, huic Dominicæ aptandus iuxta illud Euangelici textus, *Tu es qui venturus es, &c.* Imprimis, quis venit, ad quos venit, propter quid venit, & quomodo venit, considerat; deinde triplicem Christi Aduentum, ad homines, in homines, & contra homines, notat; primò autem & tertio relictis, secundum pertractat, docetque modum Christum apud nos recipiendi, illi videlicet domum præparando ac in ipsa septem columnas ad instar sapientiæ erigendo, quæ sunt reuerentia & obedientia prælatos; consilium & auxilium, fratri proximo suo; sibi vero ac subditis custodia & disciplina, denique iudicium; enimuerò iustitia & iudicium præparatio sedis illius. *Serm. 3. de Aduentu Domini, col. 7. 8. 9.*

Item Eiusdem sermo alius, de duplici Christi Aduentu, per carnem, & per iudicium, quos semper cogitare debemus, ac circa ipsos assidua meditatione versari, tanquam dormientes inter medios cleros, vt sint pennæ animarum nostrarum ad modum columbarum, deargentatæ. Vbi ad veras virtutes hortatur, præcipuè autem ad voluntariam paupertatem. *Ibid. Ser. 4. de Aduent. col. 10. & seq.*

Eiusdem sermo alius, vel potius superioris continuatio, de Aduentu Christi in animam per spiritum, & virtutem: quem vocat medium inter alios duos de quibus *sup. Serm. Ibid. Serm. 5. de Aduent. col. 12.*

Item eiusdem sermo alius, de fine Aduentus, & ad quid Christus venerit; vbi multa habes de animarum reformatione, & corporum per mortificationem deformatione. *Ibid. serm. 6. de Aduent. col. 13. 14.*

Item eiusdem sermo alius, de triplici Aduentus Christi per carnem vtilitate: illuminatione, nimirùm auxilio, & protectione: pro triplici humani generis miseria, cæcitate, videlicet infirmitate, ac fragilitate. *Ibid. Serm. 7. & vlt. de Aduent. col. 14. 15.*

S. BONAVENTVRÆ sermo in Euangelium, quo instruimur. I. de multiplici statu miseriæ & calamitatis quem signat Ioannes in vinculis, sumus enim in vinculis culpæ originalis, pœnæ reatus, & corporalis miseriæ, II. de harum calamitatum remediis per Christi Domini in carne Aduentum: vnde quærunt Ioannis discipuli, *Tu es qui venturus es, &c.* & Christus intentioni ipsorum respondet ac satisfacit, vtilitatesque sui aduentus demonstrat factis & operibus miraculosis. *Tom. 3. ser. 2. Dom. 2. Aduent. pag. 8. & 9.*

Eiusdem sermo secundus in illud *Psal. 7. Excita potentiam tuam & veni.* Docet Christum ad nos in carne cum quatuor venisse, cum potentia, vt Dæmones vinceret: cum sapientia, vt homines doceret; cum misericordia, vt delicta ignosceret: cum iustitia, vt pro nobis satisfaceret. *Ibidem serm. 3. Dom. 2. Aduent. pag. 9 10.*

Item eiusdem sermo tertius in illud Euang. *Ioannes cum audisset in vinculis, &c.* qui tamen habetur. *Dom. 3. Aduent.* exponuntur autem hæc verba de bonis vinculis quibus iusti ligantur pro

conſeruatione gratiæ, quæ ſunt quatuor numero, pœnitentiæ, videlicet, amicitiæ, obedientiæ, & ſapientiæ: ceu ſatisfactionis, dilectionis, ſubiectionis, & eruditionis. Hęc verò omnia ex ſcripturis colligit, & ornat. *Id. ib. ſerm.* 3. *Dom.* 3. *Aduent. pag.* 13. 14.

Item eiuſdem ſermo quartus in illud hodierni Euangelij (licet apud Seraphicum Doctorem ſit in ſcriptus *Dom.* 3. *Aduent.*) *Tu es qui venturus es, &c.* agit de quadruplici Chriſti ad hominem Aduentu; exteriori in mundum, interiori in animam, inferiori ad infernum, & ſuperiori ad iudicium. *Id. ib. ſerm.* 4. *Dom.* 3. *Aduent. pag.* 14.

DIONYSII CARTHVSIANI ſermo in Epiſt. ita habentem. *Vnanimes vno ore honorificetis Deum, Rom.* 14. Duò vt Deum honoremus petit. Primum vt vnanimes non diſcordes ſimus, ſaltem in his quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, in quibus idem ſapere eſt neceſſe, quæ vnanimitas non tantùm in mente ſed & in voce laudis diuinæ debet eſſe. Secundum vt modum quo id debet fieri obſeruemus, multiplex eſt enim gradus honorationis diuinæ, 1. diuinorum cuſtodia præceptorum ſine quâ homo ſaluari non poteſt; 2. conſiliorum obſeruantia, quæ religioſos conſeruit, 3. ſiue in obſeruatione præceptorum ſiue conſiliorum facere opera ſupererogationis 4. totis viribus atque præcordijs ſeipſum extendere ad Dei obſequium. *Ex ſerm. de Temp. a fol.* 11. *pag.* 2. *ad fol.* 12. *pag.* 2.

Eiuſdem ſermo primus in Euang. *Caeci vident claudi ambulant, &c.* in his verbis tanguntur ſex ſpirituales hominum languores vitam gratiæ impedientes, quos Chriſtus per gratiam ſuam ſanat in nobis. I. eſt excæcatio rationis, hoc eſt, error, ignorantia ſeu perfidia mentis. II. Claudicatio mentis, hoc eſt, inordinatus amor ipſius, per quam proceſſus mentis ad Dominum impeditur. III. Carnalis concupiſcentiæ fœditas, quæ in diuitibus & potentibus plus abũdat, & à Chriſto totaliter ſeparat. IV. Surditas animæ, puta duritia ſeu rebellio cordis ad audiendum, & obtemperandum verbis Dei. V. Mors animæ, id eſt, ſeparatio eius à Deo, per peccatum mortale; quod Chriſtus aufert, charitatem, quæ vita eſt animæ infundendo. VI. Mentis inopia, id eſt gratiæ ac virtutum carentia, quæ hominem miſerum, miſerabilem, pauperem, cæcum, nudum facit. *Ex ſermonib. de temp. à fol.* 14. *pag.* 2. *ad fol.* 15. *pag.* 2.

Item, idem qui ſuprà ſermone ſecundo inquirens quomodo aliquis poſſit probabiliter ſcire ſe eſſe in ſtatu ſalutis? has notas in medium profert. I. Dum acedioſi ad opera bona, & mentis affectu ad temporalia incuruati, alacres fiunt ad diuinum obſequium, & ad diuina affectuoſi, tunc claudi ambulant. II. Homines loquacitatibus aſſueti, & ad audiendum verbum Dei graues & duri, ſi inſuper emoliuntur, & verbum Dei audire libenter incipiunt, à prioribus loquendi vitiis ſe cuſtodientes, tunc ſurdi audiunt. III. Dum omni ſpirituali virtute deſtituti & gratiâ vitijſque repleti, à Spiritu Sancto præueniuntur, tanguntur, & illuminantur; ſicque proficiunt vt chariſmatibus gratiarum quotidie plus abundent, intantum vt de ſua plenitudine alijs communicent; tunc pauperes euangelizantur: & hi omnes ita immutati probabiliter ſcire poſſunt quod gratia & charitas Dei ſibi ſunt infuſæ. *in ſermonib. de Temp. à fol.* 15. *pag.* 2. *ad fol.* 16. *pag.* 2.

Eiuſdem, ſermo tertius de moderamine obſeruando in veſtibus pro quo ſequentia diſce. I. Veſtium ſuperfluitatem & mollitiem abijciendam quia, 1. ex ea multa peccata & ſcandala originem habent; 2. exteriora ſunt ſigna & effectus interiorum. II. In pretioſis veſtibus vanitatẽ eſſe quia ex S. Greg. curioſis veſtibus nullus ſe induit, vbi videri à nemine poteſt; Ioannes Baptiſt. de aſperitate, humilitate & paupertate veſtitus laudatur; Petrus & Paulus Apoſtoli in Epiſtolis ſuis prohibent mulieribus pretioſas veſtes. III. in ornamentis corporis quinque modis peccari, pretioſitate, ſuauitate atque mollitie, ſpecioſitate, curioſitate, ſuper-

fluitate. IV. Vestitum correspondere debere & proportionari legi & professioni eorum qui ipso vtuntur. V. eos qui vestes portant ad libidinem prouocatiuas peccare mortaliter, quamuis non eas portent mala intentione, & licet etiam nemo ex talibus vestibus ad libidinosa desideria concitetur. *Ex sermonib. de Temp. a fol. 16. pag. 2. ad fol. 17. pag. 2.*

I. Gersonii sermo hac die habitus contra luxuriam, in duo membra diuiditur, primum continet litteralem Euangelij expositionem: secundum verò moralem, & sequentia complectitur, duodecim mala luxuriæ per varias infirmitates in præsenti Euangelio figurata, quæ sunt excæcatio, claudicatio, lepra, surditas, mors, doctrinæ bonæ impedimentum, scandalum, inconstantia, intemperantia, insipientia, diaboli imitatio, fœditas. Christum ad hoc venisse vt illa mala auferret sed nos ad tanta & talia bona recipiendo pœnitentiâ indigere, quæ in sancto Ioanne Baptista præfigurantur; vbi multa habes de impudicis cogitationibus, & earum remedijs, variasque propositiones circa hanc materiam quo ad quinque sensus exteriores, quas breuiter soluit. *Tom. 2. part. 4. serm. Dom. 3 Aduent. a col. 326. ad col. 335.*

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium (ex qua multa Beda Venerabilis sumpsit) textum percurrit & exponit, ad constantiam, tàm in prosperis, quàm in aduersis hortatur, qua ratione Angelos imitari possumus, docet Dei cooperatores existendo in reductione animarum ad ipsum, sicut fecit S. Ioannes, vnde & Angeli nomen mutuatus. *Tom. 3. homil. 6. in Euang. col. 14. 15. 16.*

✝ Guillelmi Parisiensis, sermo 1. in Epist. ad Rom. 15. *Quecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Quatuor libros ad eruditionem nostram scriptos notat. Primum, gloriæ, in quo legunt Angeli & sancti qui cum Deo sunt, sola apertio libri huius beatum facit. Secundum, gratiæ qui est liber crucifixi in hoc legere debe-

A mus humilitatem quâ subdamus nos maioribus, paribus, minoribus: mansuetudinem circa humilitatem verborum, rapinas rerum, iniurias corporum; charitatem, debito modo diligentes quod supra, iuxta, infra nos est: veritatem cordis, oris, operis. Tertium, Creaturarum, qui est ipse mundus; & valet ad duo; ad cognitionem Dei & nostri, loquitur vnitatem essentiæ diuinæ sua vnitate; personarum trinitatem & tribus personis quæ sunt appropriata, speciales etiam creaturæ specialem homini eruditionem faciūt. Quartum, Scripturarum, qui nobis ostendit quid credendum, cauendum, agendum, timendum, appetendum.

B *a pag. 5. ad pag. 8.*

Eiusdem sermo 2 in eadem verba per quæ innuit in omni specie animalium figuram corporis & membrorum naturam interiorem iudicari. In homine ergo I. Pedes in tribus nos instruunt, terram conculcant vt terrena contemnenda esse sciamus, solis plantis terram tangunt vt amore terrena non contingamus; amplius inquinantur & facilius læduntur quia terræ propinquiores, sic qui terrenis amplius intendunt peccato inquinantur. II. Manus tria nos docent, per fissuram digitorum discretionem quæ opera nostra præcedere debent; per frequentem ablutionem qua indigent, peccatorum

C per confessionem demissionem; per fissurarum medietatem in dando vel non dando mediocritatem. III. Os tria ostendit, vnicum est ad moderantiam in verbis; modicum ad temperantiam in cibo & potu; eleuatum à terra ad terrenorum abiectionem, probandam. IV. Lingua est tenuis, quia potens ad euacuationem sordis, in humido est, homo enim facile labitur, inclusa est, vt munda seruetur. V. Aures tria pariter manifestant, apertæ sunt vt paratiores simus ad audiendum, tardiores ad loquendum: maiores quàm brutorum, aures nostras omnibus verbis accommodandas dicunt, dependentes non sunt in terram vt non solum verba de terrenis

fed etiam de cœleftibus audiamus. VI. A ex oculis treseruuntur doctrinæ, funt bini vt moneamur diuerforum fapientum confilia quærere, eorum vnus dexter, alter finifter, vt profperitati & aduerfitati oculos æqualiter aperiamus; Multis funt inuoluti, vt diligentem oculorum cuftodiam doceant. VII Hominis caput vnicum; vt vnum Deum, in vnaquaque congregatione vnum prælatum & ducem denotet. VIII. Corpus humanum rectum, monet animi rectitudinem. *a pag.* 8. *ad pag.* 10.

Eiufdem fermo 1. in Euang. verba hæc. Luc 21. *Erunt figna in Sole & Luna, &c.* in quibus tria intuetur Primum, Euangelica figna quinque in Sole, Luna, B Stellis, Terra, Mari. Secundum. Ex Hieron. quindecim figna quindecim dierum ante diem iudicij. 1. die mare quadraginta cubitis fuper montes fe eriget: 2. tantùm defcendet vt vix videri poffit. 3. marinæ belluæ dabunt rugitus vfque ad cœlum: 4. ardebit mare. 5. herbæ & arbores rorem dabunt fanguineum: 6. ruent ædificia: 7. petræ ad inuicem collidentur. 8. generalis fiet terræ motus: 9. æquabitur terra: 10. exibunt homines de cauernis & ibunt velut amentes: 11. furgent offa mortuorum & ftabunt fupra fepulchra: 12. ftellæ cadent: 13. morientur homines tunc viuentes: 14. ardebunt cœ- C lum & terra: 15. fiet cœlum nouum & terra noua & refurgent omnes. Tertium. Caufas quare figna præcedant iudicium, quæ funt. vt magnum malum malis futuris annuncient, in quibus deliquimus in his feriamur, creaturæ ad vlcifcendum creatorem de fuis hoftibus præparatæ oftendantur; illorum influentia non fruantur qui nihil dignum bonitati diuinæ fecerunt; fint incitamenta doloris; indicent mundi fenium; ab amore mundi feparemur. *à pag.* 235. *ad pag.* 237.

Eiufdem, fermo 2. in quo totũ Euang. myfticè percurrens 1. De fignis iudicium præcurrentibus differit; folem effe Chriftum obfcurandum, prædicatione eius & miraculis ceffantibus; Lunam Ecclefiam, quæ lumen fuum non dabit, dum eius fanctitas miraculis non apparebit; Stellas quæ de cœlo cadent; multos cœleftem conuerfationem deferturos denotare dicit: In Sole etiam poteftatem Ecclefiafticam, in Luna fecularem, nam prælati non lucent radijs doctrinæ, ex quo confecutum eft quod Luna id eft fæcularis poteftas conuerfa eft in fanguinem; Stellæ funt fideles, cadent de cœlo cum multi recedent à fide. II. Statum eorum ad quos veniet iudex in his verbis *arefcentibus hominibus præ timore, &c.* confiderat. III. eorum etiam ftatum qui cum iudice venturi funt attendit ex Gloff. interlin. dicente in Matth. 24 tremebunt Angeli, quanto magis homines, id eft ad modum trementum fe habebunt, vel timebunt timore reuerentiæ &c. *à pag.* 237. *ad. pag.* 239.

Eiufdem fermo 3. ex his verbis, *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum poteftate magna & maieftate.* Tres eruit doctrinas quarum I. Potentiam iudicis quam fugere non poterunt impij, fapientiæ perfpicacitatem cui nihil poterit abfcondi, Zelum qui nullis acquiefcet precibus, manifeftat: II. Chriftum effe filium hominis propter exemplum humilitatis contra fuperbientes; formam humanam in qua apparebit; meritum infinuandum, quo ad gloriam talem deuenit, cõfiderat. III. Venientem iudicem, in nube fedentem, mortuos refurgentes & totam iudicij feriem intuetur & examinat. *à pag.* 239 *ad pag.* 240.

Eiufdem, fermo 4. in illud Luc. 21. *His autem fieri incipientibus refpicite & leuate capita veftra*, &c. Animaduertit Primò Chriftum electos confolari fpei eleuatione; ad quam pertinet vt malum tranfitorium non timeatur, in bonis temporalibus fiducia non habeatur, de meritis proprijs non præfumatur. Secundò. Dominum electos ad gaudium hortari cum mundus deftruitur, quia eorum vita laboriofa finitur, gaudium inimicorum eorum deftruitur, appropinquat amicus. Tertiò Redemptionem aduenientem effe à captiui-

tate culpæ quæ facta est in primo Aduẽtu, &c. *a pag.* 240 *ad pag.* 241.

HILDEBERTI TVRONENSIS sermo in illud *Esaiæ* 35. *Tunc aperientur oculi, &c.* cui correspondet hodiernum Euangelium. Quatuor languores quibus laborabat Adam & totum genus humanum ante Aduentum Christi, enumerat; cæcitatem videlicet, surditatem, claudicationem, & loquelæ priuationem: sanauit autem cœlestis medicus has infirmitates in aduentu suo piissimo, illuminando oculos mentis, aperiendo aures cordis, dirigendo hominum gressus, & vinculum linguæ soluendo; quæ omnia mysticè exponuntur. B *Tom.* 3. *Biblioth. Patrum col.* 315. *& sequentib.*

D. INNOCENTII PAPÆ III. ser. hac die habitus in illud, *Ecce veniet Propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem.* Christum magnum Prophetam demonstrat, quadruplicem Christi Aduentum distinguit, in nube, in rore, in turbine, & in igne Hierusalem quatuor modis vsurpari ostendit, est enim Hierusalem in patria superior inferior in via, interior in anima, exterior in Syria: quadruplicem insuper enumerat pacem, & quadruplicem Ecclesiæ renouationem. *Tom.* 1. *pag.* 10. 11. 12.

✠ IOANNIS THAVLERI Serm. 1. in Epistol. ad Rom. 15. Docet summam esse erga nos Dei beneuolentiam. Optãdũ esse vt paratos & capaces nos exhibeamus. Quod adueniẽs Christus plura distribuat munera, timorem Dei, voluntatem bonam, paupertatem voluntariã, castitatem mentis & corporis, humilitatem profundam, intentionem puram gratiam contemplationis. *A pag.* 13. *vsque ad* 18

Eiusdem sermo 2. in illud *Lucæ* 21. *Scitote quia prope est regnum Dei.* I. explicat quomodo & quando regnum Dei propè nos fit. II. quo pacto anima adduci queat, vt intra se cognoscat Deum suum, si scilicet fiat supra locum & tempus III. liberalitatis esse Dei, quod velit anima sinũ suum dilatare vt Deum recipiat. *A pag.* 18. *vsque ad* 20.

✠ NICOLAI DE CVSA sermo in A Epist. in quã hæc habentur. *Quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt; Rom.* 15. Spes vera & perfecta, est gratia nutriens spiritum, & vita animæ rationalis vnitæ animalitati; quando igitur quod credimus, indubia spe tenemus, tunc id quod post mundum futurum expectamus, in nobis iam est absconditum si speramus filij Dei fieri, iam Christus in nobis est absconditus. Et sic pascimur in gloriã apprehendentes Deum, & hîc credentes, & idem erit in re cibus, quem modo tenemus in spe, Ideo verus religiosus intrat monasterium vt pœnitentiam agat, fictus non item, &c. *Excitationum lib.* 5. *a pag.* 496. *ad pag.* 497.

Eiusdem sermo in eadem Epist. verba in quo probat Hominem esse de naturã rationali & animali, quasi de igne & aquã; vnde est quasi naturarum vnio, quæ in se habent diuersas leges seu motiones, vnio autem hæc est incontinuã pugnã, ideo virtus quæ pacificat bellum patientia dicitur, patitur enim anima quando corpori non potest complacere in eo quod amat; Anima patiens est similis Salamandræ, quæ de igne tribulationis pascitur. Scriptura est vti aqua, quæ id quod est in potentiã seminis in terra seminati mediante calore solis, citius in actum prodire facit: Scriptura sacra habet se vt aqua impregnata spiritu cœlesti, ad fœcunditatem terræ; est C perfectio omnẽ doctrinã cõplicans, &c. *Excitationum lib.* 8. *à pag.* 616. *ad pag.* 617.

Eiusdem, in Euang. sermo, *Mitto Angelum meum &c. Matth.* 11. Christus recedit vt paret locum, & reuertitur simul, recedere enim sensibiliter est accedere intellectualiter: Vnde Apostoli illi aduentui pararunt viam: paratur autem via per angelum, cuius officium est illuminare, purgare & perficere. *Lib.* 5. *excitationum pag.* 480.

Eiusdem, vnde suprà sermo, qui totus in hanc ratiocinationem potest reduci. Viderunt oculo mentis patres artem per quã Deus fecit sæcula, quæ & æterna Dei sapientia dicitur, quæ est panis vitæ intellectualis naturæ; & crediderunt illum panem de cœlo ad nos descensurum, & in nostrã naturã tanquam reparatorem

ratorem in plenitudine gratiæ, se visi-bilẽm ostensurum, Spiritus autem humanus nobilis, apprehendendi vitam in suâ æternitate & immortalitate desiderium habet, Ideo Deus vita immortalis & ars vitæ, siue saluator regenerat nos lumine sapientiæ seu artis immortalis ad assequendum vltimum desideriorum: Infirmitates spiritus per se solùm curabiles, curat per sapientiam, oculo visum, menti intelligentiam, claudo motum, &c. dat. Ideo Ioãnes ad Iesum misit discipulos, qui erant partiales pro eo, & nolebant credere Christum esse maiorem, ad Iesum vt viderent ea miracula & in eum crederent. *Excita. ionum lib. 7. a pag. 660. ad pag. 663.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS Homilia ad ea verba, *Quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, &c.* Rom. 15. per quæ monet nos vt in aduersis spem habeamus ne nobis sapientes, Deo stulti efficiamur; vt in fidei confessione vnanimitatem seruemus, Deum non solum vno ore sed & vno corde confitentes benedicentes, & honorantes; vt deficientes per charitatem suscipiamus ne subtus cadant, cuius exemplum nobis Christus reliquit. *a fol. 8 pag. 1. ad fol. 10. pag. 2.*

Eiusdem, in Euang. Luc. 21. *Erunt signa in Sole & Luna & Stellis, &c.* quod primâ dom. lectum est, Homilia, I. Dominus signa Aduentus prænunciauit vt suis qui in hoc mundo lugent essent ad consolationem, ita reprobis qui hîc consolantur essent ad confusionem, II. Christus ad iudicium non veniet occultus, humilis & mitis; sed apertus, altus, & terribilis. III. In iudicio electi gaudebũt quia mundo finiente, salus æterna quam desiderabant prope erit. IV. Signa præcedentia Aduentum Christi arborum fructificationi comparantur, æternitas vero æstati, quia fructus mundi ruina est. *à fol. 10. p. 1. ad fol. 14. pag. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in Euangelium S. Ioannes Baptista ob quatuor commendatur: tres in vinculis esse dicuntur, iustus, impius, & damnatus, eorumque vincula referuntur; modus ligandi se, vel soluendi

A docetur. *Tom. 16. serm. Domin. serm. 2. Dom. 3. Aduent. fol. 3.*

✠ B. THOMÆ à Villanoua Concio I. in ea verba Euangelij *Tues qui venturus es Matth. 11* Missa contentione cum Iudæis negantibus Iesum esse Messiam; se dicturum asserit, quem consentaneum & vtile fuerit hominibus, vt ad eorum redemptionem vnigenitus Dei Filius aduenirer. I. ostendit grande fuisse beneficium Dei, quod peccante primo homine, propagandorum filiorum virtus ablata non fuerit. II. Quod tunc propagationem permittens, de remedio prouiderit culpæ, & prænuntiauerit III. quærit cur filius Dei, à se-

B ipso pro peccato tantam exegerit pœnam; & quinque affert rationes: 1. vt homo exaltaretur, dùm Deus fit homo, & homo Deus 2. vt dæmon confunderetur, spe frustratus; sub hominis potestatem, quem deijcere conabatur, redactus; idque ijs medijs quibus nocêre tentauerat. 3. vt peccatum & opera diaboli destruerentur, & ab ijsdem homines deterrerentur. 4. vt imago Dei deformata in homine per suum prototypum reformaretur. 5. vt homo elongatus à Deo, quem alia via restituere non poterat, per hanc amoris, beneuolentiæ, familiaritatis & gratiarum, reduceretur. Vbi expendit, quàm potens sit hæc via. Denique

C adijcit etiam totius mysterij causam fuisse amorem. *A fol. 9. col. 4. vsque ad fol. 11 col. 3.*

Eiusdem sermo 2. circa eadem verba. Initio proponit difficultatem credendi verbi incarnationem ex tribus. 1. quod impossibile videatur naturas adeo distantes tàm intime vniri 2. quia indecens videtur diuinæ maiestati ad tàm vilia deprimi. 3. quia stultitia censetur creatorem pro creatura mori. Quæ omnia confutat. Deindè huius mysterij incredulitatem ostendit præuenisse Deum Prophetarum oraculis, quorum vltimus fuit Ioannes, qui videns populi duritiam, vt ei mederetur, duos è discipulis ad Christum mittit instruendos. Ad hæc aliam rationem huius missionis reddit, curam suorum

D

in Ioanne; ad quam nos instituit. Adducit & considerat Christum, duobus se ostendisse verum Messiam; operibus & scripturis. Ex operibus miraculosis, multitudine, modo faciendi, & fine testificandi de se quod esset Messias. Ex scripturis, Isaiæ, quæ in ipso implebantur. Tùm agit de laudibus, Ioanni à Christo datis. Vbi attendit 1. neminem in sua aut suorum præsentia esse laudandum. 2. quod laudans Ioannem, ipsius de se testimonium roborat; quatuor enim vitia à suo teste repellit, leuitatem, vtilitatem, amorem, & dubietatem. Denique quàm celebre sit hoc Christi testimonium de Ioanne deducit; & talem missum esse à Deo qui testimonium Christo redderet. *A fol. 12. col. 3. vsque ad fol. 15. col 2.*

DOMINICA TERTIA
Aduentus.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Math. 11.* Agit de aduentu Christi qui fit per gratiæ infusionem. Et I. ostendit Deum aduentu in animam, sex operari. 1. Ex superbiâ cæcam, illuminat per humilitatem. 2. Auaritiâ claudam per charitatem restituit 3. luxuriâ leprosam, per castitatem mundat. 4. Vanâ lætitiâ surdam, per considerationem mundanæ instabilitatis audire facit. 5. ex desperatione veniæ mortuam, per spem misericordiæ resuscitat. 6. pauperem ex confidentiâ longæ vitæ, per memoriam mortis euangelizat; & ad vitam æternam sectandam inuitat. II. Explicat per quæ dignosci possit homo donatus hac gratia. Et signa quatuor constituit. 1. si non agitatur vento, vt arundo 2. si mollibus non vestitur. 3. si sit Propheta & prædicit ac præuidet diem iudicij. 4 si sit plusquam Propheta, iam earum particeps consolationum spiritualium, quas præuidet futuras in æternitatè. *Tom. 12. serm 3. de temp. a pag. 7 ad 9. col. 1.*

S. AMBROSII sermo hac die habibitus, ipso instruimur quomodo præparare animas debeamus ad ritè celebrãdam Domini Natiuitatem, exemplo à mulieribus maculas vestium suarum aquâ diluentibus mutuato: & quonam pacto operibus nostris Deus cogatur, Regnumque cælorum à diebus S. Ioannis Baptistæ vim patiatur, & à fidelibus quodammodo rapiatur. *Tom. 5. serm. 5. de Temp. col. 6. 7. 8. Notandum autem hunc sermonem potius Dominicæ sequenti conuenire, quam præsenti.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo, in Epist. quam moraliter percurrit docens. Qui possint gaudere in Domino, quomodo, & de quibus. Modestiam esse in pace mentis, & honestate corporis. Solicitudinem temporalium, obliuionem facere Domini. Miseram esse peccatorum sortem in fine vitæ. Conuersionem ad Deum fieri contritione cordis, & veritate contritionis. *à pag. 103 ad pag. 105.*

S. AVGVSTINI homilia in illud *qui venit post me, maior me est, cuius non sum dignus corrigiam, &c.* Agit de duobus testimonijs, Christi de Ioanne Bapt. Ioannis Bap. de Christo, sic enim humiles alios laudant, non seipsos. Insuper idem Ioannes encomijs celebratur: Redditur ratio cur D. Mariæ Virgini Archangelum interroganti respondetur, Zachariæ vero ferè idem petenti silentium imponitur, denique superbia retunditur, humilitas commendatur. *Tom. 10. lib. 50. homil. homil. 44. fol. 117. col. 1. 2. & sequent.*

S. V. BEDÆ homilia in præsens Euangelium, textus explicatur, cæcitas Iudæorum Christo non credentium notatur, difficultas de corrigia calceamentorum Christi soluitur & ignis purgatorij verbis Euangelij hodierni probatur. *Tome 7. in hom. hiem. de Temp. col. 197. 198. homil. Domin. 4. Adu.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelij. *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis*, tractat. S. Doctor de Christo Mediatore, & eius mediatione; tripartitur autem concio. I. ostendit Christum iure dici medium, quia collegit extrema: quia semper tenuit medium in omni genere virtutum:

quia vitam influit in membra spiritalia sui corporis mystici. II. illum stare in medio, vt Pontifex ad peccata purgāda, vt Doctor ad ignorantes sapientiā illuminandus, vt Rex ad liberandum impotentes. III. Iudæos Christum nesciisse triplici ex causa, ratione cæcitatis ex malitia, ratione obscuritatis ex sapiētia mundana & Deo inimica, ratione tenebrarum ex odio & inuidia fraterna. *To. 3. serm. 1. D. ferm. Domin. 3. Adu. pag. 12.*

Eiusdem, ser. secundus in illa verba, *Ipse est qui post me venturus est, qui ante, &c.* Christi Domini humilitatem commendat ex quatuor, quia qui prior erat, pro nobis factus est posterior; qui diues, egenus; qui dominus, seruus; qui hæres, alienus, *ibid. serm. 3. Domin. 4. Aduent. pag. 16. 17.*

DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. sermo in hæc verba. *Nolite ante tempus iudicare, 1. Corinth. 4.* de modo iudicandi & corripiendi disserit & dicit. De incertis & dubijs non iudicandum, & de illis de quib⁹ nescimus an bono vel malo animo facta sint, vel vtrum ex rationabili causā contigerint, excusationemque habeant an non: Vnde saluberrimum est vt vnusquisque peccata sua consideret & dijudicet; aliorum defectibus & peccatis non se immoderatē occupet, &c. *Ex sermonib. de Temp. fol. 2. à pag. 1 ad pag. 2.*

Eiusdem, sermo primus in Euang. hodiernum. Quilibet fidelis debet esse vox clamantis, id est, organum Dei, qui per ministros suos multipliciter clamat vt vitia deserant, virtutibus insistant: Clamat autem Spiritus Sanctus per suos seruos, nunc exhortando, nunc increpando, nunc instruendo, nunc comminando, nunc consolando, nunc promittendo. Christianus ergo vox Dei ad proximum saluandum ex charitate esse tenetur: quia 1. vnicuique mādauit Deus de proximo suo; 2. omnes Christiani sunt, confratres non solum communione naturæ, sed religionis, commilitones contra eosdem hostes pugnam habentes, conuiatores; 3. meritorium fit, modis inductis vocem Dei esse: *In sermonib. de Temp. à fol. 22 pag. 2. ad fol 23. pag. 1.*

Eiusdem sermo secundus in duas partes distribuendus. Prima. Cœli viā pandit quæ pulchra & splendida, quia ex charitate & gratiā oritur, luce rationis perfunditur, lucis totius fonti Deo nos vnit, gratos ac placitos facit, ad lumen gloriæ, charitatem cœlestis patriæ increatæ lucis fruitionem beatificam nos perducit: Proficientibus suauis efficitur: virtutes enim ex suâ naturâ suaues sunt; salubre Deo vnitum esse & inhærentem, mortificatæ sunt in eis passiones, & sensualitas rationi subiecta est, per donum gratiæ & feruidam charitatem dispositi sunt ad supernas illuminationes, & internas delectationes. Secunda. Viam aperit inferni, quæ turpis ac tenebrosa, quia passionibus atque erroribus obtenebrata procedit vitiorum, impietate ac turpitudine fœtet, ad infernales tenebras ducit, tenebrarum potestatibus placet, coniungit, & locum mansionemque præstat: Impijs autem tenebrosa est, quia nesciunt vbi corruunt, propria non aduertunt pericula, nec enormitatem suæ ruinæ intelligunt; cadunt à summo & incommutabili bono ad vana & caduca, & à sommo virtutum ad profundum vitiorum. *Ex ser. de Tempore fol. 23. pag. 1. & 2.*

I. GERSONII sermo in Euangelium. I. quæstiones aliquas proponit ad sensus litteralis intelligentiam facientes. II. contra luxuriam agit, & respondet his qui dicunt peccata sua defendendo, Deum non debuisse prohibere simplicem fornicationem, se non posse continere ac castē viuere, se velle quidem à luxuria abstinere, sed non tam citò, & peccatum carnis esse omnium peccatorum minimum. *Tom. 2. part. ser. Dom. 4. Adu. à col. 335. ad 4. col. 342.*

S. GREGORII MAGNI homilia in Euangelium, Dominica quarta Aduentus ad populum habita, varias quæstiones litterales soluit, multa documenta moralia interserit, humilitatis virtutē, virtutūmque conseruatricem, exemplis sanctorum multùm commendat. *Tom. 3. homil. 7. in Euang. col. 16. & seq.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo primus, in illa Epistolæ verba. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi.* 1. Corinth. 4. ex duobus hominum generibus vnum condemnat, alterum approbat. Condemnat eos qui seruitium quod Deo debent alteri soluunt, ij sunt Voluptuosi, qui Christo non seruiunt sed ventri, Ambitiosi qui seruitium quod Deo debent, detractoribus ne mordeant soluunt, Auari Diabolo prodigi, Deo parci. Approbat eos qui Christo adhærent vt ei seruiant quia 1. nihil iustius, & nulli iustiùs seruitur; de nihilo nos fecit vt ei seruiremus, ipse seruit nobis, Angelis suis mandauit vt nobis seruirent, nobis ipse est ministraturus; 2. nulli vtiliùs seruitur, cum seruientibus sibi regnum æternum largiatur. *à pag. 10. ad pag. 12.*

Eiusdem, sermo secundus. Vnde supra Ministros Christi instruit. I. Quales esse debeant, sc. Christum sequentes, intelligẽtes vel prudentes, mūdi mente & corpore præsertim quoad peccata carnis, humiles, cum Dominus sit humilis, patientes in humilitate, fideles, veloces & strenui II. Quid sibi velit Christus ab eis ministrari ex Ap. Petro dicente, *Ministrate in fide vestra* quia sine fide impossibile est placere Deo; *virtutem* hoc est opera virtuosa; *in virtute autem scientiam* siue discretionem vt homo abstineat à peccato mortali quod aufert valorem bonorum operum; *in scientia autem abstinentiam*, non sufficit enim à malis culpæ abstinere nisi & mala pœnæ patienter tolerentur; *in abstinentia patientiam* Greg. si dulcia quærimus necesse est vt amara toleremus; *in patientia autem pietatem* vt mala aliena per compassionem sustineamus; *in pietate autem amorem fraternitatis*, pietatem cordis & operis Deus respicit, *in amore autem fraternitatis charitatem* Aug. Charitas & concordia mentium, societas electorum, vita animarum, & Angelorum. *à pag. 12. ad pag. 14.*

Eiusdem, sermo tertius, quæ superius dicta perstringens, fidelem omnem Deo seruire debere, ex scripturis probat; ad hoc petit vt sollicitus sit de Domino non de se attendat & expendat de omni verbo otioso, in futurum post amotionem ab administratione sibi prouideat, non offendatur contra Dominum cum abstulerit ea quorum habet ministerium, pauperibus sua distribuat. Deo seruire bonum esse ostendit quia illius volūtati seruiunt omnia qui Deo seruit, ab ipso exaltatur amicus reputatur, vbi est, ipse est, ei vicem est redditurus Christ. *à pag. 14. ad pag. 15.*

Eiusdem, ser. quartus, ex his verbis. *Hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur* tria dispensatorū genera esse colligit in quibus fidelitas quæritur. Primum est, Prælatorum, quorum fidelitas videtur in custodiendi diligentiâ, resistendi audaciâ, pascendi solertia, distribuendi discretione, puniendi moderatione. Secundum, Doctorum, qui fideles sunt in dictorum vel doctrinæ apertione breui tractatione, sententiarum pondere, loquendi dulcedine vel suauitate, vtilium traditione. Tertium, eorum qui in statu sunt inferiori, qui fideles sic cōmissa sibi bona non dissipant, ea studiose multiplicent, Dominum parte lucri quæ ad eum pertinet non defraudant; bona sibi ad dispensandum commissa proditiose sua non faciunt, castrum suæ bonæ fidei commissum hosti Domini non tradunt. *à pag. 15. ad pag. 18.*

Eiusdem, sermo primus in Euangelij primam partem; *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi.* &c. Postquam Ioannis interrogationem & Christi responsionem expendit, mores mystica explicatione instruit, 1. Ioannem dicit esse in vinculis, cum aliqua gratia in aliquo, vinculo mundi, vel carnis, vel peccati ligata tenetur ne proficiat; vel cum aliquis habet gratiam Dei cui corpus carcer est impediēs eum à contemplatione veritatis. 2. Ioannem propter auditum operum non verborum ad Iesum mittentem considerat 3. Ioannem in carcere Herodis quasi dubitātem quærere quod in deserto asseruerat, miratur. 4. Rationabile esse probat nuncios Aduentum Christi in mentem præcedere; eosque fidem quæ est prima virtutum, timorem futuri supplicij, spem præmij annuntiare. *à pag. 241. ad pag. 245.*

Eiusdem, sermo secundus, Euang. examinat, sicque partitur. Primò, diligentiæ magistri circa discipulos relinquendos, nobis exemplum proponitur. Secundò, veritas fidei ostenditur. Tertiò. Paupertatis vtilitas insinuatur. Quartò. Commendatur fidei puritas & quid sit scandalum aperitur. Quintò. Tam adulationis quàm inuidiæ vitandæ exemplum datur. Sextò. In commendationem Ioannis, qualis debet esse iustus vir & maximè prædicator ostenditur. *à pag.* 243. *ad pag.* 245.

Eiusdem sermo tertius Euang. verba hæc attendens. *Quid existis in desertum videre, arundinem, vento agitatam* &c. In arundine peccatorem significari, eo quod ei in multis sit similis, asserit. I. In eo quod arundo habet radicem in luto vel fluido non in terra solida, sic peccator circa transitoria occupatur. II. exterius, habet nitorem, intus vacuitatem, Aug. cum iniquis omnia pulchra sunt, & ipsi sunt turpes III. Habet debilitatem & facile frangitur, sic nō est tutum confidere in peccatore. IV. De facili mouetur, peccator etiam ad omnem tentationis ventum mutatur. V. Habet lanuginem pro fructu, ita peccator in fine non inuenit fructum operum suorum. *à pag.* 245. *ad pag.* 246

Eiusdem, sermo quartus in quo Euan. prosequens ab his verbis. *Illis autē abeuntibus cœpit dicere ad turbas de Ioanne*, &c. Ioannis commendationem attendit in qua quatuor nobis virtutes Cardinales insinuantur. Fortitudo cum arundini dissimilis dicitur, hæc hominem custodit, ne noceant ei mala mundi. Temperantia, cum mollities vestium ab eo remouetur, hominem custodit ne noceant ei bona. Prudentia, cum dicitur esse plusquam propheta, ea hominem custodit ne fallatur Iustitia cum Angelus esse perhibetur ad præparandam viam ante faciem Christi, hominem ista custodit ne alium fallat vel ei noceat, &c. *à pag.* 246 *ad pag.* 247.

Eiusdem, sermo quintus. Occasione verborum, *Quid existis in desertum videre?* &c. duo inuestigat. Primum. Quare claustrum vocatur desertum, & respondet quia medium est inter Ægiptum huius mundi & terram promissionis ad modum deserti, vel ex eo quod à mundo desertum reputatur, cum verè paradisus sit deliciarum. Secundum. Quid quærendum & inueniendum in hoc deserto & dicit, flores Christi, qui sunt pietas & virginitas, charitas, patientia, mansuetudo, humilitas & eorum opera, Arbores magnæ quæ iuxta ciuitatem non sunt ne extirpentur à transeuntibus, feræ, sc. qui indomabilitatem suam recognoscentes corpus suum negligunt & homi. fugiunt. *à pag.* 247. *ad pag.* 249.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo I. in illud Euangelij *Matth. Tu es qui venturus es.* Sic enim mutat Euangelia secundum suum ritum. I docet debere nos ad susceptionem Domini præparari. II. Tres defectus prosequitur adeo graues vt eis alij vix valeant comparari: Indiscreta tristitia: inaudita animi pressura: vehemens diffidentia. Vbi multis agit contra desperantes de misericordia Dei, & meticulos homines. *A pag.* 21. *vsque ad* 27.

Eiusdem sermo 2. in illud Euangelij prædicti: *Quid existis in desertum videre.* De tribus tractat. I. de fœlici exitu, quem quadruplicem constituit, vt Deū videre possimus. II. de deserto, quod mysticè duplex esse constituit, bonum & malum Et in bono, quod explicat, Deum videri. III. Quid in deserto videndum sit, nempe Christus. *A pag.* 27. *vsque ad* 32.

✠ NICOLAI DE CVSA sermo in Epist. ad Philipp. cap. 4. *Pax Dei quæ exuperat omnem sensum &c.* in quo de gaudio ad quod hîc nos inuitat Apostolus loquitur & dicit. Gaudium, quod ex igne charitatis venit esse delectationem gaudiosam quæ talem sequitur hunc ignem; Venit enim ex notitiâ præsentiæ amati, quasi dilatatio quædam ad meliùs tenendum amatum iam comprehensum; Liquefit anima tacta charitate & in eâ liquefactione delectatur: Ita loquitur verbum salutis, in vtero Virginis incarnatum per os Verbi parē; & Ioannes per aurem matris, audiuit, & gauisus est de præsentiâ verbi salutis in-

fluentis: Hoc gaudium est plenũ, purum securum, sempiternum, nouum, quia est in Domino; & semper iteratur, sine defectu, tepiditate & antiquitate est; contrà gaudium humanum. *Excitat. lib* 8. *a pag*. 618 *ad pag*. 620.

Eiusdem, sermo in Euan. *Medius vestrum stetit*, *&c. Ioann*. 1. in quo postquam baptismum Ioannis habuisse formam aquæ lauantis sensibiliter, sed non fuisse adhuc spiritum infusum vt lauaret animam demõstrauit; probat spiritum Iesu fuisse necessarium; ideo eum carnem assumpsisse, & hanc in carne mediationem magneti similem ostendit quia I. Sicut magnes diffundit spiritum suum super ferrum orbiculariter; ita verbum Filij Dei diffundit spiritum intelligentiæ super intellectum discipulorum: II. Sicut ferrum non est capax influentiæ magnetis si est æruginosum; sic igne fidei spiritum nostrum subintrante, tenebrosæ densitates debent excuti. III. Magnes vnicus lapis habet essentiam, virtutem, operationem; Deus vnus in essentiâ, trinus in personis. IV. Magnes est principium seu mater ferri; Deus principium intellectualis naturæ. V. Ferrum non habet alium motum, quàm grauitatẽ deorsum; nisi Spiritus magnetis obumbret ipsum: ita creatura intellectualis caret motu sursũ ad suum principium quod est Deus, nisi Spiritus sanctus ipsam obumbret. VI. Vis magnetis recipit in sui vnionem ferrum attractum, sicut & mediator dicit. *Eum qui venit ad me non ejciam foras Ioan*. 6. VII. Magnes est locus quietis ferri; Deus animæ rationalis. VIII. Spiritus magnetis vnitur ita ferro vt ex ipso & ferro fiat vnum; Spiritus sanctus in animas descendit, quæ ei obedientialiter vniuntur IX. Vis magnetis vnitur ferro, & tamen virtus magnetis manet vti erat; filius seu virtus Patris absque sui immutatione sola est vnita humanitati in Christo, non recedens à Patre. X. Acus cui vnita est vis magnetis in pixide nauigantium mouetur ad motum ferri; sic mediator noster non deserit animas continuò respicere. XI. Virtus magnetis vniens ferrum cum principio in eo

A est pax æterna semper vniens & conseruans; sic Christus est pax nostra, vt simus in eo sicut ipse in Patre est: reliquam comparationem vide ibid. *Excita. lib*. 7. *a pag*. 563. *ad pag*. 567.

RADVLPHI ARDENTIS homilia in Epist. lectionem. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei*, *&c*. 1. *Corinth*. 4 in quâ sunt quatuor partes, in Primâ arguit Corinthius de falsâ sacramentorum opinione; putabant enim sacramenta à sanctioribus data esse sanctiora, & à minus sanctis esse minus sancta. In Secundâ exemplo sui ostendit, sanâ conscientiâ iudicium hominum esse parui pendendum, quia fallitur & fallit. In B tertiâ prohibet nos iudicare de dubio factu, dubiâ intentione, dubio fine. In Quartâ Ostendit quando de nobis securè vel de alijs iudicare poterimus sc. Deo nobis occulta omnia reuelante. *a fol*. 14. pag. 1. *ad fol*. 16 *pag*. 2.

Eiusdem, in illud Euangeliũ Matth. 11 *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi*, *&c*. I. Ioannes in vinculis à Deo reuelante, & à Discipulis ad Iesum frequenter missis audit opera Christi vt idem speremus si in vinculis & infirmitate eum imitamur. II. In conspectu discipulorum Ioannis, Christus multas virtutes facit; vt vbi cessant verba loquantur opera, & potentiam diuini- C tatis cum infirmitate humanitatis coniunctam manifestet. III. In absentiâ discipulorum Ioannis, Dominus eum commendat, ne eius commendatio adulationem redolere videretur, & nobis exemplum daret in suâ vel suorum præsentiâ neminem laudare. *à fol*. 16. *pag* 2. *ad fol*. 20. *pag*. 2.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud Euangel. *Vox clamantis in deserto*, *&c*. Docet mundum esse desertum quoddam, in quo quatuor clamantium voces audiuntur, Creatura clamat vt Deum cognoscamus, diligamus, laudemus. Christus clamat, miraculis, documentis, & morte. Iustus clamat orando, confitendo, laudando. Prædicator clamat, hominum scelera, humanæ fragilitatis miseriam, & viæ Do-

mini præparationem. *Tom. 16. Domin. serm. 3. Tom. 4. Aduent. fol. 3. col. 3. 4.*

✠ B. THOMÆ à Villanoua Concio in hæc verba. *Tu quis es Ioan 1.* In qua vnicuique attendendum dicit, quid sit. I. in natura; quoad corpus, fœnum quod exsiccatur; quoad animam, nobilis creatura. Vt sic talis sit vita, qualis natura. I. quid simus conditione, scilicet Christiani. Ad quod tria sũt pōderanda 1 professio quam emisimus in baptismo, in qua diabolo renũciauimus, in aquis mortui & consepulti Christo fuimus, vnctione sanctificati in domum & tabernaculum Dei, in veste candida innocentiam induimus. 2. Regula quam professi sumus Euangelium Christi. 3. Exemplar regulæ, cui conformandi sumus, quod est Christus. Ex quibus quam longè simus à professione exaggerat. II. vult esse attendendum quid simus in officio, cui est satisfaciendum: & discurrit per varia officia hominũ, & ad quid teneātur III Hortatur, vt hanc rationem nobiscum crebrò & seriò ineamus. *A fol. 15. col. 3. vsque ad fol. 17. col. 4.*

DOMINICA QVARTA Aduentus.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba *Ioan. 1. Medius vestrum stetit quẽ vos nescitis, &c.* Circa quæ tria notat. I Quis sit ille medius, scilicet filius Dei: medius 1. in medio iumentorum cum natus est: 2. In medio doctorum, inuitans ad studium veræ sapientiæ. 3. in medio latronum crucifixus, docens patientiam in contumelijs. 4. in medio discipulorum, inuitans ad charitatem & pacem. 5. in medio septem candelabrorum aureorum, Apocal. 2, id est, omnium beatorum, consolans vnumquemque. II. Quomodo per se venturus est Christus ad iudicium, vbi sedebit in medio iustorum & impiorum. 1. cum auctoritate 2. cum fortitudine & potentia. 3. cum sapientia. III. Quod sit calceamentum de quo Ioannes; Humanitas Christi; cuius

A corrigia est gloria resurrectionis illius, quam exponere non sit sufficiens. *Tom. 12. serm. 4. de temp. a pag. 9. col. ad 11. Col. 1.*

S. AMBROSII sermo, hac die ad populum habitus, docens qualiter se præparare debeat ad sacram Eucharistiam in die Natalis Domini dignè suscipiendam, exemplo à die Natalitio mortalium, & eius celebritate desumpto: vbi quædam de indignè ad sanctam synaxim accedentibus. *Tom. 5. serm. de Temp. serm. 6. col. 8. 9.*

Nota hunc sermonem D. Ambrosii reperiri insertum sermonibus S. Augustini & Tom. 10. haberi initio sermonum de Tempore, serm. 1. sub hac inscriptione, Dominica prima Aduen-
B *tus Domini saluatoris: Sermo vnicus paucis in principio mutatis & additis.*

✠ S. ANTHONII DE PADVA sermo tribus præsertim Euang. seriem cōplectitur. Primò Boni prædicatoris cōditiones enumerat, qui debet esse filius Zachariæ, hoc est, memoria Domini cōpassiuus, cœlestis &c. Secundo. Crucem Domini esse desertum, diabolum cruce debellatum, gratiam hominem debilem corroborare, peccatũ graue esse onus, peccatori in pœnitentiâ obseruanda, manifestat. Tertiò. Humilitatis efficaciam, ex cognitione nostrâ & Dei, gratiarum vbertate, compunctione, & variâ benedictionum acceptione, monstrat. *à pag. 105. ad pag. 107.*

S. AVGVSTINI. Sermo Dominica
C secundâ Aduentus Domini factus, ad hanc tamen transferendus. Natiuitatem Saluatoris nuptiarum symbolo repræsentat, ad quas sumus inuitati: & ideo ad illas ritè & sanctè celebrandas vestibus mundis, hoc est, virtutibus tanquam spiritualibus indumentis debemus ornari: insuper & eleemosynas pauperibus abundè largiri, quatenus mysticis Christi thesauris possimus in æternum ditari. *Tom. 10. sermo 2. de Temp. fol. 123 124.*

Eiusdem. sermo Dominica proxima ante festũ Natiuitatis Domini habitus, agit de Vnitate Trinitatis, incarnatione Verbi, & Dei genitricis Virginitate *Ibid. serm. 3. de temp. fol. 124. col. 1. 2. 3.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium hodiernum, textus ex more percurritur & exponitur, tam quoad litteram, quàm quoad spiritualem intelligentiam. *Tom. 7. in hom. hiemalib. de Temp. homil. in Sabbath. quatuor temporum col. 195. & 196.*

✠ S. BERNARDI in ea Epist. verba. *Sic nos existimet homo vt ministros Christi &c. 1. Corinth. 4.* ex quibus & sequentibus dicit. I. Iudicia tria esse humanum, proprium, diuinum. II. Tribus modis prouideri bona coràm Deo, cogitatione sanctâ, affectione purâ, intentione rectâ III. Animam mori reputari, quando ratio ad peccatum per intentionem curuatur. *Ex paruis & varijs sermonib. serm. 29. col 455. 456.*

S. BONAVENTVRÆ sermo præsenti Dominicæ inserendus, quatuor circa Christi Aduentum considerat, quando venit, vnde venit, quo venit, & quare venerit. *serm. Dom. de Temp. Tom. serm. 2. Dom. 3. Aduent. pag 13.*

Eiusdem sermo in illud *Parate viam Domini* triplicē Domini proprietatem declarat nimirùm sapientiam, potentiam, & iustitiam; ratione cuius debemus præparare animas nostras, vt tanquam discipuli simus docibiles Dei, tanquam subditi humiliemur sub potenti manu eius, & tanquam pœnitentes à iudice æquissimo peccatorum remissione donemur. Insuper eodem dispositionis fine via spiritalis domus nostræ interioris præparanda venit, ad instar materialis, quod quidem fit triplici modo, sordium videlicet amotione, vestium prostratione, ac florum superpositione, hoc est, compunctione, austeritate seu mortificatione & puritate. *Ibid. serm. 1. Dom. 4. Aduent. pag. 15. 16.*

Eiusdem, sermo in illa Abacuc 2. verba, *Veniens veniet, & non tardabit,* modus scripturæ ponderatur, *Veniens veniet,* & agit de quadruplici gemino Aduentu I. in mundum dupliciter, per incarnationem, & consecrationem II. in cor hominis bifariam per regenerationem in Baptismo, & per conuersationem in pœnitentia. III. in iudicium pari modo in morte per iudicium particulare in mundi fine per vniuersale IV. in regnum duobus similiter modis, Angelos, videlicet, & homines glorificando. *Ibid. serm. 2. Dom. 4. Adu. pag. 16.*

Item eiusdem sermo in illud Euangelij. *Dirigite viam Domini.* tractat de quadruplici via Domini; qua ad nos venit, & qua ad eum imus, vera conuersatione, bona actione, passione meritoria siue mortificatione, & deuota contemplatione. *Ibid. serm. 4. Dom. 4. Aduent. pag. 17.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo in Euangelium de prædicatione S. Ioannis baptistæ, cuius hæc est summa, textus percurritur & exponitur; Verbum supra vocem, Christus supra Ioannem extollitur; baptismata vtriusque conferuntur; Viperæ moraliter de peccatoribus, allegoricè de synagogæ filiis intelliguntur; Eleemosynarum largitio ad salutem necessaria declaratur, & aduersus malos diuites inuehitur. S. Ioannis zelus secundùm scientiam & sapientiam quo in concionando vsus est, notatur. *serm. 137. a col. 351. ad col. 354*

Eiusdem, sermo de Ioan. Baptistæ prædicatione; docet concionatorem quomodo præcursoris vestigia insequendo priùs informet auditores exemplo, quàm asserat verbo, ad pœnitentiam seriò & citò agendam, cohortatur, ad mundi huius contemptum rerum labentium probatione, inducit formam veri Ecclesiastes, S. Ioannis vestitu, victu, & loco, tradit, ac explicat. *serm. 167. à col. 420. ad col 422.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in Epist Philipp. 4. *Gaudete in Domino semper,* sermo in quo multiplici ratione probat Apostolum nos ad gaudium in Domino iure optimo hortari quarū 1. est, quia naturale est homini gaudere & consolationem appetere: 2. quoniam vita iustorum in sæculo isto plena est afflictionibus; ideo ne ruāt sub onere, necessaria est eis consolatio: 3. vt affectum gaudendi reformemus in nobis, qui valde corruptus & deformatus est: 4. quia Deus gloriosus, fœlix, diues, omnipotens

tens, sapiens, bonus, dulcis, amabilis, A perfectus, ideo eum diligere debemus & in eo cordialiter delectari: 5. propter bona exteriora & interiora nobis à Deo misericorditer concessa, in eo debemus gaudere, & expendere gratiarum actiones, & ab eo postulare vt ijs ad gloriam eius vtamur. *In sermonib. de temp. à fol. 26. pag. 2. ad fol. 27. pag. 2.*

Eiusdem, primus sermo circa Euang. vbi de humilitate loquitur dicitque illam homini esse necessariam quia. I. Virtutum omnium fundamentum est, in quo omnis conuersatio spiritualis & bona fundanda est. II. Directe expellit illud peccatum, quod est omnium vitiorum origo & caput, ac totius damnationis principium, puta superbiam. III. Disponit hominem ad omnem spiritualem profectum & gratiam IV. Per humilitatem meretur homo in omni tentatione custodiri ac à Deo præseruari. V. Per superbiam efficitur homo & Deo & proximis odibilis, ita per humilitatem amabilis, in conuersatione suauis, in moribus portabilis. VI. Per humilitatem merentur homines specialiter à Deo exaudiri. *Ex serm. de temp. fol. 29. à pag. 1. ad 2.*

Eiusdem, sermo secundus de eadem de qua suprà virtute. Quamvis à Deo infundatur humilitas ad eam tamen nos disponere & in ea proficere possumus Ad hoc valet consideratio. Primo. Propriæ originis, ex nihilo enim facti sumus & quicquid sumus aut habemus à Deo sumus aut accepimus. Secundo. Propriæ defectuositatis, vilitatis, & impuritatis in corpore atque animâ. Tertio. Defectuositatis, vilitatis, & impunitatis, quas homo incurrit ex propriâ voluntate. Quarto. Imperfectionis defectuositatis nostræ in donis gratiæ ac virtutum & bonis operibus. Quinto Periculositatis & incertitudinis status nostri, sumus enim in hoc seculo tanquam in exilio, laqueis, & periculo æternæ damnationis Sexto. Sanctorum illuminatissimorum qui humilitatem diligentissimè custodierunt, & omnem elationem ac vanam gloriam deuitarunt. *Ex serm. de temp. ad fol. 30. pag. 2.*

Eiusdem, sermo tertius qui est continuatio præcedentis; vltra ergo præcedentes considerationes has attende. Itaque ad humilitatem valet consideratio. I. Instabilitatis, breuitatis, incertitudinis, atque multiplicis miseriæ præsentis vitæ. II. Bonorum & meliorum, hoc est, virtutum quæ in alijs sunt, & eorum qui nos omni perfectione & sanctitate transcenderunt & nunc vsque transcendunt. III. Infinitæ sapientiæ Dei atque iustitiæ, vt formidemus iudicium eius, scientes quod eum latere nihil poterit & nihil indiscussum relinquet. *Ex sermo. de temp. a fol. 30. pag. 2. ad fol. 31. pag. 1.*

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium hodiernum, ad populum in basilica S. Ioannis Bapt. Sabbato B quatuortemporum ante Natalem Christi habita, textum pro more interpretatur, regni Iudæorum desolationem ex multitudine principantium colligit, humilitatem commendat ad pœnitentiam agendam, & eleemosynam largiendam operáque misericordiæ facienda hortatur. *1. part. hom. hom. 20. in Euang. à col. 57. ad col. 63. Tom. 3.*

Guerrici Abbatis sermo, nuntios Aduentus Christi considerat, Christum salutantem & saluantem resalutat, & cum gaudio excipit; deinde hortatur, vt sicut secundo Aduentui occur- C remus illi, motu & exaltatione corporis, sic & primo occurramus affectu & exultatione cordis; triplicem denique distinguit Aduentum, occultum & humilem, spiritualem, & amabilem, vtriusque mediatorem; manifestum & admirabilem in iudicio extremo. *serm. 2. de Adu. Dom. pag. 7 & seq.*

Eiusdem, serm. in illud Euangelij *vox clamantis in deserto, &c.* I. gratiam deserti, & beatitudinem eremi prædicat. II. parandæ viæ modum tradit, vt sit recta, per correctionem vitæ: vita enim correcta, recta est via, sit impolluta, per castitatem, sit directa per bonam voluntatem, sit plana per mansuetudinis disciplinam, & vitæ socialis æqualitatem, sit clara & lucida per ductoris & doctoris bona consilia, sit

firma, & non lubrica per constantiam in opere, & per perseuerantiam in virtute. *serm. 4. de Aduent. Domini a pag. 21. ad pag. 28.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS, sermo 1. in epistolam Philipp. 4. *Gaudete in Domino semper iterum dico gaudete, modestia vestra nota sit omnibus hominibus*, qui tribus concluditur. I. Iustus in Domino gaudeat quod est de tã bono Domino, quia eum habet in arca cordis sui per gratiam, habet omnium bonorum Dominũ, vt ita maneat in Domino, per amorem. II. Gaudium mundi reprobandum, quia ore Dei maledictum, fatuum, breue, non purũ, aufert gaudium spirituale, inique venit, vertetur in tristitiã. III. Modestia, alia oris, alia cordis, alia operis, &c. *a pag. 18. ad pag. 21.*

Eiusdem, sermo 2. in eiusdem Epist. hæc verba *Dominus enim prope est: nihil solliciti sitis, &c.* Dominum tripliciter nobis prope esse demonstrat. Primò. Cum proximè nobis iungatur, frater enim noster est. Secundò. Quia propinquiores modo sumus regno cœlorum quàm ante Aduẽtum Filij Dei. Tertiò, Quia in proximo nasciturus est in mundo isto Christus, & spiritualiter venturus ad eos qui fuerint præparati. Ideò secundùm hanc triplicem propinquitatem sollicitos nos esse, illicitum est, &c. *à pag. 21. ad pag. 23.*

Eiusdem, sermo 3. in quo dicta superius expendens, Christum probat hoc tempore prope esse. I. peccantibus, præsens enim est eis vt merito de eius præsentiã erubescant. II. Peccatori fugienti ab eo, addẽdo peccatum peccato, quasi enim sequitur eum monendo vt redeat. III. Peccatori pœnitenti, & ad eum reuertenti, iniquitatem eius obliuiscens. IV. Existenti in tribulatione vt subueniat vel patientiam dando, vel ab ea eripiendo. V. Vnicuique ad reddendum secundùm merita sua. *à pag. 23. ad pag. 24.*

Eiusdem, sermo 4. iterum examinans, *Dominus prope est.* Triplici ratione verbum istud Ecclesiã frequentare dicit quarũ. Prima est vt fideles audientes Dominum suum propè esse honestiùs se habeant. Secunda, Vt non pigritentur præparare quæ preparanda sunt. Præparatio autem hæc fit, hospitij mundatione per cõfessionem; Vestium pulchritudine; triplex vestis, puritatis siue castitatis, humilitatis, charitatis; Epularum delectatione, quæ est bonorum operum puritas. Tertia. Vt dominum prope esse homines intelligentes exeãt obuiam ei per sanctam aduentus ipsius meditationem, vel orationem, vel diuini verbi auditum. *à pag. 24. ad pag. 26.*

Eiusdem, sermo 1. in Euang. *Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem*, &c. Ioann. 1. I. Nuncios ad Ioannem missos describens dicit fuisse, ab Hierosolymis missos, vbi erat consilium & iudicium; litteratos, qui Sacerdotes & Leuitæ; religiosos, quia ex Pharisæis. II. Eorundem interrogationem authoritate officij de Ioannis persona attendit. III. Ioannis interrogationem considerat qui negat se esse quod non erat, & asserit de se quod erat. *A pag. 249. ad pag. 250.*

Eiusdem, sermo 2. in quo horum serie. *Ego vox clamantis in deserto, &c.* plura vult contineri. I. Desertum in quo Deus clamat, mundus iste est; quia solitudo hominibus vacua, homo enim mundanus bellua non homo; in eo multæ bestię, sunt hyenæ per crudelitatem, hericij per iram, &c. terribilis hominibus transeuntibus qui sunt huius mundi contemptores; multis deficiens bonis, quia panem nostrum quotidianum necesse habemus quotidie mendicare. II. In hoc mundo Dominus clamat, generaliter in creaturarum vniuersitate, specialiter in virorum doctorũ declamatione, singulariter in temporalium confutatione: Clamabit in iudicio, per Angelos iudicij præcursores, dicens, surgite mortui, &c. discedite à me maledicti, &c. venite benedicti, &c. III. Ostendit in Ioanne prædicatoris auctoritatem, eumque monet ad fidelitatem & doctrinæ integritatem. IV. Diaboli via probatur esse laboriosa, quia longa seu infinita, tenax, grauis & onerosa,

ardua, ventorum vehementiâ inquieta; infructuosa quia vacua; Periculosa quia tenebrosa, latronibus plena, socijs infidelis scandalis septa, lubrica, ductore infidelis, in malum locum ducit. V. Via Domini suauis, fructuosa, secura. *a pag. 250. ad pag. 253.*

Eiusdem, sermo. 3. ex Euang. nos instruit. I. De Pharisæorum ad Ioannem missorum peruersitate dum eum incitant ad hoc vt se lauder, & aliud prætendunt aliud intendunt. II. De Ioannis bonitate quoad humilitatem quâ contempsit gloriam circa quæ solet maximè appeti; patientiam cùm contra pungentes non offenditur ses magis humiliat se, inferioritatem sui ad Christum ostendens: fidelitatem in hoc quod gloriam Domini etsi oblatam sibi minimè vsurpat. III. De Christo qui medius stetit homines Deo & ad inuicem coniungendo, & personas non accipiendo. *a pag. 253. ad pag. 256.*

Hugoni a S. Victore sermo de aduentu Domini, ad quid Christus venerit, paucis declarat; deinde qualiter fieri debeat præparatio animæ ad illum cum honore suscipiendum, docet & decem ad hunc finem agenda tradit, quæ in alicuius magnæ dignitatis viri receptione obseruari solita sunt. *Tom 2. instit. Monast. serm. 5. pag. 318. 319.*

✠ Ioannis Thauleri sermo 1. in Euangelium Dominicæ præcedẽtis. Ioan. 1. Principio agit contra eos qui inanibus quæstionibus vacant, & de varijs interrogationibus II. Ad Euangelicã interrogationem descendit & paucos esse qui cum Ioanne humilientur & dicunt Non sum; sed, Ego sum. III. de resignatione perfectâ discurrit. *A pag. 32 vsque ad 36.*

Eiusdem sermo 2. docet. I. veram simplicitatem viam esse ad resignationem. II. ad id perueniri cum sensibus dominamur, & absque interna imagine viuimus. III. Tamen sanctas imagines habendas & retinendas, & quæ illæ sint. *A pag. 36. vsque ad 40.*

✠ Nicolai de Cusa sermo ex ijs 1. Corinth. 4. *Sic nos existimet homo, &c.* vbi de Eucharistiâ agens. Eucharist. am dispensationem mysteriorum continere, in qua est panis vitæ Iesu probat. Hunc panem cibum esse animæ quo pascitur si eum fide recipiat; historiam in superficie panis esse sensum litteralem: significationem vt imitatur sensum tropologicum; pascentiam animæ per fidem, allegoricum: Spem vitæ, sine fine & ænigmate anagogicum: Ita in sacramento Eucharistiæ complicari historiam sensibilem vitæ Iesu manifestat. *Excit. lib. 8. a pa 617. ad p. 618.*

✠ Radulphi Ardentis ad ea Philipp. 4. *Gaudete in Domino semper &c.* homilia in partes quatuor distributa. Prima. Gaudium in Domino continet ad quod inducimur spreto maligno & vano gaudio; gaudium illud debet in vsu virtutum, spe præmiorum & possessione boni esse. Secũda. Modestiam, quæ est virtus inter nimis & minus tenẽs mediocritatem; hominem suæ mẽtis facit habere dominium, reddit ei hominem alium gratũ, & Dominum propinquũ. Tertia. Sine sollicitudine nos monet orare, nihil enim plus orantem impedit quàm sollicitudo. Quarta. Apostoli desiderium explicat quo nos custodiri in pace & à pace orat, quæ est Deus, Christus, Spiritus S. exuperans omnem sensum. *a fol. 20. pag. 2. ad fol. 24. pag. 1.*

Eiusdem, de Euang. homilia in quâ videtur. I. Iudæorum curiositas simul & duritia, curiositas ad interrogandum; duritia ad credendum. II. Ioannis responsio quæ magnum dat nobis fidei & humilitatis documentum; fidei cum in quo credendum & sperandum sit proponit; humilitatis cum humiliter de se in omnibus sentir & respondet. *A fol. 24. pag. 1. ad fol. 28. pag. 1.*

✠ B. Thomæ à Villanoua Concio ad illa verba Euangelij: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini.* De duobus differere proponit. I. de voce quæ clamat in deserto. Et docet desertum hoc esse peccatorem. In hoc deserto Deum loqui vt conuertatur, præsertim quatuor vocibus 1. est beneficiorum temporalium. 2. doctrinæ & prædicationis.

3. acerrimæ correptionis. 4 potentissimæ inspirationis; & hoc dupliciter, voce amoris & inflammationis; voce acri terribilis correptionis. II. tractat de præparatione ad quam vox incitat: *Parate viam Domini*: quod quàm sit facilè ostendit. *A fol. 17. col 4. vsque ad fol 19. col. 1.*

PRO TOTO ADVENTV.

✠ S. Adelmi sermones triginta & vn⁹ de oneribus ab Isaia prædictis cap. 13 & seq. quorum veluti proæmium produxi Dom. 1. Aduentus.

Sermo 1. Deducit I. Deum esse omnium, esse, omnium vitam & sapientiam: à quo se separans homo vt iumentum factus est. Reduci autem per fidem, spem & charitatem eruditam. II. Id ipsum præstari per scripturas sacras secũdum cuiusque captum. III. Se ideo explanandum suscepisse Isaiam. IIII. Elogia quædam inserit eiusdem Prophetæ V. Cur hæ visiones ab Isaia onera appellentur, & quæ sint: duoque distinguit onera, vnum præmens, aliud opprimens. VI. quid mysticè significet Babylon. *A pag. 17. vsque ad 22.*

Sermo 2. agit de onere Babylonis, & quærit I. quomodo illud dicatur visum ab Isaia, vbi sextuplicem visionem distinguit, sensualẽ, imaginariam, Phantasticam, spiritualem, rationalem, intellectualem. Et solam hanc vltimam Prophetam constituere docet. *A pag. 23 vsque ad 28.*

Sermo 3. Venisse plenitudinem temporis, & quid illa sit explicat. Deindè, Aduentum Domini destruendæ ciuitati Babylonicæ inseruire. Denique modum huius destructionis describi ab Isaia: vbi examinat: quis loquatur, & quibus. Addit & edisserit ea verba: *Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocem* & de cruce Domini & prædicatione Apostolorũ interpretatum: *A pag. 29. vsque ad 34.*

Sermo 4. dictum ostendit prędicatoribus ab Isaia *Exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces*: quibus hæc destructio committitur. *A pag. 35. vsque ad 39.*

Sermo 5. explanat eadem verba. Per Babylonem animam intelligit passionibus subditam: cuius onus Crux sit, passionibus eiusmodi contraria. Deindè I. verba Isaiæ censet dicta esse ad Angelos, vt cordibus fidelium crucis signũ imprimant; & quàm id fortunatum sit. II. Exaltationem vocis psalmodiæ, leuationem manus, orationi accommodat. III. Tria illa eadem quæ memorat Propheta, contra tria peccatorum genera dicta esse demonstrat. IV. Hæc omnia quæ præcipit Propheta, portas quasdam esse per quas virtutes introducuntur in animam: *A pag. 40. vsque ad 44.*

Sermo 6. cõsiderat, illud Isaiæ cap. 13. 3. *Ego mandaui sanctificatis meis: & vocaui fortes meos &c.* Quod de præconibus noui testamenti interpretatur: & tres significare prædicatorum ordines, & triplicem statum Ecclesię. Denique ad castitatem, fortitudinem, & exultationem in Domino singulos hortatur. *A pag. 46 vsque ad 50.*

Sermo 7. explanat verba Isaiæ cap. 13 4. *Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium, vox sonitus regum & gentium congregatarum.* Et docet I. Cuius & qualis hęc vox sit II. quid per montem & multitudinem velit, & per alia ibi expressa. III. Tum explicat alia verba sequentia, de militia belli veniente de terra procul. Per hæc significari Reges & gentes ad debellandam ciuitatem immissos, non solùm prędicatores sed etiam iustos de terra longinqua, dissimilitudinis regione collectos *A pag. 51. vsque ad 55.*

Sermo 8. verba Isaiæ eodem cap. ad eos dicta tradit qui vel Euangelij veritatem non susceperunt vt salui fierent; vel qui susceptam fidei veritatem operibus corrumpebant; quibus vlulatum prędicit futurum in die mortis. Vbi de vtilitate memoriæ mortis disserit; postquam ablatum est tempus operandi. Ad hæc verba. *A summitate cæli Dominus, & vasa furoris eius vt dis-*

pendat omnem terram, &c. verb. 5. 6. & 7. *A pag.* 57 *vsque ad* 68.

Sermo 9. Aggreditur versum 8. 9. & 10. in quibus cernens multos persecutione cessantes pacis tempore in peius ituros, saluberrimum eis futuræ calamitatis immittit timorem. *A pag.* 63. *vsque ad* 68.

Sermo 10. Ad tempora Antichristi refert verba Isaiæ cap. 13. 9. *Ecce dies Domini veniet crudelis &c.* contra charitatis & veritatis desertores in fine sæculorum, vt Deus suam purgat aream. Vbi occasione accepta ver. 10. de peruersitate agit. Sacerdotij, regni & Monachatus. *A pag.* 69. *vsque ad* 74.

Sermo 11. Versatur circa ver. 11. & seq. vsque ad 18. eiusdē cap. 13. Isaiæ, & declarat quid futurum sit tempore Antichristi. Et I. quid contra impios agendum sit. II. de raritate bonorum & pretio. III. de multorum subuersione. IV. de paucitate doctorum. V. de bonorum & malorum permixtione, & tandem separatione. VI. de impiorum per Antichristum implicatione. VII. de hypocritica impiorum calliditate in contemptu auri & argenti. *A pag.* 76. *vsque ad* 81.

Sermo 12. Ostendit tempore Antichristi Dominum suis non substracturum suam præsentiam; sed virtutem largiturum. Quod expendit ad ver. 17. & 18. Vbi de humilitate, bonorum operum custode fidelissima multis disserit. *A pag.* 83 *vsque ad* 87.

Sermo 13. Cùm dixerit ciuitatem diaboli oppressuram ciuitatem Dei tempore Antichristi; hic iam ad oppressionem Babylonis seu ciuitatis diaboli qua præmitur, se conuertit circa ver. 19. & seq. *A pag.* 89. *vsque ad* 98.

Sermo 14. Addit prædictis conuersionem Iudæorum & Gentium in vnam Ecclesiam, circa vers. 1. & 2. cap. 14. Isaiæ. Deinde circa ver. 3. agit de ipsius Ecclesiæ & sanctorum requie, extincto Antichristo. III. introducit sanctos de tali requie mirabundos; deque impiorum perditione tractat. *A pag.* 100. *vsque ad* 105.

Sermo 15. eandem admirationem, quam parabolam vocat, & secundum allegoriam exposuit serm. 14. nunc moraliter interpretatur. Et I. quis sit labor & quæ requies hominis. II. Agit de exactore diabolo & tributo eius. III. Mirabile esse quomodo subditus vitijs, iam ab illis liberatus sit. *A pag.* 106. *vsque ad* 112.

Sermo 16. circa ver. 12. cap. 14. Isaiæ; agit de Antichristi & sequatium eius ruina, quam Propheta voce exprobrantis describit, & superbam præsumptionem subsannat. *A pag.* 114. *vsque ad* 1.8.

Sermo 17. instituitur de luciferi ipsius, seu diaboli ruina & casu è cælo, ad eadem verba Isaiæ. Vbi modum quo tentatus est, & per quæ solicitatus lucifer, explicat: scilicet per dominandi appetitum; siue in reprobos gloria & honoribus in mundo conspicuos: siue in electos sanctos & Ecclesiam Dei. Quæ omnia viderit in Deo sibi manifestata. Deinde quis fuerit huius superbiæ finis exequitur. *A pag.* 120. *vsque ad* 126.

Sermo 18. verba hæc Isaiæ: *Numquid iste est vir, &c.* exponit de Antichristo & & diaboli corpore; tùm de ipso diabolo contra tria genera hominum, quorum alij conturbantur, alij concutiuntur, tertij etiam subuertuntur. Deinde agit de regum seu iustorum dormitione in gloria: vnoquoque in domo sua, quæ variæ sunt in cælo, constituto. Postea de Antichristi & reproborum ejectione in tenebras exteriores secundum cuiusque iniquitatem. *A pag.* 127. *vsque ad* 133.

Sermo 19. Iterum explicat verba superiora: *Quomodo de cælo cecidisti lucifer, &c.* Intelligitque de prostratione diaboli, tyrannidem vsque ad tempora Christi in homines exercentis, sed pereundem Christum prostrati. Deinde de eiusdem eiectione à cordibus fidelium; purgatione animarum, & iugi seu oneris subleuatione. *A pag.* 134. *vsque ad* 140.

Sermo 20. transit ad onus Philistijm exponendum, de quo Isaias cap. 14. ver. 28. & seq. quod est specialiter, contra Iudæos, qui ante Christum sua prosperitate gaudebant. At per Iesum

occiso diabolo, grauibus miseriis onerati sunt. Discipulis Christi interim prosperè agentibus. *A pag. 141. vsque ad 147.*

Sermo 21. idem onus Philistijm de superbis exponit, qui confidunt in virtute sua. Vbi duplicem distinguit superbiam, vnam manifestam, alteram latentem & de ipsis virtutibus gloriantem. Et de hac postrema. Leuari hoc onus docet. II. Exponit dictum contra eos qui minus gratè Diuina flagella suscipiunt. III de humilium agit fiducia & requie. Et illos dicit pasci à Domino ratione, autoritate, experientia. IV. quid remedij sit residuum Philistæis spiritualibus proponit. *A pag. 148. vsque ad 154.*

Sermo 22. Eiusdem oneris contra Philistijm. id est, Iudæos, pergit explicare mysteria, circa ver. 31. & 32 eiusdem cap. 14 Tùm id ipsum spiritualiter intelligit contra superbos & peccatoris prolatum. *à pag. 156. vsque ad* 160.

Sermo 23. proponit onus Moab ex cap. 15 Isaiæ vbi exposito ipso nomine Moab, Historiam filiarum Loth ad sapientes huius mundi transfert, qui sapientia sua vsi sunt ad tumorem mundanæ vanitatis. Contra quos, onus leuat Propheta. Hanc sapientiam ait morte Christi deuictam, quod latè prosequitur. Tum agit contra Schismaticos illius temporis *A pag. 161. vsque ad 169.*

Sermo 24. idipsum onus moraliter interpretatur. Et I. ex nomine Moab, quod, de patre significat; notari vult eos qui viuunt secundum quod de patre sunt. Vbi sextuplici acceptione patris, quid patri debeamus ostendit. II. quid insit nobis ex patre carnali & natura corruptibili. III. Contra hoc nobis esse pugnam vt reprimatur. *A pag. 170 vsque ad* 177

Sermo 25. resumit seriem interpositam huius oneris explicati serm. 23. ostenditque sapientiam huius sæculi quæ Euangelio resistebat, eidem subseruire, dùm confusis alijs, alij conuersi sunt & compuncti pro peccatis verbo simul & opere ad alta virtutum ascenderunt. Denique quid malis, quid bonis A euenturum sit, prædicit. *A pag. 177. vsque ad 183.*

Sermo 26. Eadem quæ superiori sermone allegoricè, nùc tropologicè interpretatur. Docetque significari eos, qui vt vitijs Moabiticis, id est, ex carnali generatione contractis, securius resistant, ab omnibus mundi negotijs & affectionibus, se expediunt. His quid obueniat exprimi dicit à Propheta Isaia. 1. Afflictæ animæ propitium & consolatorem adesse Deum. 2. eidem animæ opus esse humilitatis perfectione. 3. eandem in lacrymas resolui ex peccatorum recordatione. 4. de fide & specie ad quas ducit mœror. 5. Contra hypocritas virtutem simulantes agit. 6. De Visitatione Dei in bonorum gratiam, & similia B multa. 7. Contra verò quid eueniat eis qui pro temporalibus lugent. *A pag. 184 vsque ad 192.*

Sermo 27. Ostendit Prophetæ desiderium de Christo, à quo omnis sapientia sapientum, & corruptio naturæ sit reprimenda, cum ait, *cap. 16. 1. Emitte agnum Domine &c.* Deinde quid venturum sit cùm agnus emissus fuerit animabus errore deceptis, quæ in lucem transibunt veritatis. III. Ad hæc profutura Ecclesiæ consilia. IV. Ab agno diabolum damnandum. *A pag. 193. vsque ad 199.*

Sermo 28. Agnum Christum Iesum, ad animam implicatam carnalibus C desiderijs & suggestionibus mittendum, vt ei salutaribus nuptijs copuletur, optari à Propheta. II. Quid eiusmodi animabus præstandum sit; debereque similes esse aui auolanti, & quibus auibus explicat. III. Suadet illis discretionis virtutem, & vt multos colligant ad salutem. IV. Cuius vltimi officij occasione, docet quibus gradibus ad curam ascendendum sit pastoralem V. Iidem mandari vt fugientes abscondant, & vagos ne prodant. Denique quid fugientibus & latentibus euenturum sit misericordiæ aperit. *A pag. 200. vsque ad 206.*

Sermone 29. Aggreditur versum 6. cap. 16. contra eos qui propria superbia excæcati, in erroris sui tenebris perdurant. I. contra hos mitti dicit prædica-

tores qui plagas prædicant. II. Deplorandos eos esse à sanctis, & omnem eorum lætitiam euacuandam. *A pag. 206. vsque ad 212.*

Sermo 30. quod superiori sermone allegoricè, hoc moraliter exponit: docetque I. præsumptionem derideri eorum, qui de gratia superbientes suas iactabant virtutes. II. denuntiari à Propheta, quanta mala sint arrogantibus ventura, quæ prosequitur secundum textus seriem. III Lacrymantem Christum & sanctos ad talis animæ intuitum, & quo fructu declarat. *A pag. 213. vsque ad 218.*

Sermo 31. explicat textum Isaiæ cap. 16. 11. & seq vbi docet ad id quod dixit de conuersione Moab, de depressione eius, vel de damnatione, id est sapientium huius mundi, nunc exprimi quid futurum sit. I. quod Ecclesia pulcherrimum & concordissimum sonum prædicationis emittet, contra sapientes mundi, & eos qui corruptionem naturæ sequuntur. II. quid eis obstinatis eueniet prædicit. III. specialiter id applicat ijs qui corruptionem naturæ secuti sunt: quorum gloria frustra quæsita, omnino auferetur; euacuata magna ex parte corruptione, per conuersionem bonorum *A pag. 219. vsque ad 224.*

✠ S. Bernardini Senensis Aduentuale de vita Christiana tredecim conclusum sermonibus, ex quo conciones facile elici possunt pro toto aduentu.

Sermone primo, triplicem asserit christianam modestiam: Parsimoniam, in victu, & vestitu, in vigiliâ & somno; in labore & otio: Disciplinam cordis in gaudio, & mærore; oris, in silentio, & loquelâ; operis per mansuetudinem, & rigorem: Honestatem, in sensibus corporis, in cultu vestium, in membris.

Sermone secundo, in iustitiâ christianâ tres conditiones desiderat; Integritatem, quoad Deum qui diligendus ex toto corde; ex tota anima; ex omnibus viribus; quoad seipsum, per obseruantiam, diuinorum præceptorum, diuinorum consiliorum, Ecclesiasticorum institutorum; quoad proximũ, per amorem, verum; iustum, operosum Ordinem, ordinari enim debet ad superiores corporales, spirituales, temporales; ad æquales sc. confratres, conciues, coniuges; ad inferiores vel filios corporales, spirituales, temporales: Zelum, circa veritatem cordis, oris, operis; Bonitatem quę zelari debet corde, ore, opere; sinceritatem, vt zelanter aduersemur omni malitiæ per cor, os, opus.

Sermone tertio, pietatem christianam vult esse triplicem; diuinalem, per orationem, attentam ad verbum, sensum, obiectum, deuotam, cum reuerentia factam: confessionem,

B quæ fieri debet præparatione, discretione, integratione. Communionem Sacramentalem & spiritualem: Spiritualem, quæ fit, corde, orando pro mortuis, iustis, impijs; ore; docendo, consulendo, corrigendo; opere, relinquendo proximo exemplum humilitatis, castitatis & honestatis, charitatis & bonitatis: Corporalem, in corde quod debet compati, condescendere, supportare; in ore consolando afflictos temporaliter, corporaliter, iudicialiter, in opere, cibando esurientem, potando sitientem, colligendo hospitem, vestiendo nudum, visitando infirmum, incarceratum visitando, mortuos sepeliendo.

C Sermone quarto, beatitudinum Euangelicarum dignitatem, numerum, & ordinem attendit, seu potius in illis; Doctrinæ dignitatem, quam prædicant. VI. sublimitas, in ascensu montis ad prophetiæ impletionem, desiderij subleuationem suorum imitationem; VII. auctoritas, in doctoris Christi sessione, quæ actus est quietationis, expectationis, attractionis, VIII. profunditas in apertione oris, ex qua patet doctrinæ eius profunditas, proprietas, exemplaritas: Doctrinæ sublimitatem, in qua atenditur gradus purgationis; gradus ascẽsionis; gradus perfectionis:

Doctrinæ vtilitatem seu sufficientiam numeri beatitudinum, quæ sumi potest quoad diuersas opiniones; ordinationes, remunerationes.

Sermone quinto, de primâ beatitudine differit & dicit. I. Paupertatem aliam esse pauperum Christi quæ voluntaria est, nihil temporale ambiens aut diligens, nihil perdere merens; aliam pauperum huius mundi, quæ necessaria est; aliam pauperum diabolicę simulata, cum demerito, habet annexum cruciatum culpabilem: 2. Pauperem spiritu amat sed respuit; nihil boni à se reputat habere; vere humilis est; 3. Paupertati voluntariæ beatitudinem in præsenti promitti, quia conformes Angelis facit; Christi paupertatem imitatur; cœlestibus participat.

Sermone sexto, secundam beatitudinem mititatem christianam agnoscit cuius considerat; Subiectum mititas enim triplex est, naturalis ab ipsâ naturâ emanans; criminalis, quæ maximè ex displicendi timore venire solet; virtualis, quæ cum gratiâ gratum faciente militat, quam gratia charitatis informat: Meritum, triplicem enim comprehendit in se virtutem lenitatem quantùm ad motum mentis; æquanimitatem quantum ad insultum hostis; innocentiam quantum ad actum hominis: Præmium, quia si rabies miseria est, mititas beatitudo est; hominem impassibilem efficit, possessionem datterræ quam terimus, gerimus, quærimus.

Sermone septimo, in tertiâ beatitudine quæ est luctus, consolationem veram deprehēdit & attēdit huius luctus; I. Debitum lugere enim tenemur pro præteritâ vitâ; præsenti miseriâ; futurâ, lætitiâ vt impetremus remissionē, consolationem, promissorum exhibitionem: II. Meritum, nam flere debemus peccata, quibus proximi Deum offendunt; cæcitatem peccantium quæ in mundo regnat; destructionem terrarum, ciuitatum, patriarum, afflictionem & mortem: III. Præmium, quod est, peccarorum remissio; lætitia ex peccatorum remissione nascens; Beatitudo siue large sumatur, pro gratiâ gratum faciente, siue propriè pro perfectione animæ purgatæ immediatâ ad beatitudinem, siue propriissimè pro beatitudine præmij.

Sermone octauo, beatitudinē quartam attendens eam in fame & siti iustitię ponit quam triplicem dicit; Prima est fames iustitiæ quæ vnicuique quod suum est tribuit; Deo quidem honorem, amorem, timorem; sibiipsi munditiam in corde, custodiam in ore, disciplinam, in corpore; proximo, obedientiam superiori, concordiā æquali, beneficentiam inferiori Secunda, fames gratiæ, satiatur pars rationalis diuinâ veritate per fidem; pars irascibilis diuinâ sublimitate per spem; pars concupiscibilis diuinâ bonitate per charitatem: Tertia, fames gloriæ, in gloriâ autem saturabitur intellectus de diuinâ visione; memoria de securitate diuinæ possessionis; voluntas de diuinâ fruitione.

Sermone nono, de misericordiæ perfectione loquitur quæ quinta est beatitudo in qua meditatur; Commendationem virtualem, ad quam necessaria compassio miseriarum, iniuriarum cōdonatio, peccarorum deploratio, plenitudinis gratiarum exoptatio; omnium supportatio, cum omnibus communicatio, in spiritualibus, temporalibus, corporalibus coadiuuatio; congratulatio de omni bono: nulla offensio, nulla circumuentio, nulla temporalis affectio, paterna & materna dilectio: Retributionem temporalem quæ est quadruplex gratia sc. conseruans; viuificans; consummans; liberās: Remunerationem æternalem; triplicā misericordiæ triplex dabitur gloria, magnę quâ dispensamus pauperibus de bonis nostris magna; maiori quâ omnia bona nostra damus, maior; maximæ quâ totos nos Deo damus per religionis ingressum, maxima.

Sermone decimo, in sextâ beatitudine sc. munditiâ cordis tria considerat. Studium, triplex est mur litia cui homines student, corporalis quæ diuitum mundanorum, atque vanorum; hypo-

hypocritalis quæ superstitiosè puritati exteriori inuigilat interiori neglectâ, immò turpiter deprauatâ; virtualis Meritum, ad quod necesse est, vt vis rationalis ab omni errore destruente munda sit per abstinentiam à duplicitate intentionis, falsitate opinionis, prauitate cogitationis; concupiscibilis ab errore malè inflammante, abstinendo à terrena affectione, ab obscena delectatione, nociua operatione; irascibilis à timore malè humiliante: Præmium quod est triplex visio per naturam; cognitio enim Dei omnibus naturaliter insita est secundum Boetium; per gratiam quæ fidei lumen est; per gloriam non permanentem, sed transeuntem.

Sermone vndecimo, in beatitudine octaua immoratur pacisque inuestigat: Donum, per quod, securitas habetur in passione boni honesti, vtilis, delectabilis; in quo diuersitas temporis, pectoris, æternitatis inuenitur; in quo integritas est cum Deo, seipso, proximo Statum; status pacificus est habere pacem cum carne; mundo; diabolo; 1. à carne exigenda, 2. reijcienda cum à mundo offertur. 3. à Deo impetrāda: Fructum; tria faciunt filium Dei fides formata & viua; charitas & dilectio inimicorum, pacis concordia.

Sermone duodecimo, de octaua agit beatitudine sc. martyrio, & iustorum persecutione procuius laude disce: Primò Martyrem tria efficere pœnam seu persecutionem in substantia, famâ, personâ; causam seu motiuum: patitur enim propter iustitiam fidelitatis, moralitatis, charitatis; perseuerantiam, seu præmium, aut perseuerantiæ præmium: Secundò, ad triplicem sustinentiam Christum iustos hortari sc. maledictionum; persecutionum, detractionum: Tertiò, in tribulationibus quas patimur vt meritoriæ sint tria debere concurrere, mendacia falsa, causam iustam, lætitiam magnam.

Sermone decimo tertio, de christiana perfectione euangelicæ obedientiæ verba habet & asserit, I. Obedientiam, esse in summo abdicatiuam seu

A separatiuam omnium quæ potestati hominis subijciuntur, in summo vnitiuam connectendo statum regularem, & societatem quorumcumque conuiuentium in summo promotiuam, mouendo ad bonum, in summo præseruatiuam, à periculis & malis præseruādo: II. Obedientiæ iugum leue fieri per duodecim suauitates; sc. exemplum filij Dei, humiliationem, separationem, à terrena affectione; dilectionem, sublevationem, æmulationem, dominationem; discretionem; promissionem, vnctionem, assuefactionem, deportationem: III. Septem gradus ad obediendum ascendendos qui sunt, libenter obedire prælato suo; simpliciter; hi-
B lariter; velociter; magnanimiter, humiliter, perseueranter. *Tom. 3. operum suorum a fol. 2. col. 1. ad fol. 90, col. 1.*

Eiusdem, Aduentuale aliud de inspirationibus, quod quinque tantum sermones componunt, in plures alios extendendum.

In primo sermone inspirationum videtur varietas; & 1. inspirationum distinctio aliæ sunt diuinę; aliæ angelicæ; aliæ à propriâ virtute memoriâ ad salutem, alię diabolicæ, alię à propria malitia & habituata & naturatâ iniquitate, aliæ ex naturali necessitate in se seu in altero, aliæ à condecentia temporali in se aut in proximo absque me-
C rito gloriæ aut pœnæ: 2. Impossibilitas discretionis, impossibile est de tribus primis inspirationum generibus discretionem habere, non possibile malarum inspirationum habere notitiam siue duarum penultimarum, difficile duas vltimas cognoscere: 3. Inspirationum operatio alię delectant animam, corpus, animam & corpus siue virtuosè siue vitiosè, aliæ virtuosè & vitiosè cruciāt animam, corpus, animam, & corpus; aliæ delectant animam & affligunt corpus, delectant corpus & cruciant animam, delectant & cruciant vario respectu.

In secundo sermone, inspirationibus discernendis immorans triplices distinguit quæ exaudiantur: Primæ cruciant, exaudiuntur autem, dum ad la-

borem ex sui naturâ inuitant, quando A inspirata crux à corporali natura portabilis est, si crucians labor ab animæ virtute portari potest, si cruciatus rationabilis est; Secundæ delectant, exaudiuntur, quando in opere minor est delectatio corporalis quam spiritualis, si in opere inspirato ex gratiâ est pura delectatio spiritualis, si ex spirituali delectatione amplius anima humiliatur, si aduenìente inspiratione anima in fide & moribus amplius illustratur & solidatur: Tertiæ cruciant & delectant; exaudiuntur, si pœna est sine occasione scandali, proximi à Deo illuminati; si absque mortali culpâ minor est delectatio naturalis cum vitio, quam pœna virtuosæ crucis; quando maius bonum minori præponitur; si ante operis in- B choationem certitudo diuinæ voluntatis inuestigetur.

In sermone tertio, de meritoriis inspirationibus agens, inuestigat; Quæ sint meritoriæ? & dicit quasdam inspirationes meritorias esse quæ implendæ sint voluntate & opere; & hæ sunt quæ formatæ sunt secundum duodecim regulas præcedentes; alias quæ voluntate non opere vt quæ continentur in 2. 3. 4. 5. & 10. atque 12. regula; alias quæ opere non voluntate, & sic operari non contradicit alicui regulæ de duodecim: Quare sint meritoriæ? & respondet, quia, Deus dignatur gratificare, conformantur voluntati diuinæ, laboriosæ sunt, verè & virtuosè operan- C tur, propriæ aduersantur voluntati, præstant intuentibus exemplum bonū, ad affectionem & dilectionem inducunt, ex misericordiâ Dei acceptantur; ad gloriam eas Deus ordinauit, sunt ius diuinæ inspirationis, Deus ita vult fieri, hoc ius amicitiæ Dei exposcit: Quid mereantur? & asserit inspirationes diuinas, angelicas, originarias à meritoriâ virtute, mereri bonum temporale, spirituale, æternale; ex diabolo, & propriâ malitiâ remunerari malo temporali, spirituali, infernali, duas vltimas, si adimplentur in se nihil mereri, si in proximo, seruitia ab eo promereri.

Quarto sermone, de inspiratoribus differit quærens, I. Quot sint inspiratores, inspirant, Deus, Angelus bonus, virtus propria. Angelus malus, malitia propria, necessitas conuenientia: II. Quod sint genera seminum siue inspirationum? tot sunt quot sunt inspiratores. III. Qui sint effectus inspirationum? sunt, bonum maius minori præponere, afflictionem ex sui naturâ crucem esse, vltra passibilitatem corporis crucem non accipere, importabilem animæ crucem non assumere, quod non est secundum vsum rationis non facere, nihil facere contra sensum & consilium expertorum in viâ Dei.

Sermone quinto, inspirationum semina inquirit & primo de inspirationum discretione agit, & pro eâ regulas dat, nunquam aliquid incipe donec non es bene clarus, si delectatio naturalis minor est pœnâ crucis operate, spiritualem supra naturalem sine peccato sequere inspirationem, gaude per virtutem patiendo, per gratiam: secundo de earum operatione, alia operatio est cum voluntate & opere, alia cum opere sine voluntate, alia cum voluntate sine opere, alia sine voluntate & opere & hæc fieri non debent acceptari: tertio de earundem fructu, inspirationes diuinæ, angelicæ, virtutis propriæ habent pro fructu bonum temporale, spirituale, æternum, diabolicæ & malignæ malum temporale, spirituale, æternum, ex necessitate & malitiâ prouenientes nec meritum nec demeritum inducunt. *Tom. 3. a fol. 157. col. 1. ad fol. 203. col. 1.*

VIGILIA NATIVITATIS Domini.

DIONYSII CARTHVSIANI de Vigilia Natiuitatis Domini, sermo primus in Euang. per quem ad crastinam festiuitatem disponere nos instituens inquirit Primo. Quis sit iste desideratus gentibus? & respondet esse Dominum nostrum Iesum Christum,

Filium Dei, Deum & hominem, saluatorem mundi: desideratus gentibus dicitur quia 1. aduentus eius fuit omni nationi desiderabilis; 2. etsi Iudæis repromissus tamen gentiles toto orbe terrarum in eum erant credituri, 3. Christus propter bonitatem immẽsam summè est desiderabilis. Secundo. Vnde venit? dicitque ex psalm. à summo cœlo egressio eius, venit à Patre missus, non locum mutando nec Patrem relinquendo, sed in Patre manens humanam naturam assumendo. Tertio. Per quam viam venit? per virginem gloriosam matrem suam dignissimam tanquam per viam. Quarto. Ad quos venit? ad homines vt eos saluos faceret, primitus ad populum Iudæorum, deinde ad Gentiles. Quinto. Qualiter venit? & dicit in summâ paupertate & humilitate, in maxima pietate & charitate ad succurrendum & saluandum. Sexto. Cur venit? vt vitam habeamus & & abundantiùs habeamus. Septimo. Qualiter eum suscipere debemus? & respondet per præcipuam deuotionem, internam cordis munditiam, &c. *In proprio sanctorum, fol. 27 à pag. 1. ad 2.*

Eiusdem de quo suprà sermo secundus in quo necessaria ad Christi nascentis receptionem desiderat quæ sunt I. Immunitas ab omni peccato mortali, ita quod si quæ antè commisimus de eis verè pœniteamus, confiteamur, emendemur. II. Humilitas sincera, sicque debemus abijcere omnem superbiam, cordis per cogitationes vel desideria, oris per iactantiam, operis per extollentiam, in vestitu per superfluitatem in præparationibus & exhibitionibus ciborum, potuum, vtensilium, ac cæterorum quæ possidentur. III Sũma paupertas; terrena relinquendo, vel saltem ea immoderatè non diligendo. IV. Opera misericordiæ corporalia & spiritualia. *Ex proprio de sanctis à fol. 27 pag. 2 ad fol. 28. pag. 2.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS, in Vigilia Natiuitatis Christi, sermo primus in illud *Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est. Is. 40.* ex quo sequentes, colligit veritates. I. Gloria Domini est filius Dei, qui Patris cœlestis gloria est cum sit ipsa sapientia, singularis Mariæ est gloria; quæ habet communem cum Deo filium, electorum gloria, gloria replens Ecclesiam Militantem & Triumphantem, gloria totius generis humani, omnis creaturæ spiritualis & corporalis gloria. II. Quæ sit hæc gloria, ostenditur, quæ est, verbum Dei Patris ostensiuum, Saluator siue salutare volens, sciens, valens, mediator conueniens, plenus gratia apud Deum, vt impetret, veritate apud homines vt non decipiat, &c. *In proprio de sanctis sermone 10. à pag. 19. ad pag. 17.*

Eiusdem, vnde supra sermo secundus, hunc locum, *Oportet præuenire solem ad benedictionem & ad ortum solis te adorare Sap. 16.* perpendens, vt Christi benedictionem suscipiamus, monet nos, Primò. Eum præuenire sex modis 1. à loco pigritiæ surgendo, 2. obstaculum amouendo, 3 faciem interiorem ad Deum conuertendo, 4. ad verum solem appropinquando, 5. se humiliando, 6. Saluatori benedicendo vel in se vel in mẽbris ipsius. Secundò. Adorare illum: adoratio autem est diuinæ maiestatis professio, &c. *In sanctorum proprio sermone 11. à pag. 19. ad pag. 21.*

Eiusdem sermo tertius de quo suprà ex dicto euangelico. *Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam, &c. Matth. 1.* plura notanda relinquit. I. quod Christi conceptio probata est non esse de patre carnali, sed de Spiritu sancto testimonio Dei, Angeli, hominis. II. Quod in S. Ioseph quatuor nobis commendantur, eius, iustitia, pietas prudentia, maturitas. III. In Angelo tria attendenda esse ad officium angelicum pertinentia purgat enim ab inordinato timore, quantum ad effectum, à noxia dubietate, quantum ad intellectum, illuminat, ostẽdens prolis sexum & nomen; perficit, prolem commendando & sic ad amorem eius inflammando. IV. Christi nomen bonum, timenti suam damnationem & amanti suam salutem, gloriosum, quia nunciatum ab Angelo, terribile dæmo-

nibus miracula facit, per ipsum omnia impetrantur, ad eius pronunciationem omne genu flectitur; benedictũ, quia per eum benedictio æterna obtinetur. V. Quatuor nos mouere debere ad amorem propriæ salutis quæ sunt: salutis desideriũ quod videmus in creaturis inferioribus, magnitudo & multitudo infirmitatũ humani generis, multitudo & magnitudo periculorum quæ sunt in hoc mũdo, futuræ damnationis præuisio. *In proprio de sanctis sermone* 12. *à pag.* 21. *ad pag.* 23.

✠ RABANI MAVRI hom. ante Natiuitatem Domini Iesu Christi. Initio hortatur vt ad sumendum corpus Domini, in Natali eius præparemur. II. Debere nos virtutibus ornari. III. Non esse peccatoribus desperandum de pietate Domini, sed ad pœnitentiam recurrendum. *Tom.* 5. *pag.* 580. *col.* 2. *&* 581. *col.* 1.

Nota plures extare homilias eiusdem Rabani tom. eodem a pag. 626. & seq. tam in dominicas quam in ferias plerasque & festa à Paschа vsque ad Aduentum; sed quia sunt continuæ explanationes textus Epistolarum & Euangeliorum incidentium; aut certè compilationes homiliarum ac sermonum antiquiorum Patrum; in hoc opus reddutendas non iudicauimus. Quod semel hoc loco monemus.

Eiusdem hom. 2. Excitat vt ad solemnitates sanctorum præsertim Natiuitatis Domini, vitijs vacuati, virtutibus ornati disponamur. II. requirit præsertim vt viri à proprijs vxoribus abstineant, & ab ebrietate, tum ab alijs vitijs. *pag.* 581. *col.* 2.

FESTVM NATIVITATIS Domini.

✠B. ALBERTI MAGNI sermo 1. ad ea verba Euangelij. Euangelizo vobis gaudium magnum &c. Ad quæ quatuor notat I. Eum qui Euangelizauit fuisse Archãgelum Gabrielem. II. Euangelizatum esse pastoribus vigilantibus, sollicitis & iustis. Per quos quilibet homo pascendæ animæ præfectus designatur, & conditiones illius. III. Esse gaudendum omnibus quia natus est Iesus, qui est 1. Saluator. 2. Christus, 3. Dominus, 4. Dauid, id est manu fortis vt feriat pœnis delinquentes obstinatos. 5. vultu desiderabilis, vt fideles remuneret. IV. Natum puerum ex verbis Angeli, quinque signis inueniri. 1. ex taciturnitate. 2. ex paupertate. 3. ex puritate & munditia. 4. ex gloriosa humilitate. 5 ex egregia charitate. *Tom.* 12. *serm.* 5. *de temp. à pag.* 11. *ad* 14. *col.* 2.

Eiusdem sermo 2. ad ea verba: *Verbum caro factum est. Ioan.* 1. Vbi explicat. I. Verbum illud esse filium Dei qui dicitur verbum quasi verum bonum. Et tradit Iesum esse verum bonum; quia sine amaritudine, quia est fons omnis beatitudinis, quia æternitas indeficiens. Vt ex contrarijs, quæ sunt mundi, non sunt vera bona. II. docet, quinque de causis hoc verbum carnem esse factum 1. Vt in viam iustitiæ reuocemur. 2. Vt à peccatorum sordibus lauemur. 3. Vt per eum in peregrinatione cibemur. 4. Vt per eum resuscitemur. 5. vt per eum in patria beatificemur. III. Hoc verbum habitare in nobis 1. per fidem & sinceritatem. 2. per corporis & animæ puritatem. 3. per visceroſam charitatem. 4. per gloriosam humilitatem. 5. per timoris soliditatem. *Ibid serm.* 6. *de temp. à pag.* 14. *col* 2. *ad* 17. *col.* 1.

ALBIN. FLACC. ALCVINI discursus de Natiuitate Domini, in quo annus, dies, & alia ad hanc celebritatem pertinentia notantur, ac mysticè iuxta allegoriam explicantur: insuper prodigia hoc tempore, & hac die Romæ visa ad Christum natum referuntur; Denique, quid ecclesiastici ritus, & sacra huius solemnitatis officia designent, ostenditur. *Tom.* 1. *Auctuar. Biblioth. P. lib. de diuinis officijs ab ipso Alcuino congesto col.* 225. *& sequentib. & inter opera eiusdē eod. lib. cap* 1. *part.* 2. *col* 1009. *& seq.*

Eiusdem, homilia de silentio in quo missum est Verbum incarnatum, super illud, *Dum medium silentium tenerent omnia & nox in suo cursu, &c.* Diuiditur autem in duas partes; Prima agit de triplici silentio, in languore, in cura-

tionis desperatione, & in adeptione sanitatis: (vbi de medio silentio quando venit Christus;) Secunda verò de medio noctis itinere, ac de omnipotentis sermonis Dei Patris aduentu, quo ruptum est malum hominis silentium, disserit, & textus reliquum pulchrè admodùm explanat. *Parte 2. oper. eius hom. 1. ex tribus homil. col. 1195. & sequentib.*

S. AMBROSII sermo in Euangelium, *Exijt edictum à Cæsare Augusto, Luc 2.* Euangelicæ lectionis sensum breuiter perstringit, docetque censum fidei, & bonæ actionis Christo nato reddendum, qui voluit censum Cæsari soluere: deinde quædam beneficia Christi Natiuitate hominibus bonæ voluntatis collata paucis enumerat: denique ad B pacem hortatur, ad vitia deponenda, virtutesque consequendas, prouocat; & textum euangelicum moraliter percurrendo exponit; *Tom. 5. serm. 7. de temp. col. 10. & seq.*

Eiusdem, sermo secundus illud S. Ioannis Baptistæ explicans. *Illum oportet crescere me autem minui,* de Natiuitatis Domini tempore disserit, dicitque Christum hoc tempore natum quo dies proficiunt, vt vno eodemque ortu lucē pariter inferret & hominibus, & diebus, erat enim, *lux vera quæ illuminat omnem hominem.* B. vero Baptistam tunc temporis quo decrescunt dies, ad defi- cientiam legis Iudaicæ, ex euangelij & C gratiæ corruscatione, designandam; vbi multa de populis Iudaico deficiēte, & Gētili proficiēte, nec-nō de multiplici differentia Natiuitatis Christi & præcursoris. *Ibid. col 11. &c. serm. 8. de temp.*

Eiusdem, sermo tertius vndè suprà, exordium sumit ex humanæ loquutionis insufficientia, quæ tanta & supra naturæ ordinem miracula, verbis exprimere nequit: exindè cùm dignam non possit exhibere prædicationem, ad Angelorum præconia se confert, dicentium, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax &c.* Eáque breuiter commentatur. Insuper silentium ortus Christi exprimit verbis Dauidicis, *descende sicut pluuia in vellus.* Vbi virginem matrem velleri, pulchrè assimilat. *Ibid. serm. 9. de temp. col. 12. & sequent.*

Eiusdem, sermo, quartus, quoddam vulgi prouerbium hunc diem Natalis Domini Solem nouum nuncupantis, explicans; multa autem complectitur I. in Natiuitate Christi solem aduentu maturiore & solitò splendidiore effulsisse. II. Christum Dominum nouum solem esse & diuinum, III. Differentiam inter vtrumque solem, visibilem scilicet, & mysticum. IV. Lucernam solis nostri ortum præcedentem, & solis aduentu offuscatam. V. Fontem, quo nascitur nouus sol, Virginem matrem, auroram purissimam. *Ibid. serm. 10. col. 13. 14. 15.*

✠ D. AMEDEI LAVSAN. homilia 1. pro Natiuitate Domini. Primò. Patrem effudisse in nos viscera suæ charitatis probat. Secundò. Vnde venerit Deus incarnandus, monstrat; sc. à Deo Patre qui est summum cœlum; venisse à Patre genitum æternaliter, per humanitatem ad nos; à se & sub se descendisse dum caro factum est; à Spiritu sancto temporali conceptione, Tertiò. Qualiter Christus descenderit, docet, & dicit: sicut pluuia in vellus descendit; per vellus Virginem Mariam, per pluuiam Christum, designans. Quartò. Vbi descenderit? inuestigat, & respondet in vterum Virginis impollutum & immaculatum. Quintò. Per obumbrationem Spiritus sancti Christum conceptum fuisse, affirmat. *Ex eius hom. à fol. 65. col. 2. ad fol. 68. col. 1.*

Eiusd. homilia, 2. de quo suprà, in quâ, I. Factum esse Dei filium, hominis filium, vt in vnitate personæ Deus esset & homo, Virginem eum saluâ virginitate peperisse & saluo pudore concepisse, obstetricante Dei manu, nec in carne delectatam, nec in carne cruciatam comprobat. II. Quomodo per Dei sapientiam potuit fieri incarnatio, ex rerum naturalium comparatione, demonstrat III. Incredulos illi contrarios reprehendit, credulos vero laudat. IV. Iudæos qui & prophetas & Dei filium occiderunt increpat. V. Gentiles, Christum Deum non credentes confundit. VI. Diffe-

rentiam partium Euæ & Mariæ per-A pendit. Eua enim corrupta peperit, Maria incorrupta, &c. plura vide, *In eius sermonib. a fol. 68. col. 1. ad fol. 71 col. 1.*

S. AVGVSTINI sermo in euangelium, *in principio, &c.* Imprimis modum tradit Verbi Diuini sibi comparandi. & pretium quo debet emi. Deinde contra Arrianos de Christi Domini Diuina Natiuitate fusè loquitur; coæternitatem ipsius cum Patre, & cum eodem in natura æqualitatem, (licet sit filius, licet dicatur natus) similitudinibus ignis & splendoris ab igne emanantis, corporis & eius imaginis ab ipso procedentis in speculo aut in aqua expressæ, aliarumque creaturarum apposité vt cumque explicans. Denique cur Verbum Diuinum caro sit factum ra-B tionem reddit & ad cordis munditiam humilitatemque Pueri incarnati & nati exemplo, fideles hortatur *serm. 38. de verbis Domini in Euangelio secundum Ioannem fol. 31 32. 33. Tom. 10.*

Eiusdem, sermo in festo Natiuitatis Saluatoris nostri Iesu Christi: duo facit. I. Natiuitatis Christi temporalis mirabilia refert, II. eiusdem natiuitatis æternæ incomprehensibilia miratur *Tom. 10. serm. 5. de Tempore 1. in Natiuit. fol. 124 col. 3. & 4.*

Eiusdem, serm. 3. vndè suprà, de duplici Christi natiuitate instituitur, de Christi Diuinitate & humanitate fides astruitur, Spiritus-sancti Deitas, & eius cum Patre, filioque per omnia æ-C qualitas comprobatur, qui SS. Trinitatem catholicè confitetur, benedictionibus repletur, qui hæreticè, maledictionibus impetitur. *Ibid. serm. 6. de Temp. 2. vero Natiuit. fol. 125.*

Eiusdem, sermo quartus in eadem celebritate, docet populum, hac die primò veram de peccatis præteritis pœnitentiam agendam; deinde vota Domino Redemptori nascenti promittenda & reddenda (vbi, quid sit vera pœnitentia, & quodnam optimum votum.) Denique propter partum Beatæ Mariæ, virgines, viros, viduas siue fœminas, pœnitentes, pauperes, seruósque alloquitur, & hos omnes ad vitia deponenda, virtutésque adipiscendas cohortatur. *Ibid, Serm. 7. de temp. & in Nat. 3. fol. 125. 4. & fol. 126.*

Eiusdem, sermo quintus, de mysterio Incarnationis; quo pacto Verbum Diuinum pro nobis caro factum, Diuinitatis suæ nihil perdiderit, docetur. Virginitas B. Mariæ etiam in partu, probatur. Duplex causa ob quam Dei filius, factus est hominis filius assignatur, vna vt à peccatorum vinculis captiuos liberaret altera verò vt nos suo exemplo ad studium sanctitatis accenderet, & ad perfectionis fastigia prouocatem, maiori alacritate sequeremur. *Ibidem serm. 8. de Temp. & 4. in Natiuit. fol. 126. & 127.*

Eiusdem sermo, sextus isque deuotissimus, agit de nouitatibus in mysterio Verbi incarnati visis quomodo per Christum mundi artifex speciem illius antiqui & insipientis sæculi innouauerit, nouum faciendo super terram; Postremo legationem Angelicam deuotè explicat, & huius Natiuitatis circumstantias miratur, ac laudibus celebrat. *Ibid. serm. 9. de Temp. & de Natiu. 5. fol. 127. col. 1. & sequent.*

Eiusdem, sermo septimus partum sacræ Virginis, & ortum dominici corporis explicat, virginitatem laudat, beneficia in hac Natiuitate hominibus collata paucis enumerat, matrem in partu & post partum prædicat, & eamdem typum esse sanctæ matris Ecclesiæ appositè, licet breuiter, exprimit. *Ibid. serm. 10. de Temp. 6. Natiuit. fol. 127. col. 3. & 4.*

Eiusdem, sermo octauus, virginitatem Matris Dei in partu, & diuinitatem filij hodie nati, in vagitu, ac humili aspectu, efficaciter probat, tres valdè mirabiles nascendi species à sanctissima Trinitate operatas refert, nimirum hominis ex limo, mulieris ex costa, Christi ex Virgine; Vltimò, ad castitatem, misericordiam, & iustitiam auditores hortatur. *Ibidem serm. 11. de Temp. 7. Nat. fol. 128 col. 1.*

Eiusdem, sermo nonus in illud *Isaiæ 53 Generationem eius quis enarrabit?* Vtramque Christi Domini Generationem &

Natiuitatem, Diuinam scilicet; cum A sine matre de patre natus est, & humanam cum de matre sine patre genitus & ortus, ostendit esse ineffabilem; postea Dei genitrici similem facit Ecclesiam ob maternitatis dignitatem, & virginitatis singularem gloriam. *Ibid. serm. 12. de Temp. & 8. in Natiuit. fol. 128. col. 2. 3.*

Eiusdem, sermo decimus, in quo multa iam in praecedentibus dicta repetuntur, quatuor praecipuè tangit, mutata naturæ iura in hac Natiuitate miratur, miracula eiusdem Natiuitatis eleganti stylo, miroque artificio pluribus celebrat, testimonia Diuinitatis & Natiuitatis Christi refert, eiusque pulchritudine delectatur, ac tandem Di- B uinę generationis ineffabilitatem ostendit. *Ibid. serm. 13. de Temp. Natiuit. 9. fol. 128. 129.*

Eiusdem sermo vndecimus, Verbi incarnati de dracone triumphus describitur, & Virgini matri, ob miracula in ipsa hodierno die facta congratulatur. *Ibid. serm. 14. de Temp. & in Nat. 10. fol. 129. col. 2. & 3.*

Eiusdem, sermo duodecimus, differit de munditia & puritate partus Virginei, de Matris Virginis in partu & post partum integritate, de tribus malis Euæ, à tribus bonis Mariæ mirabiliter exclusis, ac de eiusdem sacratissimæ Matris præsidio & iuuamine. *Ibid. serm. 15. de temp. 11. in Nat. fol. 129. col. 3. 4.* C

Eiusdem sermo decimus tertius, totus aureus; dignationem Verbi hodie nati & misericordiam in homines prædicat. Virgines tanquam Dei genitricis consortes, consolatur. Viduas vt continentiam teneant, alloquitur. Coniuges ad seruandum in corde, quod amiserunt in corpore hortatur. Denique Ecclesiam, & matrem esse, & virginem, in B. Maria figuratam breuiter quidem, sed mirificè, ostendit. *Ibid. serm. 16. de temp. 12. in Natiuit. fol. 129. 130.*

Eiusdem, sermo decimus-quartus, multa pertractat. I. quare Deus hominem susceperit in se, II. creationis & reparationis hominis paritates ac disparitates. III. Christi cum Adamo similitudines; IV. B. Mariæ & Euæ dissimilitudines. V. castitatis laudes, ad cuius amorem fideles allicere conatur. *Ibid. serm. 17. de Temp. 13. in Nat. fol. 130.*

Sermo decimus quintus, fortè non Augustini, fusissimè de Mariæ Dei genitricis ante partum, in partu, & post partum virginitate loquitur, & virginitatem commendat. *Ibid. serm. 18. de temp. 14. Nat. fol. 130. 131.*

Eiusdem, sermo decimus sextus, quomodo Christus dicatur & verè sit Deus, & homo, filius Dei, simul & filius hominis sine die genitus ex patre, & ex matre hodie natus; pluribus declarat. *Ibid. serm. 19. de temp. 15 in Natiuit. fol. 131*

Eiusdem, sermo decimus-septimus, quatuor Natiuitatum species, enumerat. I. Adami de terra. II. Mulieris de latere viri. III. ex viro & fœmina, IV. ex virigne Maria. Prima & secunda per peccatum corruerunt, tertia in ruina & de ruina orta est, sed quarta tres alias hodie liberauit. Cæterum quomodo Christus in corde fidelium nascatur, & crescat spiritaliter, docet. *Ibid. serm. 20. de temp. in Natiuit. 16. fol. 131. 132.*

Eiusdem, sermo decimus-octauus in duas partes diuiditur, vna conceptus, & partus virginalis causam inquirit & reddit: altera mysterij Incarnationis, & Natiuitatis miracula pertractat, vbi multa de Gabrielis Archangeli ad Mariam missione, legatione, & salutatione; *Ibidem, serm. 21. de temp. 17. Nat. fol. 132.*

Eiusdem, sermo decimus-nonus tripartitur, ostendit quippe venerandam saluatoris Natiuitatem in carne, humilitatis esse officinam, pietatis mysterium, & æternæ spei remedium manifestum; vbi etiam præclara de die Natiuitatis, Passionis & Resurrectionis in illud *Psal. 18. dies, diei, eructat verbum &c. Ib serm. 22. de temp. 18. Nat. fol. 132. 133.*

Eiusdem, sermo vicesimus, fideles excitat ad Deum & Christum eum Angelis condignis laudibus celebrandũ, & varia hominibus collata hac die beneficia breuiter enarrat. *Ibid. serm. 23 de*

Temp. 19. Natiuit. fol. 133.

Eiusdem, sermo vicesimus-primus nostræ salutis magnum & mirabile nunciat cum angelo gaudium, maternitatem simul, & virginitatem B. Mariæ prædicat, ac huiusce Natiuitatis circunstantias mysticè interpretatur. *Ibid. serm. 24. de Temp. 20. Nat. fol. 133. col. 4.*

Eiusdem, sermo vicesimus-secundus in Euang. vltimæ missæ, ineffabilitatem Natiuitatis Diuinæ declarat, ostenditque mirum non esse, si homo inter omnia factus, verbis etiam pluribus non valeat explicare vnicum Patris Verbum per quod omnia sunt facta: Exinde etiam nō possit generationē verbi quod erat in principio apud Deū sufficienter enarrare, ad Verbum carnem factum verba conuertit; vt queat quoquomodo in suis charitatem & humilitatem fidelibus exprimere, pulchrè admodum. *Ibid. serm. 25. de temp. 21. Nat. fol. 133. 134.*

Eiusdem, serm. vicesimus-tertius, de duabus Christi Natiuitatibus Diuina, & humana disserit, superbiam hominis reprimit, & exemplo pueri hodie nati humilitatem multis commendat. *Ibid. serm. 26. de temp. 22. Nat. fol. 134.*

Eiusdem, sermo vicesimus-quartus, Christi Diuinitatem & humanitatem, probat quomodo suscipiendo formam serui, Dei formam non amiserit ostendit, sermonisque humani similitudine declarat, vbi Verbi Maiestas, & Christi nati humilitas miro artificio ad se inuicem conferuntur. *Ibidem serm. 27. de Temp. 23. Nat 134.*

Eiusdem, sermo vicesimus-quintus in quædam Euangelij tertiæ missæ verba, tria quærit & soluit, vnum quis mundus Christum non cognouit, cum in mundo esset: alterum quomodo, in propria veniendo, sui eum non receperunt: vltimum quid sit ex Deo nasci, vt dicamur & simus filij Dei. *Ibidem serm. 28. de Temp. 24. Nat. fol. 135.*

Eiusdem, sermo vicesimus-sextus, in Vigilia Natiuitatis habitus, mirabilia hodiernæ diei refert, & modum Christum natum debitè suscipiendi tradit. *Ibid. serm. 9. ad fratres in Eremo. fol. 286.*

A Eiusdem, sermo vicesimus septimus, de Natiuitate Domini docet. I. Verbum hominem factum, vt hominem reuocaret & reduceret vnde ceciderat. II. Christum Dominum in cœlo contemplatum, & in præsepio, in sinu Patris, & in sinu Matris. III. & vltimò Mariam virginem ideò in Christi Matrem dicit electam, vt de mundissima matre mundissimus filius nasceretur: & qui in cœlo Patrem habebat immortalem; in terra pariter haberet & Matrem omni corruptione carentem. *Ibid. serm. 20. ad frat. in Eremo fol. 287.*

S. Basilii Magni homilia in Euāgelij verba, *In principio erat verbum, &c.*
B Horum verborum eminentem doctrinam admiratur; quodnam sit illud principium in quo erat Verbum inquirit, & allata huius nominis varia acceptione, filij cum Patre coæternitatem demonstrat, quare Verbum dicatur esse apud Deum, potiusquam in Deo petit: vbi de distinctione personæ Filij à persona Patris; cur Dei filius Verbum vocetur, rationem reddit; & quid importet verbi, *erat*, in Euangelij hodierni initio quadruplicatio, declarat; omnia quidem doctè & subtiliter. *Tom. I oper. eiusdem Patris hom. 16. de diuersis à pag. 502. ad pag. 508.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium. *Exijt edictum à Cæsare, &c.* quę
C in textu notantur, ad mysticam fidelium instructionem referuntur, non tamen prætermissa litterali expositione, in qua mysteria maxima aperiuntur, v. e. quare tempore pacis Christus aduenerit, cur hoc anno orbis descriptio, quare Nazaræus dictus, cur in Bethleem natus, & in Nazareth incarnatus, quare primo genitus matris suæ vocatus, cur tam infimo loco natus, tam sordidis cunabilis reclinatus, tam vilibus pannis inuolutus, &c. Vbi de Christi dignatione, & humilitate, præclara, deuotissima, & lectione digna, ad quid in medio duorum animalium repositus, quo fine pastoribus annunciatus, qui-nam sint homines bonæ voluntatis; & alia eiusmodi ex lectione euangelica litteraliter

liter, & mysticè deducta. *Tom. 7. in ho-mil. biemal. de sanctis, homil, in galli cantu Natalis Domini. col. 298. & seq.*

Eiusdem, homilia in Euangelium quod legitur in aurora natalis Domini, multa valdè consideranda docet. I. Priuilegium hodierni diei, quando Angelus cum claritate apparuit, qui sic in veteri testamento nusquam visus fuit. II. Pastores ouium figurare pastores animarum. III. Modum cum pastoribus transeundi vsque Bethleem. IV. Quomodo in contemplatione Diuinorum mysteriorum inhęrendum. V. Christi nati gloriam silentio non celandam. VI. Virginis Matris spiritale exercitium. *Ibid. col. 303. & sequent.*

Eiusdem homilia in vltimæ missæ Euangelium, varia hæreticorum dogmata euangelicis verbis discipuli dilecti, confutat, & textum percurrendo suo more commentatur. *Ibid. col. 306. & seq.*

Eiusdem, sermo de Natiuitate in illud. *Apparuit: benignitas & humanitas, &c.* Virginitatem Mariæ in partu, dauidico testimonio explicat, Christum Dominum grano in quo quatuor notantur, assimilat, & cur hodie tres missæ celebrentur, rationes affert. *Ibid. serm. de diuersis col. 359.*

S. BERNARDI sermo primus, commendat humilitatem, verbi incarnati, abbreuiati, humiliati, & exinaniti exemplo; ostendit misericordiæ Diuinæ effusionem in præsenti mysterio; docet inimicorum hominis profligationem, mortis, (scilicet, & peccati,) incarnationis Christi, finem esse; Postremò de quinque fontibus saluatoris differit, misericordiæ nimirùm ad culpas aqua remissionis diluendas; sapientiæ, ad sitim nostram aqua discretionis extinguendam; gratiæ ad animas veluti plantas aqua deuotionis irrigādas; charitatis, ad corda aqua feruenti calefacienda, & affectiones decoquendas; vitæ, ad fideles torrente voluptatis inebriādos. Pulchrè ad modum. *Serm. 1. in Natiu. col. 55. 56. 57 58*

Einsdem, sermo secundus de tribus mixturis, cnius hæc est summa; Opera A Domini magna sunt, verùm præcipuè tria creationis, videlicet, redemptionis, & glorificationis, quæ commixtiones dici possunt: In primo enim opere conglutinauit limum terræ, spiritui vitæ; corpus, animæ; carnem spiritali creaturæ; hoc opus signauerat annulo imaginis & similitudinis suæ, sed inimicus homo fregit sigillum, & opus dissoluit, vnde & iurgium, bellum inter carnem & spiritum; quod videns summus rerum artifex, fecit potentiam in brachio suo, & iterum appli- cuit manum ad opus, & alteram commixtionem effecit. In hoc secundo opere, coadunauit in vnitate personæ Verbum, animam, & carnem: Tune enim Verbum caro factum est & habi- B tauit in nobis; & hoc opus nouum sigillo propriæ imaginis, & caractere Diuinitatis muniuit. In tertio autem opere commixturam aliam faciet totius hominis cum semetipso, & tunc similes ei erimus & erit Deus omnia in omnibus. *Serm. 2. in Nat. col. 58. 59. 60.*

Eiusdem, sermo tertius ex huius Natiuitatis circumstantijs quinque documenta colligit. I. id melius, id vtilius, id potius eligendum esse, quod carni est molestius, cùm Christus hieme nasus, & pannis sit inuolutus. II. ostentationem propriæ virtutis fugiendam, cùm Christus noctis tempore voluerit nasci. C III. mundi gloriam, sæculique vanitatem damnandam, cùm Christus stabulum pro palatio elegerit. IV. carnis luptates contemnendas, cùm Christus pro nobis inter arcta conditus præsepia plorauerit. V. & vltimò laborem pro posse assumendum, cùm pastores gregibus pascendis operam dantes Angelico digni habiti sunt alloquio. *Serm. 3. in Natiuit. col. 60. 61. 62.*

Eiusdem, sermo quartus de eo, quod pastores inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Humilitatem Christi nati, cum Angelo qui pastoribus apparuit, commendat; hæc est enim, quia mediante inuenimus Mariam, Ioseph, & infantem, (continentiam, intelligit, iustitiam & gratiam) *Serm 4. in Nat. col. 62. 63.*

- Eiusdem, sermo quintus, in illud Apostoli, *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, 2. Corint.* 1. Multa complectitur, Christum esse mediatorem, reuerentiam ei exhibendam, ipsum Patris dici misericordias & consolationes, quibus consolamur in omni tribulatione nostra, denique quosdam consoletur Christi Natiuitas, paucis depromit. *serm. 5. in Natiuit. col. 64. 65.*

Inter opera eiusdem S. Patris habentur tres alij sermones pro hac die falsò illi adscripti, quorum primus miracula, & mirabilia huius Dominicæ Natiuitatis enarrat, deinde de nominibus Christi, & cur oleum dicatur effusum pluribus pertractat. *col. 1663. & sequentib. idem sermo habetur inter B. P. Damiani opera. Tom. 2. pag. 194. etiam falsò ipsi attributus.* Videtur autem hunc sermonem potius festo Circumcisionis Christi in quo vocatum est nomen eius conuenire quàm præsenti celebritati. Secundus potius debet legi in festo Conceptionis, vel Natiuitatis B. Mariæ, quàm hodie. *col. 1666. & sequent.* Tertius verò huic solemnitati proprius, desideria & suspiria Patrum incarnationem Christi inclamantium describit, iniquitatem fluuio Ægypti quem, iuxta *Isaiam 11. cap.* in septem riuis Dominus percussit, vt transeant per eum calceati, assimilat, hæc enim de primis patentibus prorupit, & per totum mundum erupit huius autem fluuij, I. riuus est cogitatio mala, II. loquutio peruersa. III. actio praua. IV. defensio peccatorum. V. exultatio in peccatis. VI. alios docere ad malum. VII. in his omnibus perseuerare. Christus natus hos riuos percussit, & nos pariter cum illo exsiccare debemus. *ibid. a col. 1670. ad col.* 1675. B. autem P. Damiani esse dicitur & inter eius opera habetur. *Tom. 2 serm. 60. in Vigilia natalis Domini. pag.* 190. *& sequentibus.*

- Eiusdem, sermo in illud Is. 9. *Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, &c.* Christum prædicat 1. Admirabilem, in natiuitate: 2. Consiliarium, in prædicatione: 3. Deum, in operatione: 4. Fortem, in passione: 5. Patrem futuri sæculi, in resurrectione: 6. Principem pacis, in perpetuâ beatitudine. *Ex paruis & varijs sermonib. serm. 10. col.* 446.

- S. BERNARDINI SENENSIS sermo, de triplici Natiuitate I. Æternâ, de quâ tria S. Ioannes expressit 1. Patris & filij coæternitatem in emanatione luminis denotari: 2. Patris & filij coæqualitatem, in emanatione imaginis designari; 3. Patris & filij consubstantialitatem, in fluminis emanatione indicari. II. Temporali, quam qui non credit cõtrarius est diuinę 1. bonitati quia inundationi eius mensuras & limites ponit; in iniuriam magnitudinis misericordiæ Dei attenuat; eleemosinam eius quâ filium suum dedit, contrà diuitias diuinæ bonitatis diminuit donũ: contrà immensitatem fornacis charitatis diuinæ, metitur eius flammam. 2. largitati, ex bonitate quippe sequitur largitas ex naturâ. 3. maiestati, nam magnitudo Domini, est honor dantis; & magnitudo eleemosinæ, honor est erogantis, &c. III. Spiritualis, 1. enim. Ecclesia suscepto semine gratiæ à viro suo qui Deus est, Christum in cordibus fideliũ parit; amicta est sole sapientiæ, nostræ redemptionis circunspectæ, discretionis iudicio perfectè gaudet, 2. Beata Virgo Maria filium Dei genuit & parturiuit; signum fuit diuinæ bonitatis & sapientiæ, diuinæ charitatis & clementiæ ad genus humanum; diuinâ sapientiâ quâ Deus mundum reconciliare disposuit fuit plenissima omnium virtutum merita superexcessit; 3. deuota anima generat & parturit filium Dei Iesum; suscepto enim semine gratiæ à sponso suo in se, Christũ generat, sapientiæ radiis illustratur, mutabilia conculcat, de diuinis operibus sanè dijudicat &c. *Ex tom. 4. à pag. 2. col. 1. ad pag. 9. col.* 2.

S. BONAVENTVRÆ sermones. 1. in illud Ps. 16. *A summo cælo egressio eius.* Quatuor docet, nimirum Verbum Diuinum egressum è cœlo ad clarificandam Maiestatem Patris, sicut sol ab Oriente; ad irrigationẽ ariditatis naturæ humanæ, sicut fluuius de fonte, ad

separationem murorum angelicę ciuitatis, ficut lapis de monte, qui factus est mons magnus; & ad debellandas dæmonum potestates, sicut leo qui egreditur de antro. *Tom. 3. ferm. 1. & 3. in Natiuit. pag. 20. 21.*

Eiusdem, sermo in illud *Daniel 2. Abscissus est lapis de monte, &c.* ostendit quomodo in his verbis Christi Natiuitas figuretur, qui hodie de monte virginalis sublimitatis abscissus, sine manibus virilis amplexus, percussit statuam humanæ vanitatis; quadripartitur autem sermo. I. dicit Christum esse lapidem. II. de triplici monte abscissum: de Iudaico populo, de Scriptura, & de B. Virgine. III. sine tribus manibus, videlicet amplexus maritalis, culpæ originalis, & naturalis operationis. IV. vt dicatem Natiuitatis, destructionem esse statuæ vanitatis. *Ibid. ferm. 2. Natiuit. pag. 21. col. 1.*

Eiusdem, 2. sermones in illa D. Luc. verba. *Euangelizo vobis, &c.* de gaudio spirituali differit, & Natiuitatem Christi, gaudium attulisse hominibus probat ex quatuor, captiuus enim erat homo, Christus vero redemptio; cæcus homo, lumen Christus; mendicus homo, Christus thesaurus; mortuus homo, vita omnium Christus. *Ibid. ferm. 4. & 5. Natiuit. pag. 22.*

Eiusdem, sermo in illud, *inuenietis infantem, &c.* quadruplicem modũ Christum inueniendi tradit corporaliter, sacramentaliter, spiritualiter, & intellectualiter. Inuentus autem fuit corporaliter à tribus, à pastoribus in præsepio, à Magis in domo, à parentibus in templo, quæ omnia mysticè interpretatur. *Ibid. ferm. 6. Nat. pag. 23.*

Eiusdem, sermo in eadem verba, & est veluti præcedentis continuatio, docet Christum quadrupliciter esse inuolutum, natura scilicet humana, specie sacramentali, ænigmate spirituali, & sensu litterali. *Ibid. fermo 7. Nat. pag. 24.*

Eiusdem, sermo in illud Euangelij, *Verbum caro factum est*, quatuor incarnationis Verbi Domini motiua affert, nimirum vt esset amicabilis, passibilis, esibilis, & sensibilis; vel si mauis ipsum

A venisse ad diligendum, ad redimendum, ad reficiendum, & ad imitandum. *ibid. ferm. 8. Nat. pag. 24.*

Eiusdem, sermo vndè supra eandem materiam prosequitur, & ostendit Verbum carnem factum, vt per carnem caro alliceretur; per carnem caro redimeretur; per carnem caro reficeretur; & per carnem caro reformaretur. *ibid. ferm. 9. Nat. pag. 25.*

S. BRVNONIS sermo seu homilia de Natiuitate Domini, verba Isaiæ 8. 1. *Sume tibi librum grandem, &c.* vsque ad ista, *antequam sciat: puer vocare patrem & matrem auferetur, &c.* interpretatur. B. Mariam prophetissam probat, & qua ratione nomen pueri nati dicatur, *accelera, spolia detrahe*, vbi quomodo Christus

B inimicos spoliauerit, declaratur. *Tom. 3. pag. 20. 21.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo S. Seueriano Episcopo falsò adscriptus, duo complectitur, pacem bonorum ex Christi Domini Natiuitate ortam, & malorum perturbationem; *Serm. 149. col. 381. & sequent.*

Eiusdem, sermo alter de S. Mariæ Virginis partu; Virginitatem Matris laudibus celebrat, & S. Ioseph merita encomijs prosequitur. *Serm. 175. col. 440. & sequent.*

S. I. CHRYSOSTOMI homilia in S. N. Iesu Christi diem natalem, qui quidem dies incognitus adhuc illis tẽ-

C poribus, ante paucos admodum annos innotuerat per aliquos, qui ex Occidente venerant & indicauerant. Monet autem fideles alacritati ac spirituali gaudio operam dare, populum magno concursu hodie ad Ecclesiam affluentem laudat quod erga natum, tãtum amoris indicium, studiumque impenderet. Deinde tribus euidentissimis rationibus probat hoc ipso tẽpore, quo hanc solemnitatem Catholica celebrat Ecclesia, natum esse Christum. Insuper paganos & hæreticos christiana de Verbi Incarnati Natiuitate dogmata irridentes, in simpliciorum gratiam, ex ipsis irrisionibus titubantium, deridet. Denique Christianos vt dignè cum pura conscientia, humilitate; ac modestia

ad tremendam diuinamque mensam A carnem Christi contrectandi nec non sumendi gratia, accedant, pluribus cohortatur. *Tom. de diuersis noui testamenti locis, serm. 33. (& iuxta errorem Typographi serm. 31.) pag. 466. & deincéps.*

Eiusdem, sermo de illo Euangelico oraculo, *In principio erat verbum*, &c. quod hac die legitur, aduersus Arrianos, Iudæos, & Pneumatomachos de diuinitate filij, & Spiritus-sancti acriter disputat; B. Ioannis Euangelistæ eminentem doctrinã proloquitur; & quare Christus Verbum potius quam filius ab Euangelista sit nominatus rationem inquirit, vbi complures sacræ scripturæ loci doctè & piè explicantur. *Tom. 6. serm. 21. à pag. 235. ad pag. 244.*

Eiusdem, in saluatoris nostri Iesu B Christi Natiuitatem oratio deuotione referta, elegantique stylo exarata. Bethleem cum cœlo comparat: vt agnum Dei natum omnes peccatores cernerent, filium Dei aduenisse prædicat: choreas agit & festum Deo celebrat, musicorum instrumentorũ loco Christum natum fascias gestans: vtriusque Natiuitatis filij Dei in æternitate & tempore analogiam demonstrat: ob mysterij ineffabilitatem, finem dicendi in ipsomet orationis limine fingit: miranda hodiernæ Natiuit. contéplatur & refert: aduersus Iudæos Matris Dei in partu virginitatem ostendit, eosque filij Dei in carne Natiuit. iam peractam negantes, deridet, ac proprijs armis confodit: huiuscè Natiuit. beneficia mundo impensa enumerat: Christi nati paupertatatẽ, supra millia auri & argenti extollit, & quo pacto, cum impatibile Verbum esset, caro factum sit in demutatã manente naturã explicat, sicque orationi fusissimæ finem imponit. *Tom. 6. serm. 53. a pag. 493 ad pag. 503.*

Eiusdem, homilia in illud, *Exijt edictum à Cæsare Augusto &c.* & in descriptionem Deiparæ. Sequentia cõplectitur. I. Orbis concordiam in Christi Natiuitate ortam. II. Nati regnum, populum & virgam ferream iuxta Psalmistæ oraculum, & Danielis Prophetiam, (vbi multa de vocatione gentium, ac Iudæorum reprobatione.) III. Christum in regno ferreo natum. IV. Cur Augusti regnũ annorum. 56. longitudine coronatum. V. Natiuitatis Dominicæ pauperiem, & humilitatem. VI. Cur Christus natus pastoribus sit annunciatus, & infantili specie, non adultâ ætate ortus. *Tom. 6. serm. 54. à pag. 503. ad pag. 512.*

✠ D. CYRILLI ALEXAND. sermo de eo quod verbum Dei factum sit caro. Docet magnum hoc esse Religionis sacramentum Angelis etiam desideratissimũ. 2. Rationem reddit, quod innotuerit Diuinæ benignitatis latitudo. 3. Explicat quid factum sit verbum Dei. 4. Quod non abiecit quod erat, nec confusæ sint in eo naturæ. 5. Quomodo B. Virgo dicatur Dei genitrix. *Tom. 5. pag. 416. & 417.*

B. P. DAMIANI sermo in Natiu. Dom. Imprimis de vtraque Christi Natiuit. disserit; deindead humilitatẽ Redemptoris in angusto reclinati præsepio orationem flectit: & quid pro nostra salute iam in ipsa sua Natiuit. pertulerit, deuotè examinat. *To. 2. ser. 61. pag. 293. 294.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo de solemnitate Natiuitatis Domini, in nocte habitus ex prophetica lectione If. 9. *Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam.* Nomina ab If. saluatori data examinat. I. est Admirabilis, admirabilia enim hac nocte operatus est de clauso suæ virginis ge- C nitricis vtero egrediendo, matrem suã in partu ab omni dolore præseruando, per Angelum Natiuitatem suam pastoribus manifestando, mundum vniuersum ad fidem incarnationis & veram vitam conuertendo. II. Consiliarius, venit namque in mundum vt inuitaret & formaret homines ad beatitudinem regni cœlestis, & pro eâ adipiscendâ salubria dedit nobis consilia. III. Deus fortis, vt eum timeamus, amemus, veneremur. IV. Pater futuri seculi, quia, futura bona regni cœlestis postquam fidelibus promisit, tanquam filijs illis distribuit & largitur. V. Princeps pacis, pacem enim suâ nobis natiuitate promeruit, ideo si filij eius & hæredes, pacifici esse debemus. *In sanctorum proprio à*

fol. 29. pag. 2. ad fol. 30. pag. 2.

Eiusdem, in Apostolica verba ad Tit. 2. cap. *Apparuit gratia Saluatoris Dei.* In veteri testamento apparuit iustitia & rigor diuini iudicij, in nouo gratia, pietas & misericordia Dei; præsertim in incarnatione, per quam Christi gratia, seu gratiosa apparitio erudit nos vt abnegantes impietatem & secularia desideria &c. id est. vt Primo. Abhorreamus impietatem hoc est transgressionem præceptorum primæ tabulæ quæ sunt tria 1. vt vnum Deum colamus, amemus, veneremur; 2. ne vanè iuremus per Deum aut per sanctos, siue per creaturas; 3. vt dies celebremus festiuos diuinûm visitantes officium & aliorum dierum negligentias recuperantes. Secundo. Secularia desideria respuamus, contenti victum habentes & quibus tegamur. Tertio. Sobriè viuamus, vt in illa sobrietate sanitatem animæ & corporis habeamus. *In sermonib. de proprio sanctorum fol* 31. *à pág.* 1. *ad* 2.

Ejusdem, sermo in Euang. primæ missæ in galli cantu. Ad spiritualem lætitiam nos inuitat variâ ex causâ, quarum Prima est. Dignitas ad quam eleuata est nostra natura; cum enim vnigenitus filius Dei sit dignitatis penitus infinitæ per vnionem personalis humanitatis cum Verbo, propinquiùs copulari creaturæ non potuit; ita genus humanum inæstimabiliter fuit sublimatum. Secunda. Quia per Christum ab omni sumus purgati peccato, aduentu enim suo infirmitates nostras curauit & curat quotidie, septem vasa medicinalia sunt septem sacramenta quibus animarum vulnera curantur. Tertiâ. Quia per Christum à pœnis inferni sumus redempti, peccato enim originali debetur pœna damni, actuali verò pœna damni & sensus. Quarta. Quia per eius euangelicâ documêta instruimur, per gratiâm, viuificamur per legem, à peccatis retrahimur, per adiutorium, dæmonibus præualemus. *In sanctorum proprio. fol.* 33. *a pag.* 1. *ad* 1.

Eiusdem, in Epist. secundæ missæ Natiuitatis Domini, sermo ex cuius serie immensa Dei in nos misericordia demonstratur in septem beneficijs hodie nobis collatis. I. est, quod à Christo sumus saluberrimè informati & instructi. II. Contritos corde medetur, pœnitentium corda sanando tanquam pijssimus medicus animarum. III. Prædicat captiuis diaboli indulgentiam. IV. Vitiorum grauitate oppressis & vitiosa cõsuetudine victis, prædicat apertionem, & egressum à prauâ consuetudine. V. Tempus gratiæ & cœli ingressum prædicauit. VI. De futuro die iudicij nos instruxit; vt si non amore, saltẽ timore mala vitemus & bona agamus. VII. Consolatur omnes piè lugentes, *Ex proprio de sãctis à fol.* 34. *p.* 2. *ad fol.* 35. *p.* 2.

Eiusdem, circa lectionem Euangelicam missæ in ortu diei sermo, quo. Primo. Ad gratitudinem tria pertinere sc. beneficium sibi collatum recognoscere & pensare; pro eo gratias agere; tempore suo benefactori pro posse vicem rependere, docet: & ad ingratitudinem tria, beneficium obliuioni dare, non regratiari, nec vicem rependere; tria priora obseruare debemus vt incarnationis beneficio digni inueniamur. Secundo. Vt illud beneficium recolamus in Bethleem nos ducit, ibique pudicissimam virginem prægnantem, in stabulũ intrare in quo nec lucem, nec ignem nec lectum inuenit; pastores diuersorium ingressos magnâ cum reuerentiâ puerum aspicientes & adorantes, homines, quæ à pastoribus dicebantur mirãtes, Mariam Virginem omnia Christi verba in corde suo conferentem; & alia multa ad nostram instructionem facta considerare attentius hortatur. *Propr. sanct. fol.* 36. *à pag.* 1. *ad* 2.

Idem, sermone in Epist. tertiæ missæ docet. Merito tempus Aduentus Christi & deinceps tempus gratiæ appellari quia I. In eo copiosior gratia data est hominibus in toto orbe terrarũ, quàm antè. II. Per Apostolos & alios Christi discipulos in vniuerso mundo prædicata est euangelica lex & recepta, omnibusque Dei cognitio est concessa. III. In tempore isto per Christi passionem satisfactum est pro originali peccato. IV. tempore isto euangelistæ

legis maiora & gratiora à Deo nobis beneficia sunt impensa. *Ex proprio sanctorum fol. 38. à pag. 1. ad 2.*

Eiusdem, in solemnitate Natiuitatis Domini sermo, per quem incarnationis beneficium expenditur hoc modo; Cum Dei visio inæstimabilis sit dignitatis, pulchra, suauis delectabilis fuerit, & hanc beatitudinem primus homo sibi ac toti posteritati perdiderit; nulla creatura humano illam recuperare generi potuit; idcirco Deus homo fieri est dignatus. Quare pro tanto beneficio ex totis præcordijs illi gratias agere debemus & mirabilia quæ per suam natiuitatem fecit in mundo recolere quæ sunt. Pax summa in Roma per duodecim annos; templi pacis destructio, statuæ Romuli qui pro Deo colebatur ruina, fons aquæ versus in oleum, idolorum euersio, &c. *In proprio de sanctis à fol. 4. pag. 2. ad fol. 41. pag. 2.*

S. ELIGII NOVIOMENSIS homilia in Natali die Domini, de pace seruanda, & eleemosyna pauperibus impendenda; præcipuè autem docet Christum in hoc apparuisse vt pacem afferret hominibus, & in se reconciliaret ima summis; vnde Angeli cecinerunt, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, &c. Tom. 2. Biblioth. Patrum homil. 1. S. Elig. ex 16. col. 431. & sequent.*

D. EVSEBII EMISENI homilia prima ad populum; illud Isaiæ Prophetæ, *paruulus natus est nobis, &c.* exponit; Quomodo Christus nobis sit datus, quomodo natus, quomodo paruulus, explicat; ipsumque grano sinapis eleganter per omnia assimilat; in Christo manifestum hominem, & Deum latentem demonstrat; Quo pacto verbum diuinum ad nos venerit, & à sinu Patris non discesserit, sermonis humani mutuata similitudine indicat; Aduersus Orientales hæreticos maternitatem Deiparæ negantes Christique cum ipsa consubstantialitatem impugnantes, conuincit. Denique cur naturam humanam Verbum Patris ad vnionem personalem assumpserit, rationem reddit. *homil. 1. in Natiu. fol. 1. 2. 3.*

Eiusdem homilia secunda. Huius sacratissimi diei præconia celebrat, eius lucem commendat, Dominicæ Natiuitatis dignitatem intuetur, virginitatem & fœcunditatem matris probat, & miratur, diuinis laudibus & epithetis beatissimæ Mariæ merita dignè prosequitur, Christum eius filium, perfectum Deum, & verum hominem profitetur. *homil. 2. in Nat. fol. 4. 5. 6.*

S. FVLGENTII sermo de duplici Natiuitate Christi inscriptus, in quo Filij cum Patre coessentia & cõsubstantialitas monstratur, Dei ineffabilitas declaratur, de dupliciChristi di e æternitatis & temporis agitur, prærogatiua hominum ex verbi diuini incarnatione notatur, dilectio Dei erga genus humanum ostenditur, Adam & Christus, Eua & B. V. Maria ad se inuicem conferuntur; Denique, quod in diẽ Natiuitatis decet nos meminisse diei resurrectionis docetur. *Serm. 2. à pag. 625. ad pag. 634.*

Eiusdem, sermo alter eodem die habitus de laudibus V. Mariæ ex partu Saluatoris, in quo diei Natiuit. Christi præconia celebrantur, Christi cõceptio & natiuitas sine labe ostenditur, beatissima V. Maria, fenestra cœli, scala cælestis, ac restauratio fœminarum prædicatur, & tria Euæ mala, à tribus Mariæ bonis exclusa fuisse demonstratur. *Serm. 3. pag. 635.*

D. GAVDENTII BRIXIENSIS EPISCOPI. Tractatus seu sermo de Natali Domini, in quo I. pietatem summi Dei, ac humilitatem Verbi hodie nati miratur, II. autem Virginis Mariæ in partu integritatem prædicat, & contra Iudæ auaritiam, ac pro pauperibus inchoatam materiam ad Neophytos prosequitur. *Tom. 2. Biblioth. Patrum tract. 13. D. Gaud. ad Neophyt. col. 79. & sequentibus.*

I. GERSONII sermo in Nat. Dom. in Euangelium Ioann. Tres habet partes in prima agit de Natiuitate Verbi æterna absolutissima & perfectissima; in secunda de eiusdem Natiuitate temporali, ordinẽ naturæ & rationis transcendenti, quod colligit & demonstrat, ex responsione Grammaticæ, Logicæ, Rhetoricæ Arithmeticæ, Geometriæ,

Musicæ, Physicæ, & Metaphysicæ; (vbi quædam de motiuo & fine Incarnationis.) Atr tertia denique de ipsius met spiritali in cordibus nostris Natiuitate; quæ fit modo mystico per gratiæ, videlicet, infusionem. Docet autem Christum sic spiritaliter in fundo animæ natum, septem tractandum esse obsequijs, ad quæ obeunda totidem nutrices mysticas assumendas; est enim inuoluendus pannis munditiæ, à puritate reclinandus in corde, à charitate: custodiendus propter timores nocturnos, à tranquillitate: leuandus sursum, à deuotione, seu meditatione, balneandus in fonte compunctionis, à pietate: pascendus lacte spiritualis doctrinæ, à misericordia: vltimò portandus inter bonæ operationis brachia, ab obedientia. *Tom. 1. part. 2. a col. 712. ad col. 718.*

Eiusdem, sermo deuotissimus in illud *Isaiæ 9. Puer natus est nobis* hac die habitus, in tres articulos partitus; quorum primus docet Christi Natiuitatem mirabiliter factam, per potentiam Patris, secundus, fructuosissimè peractam, per sapientiam Filij; tertius, delectabiliter completam, per amorē Spiritus sancti.

Quantum ad 1. illam dicit admirabilem, ob miracula quæ extra acciderūt, & hodie visa sunt; (ibi enumerantur:) admirabiliorem, ob Virginem Matrem, quæ sine corruptione, & absque dolore natum peperit; admirabilissimam, ex parte pueri nouiter nati; vbi redarguitur vana circa præsentis mysterij veritatem curiositas, & commendatur humilis credulitas: deinde tres profert quæstiones quibus respondet. Vna, an fuerit maxima gratia & donum maximum Dei maternitas virgini concessa? Altera, quare virgo Maria sic in æternum permansura, fuerit desponsata? Vltima, quare Deus potiùs voluit esse vir quam mulier?

Quantum ad 2. Eandem probat fructuosissimam præcipuè Christianis propter multas vtilitates quas breuiter refert; Exinde aduersus malus Christianos qui nec puerū Iesum agnoscunt, qui nec amant, nec recipiūt, qui etiā eū spiritualiter interficiūt, strenuè disputat.

A Quantum ad 3. ipsam ostendit amorosam & delectabilem, propter gaudium, pacem, & charitatem erga nos exhibitam, & alia eiusmodi ibidem relata. Tandem homines de peccatis excusationem præferentes conuincit. *Tom. 2. part. 4. a col. 609. ad col. 614.*

Eiusdem, sermo alius in Natali Domini die, coram Rege & Magnatibus factus in illa Euangelij verba. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, &c.* Primò de gloria Deo hac die tribuenda agit; Postremò de triplici pace hominibus bonæ voluntatis ex Christi Natiuitate orta, temporali, videlicet, spirituali, & personali. Varia autem passim interijcit documenta, v. c. quare Deus, contemelijs & proprij filij afflictionibus mun-
B dum voluerit redimere? cur Deus vnigeniti sui Natiuitatem primò pastoribus reuelare dignatus sit? Quare Angeli *Gloria in excelsis* hodie cantauerint? quatuor habitus malæ volūtatis pacem hominū impedientis, & quædā alia. Ad vltimum Regem alloquitur, eumque ad veritatem auscultandam, personarum acceptionem, & adulationem cauendā, perseuerantiam in fide tenendam, & populi dilectionem habendam cohortatur. *Tom. 2. part. 4. a col 624. ad col 634.*

✠ GOFFRIDI ABBATIS de Natiuitate Domini sermo primus in quo. I. Virginis Mariæ puritatem in partu miratur. II. Natiuitatis Dominicæ bo-
C na enumerat. III. Antithesibus, nati saluaturis misericordiam & pietatem & Dæmonis malitiam & astutiam explicat. IV. Christi humanam carnem assumentis humilitatem considerat. V. Eiusdem in cœlo pro nobis intercedētis charitatem attendit. VI. Vt tanta collata nobis beneficia recolamus, & odio perfecto peccatis nostris renunciemus, hortatur. *Auct. Biblioth. vet. Patr. Tom. 1 à fol. 554. col. 2 ad fol. 555 col. 1 & 2.*

Eiusdem, de quo suprà sermo secundus. Redemptor noster verè bonus, cuius indignatio artem exhibet cōpatientis iustitiæ, & non solum pro homine nascitur & patitur; sed peccātem sustinet, & diu expectat & vt reuertatur ad ipsum non solū veniam sed mercedem

pollicetur. Pœnitentia est & præteritorum satisfactio & cauendorum solicitudo; habet fructus magnos, vtiles, necessarios; eo tempore agenda quo salus corporis manet, & suâ quisque vtitur potestate; eâ mentis intentione amplectenda, vt inde hominum laudes non affectemus, Saluator noster salutem nostram fitiens pœnitentiam pro peccato egit, & sæuienti homini propitius fuit. *Auct. Biblioth. veter Patr. tom. 1. a fol. 555. col. 2 ad fol. 557. col. 1.*

Eiusdem, in Domini Natiuitate sermo tertius in quo incarnationis mysteria enucleat & primò. Patrem filium sibi coæternum charitate nobis donasse probat. Secundò. Spiritum sanctum duobus modis in sanctificatione Virginis operatum esse ostendit, scilicet per peccatorum mortificationem, & sanctam virginitatis custodiam. Tertiò. Gabrielis Archangeli à Deo missionem, & Christum lege hominis quia de fœminâ, plusquam lege Dei quia sine peccato, dolore, matris corruptione, natum, meditatur. Quartò. Christum puerum asserit, quia nulli nocuit, omnibus profuit, Patri vsque ad mortem obediens fuit, mortis suæ condonauit iniuriam pro illisqui eum occiderunt diligenter orauit Quintò Christū non solum hominem factum sed & hominū seruum vt à diaboli seruitute hominem liberaret, dicit. Sextò. Christum suauem & dulcem charitate, Virginem Mariam filium & suum & omnium patrem habere meruisse, quia prima omnium Deo virginitatem deuouit, manifestat. *Auct. Biblioth. veter. Patr. tom. 1. à fol. 557. col. 1. ad fol. 558. col. 2.*

Idem abbas, sermonem quartum sequētibus veritatibus absoluit quarum, Prima est Hominem factum esse quod Christus est, quando Christus factus est homo. Secunda. Hortum conclusum, portā templi, & templum Domini esse Mariam beatissimam & incomparabilem. Tertia. Saluatorem nostrum fontem à scripturâ sacrâ appellatum fuisse quia vnda aquæ & sanguinis ex latere eius profluens genus humanum lauit à sordibus peccatorum, & Ecclesiam sine ruga creauit. Quarta. Mariam, templū esse Domini quia Deus in eâ habitauit & per sanctificationem Spiritus & per humanam conceptionem; & portam dum clausæ suæ matris ex vtero Christus egressus est. Quinta. Christum eundem & non alterum fuisse Dei & Virginis filium *Auct. Biblioth. veter. Patr. Tom. 1. a fol 558. col. 2. ad fol. 560. col. 1. 2.*

S. Gregorii Magni homilia ad populum hac die prolata; multa inquirit, & soluit, mysticéque explicat. Nimirum quid sit quod nascituro Domino mundus describitur? quod in Bethleem nascitur? quod pastoribus annuntiatur, quod Angeli canticum nouum cecinerunt, denique puritatem commendat, & vitia detestatur. *Tom 3. homil. 8. in Euang. col. 19. 20.*

S. Gregorii Nazianzeni in Christi Natiuitatem oratio panegerica, miranda Christi natalis eleganti ssimè proloquitur; duæ causæ incarnationis Verbi Diuini notantur; modus festum diem præsentem ritè celebrandi traditur: humilitas filij Dei incarnati prædicatur; eadem virtus tanquam iter ad sublimitatem commendatur; Christi Diuinitas aduersus hæreticos probatur; ad mysterij Natiuitatis reuerentiam, & saluatoris nostri conformitatem hortamur. *Tom. 1. orat. 38 à pag. 613. ad pag. 624.*

S. Gregorii Nysseni in diem Natalem Domini nostri oratio in illud *Psalm. 80. Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Similitudinem buccinatoris sibi accommodans, hunc diem solemnem, celebritatéque insignem prædicat, & choream spiritalem agit, mysteria diei in qua Christus natus, & temporis, in quo Dei filius caro factus, reuelat, (vbi cur non ante vel post, incarnatus natusque sit) Natiuitatis Domini miracula limites naturæ transcendentia depromit; animos in cœlestē exercitum intendit; tripudiúmque spectat Angelorum gloriā Deo inclamantiū, & pacem terrę euāgelizantium; incarnationis arcanum explicat, (vbi quædam referuntur apocrypha;) Exinde ad Bethleem reuertitur,

titus, & in antro mysteria peracta contemplatur, trucidationem innocentiũ scribit, ac lamentatur, & parentum dolores conduplicatos deplorat. Insuper beneficia hominibus hoc ipso die concessa recenset. Denique hominum audaciam & ingratitudinem erga puorum pro ipsis humillimè natum reprehendit. *Tom. 2. a pag. 771. ad. pag. 786.*

Guerrici Abbatis sermo hac die prolatus in illud Isaiæ. *Puer natus est nobis*, varia notantur, Natiuitatis æternæ Christi nouitas & antiquitas; Natiuitatis temporalis ipsius noua nouitas, qua puer natus est nobis innouandis; huius infantis fortissima infirmitas; sacra, dulcis, & miranda huiusce pueri infantia, nec-non & Maiestas humilitate exinanita, qua superbia nostra retunditur; Denique nati ad placandum facilitas, & ad cõdonanda peccata benignitas. *Serm. in Natiu. pag. 35.*

Eiusdem sermo vnde supra. Docet. I. gratiam huius Natiuitatis omnibus quidem fuisse oblatam, sed non ab omnibus susceptam. II. Ecclesiæ antea sterilis fœcunditatem ex eo quod filius datus est nobis, & synagogæ quæ multos habebat filios infirmitatem & sterilitatem, ex tempore quo puerum non recepit. III. Vniuersæ dotis synagogæ, ad nouam nuptam, Ecclesiam, translationem. IV. omnium bonorum aggregationem, cum puero nato hominibus diuinitùs fuisse collatam. V. & vltimò triplicem modum quo Christus datus est nobis, in forma videlicet carnis, in specie panis, & in gustu spiritus sui. *Serm. 2. in Natiuit. pag. 41.*

Eiusdem sermo vnde supra tripartitus, probat enim puerũ Iesum. I. non sibi. II. non Angelis III. sed nobis natum. Insuper de matre spirituali Christi differit, anima, nempè, fideli, quæ facit voluntatem summi Dei. *Serm. 3. in Natiuit. pag. 46.*

Eiusdem sermo in illud Apostoli, *Etiam venit plenitudo temporis* iuxta triplicem istius plenitudinis temporis apud Paulum acceptionem, agit de plenitudine, seu abundantia gratiæ, de adimpletione præcedentis prophetiæ

A & de plenitudine ætatis fidei adultæ, quæ per Christum in quo habitat omnis plenitudo completæ sunt. *Serm. 4. pag. 48.*

Eiusdem sermo, in quo docetur quomodo Deus per omnia volens satisfacere tarditati nostræ, Verbum suum quod prius erat audibile, hodie fecerit visibile, gustabile, & odorabile: quatenus sicut per sensus nostros mors intrauerat, sic per eosdem rediret & vita. Qua ratione Verbum à regalibus Patris sedibus, animalium illapsus præsepibus 1. mirificè suo nobis silentio sermocinetur. Quo pacto cum solis paruulis concordet paruulus iste hodie nobis datus, nobisque natus, & in solis re-quiescat humilibus. Denique, quasB dam huiusce Natiuitatis circumstantias profert, quas mysticè & deuotè explicat. *Serm. 5. pag. 61.*

Guillelmi Parisiensis, sermo primus in solemnitate Natiuitatis Domini ad ea verba. *Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis Is. 9.* in quibus tria manifestantur. I. periculum in quo mundus erat ante saluatoris ortum propter 1. obliuionem pertinentium ad salutem, abundantiam culpæ, pœnalis miseriæ abundantiam, propinquitatem variarum causarum pereundi, infernalis miseriæ similitudinem, superbam à vero lumine auersionem. II. Remedium, Christus enim C vt lux orta est vt ostenderet 1. quumodo de matre sua natus est sc. vt lux, 2. sui & Patris coæternitatem, sui cum patre vnitatem, virtutem suam, sapientiam, bonitatem. III. Subueniendi modus; periculum maximum fuit per superbiam remedium fuit per humilitatem. *In proprio sanctorum sermone 23. à pag. 23. ad pag. 25.*

Item, eiusdem in scriptum Euangelicum. *Exiit edictum a Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis Luc. 2.* I. In Bethleem Ioseph cum vxore suâ ascendit, & B. Virgo ibi filium suum parit, cuius ascensionis occasio fuit Augusti Cæsaris edictum de describendo orbe, circa autem Natiuitatem sunt quatuor attendenda, 1. quod nascitur in terrâ

aliena, 2. in villâ paruulâ, 3. in Bethleē, 4. in via, quæ mysticè exponuntur. II. Cura quam pia mater habuit pro filio fuit quod cum eum peperisset, pannis inuoluit, in præsepio reclinauit, in quo quatuor defectus passa est sc. familiæ, operimēti, lecti, habitaculi. III Reuelatio Natiuitatis Dominicæ fit pastoribus ad commendationem simplicitatis, vitæ laboriosæ, vitæ pastoralis, vigilantiæ in pastoribus spiritualibus. Ad modum istius reuelationis sex pertinent; Angelus enim per quem fit reuelatio iuxtà pastores stat, claritas Dei eos illuminat Angelus eos confortat, gaudium Natiuitatis eis nunciat, signum eis dat, multitudo Angelorum glorificat. *In proprio de sanctis sermone 14. a pag. 25. ad pag. 27.*

HVGONIS VICTORINI sermo in Natiuitate Domini, in quo paucissima habes ad propositum, exponit enim Isaiæ *Verba* 33. *Domine miserere nostri te enim expectauimus, esto brachiũ nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis*, distinguitque triplici modo mane & tempus tribulationis, primum in hac die, secundum post horam mortis, tertium post cursum sæculi præsentis; & ostendit qua ratione Natiuitas Christi sit nobis mane, & tempus tentationis. *Tom. 2. institut. Monasticæ serm. 24. pag. 331. & deinceps.*

Eiusdem, sermo in natali Domini in illud. *Psal. 18. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Iuxta textum in duas distribuitur partes, prima tractat de tabernaculis, & nouem tabernaculorum genera enumerat in quibus Christus mansit, videlicet tabernaculum pastorum, custodum, negotiatorum, militum, exulum, peregrinorum, viatorum, pauperum, & iustorum. Secunda verò, de Christo sponso hodie de thalamo suo procedeote, vbi describuntur nuptiæ. Christi & Ecclesiæ, piè & appositè. *Tom. 2. institut. Monast. serm. 48. pag. 360 & seq.*

Eiusdem, sermo de Gedeone in Natiuitate Domini, illa *Isaiæ 9.* verba explicans. *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian* Bellum Christi A aduersus salutis nostræ hostes describit, sumpta similitudine prelij Gedeonis & Madianitarum: ostēditque quomodo Christus victor, diabolum exactorem superauerit, & nos liberauerit à iugo culpæ, à virga pœnæ, & à sceptro damnationis æternæ: deinde ad spiritale certamen piorum contra tenebrarum principes, & mundi rectores descendit, & fideles docet quo modo pugnare habeant, ac de infensissimis hostibus victoriam reportare. *Tom. 2. Institut. Monast. serm. 63. a pag. 382. ad pag. 384*

S. HIERONIMI sermo, illi falsò adscriptus, de Natiuitate Domini, in B quo Christus natus, soli orienti assimilatur, dies iste præconijs illustratur, ipsius abscondita declarantur mysteria & signum crucis merito modo extollitur *Tom. 4 serm. 30. col. 885.*

S. INNOCENTII 3. PONT. MAX. sermo in solemnitate Natiuitatis *D. N. Iesu Christi* de multiplici verbo proloquitur, de verbo videlicet, humano, & diuino; de Verbo autem diuino orationem instituens, ostendit illud esse verbum conceptum, prolatum, scriptum iuxta Natiuitatem Diuinam, humanā, & gratuitam. Rursus esse Verbum supernum, internum, & externum. Insuper multiplicem affert carnis acceptionem, ibique soluitur quæstio cur potius dicimus Verbum carnem factum, C quam animam, siue incarnatum quam animatum. Denique quatuor causas aperit cur filius Dei sit incarnatus: vt superbos videlicet humiliaret, inimicos reconciliaret, seruos redimeret, & amicos nutriret. *Tom. 1. serm. 1. Nat. D. pag. 84. & seq.*

Eiusdem, sermo in eadem celebritate, super illa Hierem. verba. *Nouum faciet Dominus super terram, &c.* Quomodo nouum multis modis in scriptura accipiatur: de nouitatibus in Christi Natiuitate factis, in persona nimirum, in natura, & in gratia: in persona quidem, quia nouum fecit Dominus in matre, nouũ in prole: in natura verò, quia nouum fecit in signo, nouum in

modo: ingratia denique quia nouum fecit in fœdere, nouum in munere. *Ibid. pag. 87. serm. 2. in Natiuit.*

A

Eiusdem, sermo in illud *Isaiæ 9. Puer natus est nobis, &c.* De tribus Christi Natiuitatibus, diuina, carnali, & spirituali, quas in tribus Missis hodiernis repræsentat Ecclesia, concionatur: ac de sex Christi nominibus, & cur non sint plura apud Prophetam euangelicũ, aut pauciora. *Ibid. serm. 3. in Nat. pag. 89. & seq.*

✠ Ioannis Nepotis Sylvani Hierosolim. in cap 2. Lucæ tract. I. Euangelium ab illis verbis: *Et reclinauit eum in præsepio, &c.* vsque ad reditum pastorum. 2. Monet quæstionem, & docet hodie natum esse Dominũ, non in Epiphanijs. III. Insinuat nunquam superbiam saluare sed humilitatem. *Tom. 1. pag. 479. & seq. Inter opera D. Chrysost. tom. 2. col. 1000. & seq. edit. Parisi. anni 1614*

B

✠ Ioannis Thauleri serm. I. in illud *Isaiæ. 9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.* Tractat. I. de triplici natiuitate, tribus missis accommodatę. II. De spirituali natiuitate Christi instituit dicere. III. Confert hanc natiuitatẽ cum æterna generatione. IV. debere animam totam sese intro recipere, & iterum foras extra seipsam egredi; idque fieri per facultatum animæ recollectionem, & per exitum extra se in Deum, seu renuntiationem. *a pag. 40. vsque ad 44.*

Eiusdem sermo 2. ad ea verba *Ioan. 1. Verbum caro factum est.* I. docet quod Deus verbum diuinum non nisi vnum locutus est, & hoc necdum prolatum. II. Verbum diuinum quatuor modis à nobis accipi & intelligi posse in sacramẽto, in concionatoris ore, in Christi imitatoribus, in ipsomet per ipsum. III. De hoc vltimo fusè tractat. *à pag. 44. vsque ad 46.*

Eiusdem sermo 3. in illud *Isaiæ 52. Ego ipse qui loquebar, ecce adsum.* Eum docet qui vult nasci in se Dominum, eniti debere totis viribus vt in diuina vnione proficiat: & quidquid egerit, totum ad Dei gloriam referat. Denique tria statuit exercitia animæ, ad Dei familiaritatem euocatæ. *à pag. 46. vsque ad 48.*

Eiusdem sermo 4. in illud: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Docet I. conandum esse vt filij Dei efficiamur, & signa, indicia & proprietates electorum & filiorum Dei obtineamus. Illaque indicia constituit & persuadet. *a pag. 48. vsque ad 51.*

B. Ivonis Carnotensis sermo. Quare Deus natus sit; Natiuitatis Dominicæ causam, hominis reparationem, reformationem, sanitatem assignat, Christumque medici similitudine repræsentat. *Tom. 1. Auctarij Biblior. Patrum serm. 6. B. Iuon. de rebus Ecclesiast. col. 809. & sequent.*

Eiusdem; sermo alter de Natiuitate Domini, tria facit, vnum quantũ rationalis creatura suo debeat Redemptori, ex beneficiorũ commemoratione colligit; alterum, Christum dicit Archimedicum, qui iuxta medicinæ rationem in quibusdam sanitatem contulit ægrotis per similia, in quibusdam morbos euacuauit per contraria, vltimum, temporalem Christi ex virgine natiuitatem, & spiritualem qua ex matre Ecclesia nascitur Christianus, ad se inuicem analogicè confert, pulchrè admodum. *Ibid. serm. 8 col. 814. 815. 816.*

S. Lavrentii Ivstiniani sermo in festo Nat. Domini beneficia diuina commemorat. Nobilitatem hominis in se, & eius vilitatem in statu peccati declarat; Dei bonitatis dignationem in verbi æterni incarnatione, miratur: ipse enim Dei filius per viscera misericordiæ visitauit homines, tanquam medicus ægrotos, veritas clarissima, in tenebris consepultos, liberator fortissimus in captiuitate detentos, amantissimus Pater filios prodigos. Exinde humilitatem Christi aliasque virtutes ipsius Natiuitatis expendit, fauores diuinos hominibus totique mundo hodie collatos recenset. Cæterùm Natiuitati Christi mysticæ in cordibus nostris per infusionem gratiæ factæ ea quæ Natiuitatis ipsius temporalis sunt, mirificè accommodat. *part. 2. pag. 603. & deincept.*

C

S. Leonis Magni, in solemnitate Natiuit. Dom. sermo primus, tri-

bus capitulis absoluitur. I. tractat de lætitia in hac celebritate habenda. II. quid Christus sua natiuitate nobis attulerit. III. denique ad virtutes, & beneficiorum commemorationem populum excitat. *col.* 35. *& seq.*

Eiusdem, sermo secundus vnde supra, in ipso tria tanguntur, nimirum, natiuitatis Christi necessitas; diuini partus qualitas, & excellentia; denique eiusdem vtilitas, in duobus præcipuè apparens, in diabolicæ tyrannidis destructione, & humanæ naturæ per incarnationem sublimitate. *Ibidem. col.* 37. *& sequentibus.*

Item Eiusdem, sermo tertius. Verba *Isaiæ* 53. *Generationem eius quis enarrabit* de vtraque Christi generatione intelligit; eiusdem diuinitatem, & cum patre æqualitatem probat, mysterium incarnationis exponit; ipsius necessitatem indicat, dilationemque non frustraneam ostendit, vltimò modum diem hunc dignè celebrandi educet. *Ibidem col.* 41. *& seq.*

Eiusdem, sermo quartus, rationem incarnationis Christi explicat, errores quorumdam hæreticorum circa eamdem refellit, natiuitatem Christiani spiritalem, Natiuitati Christi corporali assimilat, & verã fidem multùm commendat. *Ibid. col.* 44. *& seq.*

Eiusdem, sermo quintus, fidei difficultas ad humanitatem Christi credendam rangitur, sapientia mundi stulta demonstratur, verbi incarnati diuinitas & æternitas comprobatur, deniquè quid obedientia & humilitas filij Dei nobis contulerint, docetur. *Ibid. col.* 48. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo sextus, in ipso varia habentur, Natiuitatis celebrandæ ratio, causa cur factus sit filius Dei, filius hominis, quomodo generatio Christi origo sit populi Christiani: & natalis capitis, natalis sit corporis; commendatio pacis angelico concentu prædicatæ, filiationis diuinæ & adoptiuæ dignitas, operum bonorum necessitas, & pacis mundanæ, ac diuinæ differentia. *Ibidem col.* 52. *& sequent.*

Eiusdem, sermo septimus ducet. I.

A quisnam sit verus cultor hodiernæ festiuitatis. II. duarum naturarum in Christo rationem. III. quanta sollicitudine antiqui hostis præcauendas insidias & deceptionum laqueos. IV. quatenus creaturis vtendum. *Ibid. col.* 56. *& sequent.*

Eiusdem, sermo octauus, ad spiritalem lætitiam incitat; vtriusque naturę in Christo vnitatis communionem, incarnationis; modum ac necessitatem, & hæreticorum circa eamdem diuersorum mendacia, & varia falsitatum prodigia expendit. *Ibidem col.* 60. *& sequentibus.*

Eiusdem, sermo nonus, ineffabilitas præsentis mysterij docetur, Diuinitas immutabilis vt nostra infirma, susce-
B perit, explicatur: & quid libertatis nobis per hoc ipsum contulerit, declaratur. *Ibid. col.* 64. *& sequent.*

Eiusdem, sermo decimus, tria hæreticorum genera à veritate incarnationis aberrantium detegit, habitationis verbi diuini in nobis notitiam claram mentibus fidelium ingerit; generationis Christi supra omnes generationes eiusdemque Natiuitatis supra omnes natiuitates, excellentias prædicat, & Christianam fidem validè confirmat. *Ibid. a fol.* 67. *ad col.* 71.

S. Maximi homilia prima in Natali Domini, mirabilia hodie patrata commemorat, Christi vtramque generationem considerat, & miratur,
C ineffabilitatem vtriusque prædicat, & ad mysteria Dei magis credenda, quam examinanda hortatur. *In homil. hyemalib. col.* 555. *& sequentibus.*

Eiusdem, homilia secunda de eodem, sequentia continet. I. Natiuitatem Christi hodiernam, vitæ omnium esse Natalem. II. Filij Diuinitatem & matris integritatem. III. Nati humilitatem, IV. reclinationis in præsepio rationem. *Ibid. col.* 557. *& seq.*

Eiusdem, homilia tertia vnde supra, Christus natus, iudex dominus, & rex nuncupatur: veritas Diuinitatis pueri nati, ac maternitatis, virginitatisque B. Mariæ comprobatur, & ad castitatem, misericordiam, nec-non iusti-

tiam adhortatur. *Ibid. col.* 559. *& seq.*

Eiusdem, homilia quarta, sacramentum hodierni mysterij laudibus prosequitur gratiam nouæ legis hominibus in hac natiuitate effusam, cum beneficijs Israelitico populo olim concessis, confert, & ad credenda pueri nati mysteria auditorum animos efficaciter inducit. *Ibidem col.* 561. *& sequent.*

Eiusdem, homilia quinta, imprimis docet Christi Natiuitatem credendam esse, non discutiendam; insuper circumstantiarum partus virginis, & ortus Christi arcana reuelat, ac tandem nouitatem mysterij præconijs celebrat. *Ibid. col.* 562. *& sequent.*

Eiusdem, homilia sexta, multimoda cœlestium sacramentorum hodiernæ festiuitatis gratia declaratur, deniquè cur Christus ex fœmina nouo modo hactenus & deinceps inusitato nasci voluerit perpendetur. *Ibid. col.* 564.

NICOLAI DE CUSA sermo, pro solemnitate Natiuitatis Domini *Hæc loquere & exhortare &c. Tit.* 2. in quo postquam declarauit verbum vinum in sermone facere nobis Eucharistiam sapidam, quæ non fit cibus animæ rationalis nisi per illuminationem verbi: multa de Iesu docet. Primò. Esse veracem & veritatem; pium, & pietatem; saluatorem, & saluationem; sapientem, & sapientiam &c. & omne illud in quo humana natura est assequuta omne id quod desiderat. Secundò. Apparitionem esse absconditi Dei & reuelationem, in filiatione eius coinsidere omnem filiationem naturæ & gratiæ; In eo semen Adam assequutum esse benedictionem, seu immortalitatem, ideo immutari in eo omnes fideles in filios Dei. Tertiò. Sicut vita patris ast abscondita in vita filij; ita vitam nostram esse in Iesu. Quartò. Christum esse absconditum in christianis, quorum vita est abscondita in Christo. Quintò. Ipsum in hoc mundo inuisibiliter absconditum, manifestandum in die illâ quando reuelabuntur abscondita. Sextò. Adam vnum multiplicatum esse in suis posteris; sic

A Christum vnum in fidelibus in quibus renouatur, &c. *Lib. 9. excitat a pag.* 626. *ad pag.* 631.

Eiusdem, in præfata verba per quæ. I. Duplicem à nobis abnegationem exoptat. 1. impietatis, quæ non fit nisi quando pietas posuit sedem suam in voluntate, & ipsam animam possidet; 2. sæcularium desideriorum, quę sunt auaritia, luxuria, superbia. II. Signa talium abnegationum dicit esse sobrietatem, iustitiam, pietatem, per quas anima præparatur ad receptionem formæ Christi. *Ex lib. 9. excitationum pag.* 631.

Eiusdem, sermo, pro lectione Epist. *Multifariam multisque modis; &c. Hebr.* 1. ex quo hæc edisce. I. Recipientes per B fidem verbum in filio recipere in se mentem Dei, quæ est in filio, ideo effici christi formes. II. Ad inuisibilem Deum accedi, fide, qua credimus Christum esse Dei filium, Dei nostri & patris sui ostensorem. III. Quatuor esse gradus cognitionis Dei; 1. est naturalis, quem ex desiderijs spiritus rationalis elicimus; 2. mysticus qui est in lumine altiori, vbi reuelatur animæ, Deum esse supra id omne quod nomina desideriorum spiritus exprimunt; 3. ostensionis faciei Dei, quæ facies mansit in caligine in secundo modo, & est lumen illuminans caliginem; 4. Quidditas Dei, excedens omnem mensuram cognitionis illius quæ non est ipsa quidditas. C *Excitationum lib.* 8. *à pag.* 620. *ad pag.* 624.

Idem, sermone; ex Luc. verbis *Gloria in altissimis Deo. cap.* 2. postquam labore hominum, esse ad descriptionem orbis; Angelicum ad annunciandum saluatorem; quem glorificant in cœlo virtutes cœlestes; & in terrâ homines pacis, pronunciauit, duplicem verbi natiuitatem distinguit. Primum. Dicet esse in Patre, quæ est processus intellectualis verbi à patre; in Deo enim est intellectuale seu mentale verbum, in quo se & reliqua omnia intelligit. Secundum. In nobis; quoniam verbum caro factum habitauit in hominibus bonæ voluntatis,

quibus per verbum pax data est: Illa autem spiritualis natiuitas processus est verbi à Deo patre ad mentem rationalis creaturę, pro ipsius gratuita illustratione. *Excit. lib. 2. à pag.* 387. *ad pag.* 388.

Eiusdem, sermo 2. Christus non est compositus ex verbo & homine, quia verbum Dei quod Christus est, non esset, deitas nec Deus, nec homo; nec Christus fuisset ab æterno: Sed compositus est ex corpore & animâ, similis speciei nobiscum. Mirabilis profunda, & sancta est hæc vnio quia diuina natura in Christo manens suppositum communicat, & vsurpat sibi omnem proprietatem quæ humanæ naturæ assumptæ in ratione suppositi aut personæ conueniret, &c. *In lib. 2. excitationum à pag.* 388. *ad pag.* 389.

Eiusdem in sequentia sermo. *Pax hominibus bonæ voluntatis* quo per subtilem argumentationem Deum esse pacem nostram demonstrat; hæc est. Concidentia causarum, efficientis, formalis & finalis in solo Deo, reperienda, est pax tricausalis vnitatis; vnde hæc pax quæ trinitas, est locus eius & habitatio, il altitudine speculationis; & hic est Deus. Pax diuina hæc est. sine qua nihil subsistere potest. Prudẽtia spiritus, pax, & vita. Sapientia igitur Dei in spiritum, est pax eius & vita; Vnio deitatis cum humanitate est suprema pax, nam est vnio pacis seu requiei æternæ, &c. *Excitationum lib.* 5. *à pag.* 497. *ad pag.* 499.

Idem, sermone in Euangel. Ioann. 1. *In principio erat verbum, &c.* Postquam Deum esse simplicissimũ & omnis boni, perfectionis, virtutis & veritatis originem, etsi variis denominetur appellationibus, vt iustissimi prouisoris, vniuersi dominatoris, potentissimi, mansuetissimi; ineffabilis &c. manifestauit; lectionem Euangelicam enucleat & Primò. Sanctissimum verbum ante omne tempus in ipsâ æternitate, vel in ipso principio summo, id est in Patre esse affirmat; loquitur autem hoc verbum Deus cui nullum congruit tempus; In illa Natiuitate suam essentiam & om- A nem perfectionem dat generato. Secundò. Ab ipso Deo trino & vno fluxisse creaturas, spirituales tantum, vt Angelos & intelligentias; corporales tantum sc. vegetatiuas, sensitiuas, elementatiuas; mixtas ab vtrâque procedentes, videlicet homines, probat euidenter. Tertiò. Sine ipso factum nihil, sc. peccatum quod à primo parente traxit originem ostendit, ad quod purgandum, veritas, & misericordia, bellum habent, &c. *Excitat. lib.* 1. *à pag.* 358. *ad pag.* 364.

Eiusdem, in sequentia prædicti Euangel. verba *Vita erat lux hominum*. Sermo in quo subtili ratiocinatione ad Dei cognitionem obligat dum ita effatur; Per verbum Dei nos tàm in esse B prodijmus quàm sumus illuminati in ratione; sed cum intelligere nostrum sit nobilissimum viuere, si poterit intellectus intelligere lucem suæ intelligentiæ, quæ est verbum Dei, tunc attigit suum principium quod est æternum, & eius filium per quem ductus est ad principium; igitur Deus est cognoscendus & ex hac cognitione vita æterna dependet. Huius cognitionis modum ex rebus sensibilibus, & abstractis à sensu elicitum, quo videre possis Deum generantem, generatum, & procedentem & hâc visione seu cognitione beati, vide *In lib.* 1. *excitationum à pag.* 334. *ad pag.* 376.

C Eiusdem, de æternâ generatione sermo, quo ex his verbis *Verbum caro factum est &c.* de eâ differens affirmat Diuinam natiuitatem esse processum intellectualis verbi à Deo patre; quia cum sit Deus principium intellectuale omnis creaturæ, agens per intellectum & voluntatem; necesse est in ipso esse mentale & intellectuale verbum, in quo se & cætera intelligat. Deinde in personis diuinis distinctionem esse 1. formalem & modalem, quâ aliquid affirmatur de vno & negatur de alio; licet vnum non negetur de alio, ita essentia diuina distinguitur à qualibet personâ, quia affirmatur aliquid de qualibet quod non de essentiâ; 2. realem, quâ licet Pater non sit filius est

tamen aliqua res quæ est filius, cum vterque sit vnus Deus, &c. *Excitat. lib.* 3. *a pag.* 417. *ad pag.* 418.

Idem, sermone, de præcedentibus dicit 1. Inuisibilia conspicit, quia Deus fecit quod est visibile, vt se ostendat. 2. Producentem esse in producente, vt semen in Principio, seu verbum in dicente, productum distingui à producente & ideo dici *Verbum erat apud Deum*, apud, sonare æqualitatem; 3. Verbum, quia est in principio non esse aliud in essentiâ neque in naturâ, ideo sequi *hoc erat in principio apud Deum. Excitat lib.* 5. *pag.* 481.

Eiusdem, sermo, vnde suprâ I. Anima rationalis dependet ab illâ luce æterna, à quâ habet omne id quod est & non dependet ab ijs quæ sunt in hoc mundo. II. Descendit illa à mundo rationis absolutæ quasi imago verbi æterni, &c. III. In mundo erat verbum per quod mundus factus est. IV. Mundus non cognouit eum, quamuis sit factus per ipsum, &c. V. Sapientia est filius Dei, vbi recipitur, recipitur & filiatio Dei; hæc autem filiatio, non est nisi ex Deo nasci, &c. *Excit. lib.* 5 *a pag.* 482. *ad pag.* 483.

Eiusdem ad eadem sermo, Primò. Ex Orig. hoc verbum *Verbum caro, &c.* intimæ Theologiæ pennis, supremæ contemplationis obtutus transcendit. Secundò. Ex petro de Tarentasia exemplum insertionis conuenit incarnationi. Tertiò. Ex sancto Thoma similitudo vnionis humanitatis cum diuinitate, tenet vnionem accidentis cum substantiâ. Quartò. Ex Clemente Papa Christus vestito comparatur. Quintò. Omnia quæ viuunt, à verbo viuunt. *Excit. lib.* 3. *à pag.* 409. *ad pag.* 41[illegible].

S. ODILONIS s. de Natiu. Dom. saluatoris, hominis formationem per creationem, deformitatem per peccatum, & reformationem per verbum incarnatum describit; tantâ esse Christi in assumpta humanitate humilitatem asserit, quantam & in Diuina Maiestate sublimitatem: Postremò Christi veram Diuinitatem, veramque humanitatem validissimis scripturæ testimoniis aduersus incredulos comprobat. *In Biblioth. Cluniacensi, serm.* 1. *S. Odilon. Abb. col.* 371. *& sequentibus.*

A

ORIGENIS homilia in Euangelium hodiernum secundum Ioannem, textû more suo consequutiuè interpretatur, singula que verba accuratè expendit, verbum autem dicit carnem factum, vt caro in Verbum, id est homo credens per carnem in Verbum ascenderet, & sic filij Dei per adoptionē essemus; Cæterùm præclara de Christi Diuinitate & humanitate dignè proloquitur. *Tom.* 2 *hom.* 2. *de diuersis a pag.* 275. *ad pag.* 280.

PROCLI CONSTANTINOPOLITANI homilia in Domini Natiuitatis festo quam his doctrinis concludit. I. Maria Virgo, illibatæ virginitatis thesaurus,

B

vnitarum naturarum officina, salutaris reconciliationis panegyris, animatus naturæ rubus, nubes leuis super quam cherubim sedet, vellus mundissimum cœlesti pluuiâ madens, ancilla & mater, Virgo & cœlū, &c. II. Christus ex Virgine nascens nec purus Deus nec purus homo mulierem quæ peccati ianua extiterat, salutis ostium reddidit. III. Deus quam citra vllam sui labem formauerit, ex hac nullâ maculâ contractâ processit. IV. neque Christus per succedentia virtutum incrementa factus est Deus, neque rursus homo deificatus fuit, sed Deus incarnatus est, ita idem, sine matre est vt rerum cōditor, sine patre vt homo: Idem Deus & homo

C

(quod Gabrielis nomē sonat) vt patiatur & saluet, &c. *Auct. Biblioth. vet. Patr. tom.* 1. *à fol.* 645 *col.* 1. *ad fol.* 647. *col.* 1.

RABANI MAVRI hom. de Natiu. Domini Ostendit ex Natiuitate Domini peccata remittentis, vnicuique esse pœnitendum ex corde. II. Vouendam Deo, & donandam esse animam morum renouatione & sāctitate. *Tom* 5. *pag.* 582. *col.* 1. *&* 2.

Eiusdem hom. 2. Dicit I. exultandum esse quod talis illuxerit dies, cuius mirabilia attollit. II. E quibus miseriis educti sumus perstringit III. quibus probari debeamus virtutibus, & præsertim pauperes ad conuiuia vocandos *ib. pag.* 583. *col.* 1.

✠ Radvlphi Ardentis in Lectionem Propheticam If. 9. *Populus qui ambulabat in tenebris vidit Lucem magnam, &c.* Homilia in quinque membra diuisa, in Primo. Christum tanquam Lucem exortam esse hominibus ob primi parentis præuaricationem ambulantibus in tenebris ignorantiæ, peccatorum & miseriæ manifestat, in Secundo. Paruuli nascentis humilitatem & amorem attendit, cum splendorem suũ inaccessibilem nube carnis obuelauit, vt eum infirmitas aciei nostræ speculari posset. in Tertio. Exaltationem Christi humiliati deprehendit, qui post crucis opprobria omnem potestatem in cęlo & in terra à Patre accepit. in Quarto. Christi sex nomina enumerat; Admirabilis, noua & inaudita miracula faciendo; Consiliarij, prædicatione, passione, ereptione miseris consulendo: Dei, corpus suum & aliorum à mortuis suscitando: fortis, fortem ligando, vasa eius diripiendo, & cælum eis aperiendo: Patris futuri sęculi, id est. Christianorum, eos fouendo, defendendo, & pro eis Patrem interpellando: Principis pacis, iustos coronando, & prauos damnando. in Quinto. Multiplicationem & perpetuitatem regni Christi demonstrat. *à fol. 28. pag. 1. ad fol. 31. pag. 2.*

Eiusdem, homilia in hodiernam Epist. Tit. 2. *Apparuit gratia Dei & saluatoris nostri omnibus hominibus, &c.* quæ verba examinans quærit & sibi respondet. Quis & quantus apparuit? Deus Dei filius: Quomodo? visibilis & palpabilis: Quomodo? gratis nullo nostrum indigens. Quibus? omnibus hominibus, Deo Patri sese pro nostrâ omnium salute ad supplicia & mortem offerens. Ob quas vtilitates? Vt 1. exemplo & verbo quomodo viuendum, & quo festinandum nobis sit demonstraret; 2. charitatem quam pro nobis habebat, nascendo, patiendo, moriendo, ostenderet; 3. de primâ præuaricatione satisfaceret; 4 redimeret, emundaret, & pro genere humano satisfaceret. *à fol. 31 pag. 2. ad fol. 33. pag. 2.*

Idem, homilia in Luc. cap. 2. in quo A hæc scripta sunt *exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, &c.* exponit sex ad solemnitatem hodiernam pertinentia I. Quo tempore natus sit Christus, sc. cum August. Cæsar, Monarchiam penè totius mundi in tanta pace possideret vt vniuersum mundum vna descriptione concluderet. II. Quo loco, in ciuitate Dauid quæ vocatur Bethleem, domus panis. III. Ex quibus ex matre nobili, sed paupere; Virgine, sed desponsata, ex regiâ à Sacerdotali tribu. IV. Quo cultu educatus, fuerunt illi, indumentum, panni viles: lectus arctum præsepe: cibus, lac virginale. V. Quibus reuelatus, pastoribus. VI. Per quæ indicia reuelatus, per Angelum stantem sine pugnantem, qui B eius resurrectionem nunciauit, Angelum luce splendentem, timorem abstulit, gaudium procurauit cum dixit. *Nolite timere, &c. à fol. 33. pag. 2. ad fol. 39. pag. 1.*

Item, eiusdem ex Euang. Ioann. 1. *in principio erat verbum, &c.* homilia quâ ostendit spiritualem aquilam S. Ioannem intonare. Primo. Christum ante omnia tempora Deo patri consubstantialem esse vt & veritas insinuetur, & hæretica falsitas iuguletur, & Euangelistæ superexcellentia demonstretur. Secundo per ipsum factum esse omne bonum, & nullum malum; & quod factum est in tempore, in verbo semper fuisse, operatus est autem in principio C omnia corpora in materia creando. Tertio. Hominum vitam per verbum Dei esse reparatam, quod verbum dedit cæteris rebus esse & viuere homini etiam sui creatoris cognitionem dedit, quam suo vitio amisit, hanc recuperauit. *à fol. 39. pag. 1. ad fol. 51. pag. 1.*

D. Sophronii Hierosolimitani oratio in Christi natalitia, quę tum in dominicã diem inciderãt, vndè imprimis Resurrectionis & Natiuitatis analogiam refert. II. varia hominibus ex hac Natiuitate exorta beneficia fusè dinumerat. III. huius diuini partus circumstantias examinat. IV. mira de Bethleem vbi Christus natus

enarrat illud Dauidis explicans; *ô si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethleem iuxta portam.* Attexuntur autem huic orationi quidam de immani sæuaque Saracenorum tyrannide, qui per id tempus oppidum Bethleem, vel occuparant, vel etiam obsessum tenebant. *Tom. Biblioth. Patrum à col. 557. ad col. 665.*

B. THEODORI STVDITÆ, sermo catech. de Natali saluatoris ac de vitâ monastica strenuè retinenda differit, paucissima verò notatu digna in ipso habentur. *Tom. 2. Auct. Biblioth. Patr. serm. catech. 32. col. 1315. 1316.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud *Paruulus natus est nobis Isaia 9.* tripartitur. I. natū describit admirabilē, amabilē, ineffabilem, formidabilem, venerabilē, & desiderabilem. II. Natiuitatem Christi dicit triplicem, æternam ex Patre, temporalem ex Matre, spiritalem ex corde. III. duplicem ostendit Natiuitatis vtilitatem, nimirum omnium malorum remotionem, & bonorum omnium acquisitionem. *Tom. 16. serm. festiuis fol. 29.*

Ejusdem, sermo alter in illud Euang. *vita erat lux hominum*, multiplicem refert vtilitatem; quam in Christi Natiuitate consecutus est homo, & qua ratione Christus sit hominum doctor, lux, & vita, declarat. *Ibidem col. 2.*

✱ B. THOMÆ A VILLANOVA sermo primus Historialis. In quo post eleuatam huius mysterij altitudinem, Euangelicæ lectionis. Historiam narrante Luca examinat. Et I. cur virgo non fuerit Bethleemitica, vt illuc proficisci non haberet. II. quanta fuerit virginis angustia in ea profectione. III. quanta illius loci indigentia; vt nemo de aduersa fortuna conqueratur. IV. ipsum partum Virgineum describit & laudat. V. Cur hunc locum nascendi elegerit Dominus, totque dolores. VI. In præsepio velut fœnum iacere attendit. 1. vt bruta confundant hominum ingratitudinem. 2. vt nós in bruta conuersos esse meminerimus. 3. vt indè velut è cathedra exemplo doceret paupertatem, humilitatem, mansuetudinē

A & cæteras virtutes. VII. Admirabundos introducit Angelos Deum laudantes VIII. Reddit rationem cur non Scribis & Sacerdotibus; aut principibus, ea natiuitas reuelata sit, sed pastoribus IX. Considerantem hæc omnia Mariam exhibet. X. Hortatur Ecclesiæ pastores, vt hos Euangelicos imitentur, seruantes custodias super gregem suum. XI. Excitat vt cum pastoribus transeamus vsque Bethleem, altitudinem huius mysterij contemplantes; & à terrenis ad cælestia. *à fol. 19. col. 1. vsque ad 22. col. 1.*

Eiusdem sermo 2. ad ea verba Cant. 3. *Egredimini filiæ Sion & videte Regem Salomonem in diademate & cet.* Vbi I. ad huius solemnitatis lætitiam, hortatur, vt
B vndè sit egrediendum aperit. II. Sub figura Moysis ad rubum accedētis, qua ratione sit accedendum docet. III. filias Sion sponsas Christi ad hoc inuitari. IV. Christum esse regem Salomonem id est, pacificum. V. Diadema hoc esse carnem Christi ex Virgine sumptam. VI. diem desponsationis incarnationem, qua Christus Ecclesiam sibi desponditꝫ quam varijs figuris introducit ad sponsum accedentem VII. lętitiam Virginis matris exprimit. VIII Multa enumerat, ad quæ videnda inuitantur sponsæ Christi. Vbi singula quæ tunc acta sunt, cōsideranda & adoranda proponit. Denique ad hęc opus esse Diuina
C gratia. *à fol 22. col. 1. vsque ad fol. 24. col. 1.*

Eiusdem sermo 3. ad ea verba psal. 70. *Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque in senectam & senium Deus. Ne derelinquas me; donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est: Potentiam tuam & iustitiam tuam Deus: vsque in altissima quæ fecisti magnalia. Deus quis similis tibi?* Ad quod I. Prophetam introducit de doctore Deo gloriantem, & gestientem genti alteri, Ecclesiæ gentium annuntiare. II. Explicat quæ sint ista mirabilia; Dei incarnatio: quam omnibus mirabilibus quæ enumerat, superiorem dicit & probat. III. Admirandum describit omnibus Natiuitatis Christi spectaculum. IV. Præsertim in hoc opere potentiam & iustitiam à Dauide

attuli. Quæ duo successiuè demonstrat. V. Non solum hæc duo, sed alia quoque virtutum verbi insignia doceri in incarnatione tradit, sapientiam, charitatem, misericordiam, magnificentiã, pietatẽ & alia. VI. Hortatur vt exemplo Prophetæ, hæc ruminare, sentire, eloqui & laudare concupiscamus. *a fol. 24. col. 1. vsque ad fol. 26. col. 2.*

Eiusdem sermo 4. ad hæc verba: *Paruulus datus est nobis &c. Isaiæ 9.* In eo hortatur ad spiritualem lætitiam; cuius tres causas proponit, quia paruulus hic est Angelorum reparator: Hominum redemptor; totius creaturæ Innouator. II. Si ita est cur ergo solis hominib⁹ eius natiuitas imputatur. Et quid præstiterit Christus hominibus, amore Virginis beatæ victus, varijs locis scripturæ & figuris explicat. III. Ad eum accedendum esse mente pura hortatur. Et fiduciæ argumẽta sumit, quod inter iumenta nascitur, quod paruulus natus sit; quod idem filius Dei, verbum sit. IV. Ostendit & explicat quomodo filius verbum sit Patris. Ad quod explanat verba psalmistæ psal. 44. *Eructauit cor meum verbum bonum &c.* V. quod de hoc verbo dixit Ioan. cap. 1. Examinat. *In principio erat Verbum &c.* VI. Ponderat tantum verbum, carnem factum esse: quod Philosophi ignorauerunt. Ex quo summam in nos dignationem Dei colligit, & vrget ex beneficijs indè præsertim in hominem emanantibus. *a fol. 26. col. 2. vsque ad fol. 32. col. 4.*

S. ZENONIS VERONENSIS sermo primus de Natiuitate Christi, Verbi incarnati Diuinitatem, Natiuitatemque æternam, & temporalem aduersus hæreticos probat, &, (vt ipse loquitur) vno ictu omnes neruos argumentationis illorum abscindit. Postremò docet Verbum ita factum esse quod non erat, vt non desierit esse, quod ante fuerat. *Tom. 2. Bibliothec. Patrum, col. 739. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus, Christi duas esse Natiuitates docet, vnam quã non licet examinare sed credere: alteram quam legitimè possumus contemplari: deniquè miranda Matris, & filij A in hac Natiuitate prodit mysteria. *Ibidem col. 741.*

Eiusdem sermo tertius, Natiuitatis hodiernæ quasdam circumstantias piè ac deuotè explicat, & Christum soli totius lucis fonti paucis assimilat. *Ibidem col. 742.*

FESTVM S. STEPHANI *Protomartyris.*

*B. ALBERTI MAGNI sermo, ad ea verba: *Ecce video cælos apertos, &c. Act. 7.* Et considerat 1. eum qui loquitur esse Stephanum, quod est, Regula, vel, Corona. Vt notetur nos B coronandos si secundùm regulam doctrinæ Iesu vixerimus: quæ regula est duplex, dilectio Dei & proximi. II. Cælos apertos significare nouem ordines electorum, quos accommodat nouem cælis materialibus, & ostendit S. Stephanum in omnem illam sanctitatem introisse. Ad quam & hortatur nos. III. Vno verbo docet cur Stephanus Iesum stantem viderit. *Tom. 11. serm. 4. de Sanctis, a pag. 159. col. 1. ad 162. col. 1.*

S. AVGVSTINI sermo primus hac die habitus. Natiuitatis Christi effectum in primicerio martyrum Stephano, ostendit; eiusdem protomartyris virtutes celebrat, præsertim autem ipsius erga inimicos dilectionem; deni- C què orationis eius pro persecutoribus efficaciam in Sauli conuersione demonstrat. *Tom. 10. serm. 1. de sanct. fol. 255. col. 1. & sequent.*

Eiusdem, sermo secundus, S. Stephani vestigia Christi insequentis, pro lapidantibus deprecantis, in Iesu inimicos sæuientis, suos autem diligentis, ac pro ipsis flexis genibus supplicantis, merita prædicantur, & ad ipsius imitationem cohortatur. *Ibidem col. 3. 4. serm. 2. de SS.*

Eiusdem, sermo tertius, tria docet nimirùm. B. Stephanum Christi honorem quæsisse, non suum: Pastoris sui vestigia fuisse insequutum: ædificationem auditoris coronam esse con-

clonatoris, *Ibid. serm.* 3. *de SS.*

Eiusdem, sermo quartus, ad inimicorum dilectionem, Christi quidem qui in cruce pendebat, & à Patre crucifixoribus suis suppliciter veniam petebat: Stephani verò qui cum à Iudæis saxorum grandine cæderetur, non solum non comminabatur, sed insuper suis lapidatoribus remissionem à Deo flexis genibus precabatur. Denique ostendit eos qui vindictam à Deo inimicis postulant, locum iudicis occupare, & Deum tortorem facere. *ibid. serm.* 4. *de SS. fol.* 256.

Eiusdem sermo quintus, docet B. Stephanum omni Ecclesiæ datum esse ad profectum & imitationem, in castitate, in tolerantia, in fide, in Charitate, & inimicorum dilectione, ad quam hortatur. *Ibidem serm.* 5. *de SS. fol.* 256. *col.* 3. 4.

Eiusdem, sermo sextus B. Stephani triumphum, prærogatiuas, & pretiosi martyrij historiam fusè, & facundè describit. *Ibid. serm.* 6. *de SS. fol.* 257. *col.* 2. 3.

Item habetur consequutiuè sermo in eodem festo, in quo sancti Protomartyris Stephani miracula diuersis in locis facta recensentur. *Ibid. serm.* 7. *de SS. fol.* 257. *col.* 4. & 258. *col.* 1. 2.

S. V. BEDÆ homilia in Euangelicam lectionem, quam breuiter commentatur, & in qua nihil de B. Stephano habetur. *Tom.* 7. *homil. hyemal. de SS. homil. in Natalit. D. Stephani Protomartyris fol.* 310.

S. BERNARDO sermo adscriptus inter opera B. P. Damiani insertus de S. Stephano, ex lectione actuum Apostolorum. I. Natiuitatis Dominicæ mirabilia recenset. II de stabulo Christi nati ad spectaculum martyrij transit B. Stephani eiusque certamen & triumphum depingit, quibus armis munitus in campum pugnaturus descenderit, quomodo lorica gratiæ indutus, & hasta fortitudinis armatus signa magna & prodigia in populo fecerit, qua pietate inimicos debellauerit, quo intuitu Ducem suum Christum cum ipso stante & bellante, ad dexteram virtutis

A Dei conspexerit, ac passim virtutes ipsius & prærogatiuas celebrat & commendat. *Serm.* 4. *ex serm. S. Bernard. adscriptis col.* 1675. & *sequen.*

S. P. CHRYSOLOGI in S. Stephanum Protomartyrem, de nomine ipsius coronam proloquente; in quo docet sanctorum nomina sæpè ipsorum merita indicare, quod declarat exemplis Abrahæ, Saræ, Iacob, Petri & B. Stephani, qui Martyrum primus purpuratum Christi militum ducit exercitum, & iuxta nomen suum coronam à Rege suo consequutus est, & regnum. *Serm.* 154. *col.* 391.

S. I. CHRYSOSTOMI laudatio in S. Stephanum Protomartyrem in qua bellum eius cum inimicis repræsentat

B hoc modo. Imprimis Leuita castissimus, fide & fortitudine loricatus belli campum aperit portas martyrij reserat per quas in posterum omnis ætas ad certamen & martyrium currat: exindè in campum descendit, stat solus in acie ex vna parte; ex altera innumerabiles aduersariorum copiæ castrametantur & aduersus vnum militem incurrunt, impetum vnanimiter in eum faciunt fortissimum bellatorem terrere volentes: verum ordinem adhibent pugnæ, & cum Stephano disputationibus acriter dimicant. At ille loqui incipiens, contra insipientes Christi crucifixi sapientiam, stultitiam di-

C centes tot tela iaciebat, quot verba, quot rationes, quot testimonia, ita vt sapientiæ & spiritui qui loquebatur in ipso, resistere non possent: illi rursus nouum auxilium conquirunt, falsos testes aduocant, in iram populum concitant, tanquam feræ ouem in concilium rapiunt, supercilia in eum vibrantes, ipso aspectu perterrefacere Athletam conati sunt. S. autem Protomartyr iterum ad arma, iterum ad sacræ scripturæ testimonia, Patrum historias percurrit, & compendiosè commemorat; ac spiritu sancto sibi in auxilium ascito probris eos increpare deinceps aggreditur; illi verò aures suas continentes; violenter eum extra ciuitatem eijciunt, saxis feriunt, lapidibus

obruunt, B. autem Stephanus etiam post lapidum iactus victoriam expectans, Iesu Dei filio spiritum suum commendat, pro persecutoribus exorat, & sic dulci somno glorio sè obdormijt in Domino. *Tom. 6. serm. 33. a pag. 328. ad pag. 340.*

Non esse D. Chrysostomi hunc sermonem, sed Ioann. Nepotis Sylu. Hierosol. tuetur Petrus Vrastalius & inter eius opera excudit. Tom. 1. pag. 515. col. 2. & sequent.

B. P. DAMIANI sermo de B. Stephano, habetur supra, D. enim Bernardo ab aliquibus adscribitur, & tamen inter B. P. Damiani genuina opera reponitur, estque. 62. *de Sanctis. Tom. 2. pag. 296. & sequent.*

DIONYSII CARTHVSIANI, pro festo S. Stephani, in Epist. sermo. Viri electi & virtuosi gratiâ pleni vocantur in sæculo isto, quia in gratiâ Dei & donis Spiritus sancti abundant & proficiunt. Per gratiam Dei gratum facientem ponitur rationalis creatura in esse supernaturali diuino, per quod fit Deo grata. Plenitudo gratiæ vna necessitatis sc. gratia obseruandi præcepta Dei atque Ecclesiæ, secunda supererogationis per quam obseruantur consilia Euang. 3. tertia excellentiæ singularis ad viros perfectos pertinens, quarta eminentiæ specialis Christo conueniens. *In proprio sanctorum, a fol. 45. pag. 1. ad fol. 46. pag. 1.*

Eiusdem, in Euang. sermo primus. Primò. Ecclesiæ, vt olim Synagogæ, viri sanctitate præstantes missi sunt. Secundò. S. Stephanus laudatur 1. à plenitudine gratiæ; 2. à plenitudine fortitudinis spiritualis quam in suo martyrio mirabiliter declarauit, 3. ab excellenti virtute & gratiâ miraculorum, &c. *Ex proprio de Sanctis a fol. 46. pag. 2. ad fol. 47. pag. 1.*

Eiusdem, in Euang. sermo secundus, in quo commendatur sancti Stephani I. Sapientia, quâ Deum cognouit, & eius aduersarios confudit. II. Angelicus apparatus, & splendor in eius facie tunc apparens. III. Strenua adimpletio præcepti de proximi correptione. IV. Charitas perfecta, patientia summa, & oratio præferuida. *Ex sancto- A rum proprio, à fol. 47. pag. 1. ad fol. 48. pag. 1.*

D. EVSEBII EMISENI homilia de S. Stephano Protomartyre. I. Requirit quid necessitatis, quidue rationis sit cum SS. Martyres in fœlici gloria constituti humanis laudibus nõ indigeant, cur tantis hominum studiis celebrentur & multas huiusce cultus aperit causas, quas etiam circa B. Martyrem Stephanum intelligere in promptu est. II. Beatum prædicat S. Stephanum in medio inimicorum expositum. III. Dilectionem B. Protomart. erga Deum cõmendat & proximum. *fol. 6. & sequentib.*

S. FVLGENTII sermo de S. Stephano Protomart. quatuor continet, B Christi nascentis & Stephani morientis comparationem B. Martyris de inimicis reportatam charitate tanquam sufficienti armatura victoriâ ipsius erga inimicos & in arguendo, & in orando dilectionẽ, & ad charitatẽ exhortationem, *ex 5. serm 4. a pag. 639. ad pag. 647.*

S. GREGORII NYSSENI in S. Stephanum Protomartyrem encomiũ, in quo concertatio B. Stephani, tanquã in tabula exactè depingitur, ipsius & aduersariorum arma, stratagemata, insultationes, congressiones, & S. Martyris victoriæ, qui non vno modo victor sed aduersus omnem malitiæ speciem, quæ tunc ab Iudæis repræsentabantur, sese par varias virtutes distribuẽs, cum C omnibus & conflixit, & omnes superauit; vbi ipsius merita declarantur ac laudibus celebrantur. Denique Pneumatomachos S. Spiritus diuinitatẽ, & Christomachos filij cum Patris æqualitatem impugnantes, & B. Stephani visionem suæ absurditati, planè & errori patrocinari dicentes propriis armis, hoc est, ipsamet B. Protomartyris gloriosa visione, confodit ac deuincit. *Tom. 2. à pag 786. ad pag. 798.*

D. GVILLELMI PARISIENSIS de certamine B. Stephani Protomart. circa cuius modum septem consideranda sunt. I. Cõsideratione cœlestiũ terrena despexit. II. Certauit non percutiendo sed patiẽdo. III. Plus malis persecuturum condoluit quam de propriis

doluit. IV. Mala culpæ diligenter eauit V. Magna bona diligenter seruare voluit sc. Spiritum sanctum & bona spiritualia VI. Contrariis repugnauit. VII. Ad orationem recurrit & omnipotentis adiutorium impetrauit. *In proprio sanctorum, serm. 15. à pag. 27. ad pag. 29.*

IOANNIS THAVLERI sermo ad illa verba *Ioan. 12. Nisi granum, frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c.* In quo I. quid sit vita moriens exprimit. II. Tres statuit morientium hominum gradus, eorumque fructus: quorum primus est incipientium. 2. proficientium. 3. perfectorum. Quæ fusè prosequitur. *à pag. 531. vsque ad 537.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI in festo S. Stephani Protom. docet Christum ducem spiritualis certaminis, & Christianæ militiæ militibus suis parasse præsidium, contulisse auxilium, præbuisse exemplum & præmonstrasse post consummatos agones præmium; quæ omnia erga B. Stephanum fuerunt completa: vidit enim præsidium, apertum cælum: auxilium paratum, stantem dominum: exemplum efficax, ducem Christum qui prius pugnauit, vt suis militibus præliandi præberet exemplum: præmiumque condignum, æternam Dei gloriam, vbi passim merita ipsius laudibus celebrantur. *Part. 2. serm. 2. de SS. pag. 606. & seq.*

S. MAXIMI homilia in natali Stephani Leuitæ, & Protomart. reperitur inter opera D. Augustini tom 10. serm. 5. de SS. eodem planè sensu, iisdemque verbis, solo initio excepto, & habetur supra *pag 25. col. 2.* & in operib. S. Maximi *homil. 1. de sanctis col. 643. & deinceps.*

RADVLPHI ARDENTIS de sancto Stephano Protomartyre homil. in cap. 6. Act. *Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia, &c.* in qua ostendit quantus fuerit S. Stephanus 1. in virtute, quæ per gratiam exprimitur, siue per qualibet dona Sancti Spiritus sc. fidem, spem, charitatem, sapientiam, &c. 2. in opere, quoniam & in se admirabilis erat, omnia mundana contemnens, Deum super omnia diligens, omnia pauperibus distribuens, inimicos diligens, in carne non secundum carnem viuens, pro persecutoribus orans; in exterioribus quoque admirabilis, cæcus illuminans, claudos erigens, surdos audire faciens, &c. 3. in sapientia & eloquentia, cum electos sapientes ex multis nationum synagogis disputatione superarit. 4. in contemplatione in cœlum intendens, quæ visio partim corporalis, partim spiritualis fuit. 5. in patientia, cum ab eis passus est, quos non solum non læserat, sed & multis bonis cumulauerat. 6. in charitate, quoniam cũ eos asperrimè corrigeret, ita feruenter diligebat: cum ita feruentissimè diligeret, ita asperè corrigebat: quia perfectè odiebat vitium & perfectè naturam diligebat. 7. in morte, ab opere & oratione perfectionis transit ad perfectionem quietis. *à fol. 6. pag. 2 ad fol. 11. pag. 2.*

Eiusdem, in sanctam Euang. lectionem homil ex cuius serie. I. Christi bonitatem manifestat in Iudæos, quibus non tantùm temporalia sed & spiritualia beneficia exhibuit, doctores & pastores ad correctionem & eruditionem mittendo; Prophetas qui suum primum & secundum aduentum, pœnas reproborum & gloriam iustorum prædicarent, dando; sapientes qui eos docerent pœnas reproborum euitare, & gloriam iustorum consequi; mittendo Scribas, qui hæc omnia scriberent & in memoriam reuocarent; his etiam magnum affectum demonstrauit his verbis *quoties volui congregare filios tuos, &c.* II. [illegible]orum in Christum peruersitatem elicit, qui ad se missos prædicatores vel non audierunt, vel auditos contemnere voluerunt, vel persecuti sunt & occiderunt mala pro bonis reddentes. III. Vltionem venturam super Iudæos & eorum imitatores deprehendit, super quos venire debet, reatus & vltio omnis sanguinis iusti, desertio & visitationis substractio. *à fol. 11 pag. 2. ad fol 15. pag. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud *Actorum 6. Stephanus autem plenus gratia, &c.* agit de coronis & docet.

I. B. Stephanum & omnes sanctos quadruplici coronâ redimitos ac coronatos, videlicet corona argentea, stellea, aurea & gemmea. II. Refert octo, rationè quorum Christus electos suos in cælis coronat, quæ sunt Dei miseratio, puritatis conseruatio, carnis mortificatio, iustitiæ labor, tentationum superatio, populorum conuersio, bene administrata prælatio, & tolerata pro Christo passio. III. Denique quadruplicem coronam malorum enumerat, floream, frondeam, auricalcham, & spineam, designantes carnis voluptates, mundi vanitates, diuitias seculares, & pœnas æternales, quæ omnia è scripturis deducit. *Tom. 16. serm. festiu. fol. 29. col. 2. 3.*

FESTVM SANCTI IOANnis Euangelistæ.

✠ **B**EATI ALBERTI MAGNI sermo, ad ea verba: *Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem. Ioan. 21.* Vbi ostendit I. Ioannem benè dici discipulum Iesu, quia quatuor eius lectiones legit & retinuit 1. Virgineæ puritatis, in Maria è qua sola nasci voluit. 2. incomparabilis humilitatis, in præsepio. 3. Deificæ charitatis, in cœnaculo, quam impleuit 4. Eximiæ lenitatis, à pendente in patibulo & pro persecutoribus orante, quam imitatus est. Deinde monet, vt simus discipuli Iesu. II. Agit de signis specialis dilectionis Christi pro Ioãne. 1. quod recubuit supra pectus Iesu. [illegible] ei matrem commendauit, & eum matri. 3. quod sua occultissima ei reuelauit. III. Ioannem ter Dominum sequutum fuisse 1. ad primam vocationem. Vndè arguitur tarditas nostra. 2. ad passionem euntem. 3. post manifestatam resurrectionem. IV. De præmio Ioannis collato docet, & triplex statuit, vitam æternam, lucem perpetuam, iudicialem potestatem. *Tom. 12. serm. 5. de Sanctis, à pag. 162. col. 1. ad 164. col. 2.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium hac die habita, B. Ioannis priuilegium

A amoris præcipui quo cæteris amplius meruit honorari commendat, gloriosam eius mortem prædicat, mysticè in his quæ Beatis Petro & Ioanni acciderunt, duas Ecclesiæ vitas, quibus in præsenti exercetur, actiuam videlicet, & contemplatiuam agnoscit, & describit, deniquè S. Euangelistæ scripta, quæ omnes hæreticorum tenebras subitò veritatis luce dispulerunt, celebrat. *Tom. 7. homil. hyemal. de SS. homil. in die D. Ioan. Apost. & Euang. col. 310. & sequent.*

Eiusdem, sermo de S. Ioanne Euangelista in quo eius acta, vitã, miracula, & in cælum translationem enarrat, vbi multa à communi & trita via deuiantia habētur. *Ser. de diuers. To. 7. col. 355. 356.*

B S. I. CHRYSOSTOMI sermo de S. Ioanne Theologo, ipsius merita laudibus prosequitur, præclarisque titulis condecorat: ciuitatem Ephesiorum B. Ioannis domicilium, beatam prædicat: de illius in insulam Patmos exilio loquitur, vbi ineffabilem Dei bonitatem qui vbique terrarum cum ijs qui ipsum diligunt peregrinatur, perpendit: vocem eius in principio sui Euangelij prolatam simulque totum Euangelium ab eodem conscriptum multùm commendat; ipsiusmet angelicam puritatem & summam sanctitatem celebrat, eum omnium fidelium magistrũ vocat & Doctorem, denique SS. Apostolorum eorumque discipulorum lau-

C des pluribus iisque præclaris enarrat. *Tom. 6. serm. 67. à pag. 605. ad pag. 611.*

✠ S. CYRILLI ALEXANDRINI homilia de S. Ioanne Euangelista. I. docet Euangelistas toto orbe Iesum Christum prædicasse II. loquentem inducit Ioannem: *Verbum caro factum est.* Vbi & de laudibus Ioannis nonnulla. *Tom. 5. à pag. 342. vsque ad 354.*

B. P. DAMIANI sermo 1. de S. Ioanne Apostolo & Euãgelista, varia continet, cur S. Ioannes aquilæ volanti assimiletur, quomodo diuinorum mysteriorum fuerit organum, supereminentem ipsius scientiã, cum fluuio paradisi analogiam, in ratione scribẽdi dignitatem, Theologi nominis adeptionem,

inter Petrum & Ioannem egregiam similitudinem, & miram varietatem. Eiusdem Euangelistæ erga proximum Charitatem erga Christum familiaritatem, (vbi de inuocatione sanctorum) perpetuæ virginitatis integritatem, & supra alios eminentem fraternitatis Christi dignitatem. Denique ad virtutes & præsertim ad Charitatem hortatur. *Tom. 2. sermone 63. pag. 198. & sequentibus.*

Eiusdem, sermo alter de eodem in quo S. Ioannis merita laudibus prosequitur, eumque probat hæreticis omnibus: sua doctrina silentium imposuisse, in ecclesia extitisse Apostolum, Euangelistam, Prophetam & plusquam Prophetam, verū Martyrem, Virginem, Virginis filium, filij Dei fratrem, omnium Christianorum doctorem, mirabili ac beata morte donatum, in cœlo anima & corpore receptum, Moysi assimilatum, à Christo in vita, & morte, & post mortem honoratum, eiusque salutari præsentia in extremis recreatum; denique ad vitam spiritualem amplectendam, virtutesque S Apostoli imitandas hortatur. *Tom. 1. sermone. 64. pag. 302. & sequentibus.*

* DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. sermo, in quo timorem describit triplicem. Primus est. Seruilis; qui non est virtuosus nec meritorius vitæ æternæ & tamen aliquo modo disponit hominem ad virtutes inquantum retrahit eum à culpa. Secundus. Filialis & perfectus, quo Deum timemus ne ab eo separemur, & eius cauemus offensam ex eius dilectione, & zelo iustitiæ. Tertius. Initialis, qui inter timorem seruilem & filialem est medius, habens aliquid de vtroque, per eum enim peccata vitamus partim pœnarum horrore, partim ex dilectione & zelo iustitiæ. *In proprio de sanctis à fol. 49. pag. 2. ad fol 50. pag. 2.*

Eiusdem, in Euang. serm. 1. Primò. S Ioann. Euang. multiplici excellentia decorauit Christus 1. inter Apostolos eum magis dilexit; 2. tàm ante Christi passionem, quàm in passione & post passionem, constanter Christo adhæsit; 3. dilectissimam matrem & singularem sponsam ei commisit Christus; 4. non solum Apostolus sed & Euāgelista fuit; 5. non solum Apostolus sublimis Euangelistaque summus, sed etiam maximus fuit propheta. Secundò. Octo sunt tormentorum reproborum genera 1. est corrosio infernalium vermiū; 2. tenebræ infernales; 3. flagellatio à dæmonibus; 4 vehementissimū frigus; 5. tartarei ignis incendium; 6. dæmonum aspectus; 7. scelerū confusio; 8. luctus perpetuus. *Ex proprio sanctorum, a fol. 51. pag. 1. ad fol. 52. pag. 1.*

Eiusdem, pro Euang. sermo 2. in quo S. Ioannis excellentiæ expenduntur, harum, I. est Sapientia eminens & doctrina. II. Ad Deum & proximos dilectio, charitatem enim verbis & scriptis seruandam docuit, III. Prædicationis eius fructificatio, in conuersione totius Asiæ ad Christum. IV. Potestas ipsius & & gloria miraculorum. V. Virginea puritas, quam vsque ad mortem seruauit inuiolatam VI. Virtuosa ac venerandissima senectus. VII. Beatissimus ipsius finis, &c. *Ex sanctorum proprio, fol. 52 a pag. 1. ad pag. 2.*

* GVILLELMI PARISIENSIS, sermo primus de S. Ioanne Euangelista in id *Dilectus meus mihi & ego illi qui pascitur inter lilia Cant. 2.* in quo duo animaduertere licet. I. Modum amandi in Christo & Ioanne, de quorum amicitia verba thematis sic sequuntur 1. dilectus meus cooperatur mihi & ego illi; 2. dilectus meus congruit mihi & ego illi; 3 dilectus meus est mihi id est ad meam vtilitatem natus est, mihi vixit, mihi mortuus est, mihi resurrexit, mihi ad dexteram patris sedet, sic debeo illi; 4. dilectus meus est mihi omne quod desidero, sic debeo illi esse. II. Amoris rationem, Ioannem Christus dilexit quia 1. Lilium sicut ipse fuit, habens candorem sapientiæ, vitæ, innocentię, munditiæ carnis odorem per multiplicem redolentiam 2. hortus fuit deliciarum, austro Spiritus sancti flante & arcana Dei ei inspirante; 3. apoteca Spiritus sancti fuit speciebus gratiarum plenus; 4. in feruente oleo

est positus & in exilium missus; 5. venenum bibit; 6. in mansuetudine tribulationes sustinuit & de ipsis Deo gratias reddidit; 7. fornax Spiritus sancti fuit, non tantum à Deo dilectus sed & Deum diligens; 8. redolentiam charitatis habuit bona amando & agendo; 9. mansuetudinis, mala cum gratiarum actione sustinendo, &c. *In proprio de sanctis. serm. 16. a pag. 29 ad pag. 31.*

Item, eiusdem sermo secundus vnde supra ex Ecclesiastic. cap. 25. *Beatus qui inuenit amicum verum*, in his verbis tres veritates elucidantur. I. In hoc mundo verus amicus non inuenitur quia eum qui sibi nequam nulli alij bonus esse possit, nec alium diligere valeat seipsum non diligendo, mundus sibi & nequam & odiosus nulli amicus poterit esse. II. Christus verus est amicus quia semper tempore aduersitatis viuentes & morientes amat. III. S. Ioannes Christum dilexit verè omnia pro ipso relinquendo, iuuenis ad eius societatem veniendo, in cordis & carnis puritate simul viuendo, multum amando. *Ex proprio sanctorum, serm. 17. a pag. 31. ad pag. 32.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo in illud: *Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus. Ioan. vlt.* Initio docet quosdam à Deo specialius diligi, vt Ioannes Apostolus I. Vt dilecti discipuli simus, hortatur, & id nos consequi posse 1. per perfectam mortificationem & resignationem. 2. Si omnia suscipimus de manu Domini, quotidie dicentes: fiat voluntas tua. III. Occasione data ostendit nihil nisi magnum & optimum à Deo in nos deriuari: & quæ meliora sunt numerosiora esse. IV. Rationem reddit cur sæpè ita non sentiamus. V. quod Deus difficilia non præcipit cum vult diligi proximos vt nosmetipsos. VI. Suam aliquid quærentes, Deum inuenire non posse. *A pag. 537. vsque ad 540. His sermo censetur esse D. Eccardi senioris.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo in solemnitate S. Ioannis Euangelistæ. Imprimis hominis in lege innocentiæ, & in peccato statum paucis

A declarat, exinde animam quæ ex peccati sordibus ad pristinum originalis puritatis reformare decorem nititur, laudibus effert. Huius puritatis ac munditiæ complementum in B. Ioanne agnoscit & demonstrat, qui ad Apostolatus apicem assumptus, præ cæteris à Christo dilectus, filius Virginis dictus fœlicique morte donatus puritatem, puerilis ætatis ad senium vsque seruauit illæsam. Denique ad reformationem similitudinis Dei munditiam ac veram libertatem fideles prouocat, & S. Euangelistæ doctrinam & merita, vt decet, extollit. *Part. 2. sermone 3. de SS. pag. 608. & sequentibus.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS homil. ex his Epist. *Qui timet Deum faciet bona, &c.*

B quam in duas distinguit partes. Primâ. Per quæ vera sapientia habeatur inquirit, & dicit acquiri per timorem Dei iustitiam, Dei gratiam. Secundâ. Decem dona quæ adepta sapientia suis confert alumnis enumerantur quorum septem dat in hâc vitâ, tria vero in futurâ. 1. est cibus non corporalis sed animæ, 2. potus animæ, 3. fortitudo tolerandi patienter persecutiones & miserias humanas, 4. continentia, 5. prælatio, 6. prædicatio, 7. adimpletio spiritus sapientiæ & intellectus: Tria quæ sequuntur confert in alterâ vitâ, 8. stolam gloriæ immortalitatis & animæ & corporis, 9. gaudium ineffabile quo Deus replebit sanctos in æternum, 10.

C honorem æternum. *à fol. 15. pag. 2. ad fol. 18. pag. 2.*

Eiusdem, homilia de S. Ioanne Euangelistâ in Euangel. cuius verbis de tribus nos instruit, scilicet Dominū significasse qua morte Petrus eum esset clarificaturus sc. crucis supplicio amore suscepto. Item notasse qua morte Ioannes Euangelista ab hac vitâ migraturus esset cum Petro de eius morte quærenti ait *sic eum volo manere donec veniam*, id est, post mortem omnium Apostolorum volo eum viuere in carne, donec ego eum visitem, & placidâ morte ad cœlestia eum transferam: Ioannem suam personam ad vtilitatem sequentium commendasse ex tribus: ex priui-

legio

Ieglo gratiæ, ex priuilegio familiaritatis, & ex officio, & tamen in omnibus ijs de se tanquam de alio loqui, *à fol. 18. pag. 1. ad fol. 21. pag. 2.*

S. Thomæ Aquinatis fermo primus in illud *Iob. 39. Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila?* tripartitur. I. enumerat quatuor præcepta à Christo S. Ioanni facta vt nuptias desereret, post eum iret, statum vtriusque Ecclesiæ scriberet, relicta præsentis vitæ miseria ad paradisum transiret. II. docet. B. Ioannem quatuor modis fuisse in morte eleuatum ad eam voluntariè eundo, dolorem non sentiendo, statim resurgendo & ad cælum ascendendo. III. S. Euangelistam aquilæ propter tria assimilat, propter visionis perspicacitatem, propter volatus sublimitatem, & propter quarumdam actionum proprietatem. Ex istis autem mortalitatem colligit, & nos ad aquilæ imitationem inducit ob septem proprietates, pulchrè admodum. *Tom. 16. serm. festiuis fol. 29. col. 3.*

Eiusdem, sermo secundus in illud *Cibauit illum pane vitæ & intellectus, &c.* in tres diuiditur partes. I. refert tria deliciarum genera quæ Dominus seruis suis impertit, corporis Dominici, videlicet, sumptionem, sacræ scripturæ lectionem, & diuinæ bonitatis prægustationem. II. ostendit quomodo in tribus ponitur beatorum gloria, nimirum in eloquentia, in sapientia, ac in vestium nitore & munditia. III. autem docet Christum suis fidelibus tria æterna promisisse; nempe, æternitatem nominis, hæreditatis, & vitæ fœlicis. *Ibidem col. 4. & fol. 30. col. 1.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio ad ea verba: *Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus. Ioan. vlt.* Ostendit hanc summam esse inter omnes gratiam quod à Iesu diligamur. II. Deum quosdam diligere secundum præsentem iustitiam; alios, secundum æternam prædestinationem; cuius iudicia impenetrabilia sunt. III. Expendit quanta sit istius dilectionis in electos fœcunditas; in improbos contra: quod historijs & exemplis illustrat.

A IV. quærit vnde fiat vt Deus creaturam diligat, & id fieri asserit propter Christum Iesum, in quo placent omnia. V. Recenset quibus signis Christus suam erga Ioannem beneuolentiam expresserit. Et quatuor constituit: Secretorum reuelationem: pretiosorum commissionem: beneficiorum collationem: & familiaritatis exhibitionem; quæ omnia prosequitur. VI. Agit de morte Ioannis, in qua etiam dilectus à Deo apparuit; *a fol. 185. col. 2. vsque ad fol. 188. col. 1.*

FESTVM SS. INNOCENTIVM.

✠ B. Alberti Magni sermo, B in illud: *Vidi, & ecce agnus stabat super montem Sion, &c. cum eo centum quadraginta quatuor millia, &c. Apocal. 14.* Ad quæ obiter notat. I. Agnum illum esse filium Dei, quem obtulit Abel; in Paschate occisum, à Patribus desideratum. II. Per montem Sion Ecclesiam figurari. III. Per centum quadraginta quatuor millia, non solos innocentes, sed quoslibet electos denotari. IV. Agni nomina scripta in frontibus electorum, sex proponi ab Isaia cap. 9. Et 1. quod sit admirabilis in pœnalitatum nostrarum susceptione; quod & nobis inscribendum est. 2. quod sit consiliarius, in sana prædicatione, quem audire debemus, 3. quod sit Deus, quia bo-C nus in peccatorum susceptione. 4. quod sit fortis in passione, in lymbi confractione, in sua resurrectione. 5. quod sit Pater futuri sæculi, in Spiritus sancti emissione, per quem ad cælestia respirarunt Apostoli: & hoc nobis inscribendum proponit. 6. Quod sit princeps pacis, in generali resurrectione. Et hoc inscribi nos debere & pacem cū omnibus habere, pacem æternā præstolantes. *Tom. 12. ser 6. de sanct. a p. 164. col. 2. ad 168 col. 1.*

S. Avgvstini sermo primus, cædis infantiū crudele spectaculū miro eleganti que artificio repræsentat, & pugnā matrum natos lugentium & carnificum paruulos iugulantiū viuo colore depingit. *To. 10. serm. 8. de sanctis fol. 258. col. 3.*

Eiusdem, sermo secundus, continet,

L. Herodis crudelitatem. II. SS. Innocentium laudem, præconium, & fœlicem exitum. III. Aduentus Christi finem. IV. perturbationis Hierosolimitanæ causam. *Ibid. col. 4. serm. 9. de SS.*

Eiusdem, sermo tertius, SS. infantium proChristo interemptorū fœlicitatem, & beatitudinem eloquitur, ipsos martyres martyrumque flores, quos persequutionis pruina decoxit, nominat, aduersus proximorum persequutores, & in alios malè agentes acriter inuehitur & maius dispendum sibi ipsis, quam alijs facere, ostendit; bonorum & malorum differentiam in præsenti vita, declarat, & docet malos bona quidem habere sed bonos non esse, bonos verò mala pati, & malos non esse, imò malis mala esse, & bonis omnia bona extare; Postremò ad veras diuitias, falsis contemptis, fidelium animos prouocat. *Ibidem sermone 10. de SS. fol. 259. col. 1. 2.*

Eiusdem, sermo quartus illud Apocalipsis 6. *Vidi sub altare Dei animas* &c. cōmentatur & varia inquirit ac soluit, ni-mirum, cur animæ SS. Innocentium dicantur repositæ sub ara Diuina: Vbi quædam de Martyrum reliquijs in altaribus reconditis, quare sancti iam cū Domino manentes, vindictam de inimicis expetant, qui hîc peregrinantes etiam pro persequutoribus preces fundere debebant? Quæ sint stolæ albæ quibus vestiuntur? In martyrum solemnitatibus quid agendum? Ac tandem sanctorum pro Christo vitā functorum elogia & fœlicem in patria statum celebrat. *Ibid. serm. 11 de SS. fol. 259. col. 3 4.*

S. Basilii Selevciæ oratio de infantibus in Bethleem ab Herode sublatis, describit oratorio modo, innocē riū horrendam trucidationem, matrū flebilem miseriam, Herodis vesaniam, crudelitatem, & ad satellites suos militarem orationem, genitricum & militum pugnam, paruulorum & parentum clamores & vlulatus, sanguinis effusi, & membrorum corpusculorum hinc inde sparsorum crudele spectaculū, denique Christi de Herode, & dæmonibus singularē victoriā. *Orat 37. à pag. 188. ad p. 194.*

S. V. Bedæ homilia in Natali SS. A Innoc. Matt. lectionem euangelicam litteraliter & mystis explicat, omnes circumstantias necis SS. infantiū examinat, & eas ad Ecclesiam persequutionibus afflictam, refert, hoc modo, paruuli occisi, fideles sunt, quia humiles & minimi, qui non solū in Bethleem sed & in omnibus finibus eius, hoc est per totum orbem afflictionibus impetuntur, qui à bimatu, doctrina & operatione perfecti, qui verò infra, in fide simplices; in his autem omnibus Christus quæritur, quia fidem Christi & charitatem eius quibus viuimus extinguere nituntur. Interim plorat mater Ecclesia, & auditur vox sanguinis fratrum Christi, de terra, sed Christus in Ægyptum tunc transit, cum peccatorum conB uersioni manum suam apponit; *& cætera huiusmodi.* Vltimò Martyrum coronas, gloriam, palmas, & stolas prædicat, & verbis à D. August. mutuatis celebrat. *Tom. 7. homil. hyemal. de SS. col. 314. & seq.*

S. Bernardi in Natali SS. Innoc. sermo, agit de quatuor cōtinuis solēnitatibus Natiuit. Domini. SS. Stephani, Ioannis, & Innocentium, triplex genus sanctitatis & martyrij refert. Christum totius sanctitatis originem esse, paucis docet, Innocentes, veros martyres, & Dei martyres proclamat. Postremò de recta voluntate, & bono opere sermonē ædificatoriè terminat. *col. 65. 66. 67.*

S. P. Chrysologi sermo S. SeC ueriano falsò adscriptus, Herodis immanitatem, præsumptionem, casum in laqueum quem tetenderat, demonstrat: cur Christus necem paruulorum permiserit, rationem affert: Innocentes, beatos prædicat, beatos ipsorum parentes, beata verba quæ se ipsis infantulis infuderunt, beatas lachrymas quæ pro talibus fusæ sunt, beatos ventres, qui tales portauerunt, denique martyrium non constare per meritum, sed venire per gratiam, ostendit. *Serm. 152. col. 387 & iuxta errorem Typographi 395. & sequentibus.*

Eiusdem, sermo, vt videtur, incompletus, duo facit, vnum, partum virgineum, humani sensus, & naturæ transcendere limites. alterum, maximum

munus & cœleste Innocentibus collatum, quod statim fœlices in lucem venêre, & tanquam gratiæ martyres, nescientes pugnauêre, & ignorantes, palmas & coronas rapuêre. *Ser.153.col.390.*

DIONYSII CARTHVSIANI pro sanctis Innocentibus in Epist. sermo. Quod sit, castitas triplex, Prima. Coniugalis, per quam homo temperatè se habet circà thorum & copulam carnalem, delectationes in lege diuinâ prohibitas, vitans. Secunda. Vidualis, quâ homo se abstrahit à vinculo matrimoniali, copulâque carnali post obitū conthoralis. Tertia. Virginalis, quâ homo à vinculo coniugali, & carnalibus delectationibus abstrahit se omnino propter Deum *Ex proprio de sanctis, fol. 56. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo primus. Quidam adipiscuntur regnum cœlorum voluntate & actione. Quidam solâ volūtate, id est, interiori actu seu desiderio voluntatis charitatem habentis; hi mente parati sunt ab benè agendum, sed aliundè impediuntur, aut occasionem benè operandi non habent: Alij solo opere, sine voluntatis actu, sicut SS. Innocentes, qui propter ætatis defectum. Rationis vsum non habuerunt. *Ex proprio sanctorum, à fol. 57. pag. 1. ad fol. 58 pag. 1.*

Eiusdem, pro Euang. sermo secundus. Ex quo consideremus Christi. I. Humilitatem, qui infantulos tàm dignanter suscepit, amplexus est, benedixit. II. Dilectionem ad naturam humanam, quam ad imaginem suam factam valde dilexit. III. Amorem. pro innocentiâ, simplicitateque columbinâ, & cordis munditiâ. IV. Liberalitatem, in eos qui paruulorum innocentiam imitantur, dum ei & pollicetur & dat regnum cœlorum, &c. *In proprio de sanctis fol. 58 à pag. 1 ad pag. 2.*

S. GREGORII NYSSENI Oratio in diem Natalem Domini nostri Iesu Christi; & in infantes qui in Bethleem occisi sunt ab. Herode, summarium eius habetur suprà *pag. 19. col. 2.*

Eiusdem de infantibus, qui præmaturè arripiuntur, ad Hierum oratio, A siue tractatus, huic festo aptandus, quem solùm indicare volui, eo quòd non sit in genere concionis huiusce solemnitatis. *Tom. 2. pag. 749. & sequentib. vsque ad pag. 770.*

D. GVILLELMI PARISIENSIS sermo primus de sanctis Innocentibus vbi ad innocentiæ custodiam hortatur. Primò. Triplici ratione quia, facile amittitur, eâ amissâ omnia amittuntur, eâ seruata omnia seruantur. Secundò Consideratione 1. æquitatis diuinæ, fructus patientiæ, pœnæ, malitiæ. *In proprio sanctorum serm. 18. a pag. 32. ad pag. 34.*

Eiusdem, secundus sermo in dicta Euangelica. *Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens surge & accipe puerum,* B *&c. Math. 2* in sanctorum Innocentium historiâ multiplex nobis ædificatiouis materia ministratur. I. In paruulis qui occiduntur tres gratiæ cōmendantur humilitas quia fuerūt parbuli, innocentia fuerunt enim innocentes, puritas quia virgines fuerunt. II. In paruulo qui in nece puerorum quæritur tria considerantur, tribulatio cito incœpit, adhuc paruulus in Ægyptum fugit, Iuseph & Mariam itineris socios habuit. III. In Herode qui in paruulos malignatur tres malitiæ aduertuntur quæ à nobis fugiendæ, 1. ipsi ambitio causa est tantæ malitiæ, 2. illusus valde irascitur. 3. paruulos crudeliter persequitur. IV. Bonitas Dei C occisionem Innocentium patitur, malitiā Herodis dissimulare videtur, tamen post patiendo cum paruulis misericorditer & cum Herode seuere operatur. V. Ecclesia multum compatitur sanctis Innocentibus in eorū festo, cantica lætitiæ subticendo, & pro vindicta eorum multùm & feruenter orando. *In proprio de sanctis sermone 19. à pag. 34. ad pag. 36.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo in festo SS. Innocentium, cuius hæc est summa. In spiritualibus exercitijs sicut in corporalibus negotijs nemo ad perfectionis culmen & fastigium valet scandere, nisi paulatim & per incrementa, mediantéque progressu: hoc tamen diuinæ competit Maiestati,

vt immediatè operetur, ac citò perficiat, patet in Moyse, patet in Dauide, patet in adultis, patet & in paruulis qui hodie pro Christo perempti gratis perceperunt brauium fœlicitatis æternæ, ita vt nati statim iugulati pariter & coronati sint, vbi obiter Christianorum torporem redarguit, qui creaturas ipsimet Creatori præferunt, & magis quã Deum diligunt. Deniquè ad vitam pro Christi amore cum morte commutandam, & mortificationem tanquam quoddam martyrij genus, patienter perferendam hortatur. *Part. 2. ferm. 4. de SS. pag. 611. & sequentibus.*

ORIGENIS homilia in Euangelium hodiernum, de Angeli apparitione facta Ioseph disserit, cur Christus in Ægyptum fugerit, varias profert rationes Herodis furorem, insaniam, crudelitatem, & scelera depingit, qui, vt ipse loquitur, in pestifero ambitu cordis sui omnium facinorum crimina supergressus est; eum cani, & cani rabido similem facit, paruulorum internecionem repræsentat & plangit, planctum parentum exhibet, Innocentes, primitias Christi martyrum ex Iudæis nominat, primitiasque gentium tanquam in imagine præ se ferre, dicit, iuxta dictum Apostoli *ad Corinth. Velut infantibus lac vobis, &c.* Cæterùm qua ratione Euangelista dixerit, *Rachel plorans filios suos, &c.* historiam Innocentium texens triplici modo exponit. *Tom. 2. homil. 3. in diuerses pag. 280.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS de sanctis Innocentibus homilia in quâ visionem S. Ioannis Euangelistæ refert sub his verbis, *Vidi supra montem Sion agnum stantem &c.* Apocalyp. 14. & dicit eum exprimere I. Quem vidit, sc. agnum, qui Christus est, in agno paschali figuratus, mitis & innocens vt agnus, carne & sanguine suo nos pascens. Vbi eum vidit; *supra Montem Sion*, id est, suprà eminentiam & contemplationem totius Ecclesiæ, cui præest non solum diuinitate sed & beneficio, doctrinâ, & exemplo. Quomodo vidit eum situm, *stantem*, id est paratum nos adiuuare & pro nobis pugnare. II. eos qui cum eo erant, sc. quanti essent? sc. *centum quadraginta quatuor millia*: cuius professionis? *Virgines enim sunt* cuiusmodi vocem haberent? *tanquam vocem aquarum multarum* quale canticum cantarent? *cantabant quasi canticum nouum* vel illud cantarent? *sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis* quam casti? *qui cum mulieribus non sunt coinquinati.* quam Deo propinqui? *ante thronum Dei.* quam electi? *hi empti ex hominibus primitiæ Deo & agno.* quam veraces? *in eorum ore non est inuentum mendacium.* quam mundi? *sine macula enim sunt. a fol. 21 pag. 2. ad fol. 25. pag. 2.*

B Eiusdem, homilia in Euang. vnde suprà quã demonstratur. Primò. Christum habuisse & veram diuinitatem, cum consilia Herodis confudit; & veram humanitatem cum persecutionem fugit & abscondit se. Secundò. Inhumanum furorem contra diuinum propositum insanire dum Herodes intentione frustratur quem occidere conatur, non lædens; quos occidit, martyres faciens; sibimet nocens. Tertiò. Terrenos de morte filiorum inconsolabiliter dolere, &c. *à fol. 25. pag. 2. ad fol. 28. pag. 2.*

C ✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 52. In hac. 1. à solemnitate regum, quos persas vocat, ad mirabilia nati pueri, præsertim quod Deus homi nis insidias fugiat, transeundum dicit. 2. Rationes assignat cur fugere voluerit Dominus. 3. Herodis rabiem, & audaciam. Leuitatem accusat. 4. ostendit nihil melius infantibus illis euenire potuisse. 5. describit infanticidij illius luctum. 6. Iustum Dei sententiam assecutum esse Herodem tradit. 7. Transit ad considerandam spiritualem huius historiæ vim & rationem. *à pag. 353. ad 359.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud Apocalyps. 14. *Cantabant sancti canticum nouum, &c.* Agit de canticis mysticis, per comparationem ad cantica vocis. I. dicit, cantoribus tria esse requisita, vocis instrumentum, artis documentum, vsus exercitamentum. Vocis instrumentum aptatur rheumatis

expurgatione, pectoris dilatatione, & oris apertione; mysticè verò peccatorum expulsione, amicorum dilectione, & ad Deum intentionis directione. Artis documentum, consistit in vocis elevatione, depressione, & concordia; spiritaliter autem in contemplatione, in sui humiliatione, & in vnitatis conseruatione. Vsus exercitamentum acquiritur frequenter, diligenter & fortiter canendo, illud autem non explicat moraliter. II. docet canticum nouum cantari quatuor modis, cùm nouus homo cantat, cùm spiritualia canit, cùm pro nouis, id est, æternis iubilat; cùm nouo modo hoc est delectabiliter modulatur. III. monet, vt coram Deo cātemus. *Tom. 16. serm. festiuis fol. 30. col. 1*

DOMINICA INFRA *Octauam Natiuitatis.*

B. ALBERTI MAGNI sermo I. ad ea verba: *Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem, &c. Luc. 2.* Et docet. I. Christum positum esse in ruinam idolorum Ægipti, id est, mundi; Superbiæ, auaritiæ, gulæ. Quæ vitia fugere debemus. II. Iesum positum esse in resurrectionem peccatorum per pœnitentiam, à septem peccatis capitalibus, per quæ cadunt homines. III. Iesum positum esse insignum paupertatis, humilitatis & acerbitatis. *Tom. 12. serm. 10. de temp. à pag. 24. col. 2. ad 27. col. 1.*

Eiusdem sermo 2. docet sextuplicem gladium animam nostram pertransirè debere. 1. acerbitatis passionis Domini, per compassionem. 2. ardoris dilectionis sanctæ, cùm per charitatem nos Dei obsequio impendimus 3. feruoris contritionis, quod in Deum peccauerimus 4. mortis corporalis crebro meditatæ. 5. sententiæ iudicialis peccata punientis. 6. pœnæ gehennalis, duræ, grandis & fortis. *Ibid. serm. 11. à pag. 27. col 1 ad 29. col. 1.*

S. ANTONII DE PADVA sermo I. Nomina Ioseph, Mariæ, Simeonis, & Annæ, designare affirmat quatuor virtutes, sc. paupertatem, humilitatem, pœnitentiam, obedientiam: Paupertatem, quæ roborat: Humilitatem, per quam inundationes maris quasi lac fugimus: Pœnitentiam, quà dæmones expelluntur: Obedientiam, quæ vocanti respondet. II. Diuitiis exitum esse infœlicem, ostendit. III. Negligentiam, omnium vitiorum esse sentinam: Peccatorem, aridum, durum, & lapideum: Virginis partum, primum fuisse omni gaudio plenum, secundum verò dolorosum, & omni amaritudine repletum, probat. *à pag. 107. ad pag. 111.*

S. V. BEDÆ homilia in hunc diem Euangeliū litteraliter & mysticè percurrit; quomodo Ioseph pater dictus sit Christi, exponit: quo pacto Christus in ruinam multorum dicatur positus, declarat: quo sensu intelligendum, B. Mariæ animam gladium doloris pertransisse, explicat, & allegoricè ad Ecclesiam refert, insuper quæ de Anna prophetissa dicuntur Ecclesiæ sanctæ subtiliter accommodat. *Tom. 7. homil. hyemalib. de Tempore, col. 199. & sequentibus.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelij. *Positus est hic in ruinam, &c.* quadripartitur. I. agit de peccatoris peruersitate qui de bono alieno, malum facit & sibimet infert: Christus enim venerat inquantum virtus, ad expellendum vitium superbiæ, & peccator inde sumpsit superbiendi occasionem: venerat in quantum veritas, vt sua doctrina, hominis argueret iniquitatem, & inde homo contra Doctorem insurrexit, & iniquior euasit: venerat inquantum salus, vt perditos redimeret & vulneratos ad mortem, proprio sanguine sanaret imò & viuificaret, malignus autem in vitam omnium cōsurgens & viuificum cruoris eius liquorem respuens, sibi mortem sine morte æternam promeruit; sicque intelligendum, Christum *in ruinam multorum* positum. II. de Christi benignitate in prostrati hominis subleuatione, venit enim *in resurrectionem multorum*, hæc autem benigna pietas in subleuatione trium generum hominum apparet, qui eius vir-

tutem imitantur, qui veritati obtemperant, qui salutem non contemnunt; & sic per hoc quod fuit occasio passiua & accepta ruinæ & mortis, obstinatis, per hoc idem hominibus bonæ voluntatis causa extitit vitæ & salutis. III. de Christi bono & imitando exemplo: est enim nobis positus *in signum* tripliciter, videlicet in signum reconciliationis per incarnationem, in signum reuocationis & reditus ad cælum per prædicationem, in signum curationis per suam passionem. IV. & vltimò de contradicentibus ipsi Christo, tresque enumerat superbos, qui ipsius virtuti contradixerunt; falsiloquos & blasphemos qui ipsius veritatem, per impositionem mendacem impugnauerunt; calumniatores, qui de ipso perperam loquuti sunt, & eius bonitati insultarunt. *Tom. 3. serm. Domini pag. 25. 26. 27.*

Eiusdem, sermo secundus, vnde supra. I. quatuor Christi signa refert, signum castitatis in conceptione, humilitatis in conuersatione, charitatis in passione, immortalitatis in resurrectione. II. quatuor alia diaboli signa, signis Christi contradicentia notat, videlicet luxuriæ, superbiæ, inuidiæ, & vanæ lætitiæ, quæ omnia probat authoritatibus scripturæ. *Ibid. pag. 27. col. 2.*

Ejusdem, sermo tertius in illud, *Tuam ipsius animam pertransibit, &c.* de quatuor gladijs animam pertransseuntibus differit, nimirum de gladio diabolicæ tentationis, Euangelicæ prædicationis, tyrannicæ persequutionis, & extremæ animaduersionis. *Ibid. pag. 28. col. 1.*

Eiusdem, sermo quartus in illud, *Puer autem crescebat, &c.* ostendit Christum rectè dici puerum, sicut enim pueri solent libenter esse cum matre, cum pueris, cum floribus, & cum brachijs: sic Christus Dominus delectatur in matris Ecclesiæ fœlicitate, in puerorum per innocentiam sodalitate, in florum virtutum venustate, & in brachiorum operum charitate. *Ibid. pag. 28. col. 2. & pag. 29. col. 1.*

DIONYSII CARTHVSIANI sermo in Apostolica verba Gal. cap. 4.

A *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.* Vbi duo tanguntur. Primum. Tempus aduentus & missionis Christi dici plenitudinem temporis, quia in eo Deus omnipotens charitatem, pietatem, & gratiam suam hominibus plenissimè demonstrauit, summæ charitatis opera fecit, & hominum corda plenitudine gratiæ ditare cœpit; de plenitudine Christi omnes accepimus I. in baptismo, 2. in Pœnitentiæ Sacramento, 3. in Eucharistiâ. Secundum. Patrem dedisse nobis vnigenitum & amantissimum filium suum in fratrem, faciendo nostræ naturæ participem & Virginis filium. *ferm. de temp. à fol. 34. pag. 2. ad fol. 35. pag. 2.*

Eiusdem, in hodiernum Euang. serB mo I. per quem nos hortatur I. Vt dignè Deo viuamus id est Domino summo cum debita reuerentia deseruiamus, cum debitâ promptitudine obediamus, cum debitâ puritate adhæreamus, & tamen nos seruos inutiles & indignos reputemus. II. Vt miremur quòd filius Dei tanti nos æstimauit, tanta pro nostrâ salute fecit & pertulit, pro nostra redemptione homo factus est, in summa paupertate, obedientiâ, & humilitate vixit, mirabilia & magnalia in suâ vitâ fecit. *In sermonib. de temp. à fol. 37. pag. 2. ad fol. 38. pag. 1.*

Eiusdem, sermo 2. exhortatiuus ad Christi imitationem qui omnium virC tutum fuit exemplar, sicut Patri se conformauit ita Dei præcepta obseruare debemus, inimicos amauit, male facientibus bona rependit, omnibus benè fecit; ita & nobis ista facienda. Christianis pijs, castis, humilibus, mansuetis, innocentibus & pœnitentibus Christus resurrexit quia illis magna gratiæ & salutis causa est: Impijs vero positus est in ruinam, vnde tales multo horribilius iudicantur & condemnantur à Christo quam infideles. *Ex ferm. de Temp. à fol. 38. pag. 1 ad fol. 39. pag. 1.*

I. GERSONII sermo exhortatorius ad castitatem, hac die, in Euangelium habitus. I. notat castitatem tria habere hospitia secundum triplicem statum puritatis, in virginitate, in matrimo-

nio, & in vidiuitate. II. considerationes quasdam morales ex Euangelico textu deductas, tangit, vbi quædam de B. Ioseph meritis. III. virginitatem laudibus celebrat, & duodecim eius dignitates quę illam coronant, tanquam stellæ duodecim, profert. Prima est quod virginitas vel castitas non impedit vitam corporalem, imò ipsam prolongat. Secunda, quod virginitas eleuata fuit vt carnaliter Dei mater esset, & adhuc pariet spiritualiter. Tertia, quod faciat mori aut migrare sine corporis dolore. Quarta, quod reddat animā familiarem Dei amicam. Quinta, quod impetret secretorum Dei reuelationem. Sexta, quod sit in miraculis potens. Septima, quod animam martyrem efficiat. Octaua, quod sit Angelis cognata. Nona, quod nouo sedat cantus. Decima, quod aureolâ speciali in paradiso donetur. Vndecima, quod sit optima S. Ecclesiæ portio. Duodecima, quod sit Regina terræ in cælum eleuata. IV. obiectionibus carnalitatis aduersus virginitatem respondet. V. denique & vltimò conseruandæ virginitatis modum tradit ex euangelio, virginemque instituit. *Tom. 1. 4. part. a col. 342. ad col. 350.*

Eiusdem, sermo alter, eandem materiam prosequitur, castitatem matrimonialem, vidualem, & præsertim virginalem laudibus celebrat, & argumenta in contrarium dissoluit. *Ibid. col 350. & sequentibus.*

GVILLELMI PARISIENSIS, sermo I. in Epist. *Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, &c.* Galat. 4. ex quibus concludit multipliciter dari fidelibus exemplum in Christo. I. Exemplum æquitatis & similitudinis amandæ in hoc quòd (nisi in peccatis) ab alijs hominibus differre noluit. II. Humiliter abscondendi bona sua vsque ad tempus opportunum. III. Sapienter amandi filios suos vt non quærant eis suauia sed vtilia. IV. Patienter sustinendi aduersitates, quoniam à Deo dantur nec debent credere ex odio talia dari sed ex amore cum filio suo naturali dederit quem dilexit. *a pag. 26. ad pag. 28.*

A

Eiusdem, sermo 2. hoc Galat. 4. *At vbi venit plenitudo temporis, &c.* expendens, Incarnationis tempus, modum & finem aduertit. I. Tempus, vbi tempus plenitudinis dicit propter triplicem plenitudinem sc. vteri virginalis, mentis fidelium, veteris legis. Plenitudo quoque temporis dicitur propter pacis abundantiam, charismatum largissimam effusionem, figurarum impletionem, promissorum solutionem, rationalis creaturæ perfectionem, propositi temporis completionem. II. Modum, tribus modis hominem Dominus fecerat sc. de viro & muliere sicut assiduus monstrat vsus, nec de viro nec de muliere Adam, de viro sine muliere sicut

B

Euang. testabat vt faceret de Muliere sine viro sicut Christum & hoc multis de causis. III. Vtilitatem, vt eos qui sub lege erant redimeret, &c. *a pag. 28. ad pag. 30.*

Eiusdem, sermo I. in Euang. *Erant Maria & Ioseph, mirantes super his quæ dicebantur de puero.* Luc. 2 Miranda fuerunt quæ. I. dicta sunt de puero; ab Isaia, Gabriele, Elizabeth, Zacharia, Angelis, Simeone. II. dicta sunt à puero. *a pag. 256. ad pag. 257.*

Eiusdem, sermo 2. in quo ex ijs verbis, *Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum, &c.* ostendit duo in mundo isto multum timenda. Primum, Causarum ruendi in peccatum infinitatem; quid enim est, quod non possit

C

esse in ruinam, id est, occasionem ruendi, ex quo Saluator fuit in ruinam multorum. Secundum. Signum seueritatis diuinæ & iustitiæ esse, quod Deus Pater potius voluit quod vnigenitus pœnam pro humano genere solueret quam vt ipse eam remitteret. Christus positus est in ruinam superborum & resurrectionem humilium; Primi possunt dici filij perditionis ijque sunt qui salubribus ad damnationem vtuntur; Superbi; Immisericordes; Per obstinationem obdurati; qui habent & amant temporalia: Secundi. Speciale habent signum passionis Christi imitationem. *a pag. 257. ad pag. 258.*

Eiusdem, sermo 3. per illud, *Et erat Anna prophetissa*, &c. Annam multùm commẽdat, quod I. Ad matrimonium Virginitatem suam seruauerit; II. Post mortem viri, licet tempore breui cum eo fuerit, aliò viro copulata non fuerit. III. Tam longo tempore in viduitate bene se habuerit. IV. A templo non discesserit. V. Corpus suum macerauerit. VI. Obsecrationibus institerit. VIII. Donum prophetiæ habuerit. *a pag.* 358. *ad pag.* 260.

Eiusdem, sermo 4. *Puer autem crescebat & confortabatur*, &c. Quæ dicuntur de pueri incremento & confortatione ideo scripta sunt vt studeamus spiritualiter crescere & roborari, pertinet ad crementum Eucharistiæ; ad robur, confirmationis sacramentum. Quoad primum tria impediunt crementum spirituale sc. effusio hominis interioris per terrena desideria & carnalia, defectus cibi spiritualis sc. Verbi Diuini & boni operis, elongatio à fonte diuinæ misericordiæ & fontibus sacramentorum. Quoad secundum ad roborationem faciunt verbi diuini auditus, sacramentorum susceptio digna, exercitatio in faciendo bona & tolerando mala, deuota oratio, cogitatio propriæ infirmitatis. *pag.* 260.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo, in hæc verba: *Sap.* 18. *Dum medium silentium tenerent omnia &c.* Initiò proponit se acturum de ea Christi Natiuitate quæ in nobis fieri debet. II. Id solis perfectis conuenire. III. Tria considerat, locum huius Natiuitatis: Vt quisque in ea se gerere debeat: Quis sit illius fructus. *a pag.* 51. *vsque ad* 57.

✠ NICOLAI DE CVSA in cap. 4. ad Galat. *Vbi venit plenitudo temporis, &c.* sermo, ex quo sequentia habe. I. Inter nouum & vetus testamentum differentia hæc est, quod nouum intelligit, & per intellectum operando liberum est. II. Plenitudo euacuat quod ex parte est, sic veritas figuras; veritas quatuor gradibus in nobis perficitur; ante legem à remotis in confuso erat, per naturam apparuit; Deinde Angelo instruente & legem ministrante reuela-

A ta est; Deinde per filium Dei reuelata est magis specificè; Restat quartus gradus, vt sine reuelatione ipsam videamus & cognoscamus vt est. III. Fides in nobis probatur si habemus spiritum Christi qui est pignus, quod veram Dei filiationem assequemur. IV. Gratia seu spiritus filij Dei est vita animæ, sicut anima corporis. V. Christus solus via ad regnum, & vir in quo fiet iudicium resurrectionis ad vitam per conformitatem; & iudicij, per difformitatem. *Ex lib.* 5. *excitationum*, *a pag.* 499. *ad pag.* 501.

B Eiusdem, sermo, in Euang. *Puer autem crescebat Luc.* 2. qui in duas partes potest distingui quarum Prima. Sapientiam diuinam quæ ab Apost. vocatur diuinitas, in Christo habitasse corporaliter, ostendit; & humanam naturam in eo augmentum recepisse in sapientiâ; ideo dicimus Iesum verum hominem proficere in sapientiâ, quæ eum inhabitat, sicut aqua crescit in frigiditate, licet vt est in glacie non crescat. Secunda. Humanam naturam in Iesu, medio intellectu esse vnitã verbo, non nisi virtute altissimi; quæ ex gratiâ ei inest; in vnicâ enim filiatione illâ, quâ Iesus est filius Dei & hominis, coincidit gracia cum naturâ. *In lib.* 8. *excitat. à pag.* 624. *ad pag.* 626.

C ✠ RADVLPHI ARDENTIS ad ea Galat. 4. *Quanto tempore hæres, paruulus est, &c.* homilia in quâ de hærede temporali, naturali & adoptiuo sermonem instituit, I. Hæres temporalis in paupertate subiectione, & disciplina educatus, dum paruulus est nihil differt à seruo immo & plerumque ei subijcitur & ab eo corripitur, cùm tamen iure hæreditario sit Dominus omnium, ita factus est filius Dei. II. Hæres naturalis cœli est ipse; cuius, iure naturali, cœlum & quicquid cœlo continetur, hæreditas est. III. Cœli adoptiuus hæres est angelus & homo, quem Christi benignitas, quæ inuidiam ignorat, adoptauit in hæreditatem. *a fol.* 51. *pag.* 1. *ad fol.* 53. *pag.* 1.

Eiusdem, homilia ex Luc. Euangel. *Erant Ioseph, & Maria mater Iesu mirantes super*

super his quæ dicebantur de illo &c. cap 2. Quadripartita est hec lectio Primo. Inducuntur Ioseph & Beata Virgo mirantes super his quæ dicebantur de Iesu. Secundo. Simeon eis benedicens inducitur, & de puero prophetizans. *Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum, &c.* Tertio. Anna prophetissa, Christo ferens testimonium, quæ ab Euangelista commendatur à sanctâ progenie, coniugali sanctimoniâ, viduali castimoniâ, obsequio diuino. Quarto Eorum regressus & pueri profectus subiungitur; regressus post oblationes, & orationes; profectus, secundum carnem non aliter. *a fol.* 53 *pag.* 1. *ad fol.* 56. *pag.* 1.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo primus in illud Apostoli *ad Galat.* 4. *Vt eos qui sub lege erant, redimeret.* I. docet Christum nos redemisse ab iniquitate, à diabolo, à morte, à legis seruitute. II. nos redemisse sine meritis nostris magnis suis impensis, ex sola abundantia charitatis. III. pro redemptione Dominum à nobis requirere vt à peccatis ad eum reuertamur, vt eum diligamus, vt ipsi soli seruiamus, vt tantum beneficium vbique prædicemus, vt ipsi gratias agamus, *Tom.* 16 *serm. Domini. fol.* 3. *col.* 4.

Eiusdem, sermo secundus in illud Euangelij. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius,* imprimis de dolore B. Virginis ob Christi passionem differit, dicit que ipsi fuisse maximum. I. ratione bonitatis filij. II. ratione inhumanitatis & immanitatis crucifigentium. III. ratione vilitatis pœnarum. IV. ratione crudelitatis tormentorum; deinde crucem gladio assimilat; denique de reuelatione peccatorum facienda loquitur. *Ibidem & fol.* 4. *col.* 1.

FESTVM CIRCVMCISIONIS Domini.

ALCVINVS *lib. de officijs diuinis* tractat. I. de circumcisione. II. de Octaua & octauo die. III. de Calendis Ianuarij, & de vitijs ac superstitionibus antiquorum quas hac die seruabant & obseruabant, *in Auctar. o Bibliothecæ Patrum Tom.* 1. *col.* 227. 228. 229.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo 1. in illud: *Postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus Luc.* 1. Et docet I. Per circumcisionem pueri notari duplicem circumcisionem; à vitijs, & ab omnibus miserijs à quibus liberabimur. II. A vitijs, est signum fœderis & pacis inter nos & Deum: & sunt quinque ad hoc circumcidenda, cor, oculus, auris, lingua, & manus. De quibus sigillatim differit. *Tom.* 11. *serm.* 7. *de temp. à pag.* 17. *col.* 2. *ad* 19. *col.* 1.

Eiusdem sermo 2. Docet debere octo dies in nobis compleri, vt nobis nomen Iesu imponatur. 1. est dominicus, dies pacis; vt per pœnitentiam Deo reconciliemur. Et duo notat vitia quæ Deum impugnant; decimarum substractionem: rapinam bonorum pauperum. 2. est lunæ, per defectuum nostrorum considerationem; præsertim breuitatis vitæ; fragilitatis corporis: instabilitatis rerum temporalium: fidelium amicorum paucitatis. 3. est martis, diabolo resistendo. 4. mercurij, seu mercatoris, pro bonis æternæ vitæ negotiando, & decem mnas exponendo. 5. Iouis seu tonitrui; iudicij diem semper in mente habentes. 6. veneris seu Deæ amoris; conquirentes amicitias sanctorum contra terrores iudicij. Et hoc per pœnitentiam, cordis munditiam & eleemosinam. 7. Sabbati, quæ est requies sanctorum, in quam transibit anima eiusmodi. 8. dominicus est, & dies resurrectionis: qui est dies solis; quia tunc electi fulgebunt sicut sol. *Ibidem serm.* 8. *de temp. à pag.* 19. *col.* 1. *ad* 21. *col.* 1.

Eiusdem sermo 3. in quo considerat excellentiam huius nominis, Iesus; cuius sex proprietates exprimit. I. Iustissimus: & talem Iesum esse dicit, in man-

L

datisquæ dedit; in iustitijs, quas fecit; in præmijs, quæ dabit. Ad hæc hortatur septem rationibus, vt iustitiam nobis copulemus. 1. quia est grata Deo 2. quia immortalis est. 3. quia nos defendit. 4. quia vt indumento decorat. 5. à morte perpetua liberat. 6. tuetur nos in iudicio. 7. in gloria sublimat. II. Honestissimus: ad quam virtutem excitat. III. Elegantissimus; & pulchritudinem exigit à nobis, fide & operibus. IV. Sapientissimus, quod probat, & ad sapientiam hortatur. V. Veracissimus, vt soluat iustis præmia: impijs supplicia infligat. Et persuadet vt simus veraces. VI. Suauissimus, in ipsum credentibus, ipsum amantibus, & benè operantibus. Vult ergo nos esse suaues, corde, ore, opere. *Ibid. serm. 9. de temp. a pag. 21. col. 1. ad 24 col. 2.*

S. AMBROSIVS sermonem hac de habuit, in quo Christianos, quod adhuc paganorum ac Calendarum Ianuarij superstitiones colant & retineant, acriter obiurgat, & quod, nullus sit templo Dei cum idolis consensus, exaggerat. *Tom. 5. col. 15.*

S. ASTERII homilia in festum Calendarum, in qua duo eloquentissimè tractat. I. superstitiones, dementias, & vanitates, quæ hac die suo tempore ostentari consueuerant, patefacit. II. earum studiosos & amatores ab erronea hac obseruantia, diabolicoque inuento deterrere atque auocare conatur. *pag. 51. 52. & vltra vsque ad pag. 60.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium in qua agit de circumcisione carnali, & baptismo, de nomine Christiani & de circumcisione spiritali non manu facta, sed petra mystica, hoc est, Christo facienda. *Tom. 7. col. 317.*

S. BERNARDI sermo primus, de Christi circumcisione per humilitatem non per necessitatem facta: de necessitate nostræ circumcisionis, ac de triplici testimonio nostræ salutis, quod habere debemus, ab Angelo, à Matre, & à Ioseph, hoc est, mysticè, à propria conscientia, à congregatione & Ecclesia, & à superiore ac prælato, *col. 67. & sequentibus.*

A Eiusdem, sermo secundus, de præcepto circumcisionis antiquæ cur Christus circumcidi voluerit, & de multis nominibus Christi, sub hoc nomine Iesu contentis. *col. 69.*

Eiusdem sermo tertius, quod Christus caput nostrum circumcisionem velut medicinam susceperit, vt nos, membra eius, sanitatem reciperemus; & quod octo mysticos dies transigere habemus priusquam ad perfectam circumcisionem, & nominis salutis receptionem perueniamus. Isti autem dies dicuntur; iustitiæ, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, patientiæ, humilitatis, deuotionis, & discretionis, vel obedientiæ. *col. 70. & sequentibus.*

B *Item eiusdem initium sermonis primi in Epiphania huic diei est accommodandum: agit enim I. de benignitate Dei per humanitatem Christi apparente. II. de nomine Iesu III. de fiducia in Christum Iesum & humanitatem ipsius habenda. Serm. 1. in Epiph. col. 73. 74. & 75.*

Item eiusdem sermo 4. in Epiphania Domini est de Circumcisione col. 81. & illud Domini ad Ioannem Baptistam Sic decet nos implere omnem iustitiam exponitur.

BERNARDINI SENENSIS in Domini circumcisione, sermo, de triumphali nomine Iesu, Primò. Quadruplex dulcedo acquiritur in spe nominis regis Iesu. 1. remissio omnium peccatorum; 2. morum renouatio, quæ remissionem sectatur; 3. spiritualis C consolatioquæ remissionem peccati & renouationem vitæ consequitur; 4. à dæmonibus defensio. Secundò. Quadruplex gratia infunditur per nomen Iesu. 1. enim, ad spem primæ gratiæ subleuat, illuminat intellectum ad deuotam inuocationem nominis Iesu; 2. animam charitate inflammat ex dilectione nominis Iesu; 3. humanam mentem vigore roborat; 4. à grauibus periculis liberat. Tertiò Nomen Iesu gloriosum est, quia 1. desideriū sui in animâ prouocat, ideo desiderabile; 2. suauitate supernaturali eam replet, ideo delectabile; 3. admiratione dignū est, siue admirabile; 4. ità est venerabile, vt ab eius laude nullus excipiatur status & locus, nullū

tempus, & opus. *Ex Tom. 4. à pag. 9. col. 2. ad pag. 16 col. 1.*

S. Brunonis sermo de Circumcisione per omnia membra spiritaliter facienda; & de sanguine Christi hodierna die ad nostram salutem effuso. *Tom. 3. pag. 82. & sequent.*

S. Bonaventuræ sermones quatuor in hac celebritate. *Tom. 3. pag. 29. & sequent.*

Primus agit de quatuor apparitionibus saluatoris, in mundo per gratiam, in anima per misericordiam, in iudicio per iustitiam, in cælo per gloriam; super illud Pauli ad Titum. 2 quod legitur hodie, *Apparuit gratia Dei salvatoris nostri, &c.*

Secundus est de Circumcisione spiritali per carnalem figurata. & quatuor ostendit, scilicet Circumcisionem fieri debere. I. à præputio nequitiæ. II. instrumento & petra acutissima pœnitentiæ. III. tempore pueritię, præcipuè, vel saltem iuuentutis, aut etiam senectutis. IV. pacto amicitiæ.

B

Tertius quatuor motiua; causas, siue rationes cur circumcidi spiritaliter debeamus, declarat. I. pro mortis æternæ euasione. II. pro Christi & animæ coniunctione. III. pro digna Eucharistiæ susceptione. IV. pro vitæ æternæ adeptione, quæ omnia in veteri testamento fuerunt figurata.

Quartus de nominis Iesu vtilitate quatuor docet, nimirùm, hoc dulcissimum nomen esse nobis vtile. I. ad veniam in conuersione. II. ad gratiam in conuersatione. III. ad victoriam in tentatione. IV. ad gloriam in remuneratione.

C

S. P. Chrysologi sermo, ordine. 155. de Calendis Ianuarijs, quæ varia paganorum superstitione polluebantur, I. ostendit diaboli malitiam, qui sanctitatem vertere conatur in sacrilegium. II. describit vanitatem & stultitiam Gentilium in cultu idolorum, & explicat illud Pauli ad *Rom. 1. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, &c* III. pulchrè demonstrat, eos, qui peccare cupiunt, peccatorū colere & venerari auctores ac fautores, IV. hortatur Christianos ne faciant sicut gentiles, nec etiam consentiant facientibus. V. arguit illos qui dicunt, hæc omnia ludicra esse iocosa ac nouæ lætitiæ, & principij anni indicia non autem vetustatis aut Gentilitatis crimina. *col. 391.*

Dionysii Carthusiani in festo Circumcisionis Domini circa Euang. sermo 1. in duas partes distinctus quarum Prima. Quare Christus circumcidi voluit? respondetur 1. vt se verè incarnatum & hominem factum monstraret, 2. ad vitandum scandalum Iudæorum, ne æstimarent eum legis Mosaicæ transgressorem; 3. vt legem Moysi approbaret, & humilitatis ac obedientiæ præberet exemplum; 4. vt merito suæ Circumcisionis subueniret hominibus & durum præceptum Circumcisionis pœnalis in Baptizationis præceptum mutaret. Secunda. Ex superioribus tria nobis documenta proponit; 1. ne aliquem scandalizemus, sed proximos nostros per opera virtuosa ædificemus; 2. vt præcepta Dei & superiorum nostrorum diligenter seruemus & proni simus ad obediendum; 3. vt bonis operibus, & laudabilibus obseruantijs alijs nos conformemus vanam gloriam & singularitatem vitantes, & soli Deo placere cupientes. *Ex sanctorum proprio fol. 61. à pag. 1 ad 2.*

Eiusdē, de quo suprà sermo secundus Circumcisionis festum quatuor reddunt solemne sc. octaua Natiuitatis ipsius; impositio nominis saluatoris, vocatus est enim Iesus; sanguinis effusio; signaculum Circumcisionis, est enim remedium contrà originale peccatum. Christus in Circumcisione multùm passus 1. propter corpusculi nobilissimā complexionem & teneritudinem; 2. quia fuit sapientiā plenus & ratione vtens; 3. quoniam ob summum dolorem pueri multi moriebantur. Plura nomina Christo dantur dicitur 1. Iesus quia saluator; 2. Christus quia gratiæ & virtutum plenitudine vnctus; 3. filius Dei vnigenitus quia verus non adoptiuus; 4. filius hominis, quia humilis. 5. pastor bonus, iustus, verbum Dei, &c. Postremo ab Isaia nominatur admira-

rabilis propter miras conuersiones; consiliarius infundendo nobis lumen prudentiæ; Deus, dimittendo peccata & gratias largiendo; fortis, in bonis nos conseruando; pater futuri sæculi, quia in resurrectione immortalitatem electis dabit; princeps pacis, perducendo nos ad suiipsius beatificam fruitionem, *Propr. sanctorum, a fol. 62 pag. 2. ad fol. 63. pag. 2.*

Sermone tertio, idem duo nos docet quorum Primum est. Christianum debere circumcidere 1. oculos suos, refrænando eos ab omni libidinoso aspectu; 2. aures, ne verba detractoria, lasciua & illicita audiat; 3. tactum, ab omni lasciuo contactu, palpatu & osculo & applicatione carnali; 4. gustum, à delicatis cibis & potibus, vel saltem inordinatâ delectatione in illis; 5. olfactum à voluptate carnali odorum; 6. linguam, à locutione peruersâ, mendosâ, fallaci, superfluâ; 7. ventrem à repletione gulosâ; 8. sensitiuum appetitum ab omni inordinato sensibilium atque carnalium rerum affectu. Secundum. Per octo dies Circumcisionis signari octo actus virtuosos per quos circumciditur atque perficitur homo 1. actus est propriæ iniquitatis consideratio ac recogitatio coram Deo; 2. pudor & dolor de enormitate propriorum excessuum; 3. propositum emendandi; 4. timor Dei ac diuini pauor iudicij; 5. restitutio alieni & persolutio debiti; 6. sacramentalis confessio in quâ omnia lauantur; 7. satisfactio pro peccatis per opera pœnitentialia; 8. Perseuerantia in prædictis. *In proprio sanctorum à fol. 63 pag. 2. ad fol. 64. pag. 2.*

IOAN. IERSONII sermo pulcherrimus ac deuotus in illud Pauli. *Apparuit gratia Dei saluatoris nostri &c.* In quo iungit Epistolam Euangelio, & Euangelium Epistolæ, & vtrumque per alterutrum deducit & explicat. Tractat autem de gratia, & de nomine Iesu, in exordio exponit verba thematis, & hominis processum instruit, sapientia (inquit,) illum accusabat, iustitia accusatum condemnabat, potentia executioni sententiam demandabat, condem-

A natumque puniebat, homo autem gratiam appellauit, quæ hodie apparuit, & Deus iudex, silentium imposuit accusanti, condemnanti ac punienti, & audientiam misericordiæ concessit. Postea probat quomodo ex reparatione lapsi, ex recreatione deperditi, ex iustificatione impij gratia diuina maximè apparuerit. Deinde concionem diuidit in duas partes. I. quod apparuit gratia Domini in humili sua subiectione ad legem Circumcisionis. II. quod eadem gratia apparuit in populi redemptione secundum nomen eius, Iesus, id est Saluator. In prima parte multa dicit. I. loquitur de Circumcisione ad conscientiæ ædificationem. II. B varias quæstiones Theologales proponit, & quasdam soluit de eadem circumcisione. III. quatuor considerationes morales tangit, iuxta quatuor effectus gratiæ diuinæ qui notantur in themate assumpto.

Prima consideratio.

Ad apparentem gratiam in Circumcisione Iesu, qui legis mandato obediuit, princeps & prælatus licet solutus legibus, pati debet legem quam ipse tulit pro subditorum exemplo, & reuerentiâ præstandâ Deo.

Secunda consideratio.

Apparens gratia in humilitate Christi Iesu Circumcisi, & in similitudine carnis peccati hodie visi, prælatum ac principem hortatur, vt quanto maior C est cæteris, humiliet se in omnibus sicut Christus fecit, & se ab omni signo superbiæ circumcidat.

Tertia consideratio.

Apparens gratia in Circumcisione, qua Christus propriæ legi, quam tulerat, se subiecit, docet prælatos, principes, & superiores quoscumque, vt non imponant humeris subditorum onera grauia, digito autem suo nolint ea leuare.

Quarta consideratio.

Gratia Christi apparens in Circumcisione, documento est prælatis ac superioribus, vt non potentiam subditis, sed gratiam ostendant, pro illis se circumcidendo, & aliquid etiam patiendo, sicut fecit Christus, qui non indigens

Circumcisione pro seipso, tamen pro peccatoribus in gratiam ipsorum circumcidi voluit ac passus est

In secunda autem parte excellentias dulcissimi nominis Iesu amplè enumerat, & præsertim ostendit hoc nomen nobis esse in remedium contra malum culpæ, in refrigerium contra malum concupiscentiæ, in præsidium contra malum pugnæ, & in solatium contra malum pœnæ, *iste sermo habetur prima parte op. Gersony a col. 233. ad col. 250.*

Eiusdem, sermo in quo euangelium de verbo ad verbum exponit. I. agit de die isto, anni principio, Christianis sanctissimo, paganis prophano & execrando. II. de die octauo. III. de consummatione huius diei. IV. de Circumcisione Christi quam concinnè describit. V. de nomine Iesu *Parte quarta, a col. 33. ad col. 43.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo primus, in illud Deuter. 10. Circuncidite preputium cordis vestri &c. I. docet tribus rationibus, cur plerique citò à bono proposito in ima corruant & prolabantur, quæ sunt veræ circuncisioni contraria. 1. cùm necdum ab affectu & propensione ac fauore creaturarum absoluti sunt. 2. defectu humilitatis: 3. circa sensum occupatio, & defectu abnegationis. II. Eum qui se captiuum Deo tradit, Deum habere vicissim sibi captiuum. III. quatuor proponit quibus id facilè quisque obtinere possit. *a pag. 59. vsque ad 61.*

Eiusdem sermo 2. in illud Isaiæ 55. Quærite Dominum dum inueniri potest. I. ostendit, vt generetur Christus in anima, opus esse multa violentia, vique illata exteriori homini. II. Hanc quemque sentire, prout se in interiori homine disposuerit. III. An ergo qui externis operationibus vacat, sit priuandus illa natiuitate. IV. Multa disputat de quieto silentio; & quomodo illud seruari possit cùm opere interno & externo. *à pag. 61. vsque ad 68.*

✠ D. GVILLELMI PARISIENSIS sermo de Circumcisione Domini ex quo sequentes doctrinas habe. Primò. Christum fuisse circumcisum post dies A octo vt pœniteas septem diebus 1. per iustitiam, teipsum pro delictis puniendo; 2. per prudentiam, fugam à malis eligendo; 3. per fortitudinem, pias operationes quærendo; 4. per temperantiam, incontinentes motus voluntatis refrænando; 5. per obedientiam, aduersa & dura aggrediendo; 6. per patientiam eadem tolerando; 7. per humilitatem, acquisitas virtutes conseruando, & octauâ die discretionis operi nomen imponendo. Secundò. Hodiernam solemnitatem celebrari propter saluatoris circumcisionem & nominis eius publicationem. Tertiò. Circumcisionem esse triplicem, 1. Iudæorum, 2. Christianorum viatorum, 3. Beatorum, Quartò. Consummatis octo B diebus factam circumcisionem, vt discеremus ad perfectionem circumcisionis spiritualis octo desiderari 1. enim præcidenda est peccati gloriatio, 2. peccati defensio. 3. peccati consuetudo, 4. opus, 5. verba, 6. consensus, 7. delectatio per desiderium, 8. cogitatio, &c. Quintò Iesu nomen omnia alia nomina excellere, sublimitate, suauitate, potestate in mirabilibus faciendis, vtilitate. *In proprio sanctorum serm. 34. à pag. 41. ad pag. 43.*

HVGONIS A SANCTO VICTORE sermo in Circumcisione Domini, in quo. I. omnia per Christum noua facta ostendit, & vsque ad 31. nouitates hac die visas enumerat; vnde decet C nos renouari, cum omnia innouentur. II. loquitur de præputijs spiritualibus malorum, circumcidendis. *Tom. 1. in institutionibus monasticis serm. 49. pag. 362.*

D. INNOCENTII III. PONT. MAX. sermo in circumcisione Domini de euangelio; circumcisionis Christi rationes varias profert; literarum nominis Iesu tum latinarum, cum hebraicarum mysticam affert explanationem: Christum tribus modis seipsum inflexisse, seu declinasse, passibilitate, patientia, & passione, iuxta triplicem sui nominis inflectionem, docet. *Tom. 1. pag. 93. & sequen.*

B. IVON CARNOTENSIS sermo

in quo tria declarantur. I. adimpletio legis per Christum. II. quid significat dies octauus. III. de circumcisione litterali, allegorica in resurrectione corporum, & morali, seu tropologica. *lib. serm. de rebus ecclesiasticis; & habetur Tom. I. Auctary Bibliothecæ Patrum col. 816.*

S. LAVRENTIVS IVSTINIANVS sermonem composuit pro hac solemnitate, in quo rationes affert cur Christus circumcidi non dedignatus est, item de vario remedio pro peccati originalis deletione tam ante legem circumcisionis latam, quam post; deinde de mystica & morali nostra circumcisione, ac de anagogica in resurrectione: tandem de nominis Iesu virtute disserit. *Parte. 2. fol. 613. 614. &c.*

S. MAXIMI in circumcisione, siue de Calendis Ianuarij increpatio; Vbi notantur paganorum superstitiones, *in homilijs hyemalib. col. 565. 566. &c.*

✠ NICOLAI DE CVSA sermo in Euang. *Nomen eius Iesus, Luc. 2.* Anima quæ de sensibili motu iudicat, est libera, & non alligata membro seu organo, mensurat, diuidit & componit, & numerat; facit ex se mensuras, & vocatur mens à mensurando; mensurari autem non potest, quia tempori non subest; secus anima sensitiua quæ non potest mensurare quia motui subest & tempori. Vndè mens, inquantum homini vnitur medio animæ sensibilis, est in summo temporis: vt autem absoluta, ambit tempus: Et est in initiò æternitatis, ac horizon temporis & æternitatis. *Vult docere supremam mentem Deum in se immensurabilem & sic innominabilem esse: idque ei solum competere vt vnitur corpori. Excitationum lib. 5. à pag. 501. ad pag. 502.*

Eiusdem, in eadem verba, sermo I. Sicut totum corpus purgatur quando de venâ brachij trahitur sanguis, sic totum corpus Christi, sc. fideles purgatur effusione sanguinis ipsius. II. Perfectiones omnium rerum sunt in Deo, & omnis creatura secundum aliquid habet similitudinem creatoris; ideo cum simile cognoscatur simili, Deum diuersis nominibus nominamus. Cùm autem

A in omni re sint tria, essentia, virtus, & operatio. Primum ex secundo; secundum ex tertio nouimus. Igitur in Deo, eum nouimus ex operatione. Deus autem operatur mira in creatione: iusta in redemptione: salutifera saluando. Ideo vocatur admirabilis, creator, amabilis, delectabilis, Saluator. *Excitat. lib. 7. à pag. 568. ad pag. 569.*

✠ RABANI MAVRI homilia in octauis Domini. Puerum Iesum hominem Deum vnicuique se compotenter aptare declarat dùm circunciditur, dùm in templo offertur, dùm baptizatur, dùm Iesus appellatur Deindè exponit quid significauerit legalis circuncisio. Vbi de operibus noui & veteris hominis. *Tom. 5. pag. 583. col. 1. & 2.*

B ✠ RADVLPHI ARDENTIS in festiuitate Circumcisionis Domini homilia in Euangel. Luc. 2. *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur, &c.* Circumcisio hîc triplex ponitur Prima. Carnalis quæ iussa fuit vt esset signum magnæ fidei Abraham, vt per obedientiam homo mereretur, & per eam populus Dei ab alijs discerneretur: Fiebat in virili membro ad reprimendam concupiscentiam: cultro lapideo, quia per Christum in petra facienda erat: eandem vtilitatem quam nunc baptismus conferebat. Nomen ina dabatur, quia fidelis de numero fidelium vocabatur. Christus voluit circumcidi vt sacramenta legis sacra esse

C demonstraret, exemplum humilitatis & obedientiæ daret, se adimplere legem ostenderet. Secunda. Spiritualis, quæ sit omnia vitia & superflua præcidendo. Tertia. Cœlestis, sc. omne bonum sine malo, verum sine falso, satietas sine fastidio; regnum, sine termino, &c. *à fol. 56. pag. 1. ad fol. 58. pag. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermones. 2. in hunc diem I. est in epistolam sed nihil proprium aut particulare habet pro hac festiuitate. II. est in euangelium in quo mira dicit de nomine Iesu, & varias inuentiones pro hoc festo efformat, præcipuè autem ostendit nomen Iesu, esse admirabile, amabile

& laudabile. *In sermonib. festiuis pag. 31. col. 1. Tom. 16.*

S. Zenonis Veronensis sermo in quo. I. agit acriter de Circumcisione carnali contra Iudæos, ostendens illam non esse necessariam ad salutem, sed fuisse figuram & typum Circumcisionis secundæ, (hoc est, spiritalis & mysticæ) per Iesum Naue, (id est: Iesum Christum Dominum nostrum completæ; scriptum est enim: *Et dixit Deus ad Iesum, fac tibi cultellos petrinos nimis acutos: & absitinde, circumcidèque secundò filios Israel.* De hac autem cordium Circumcisione non manu sed spiritu facta, II. differit. III. denique variæ & appositæ anthitheses, vtriusque circumcisionis carnalis & spiritalis inferuntur. *Tom. 2. Bibliotheca Patrum a col. 742. ad col. 747.*

In Vigilia Epiphaniæ.

✠ Ioannis Thauleri sermo in illud Matth. 2. Accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israël. Vbi I. agit contra spiritualium præsumptionem. II. Opus esse magna strenuitate, & præsertim gratia Dei, vt tribus hostibus repugnare possimus; mundo, carni, & diabolo. III. His deuictis adhuc debere hominem solicitum esse, exemplo Ioseph, & patienter omnia aduersa tolerare. IV. Tractat de prælatorum solicitudine sub typo Ioseph. V. Exemplum bene viuendi in ipso Saluatore proponit. *à pag. 68. vsque ad 72.*

FESTVM EPIPHANIÆ Domini.

✠ B. Alberti Magni sermo 1. ad ea verba: *Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius & procidentes, &c.* Cum hi qui adorant fuerint reges, & sapientes, & primitiæ gentium; 1. moraliter à nobis quinque requiri vult. 1. vt simus reges, quorum regnum sit anima, disponenda vt Christus in ea regnet. 2. vt simus magi, id est sapientes, nobis in posterum prouidentes. 3. vt simus fideles animæ nostræ & eius saluti. 4. Humiles Deum timentes & ei obedientes. 5. Misericordes, in pauperes. II. Per stellam notari gratiam Dei, quæ sicut Magis, ita & nobis dux viæ ad gloriam fiat. III. Domus ergo ad quam stella ducit, significat æternam, gloriam vbi Iesus inuenitur sedens in regali solio. *Tom. 12. serm. 12. de temp. a pag. 29. col. 1. ad 31. col. 1.*

Eiusdem sermo 2. Ostendit Magos puero Iesu munera tria obtulisse; quibus expresserunt, quid de eo crederent; esse Deum, Regem & mortalem. Et quis esset: erat myrrha per passionis amaritudinem. Erat thus, ad placandum Deum. Erat aurum, ad decorandos electos, velut annulo, fibula & corona. Addit peraeadam munera indicari, offerenda esse Deo munera. 1. vitæ austeritatem, vt myrrham. 2. thus deuotionis, vndè gaudia 12. dimanant. 3. aurum pretiosæ charitatis, quod quærendum est in infantia Iesu, velut in Ophir; in aspera passione, velut in Euilath; in eius glorificatione, velut in Tharsis. *Ibid. serm. 13. de temp. a pag. 31. col. 1. ad 34. col. 1.*

Albin. Flac. Alcvinvs, et Amalarivs Fortvnatvs agunt de Theophania & ὑπαπαντή ac de huius festiuitatis officio; iste quidem *lib. 4. de diuinis officijs cap. 33. in Auctar. Biblio b. Patr. Tom. 1. col. 488.* Ille autem *lib. de diuin. off. titul. de Theoph. vel Epiph. ibidem col. 229.*

S. Ambrosii sermo primus de mysterio Epiphaniæ Domini, & quomodo solemnitatem eius populus dignè valeat celebrare; totum autem Euangelium mysticè & appositè explicat, Vbi multa præclara & præsertim de donis ac muneribus. *Tom. 5. col. 16.*

Item eiusdem sermones alii qui de Epiphania inscribuntur & tamen nihil de Magis loquuntur sed tantum aut de conuersione aquæ in vinum, aut de baptismo Christi Domini. *Ibidem consequenter.*

S. Avgvstini sermo primus in hac celebritate duo complectitur; Vnum est de Christi baptismate hodie facto,

A Alterum de Magis Dominũ adorantibus. Vbi quomodo à nobis sint imitandi, & quod munera quæ obtulerunt sint fidei Christianæ typus & figura, ostenditur. *Tom. 10. serm. 29. de Tempore fol. 135. col. 3.*

Item eiusdem sermo secundus historiam euangelicam describens, multis documentis refertus, in quo hortatur fideles ad vocationis suæ considerationem. *Tom. 10. serm. 30. de Temp. fol. 136. col. 1.*

Item eiusdem sermo tertius, varijs conceptibus plenus, de stella, quæ Magis apparuit: & de vocatione gentium ad fidem, Iudæis relictis. *Tom. 10. serm. 31. de temp. fol. 136. col. 3. & 4.*

B Item eiusdem sermo quartus in quo loquitur de victoria Regis nostri Christi, qui adhuc puer & in cunabulis reclinatus, triumphat de regno diaboli, in Magorum & Gentilium hodierna conuersione; & ad propositum explicat illud. *Isaiæ. 8. Antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ, coram rege Assyriorum.* Deinde quædam affert ad cæcitatem Iudæorum apertè demonstrandam. *Tom. 10. serm. 32 de Temp. fol. 136. col. 4. & sequentibus.*

Item eiusdem sermo quintus, in quo ostendit. I. Quomodo Diuinitas agnoscenda sit per Christi humanitatem. II. quod infantia Saluatoris sit vera declaratio Deitatis III. quo signo scire C possumus an in nobis habitet Deus; (ista autem agnitio, declaratio, & notitia, huic solemnitati cõgruunt quippè quæ dicitur Theophania, Epiphania & Manifestatio.) *Tom. 10. serm. 33. de temp. fol. 137. col. 2. 3*

Item eiusdem sermo sextus, docens. I. Christum esse lapidem angularem, qui hodie facit vtraque vnum, videlicet, Iudæum & Gentilem vnitate fidei adunatos. II. Iudæos cæcitate perculsos, qui Gentibus locum Christi natidesignantes, ire cum ipsis neglexerunt, & turbati cum Herode in ciuitate immobiles remanserunt. III. Denique Astrologos iudiciarios execrandos, qui sub decreto stellarum Christum & alios homines esse natos asseuerare non erubescunt. *Tom. 10. serm. 34. de Temp. fol. 137. col. 3. & 4.*

Item eiusdem sermo septimus, de duobus parietibus Iudæorum & Gentilium Ecclesiam ædificantibus in lapide angulari, Christo Domino, conditis & adunatis; tum de vocatione Gentium ad Christum & firma fide ac deuotione Magorum puerum Iesum in cunabulis vilissimis positum, adorantium: tum etiam de Herode vanè turbato, & miranda stultitia Iudæorum. *Tom. 10. serm. 35. de Temp. fol. 138. col. 1. & 2.*

Item eiusdem sermo, alius, in quo I. loquitur de reuelatione externa per stellam, & interna per inspirationem quas Magi habuerunt, vt ab Oriente adorare venirent Dominum. II. docet stellam biennio illis apparuisse ante Christi natiuitatem. III. explicat mysticè istud biennium de duplici dilectionis præcepto, de duobus testamentis, de duplici Christi aduentu, & de duplici genesi nostra, vna per naturam, altera per fidẽ. *To. 10. in fine immediatè post serm. ad fratres in eremo, fol. 316. col. 2. & 3.*

S. Bernardi sermo primus multa habet quæ non ita huic solemnitati conueniunt quam circumcisioni Domini: quæ autem præsenti festiuitati congruunt, tres sunt apparitiones hodierna die, licet non eodem anno, factæ, de quibus tractat in hoc sermone. I. apparitio per stellam. II. per columbam & Patris vocem in baptismo. III. per aquam in vinum conuersam; in prima, homo verus innotuit, in secunda, verus Dei filius apparuit, in tertia, verus Deus visus est. *ser. 1 col. 75. 76. 77.*

Item eiusdem sermo secundus de Magis, qui in duas partes diuiditur. I. demonstrat Christum esse Regem. II. diademate coronatum illum ostendit, & exponit illud. *Cant. Egredimini filiæ Sion & videte Regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. ser. 2. col. 77. 78.*

Eiusdem sermo tertius de tribus apparitionibus hodiernis, præcipuè autem de prima Regibus Magis facta; Vbi euangelium exponitur, ratio huius solẽnitatis redditur, intellectus eruditur voluntas

voluntas ad deuotionem excitatur, *serm. 3. col. 78. 79. 80.*

* Eiusdem, de quo supra sermo, quo asserit Dei filium hac die apparuisse vt nos adiuuaret & erudiret quia est, virtus quæ adiuuat infirmitatem nostram: Sapientia quæ erudit & informat ignorantiam & cæcitatē nostram. *Ex paruis & variis sermonib. serm. 11. col. 446. 447.*

S. Bernardini Senensis de Epiphania Domini, sermo, ex quo inuitamur admirari I. Tria sc. 1. in Magis tantam intellectus illuminationem; stellam enim, videbant elementarem siue corporalem, quærebant virginalem, habebant virtualem; 2. in Scribis tantam intellectus obcæcationem, qui post talia à Magis audita, & in prophetis lecta non curauerunt pertingere ad indagationem tanti facti; 3. in Herode tantam intellectus obscurationem, qui cum Magis, vel post eos non misit exploratores. II. Admirandum fidei feruorem Magorum in eo quod 1. non retardauit eos viarum longitudo; 2. non timuerunt in præsentia regis tyranni atque iniqui confiteri dignitatem pueri nati; 3. gaudio magno repleti sunt in reapparitione tam visæ stellæ III. Eorumdem feruorem qui 1. non scandalizantur in signis humilitatis Christi; 2. adorant Christum siue puerum natum vt creatorem, redemptorem, glorificatorem; 3. non loquuntur Magi, & Maria Virgo, saltem loquutos non refert Euangelista. *Ex tom. 4. à pag. 16. col. 1. ad pag. 21. col. 1.*

S. Bonaventuræ sermo primus, quatuor nomina quæ Christo tribuuntur in euangelio hodierno, scilicet puer, Dux, Christus, Rex, enumerat, eáque explicat. *Tom. 3. pag. 31.*

Eiusdem sermo secundus exponit illa euangelij verba, *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum*, & tria ostendit. I. exemplum quærendi, *Vbi est.* II. materiā gaudendi, *qui natus est.* III causam reuerendi, *Rex Iudæorum.* Pro primo docet necessitatem Deum quærendi, quia sumus impotētes, ignorantes, infirmi, ac egentes: deinde notat quatuor *vbi*, vbi inuenitur Christus. Pro secūdo natiuitatem A Christi esse materiam gaudendi, loquendi, admirandi. Pro tertio, quatuor magnitudinem & excellentiam Christi Regis in historia euangelica huiusce diei declarantia ostenduntur; nempe excellentia dignitatis: mirificentia potestatis, præeminentia nobilitatis, affluentia liberalitatis. *Tom. 3. pag. 32.*

Idem Doctor Seraphicus sermone tertio exponit euangelium mysticè hoc modo; Tres Reges Magi Christum adorantes significant perfectos in professione, in conuersatione, in contemplatione, qui etiam notantur per tres alios Reges, de quibus Author. Eccl. 49. dicit, *Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes Reges commiserunt peccatum.* I. Per-B fectus in professione Deo tria debet offerre, aurum continentiæ, thus obedientiæ, myrrham paupertatis, (exponuntur ista.) II. Perfectus in conuersatione debet etiam tria præsentare, aurum dilectionis, thus deuotionis, myrrham bonæ opinionis III. Perfectus in contemplatione similiter tria habet offerre, aurum adorationis, thus gratiarum actionis, myrrham dominicæ passionis, illam sæpissimè recolendo, & sicut fasciculum myrrhæ inter vbera mentis collocando. *Tom. 3. pag. 33.*

Eiusdem sermo quartus in illud euangelij *Apertis thesauris suis*; Docet triplicem esse thesaurum, cordis, oris, & operis. De thesauro cordis homo debet C proferre aurum charitatis, thus feruoris, myrrham contritionis; De thesauro oris aurum laudationis, thus orationis, myrrham confessionis; De thesauro autem operis, aurum misericordiæ, thus bonæ famę & ędificationis, ac myrrham mortificationis. *To. 3. pag. 33. 34.*

S. P. Chrysologi sermo primus euangelium explanat, aduersus Magos & Astrologos iudiciarios agit cur Christus tempore nefandi Herodis descenderit ad terras, docet. *serm. 156. col. 393. & vltra.*

Eiusdem, sermo secundus, in exordio rationem reddit cur festum præsens vocetur Epiphania; postea de tribus apparitionibus disserit; pro prima illa verba euangelij *stellam eius* exponit, &

cur dicatur stella eius; deinde cur per stellam vocati Magi isti fuerint, ostendit: est enim effectus diuinæ prouidentiæ attingere omnia suauiter, & de materia peccati ac erroris sumere occasionem nostræ salutis; pro secunda fœlices illas nuptias prædicat, quibus Christus est præsens, quoniam ibi omnia in gratiam transeunt; pro tertia de baptismate Christi, & cur fuerit factum, loquitur. *serm.* 157. *col.* 359.

Eiusdem, sermo tertius, explicat, quæ in euangelio ad Herodem pertinent: & demonstrat, Herodem & alios sine causa turbari, cùm Christus humilis & pauper venerit, cur hierosolyma turbata fuerit, cur occultè magos interrogauerit, tandem ad illud Herodis alludit, *renuntiate mihi*, quia diabolo, cuius locum tenebat renuntiandum est. *serm.* 158. *col.* 399.

Eiusdem, sermo quartus de Iudæis, & Gentilibus, Pastoribus & Magis Christum in præsepio adorantibus, Isaia prædicente. *Agnouit bos possessorem suum & asinus præsepe Domini sui*; quod de istis exponitur: deinde quomodo thus fidei, myrrham boni odoris, aurum charitatis offerre debemus Christo, docetur. 151. *col.* 401.

Eiusdem, sermo quintus. Quod Christus noluit à nobis ignorari, & ideo hac die manifestè apparet tribus modis, stella, baptismate vino ex aqua facto, qui tres modi Christi Deitatem probant. *serm.* 160. *col.* 403.

S. IOAN. CHRYSOSTOMI oratio in Theophania, in qua tantùm tractat de Christi baptismate. *Tom.* 6. *pag.* 252.

B. P. DAMIANI sermo in Epiphania Domini, varia pertractat. I. Christum aduentu suo in carne, illuminasse mundi tenebras densissimas II. Iudæis tanquam ratione vtentibus Angelum apparuisse, Gentibus verò quasi brutis, stellam cælorum. III. B. V. Mariam, stellæ assimilatam esse, ratione quatuor proprietatum, quæ illi attribuuntur, Christum autem soli comparatum, ob quinque principales proprietates. IV. Magos à stella illuminatos venisse ad solem adorandum, & quomodo se gesserint. V. Munera mystica Christo à Magis oblata, eadem ipsi filio à Virgine matre Maria fuisse collata. VI. Munera à nobis Domino nato Magorũ exemplo offerenda. VII. Multiplex de Christo Saluatore testimonium; hominum, videlicet, Angelorum, mulierum, virorum, senum, paruulorum, terrenorum, cœlorum, Gentilium, Iudæorum, antiquorum, modernorum, lucis, tenebrarum, legis, Prophetarum, Regum, turbarum, viuorum, mortuorum, brutorum, solis, & elementorum. *Tom.* 2. *serm.* 1. *pag.* 149. *& sequentibus.*

DIONYSII CARTHVSIANI de Epiphania Domini in Epist. illa dicta. *Surge illuminare Ierusalem quia venit lumen tuum. Is.* 60. cum Propheta omnem Christianam cõgregationem hortatur ad duo I. vt surgat, à ruinâ peccati per quod spiritualiter ruit à summo bono ad vana & caduca; ab imperfectione ad perfectionem, vt conetur in virtutibus crescere, corporaliter à lecto materiali ne plus quam requirit naturà somno indulgeat, sicque bona multa omittat; à quiete actuum vitæ contemplatiuæ sc. à meditatione sacra, à speculatione cœlestium, orationibusque sacris, ad labores vitæ actiuæ, vt tempore opportuno proximis suis consilium impendat & auxilium: His modis Magi hodie Christum quæsierunt & inuenerunt. II. vt illuminari optet & studeat à Christo, qui est stella splendida & matutina, sol sapientiæ, lumen gentium, fons viuus. &c. *In proprio de sanctis. fol* 67. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

Eiusdem pro præcedenti festo sermo primus in Euãg. Tria circa illud consideranda proponit. I. Quod Christus natus describitur diebus Herodis duplici ratione, 1. vt ostẽdatur aduentus Christi tempus à Daniele Propheta prænuntiatum completum esse; 2. vt prophetia beatissimi Iacob Patriarchæ in Christo manifestetur impleta, *non auferetur sceptrum de Iuda, &c.* II. In tribus Magis mirandum est quod, apparitione stellæ Iesum natum intellexerunt, non suâ sed Dei virtute tredecim diebus ab oriente in Bethleem venerint, tam citò ab in-

fidelitate fuerint conuerſi. III. Cur Chriſtus ab oriente potius quàm ab occidente adducere voluit primitias gentium? rationes ſunt, 1. quoniam Chriſtus oriens appellatur, 2. ab orientali plagâ mundi ſol oritur; 3. oriens eſt principalis pars terræ; Magna fuit illuminatio horum Magorum qui Chriſti cognouerunt diuinitatem, regiam dignitatem, mortalitatem. Plura vide. *In proprio ſanctorum a fol. 68. pag. 2. ad fol. 69. pag. 2.*

Eiuſdem, ſecundus ſermo in Euang. è cuius viſceribus ſequentia eruit: I. Tam Herodis quàm Iudæorum peruerſitatem mirandam, & negligentiam fuiſſe maximam ad conuerſionem poſt tot tantaque miracula. II. Valde periculoſam & nociuam eſſe impiorũ præſidentiam, quia communiter ſubditos trahunt ad peccata ſiue per comminationes ſiue per blandimenta. III. Vnumquemque Magorum Chriſto obtuliſſe aurum, thus, myrrham; quia 1. Perſæ & Arabes his rebus abundant; 2. Magi cognouerunt Chriſti Deitatem, regiam dignitatem, mortalitatem; videbant matris Chriſti paupertatem, pueri teneritudinem, ſtabuli fœditatem. IV. Stellã quæ Magis apparuit ab alijs ſtellis differentem fuiſſe 1. quantum ad naturam ſuam & materiam; 2. quantum ad tempus; 3. quantum ad locum; 4. quantum ad motum; 5. quoad quantitatem; 6. quia ſplendidior erat; 7. quantum ad officium; 8. in duratione. V. Multiplicem Stellam Magos vidiſſe 1. ſuperſubſtantialem ſc. Chriſtum; 2. rationalem, videlicet beatam Virginem; 3. intellectualem, vt pote Angelum; 4. ſpiritualem puta lucem gratiæ ſeu fidei rectę; 5. materialem quam corporaliter in oriente conſpexerũt. *In ſanctorũ proprio a fol. 69. p. 2. ad fol. 70. p. 2.*

Evsebii Emiseni homilia prima de Epiphania, & infantibus quos Herodes interfecit. Probat Magos ſuis muneribus fidem noſtram expreſſiſſe illos ſpiritalibus obſequijs nos imitari debere, inter ipſa Chriſti naſcentis cunabula ſigna Diuinitatis effulſiſſe, non mirum eſſe, ſi pietate naſcente, Herodis A impietas, & omnis Hieroſolyma cum illo perturbetur, modum Chriſtum inueniendi Magorum exemplo, Chriſtum non ad dignitates rapiendas veniſſe, ſeſſad contumelias perferendas, per aliam viam ad patriam reditum conuerſionem eſſe morum, vbi multa de vijs bonis ac malis præclara. *Homil. 1. de Epiph. a fol. 8. ad fol. 20.*

S. Fvlgentii ſermo de Epiphania: Sacramentum huius diei nominis Epiphaniæ interpretatione declarat quo pacto ad lapidem angularem, Chriſtum vterque paries Iudeorum, & Gentiliũ adductus ſit, docet: mundi faſtum contemnit, cum natus in palatio Archelaus ſpernatur; natus in ſtabulo Chriſtus à Magis quæratur: Herodis ti- B morem præpoſterum redarguit, & Regem turbatum alloquitur: Herodem infantibus à ſe morti addictis non nocuiſſe, ſed profuiſſe probat: quæſtionẽ de fuga in Ægyptum, & de Chriſto cum paruulis non interfecto, & tamen poſtea à Iudæis occiſo, ſoluit: ſtellam Deitatis in Chriſto, ſignum extitiſſe affirmat: quid munera Magorum ſignificent, indicat: ex eiſdem muneribus, Arrianos, Manichæos, Neſtorium, & Eutychen conuincit: ac tandem ad Magorum imitationem cohortatur. *Ex ſerm Lutuſce Paris ſerm. 5. a pag 648. ad pag. 660.*

Ioan. Gersonii ſermo in illud Pſ. *Adorabunt eum omnes Reges* hac die ha- C bitus coram Chriſtianiſſimo Rege Carolo ſexto. In quo de tribus Regibus & Regnis per tres Reges Magos & tria dona illorum notatis, in tres partes diuiditur. Prima eſt de Regno perſonali, ſecunda de Regno temporali, tertia de Regno ſpirituali; hæc verò omnia miro quodam modo Chriſtianiſſimo Regi Francorum aptantur tanquam ſuper iſta tria Regna conſtituto. Docet autẽ modũ gubernandi regnũ perſonale, id eſt animã, regendi, regnũ tẽporale, id eſt, ſubditos, ac defendendi nec-non protegendi. Regnum ſpirituale, id eſt, Eccleſiã vbi multa & præclara de Regũ Chriſtianiſſimorũ excellentiis. Deniq; hortatur pro pace Eccleſiæ, (quæ tunc

persecutionem schismatis patiebatur) institui & fieri orationes, processiones, ieiunia, & alia opera bona. *Tom. 2. part. 4 a col. 634. ad col. 651.*

S. GREGORII MAGNI homilia, in qua euangelium pro more exponit. Primò autem quare Iudæis Angelus, Gentibus verò stella apparuerit, rationem reddit. Secundò, duritiam cordis Iudæorum arguit, qui locum Christi nati nouerant, & tamen cum Magis adorare eum noluerunt. Tertiò. Mathematicos siue Astrologos iudiciarios efficacissimis argumentis conuincit. Quartò, quid designant munera à Magis Christo Domino oblata diuersis explicationibus declarat. Vltimò, quid sit per aliam viam in propria redire iuxta tropologicum sensum, ostendit. *Tom. 3. homil. 10. in Euang. col. 24.*

S. GREGORII NYSSENI in diem luminum, in quo baptizatus est Dominus noster oratio, de solo Christi baptismate differit, quod non est præcipuum huius festiuitatis mysterium. *Tom. 2. pag. 798.*

S. GREGORII THAVMATVRGI sermo in sancta Theophania, hoc est de Dei apparitione, in baptismate Christi facta, *pag. 30.*

GVERRICI ABBATIS in Epiphania Domini sermo primus, in illud *Psal. 28. Afferte Domino Filij Dei, &c.* cuius summarium sic se habet. Cum satius sit Christo Domino afferre & offerre munera, quàm sanguisugæ concupiscentiæ, cuius filiæ insatiabiles semper dicunt: *Affer, Affer.* Ipsi saluatori afferamus gloriam auri, honorem thuris, myrrham sepulturæ eius: nec enim etsi pauperes & egeni ab istis religionis officijs arcemur; habemus siquidem diuitem paupertatem, & locupletem nuditatem. Ad cor ergo redeamus, & thesauros desiderabiles inueniemus in nobis reconditos: bonus profectò thesaurus myrrhæ, dolor in corde, labor in corpore; bonus thesaurus thuris, deuotio in voluntate, bonus thesaurus auri, sapientiæ in nostra mente, Myrrha oblatio est incipientium, thus proficientium, aurum perfectorum. Si autē non sufficit

A manus nostra ad offerendum aurum sapientiæ, aut thus deuotionis, saltem cor contritum corpusque afflictum, cum amaritudine pœnitentiæ Christus non despiciet. *a pag. 68. ad pag. 76.*

Eiusdem, sermo secundus in illud *Isaiæ 60. Surge illuminare Hierusalem, &c.* Docet Christum natum non adhuc notum, hodie apparuisse Caldæis nouis sideris indicio, Iudæis Ioannis non solùm sed Patris & Filij testimonio, discipulis suis aquæ in vinum conuersæ miraculo; Christum Dominum lumini assimilat; Patres & Prædicatores stellas mysticas vocat, quorum si sequamur lumen præuium facilè inueniemus Iesum. *a pag. 76. ad pag. 83.*

Eiusdem, sermo tertius vnde supra; B de nostris agit tenebris, & spiritali illuminatione nostra, quâ illuminati lumine fidei veræ, iustitiæ & scientiæ tanquam radijs solaribus, peruenire possimus ad patriam claritatis æternæ. *à pag. 83. ad pag. 91.*

Eiusdem, sermo quartus, probat hac die Christianitatem natam esse: cùm enim tria sint, quæ nos faciunt Christianos, fides, baptismus, & altaris participatio; hodierna dies fidem nobis in stella nuntiauit, baptisma in Iordane consecrauit, ac mensæ cælestis miracula in mutatione aquæ in vinum præformauit. Hortatur autem vt in conscientia pura fidei mysterium habeamus, & veri Christiani, non nomine C tenus, simus. (Vbi multa de veris Religiosis, & falsis qui speciem pietatis habentes, virtutem eius abnegant.) Consolatur verò peccatores, qui post baptisma lapsi, secundum baptismum pœnitentiæ præ se habent. Vbi septem virtutes humilitatis Christi occasione sumpta ex eo quod Naaman Syrus septies in Iordane, iuxta Helisæi iussionem, sit baptisatus, enumerat. *à pag. 91. ad pag. 100.*

GVILLELMI PARISIENSIS sermo 1. in solemnitate Epiphaniæ Domini, in quo ex verbis Ioel cap. 3. *In hoc apparuit Filius Dei vt dissolua: opera diaboli.* Qualiter & quare soluatur apparuit; qualiter & quare eius apparitio

celebranda sit probat & ostendit I. Saluator sic hodie apparuit vt fidei ministerio virtutem diuinitatis cognoscamus: Triplex hodie memoratur apparitio in qua eius apparet diuinitas 1. in apparitione stellæ, 2. in baptismo à Ioanne suscepto, 3. in nuptiis vbi aquam in vinum mutauit. II. Procurauerat diabolus hominum excæcationem, inquinationem, afflictionem: hæc opera Christus dissoluit apparitione in stella, baptismo, nuptijs. III. Hoc festum celebrare debemus destructione operum diaboli ad Christi imitationem. IV. Cum gaudio magno apparitionem saluatoris honorare debemus. Denique sex opera produntur per Christum dissoluta sc. obscuratio, congelatio, ligatio, oneratio, deformatio, vilificatio, &c. *In proprio de sanctis serm. 35. à pag. 43 ad pag. 45.*

Eiusdem, sermo 2. de præcedenti festo quem ratione horum verb. ad Tit. 3. *Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei.* in quatuor partes distinguit secundum quadruplicem statum saluatoris in quorum Primo. Apparuit benignitas & humanitas, dum fuit Christus in hac vita mortali. Secundo. Latet humanitas apparet tamen benignitas, & est modo. Tertio. Apparet humanitas & seueritas, eritque in hoc mundo. Quarto. Apparebit non solum benignitas & humanitas sed etiam diuinitas, & erit post mundum. *In proprio sanctorum serm. 36. à pag. 45. ad p. 46.*

Eiusdem, sermo 3. de quo superius vbi ad ea quæ scripta sunt Is. 40. *Ambulabunt gentes in lumine tuo & Reges in splendore ortus tui.* Postquam hæc verba literaliter & moraliter exposuit Reges illos primos de gentibus ad fidem Christi nati ideo venisse vt Deo libenter seruiamus, considerauit, & fideles tria debere regere ostendit. sc. manum, linguam, cor. In regibus adoratoribus quinque ad nostram instructionem aduertit. I. Lumen cœleste, stellam sc. fuisse occasionem perueniendi ad saluatorem, vt signaretur lumen cælestis sapientiæ initium esse perueniendi ad salutem. II. Illos audacter quæsisse vbi

A erat qui natus erat Rex Iudæorum, vt hoc exemplo non erubescamus quærere quæ pertinent ad salutem animæ nostræ. III. Visione stellæ multo gauisi dio exultasse, vt gaudeamus ad lumen cœlestis doctrinæ. IV. Christum procidentes adorasse, vt humilitatem quæ valde efficax est in oratione sectaremur. V. Tunc thesaurum operuisse quando cum saluatore non erant, ne deprædarentur, ita bonæ actiones condendæ ne vel perdantur vel merito minuantur. *Proprio de sanctis serm. 37. à pag. 46. ad pag. 49.*

Eiusdem. sermo 4. in eandem festiuitatem in quo ex verbis Euangel. Matth. 2. *Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ &c.* Quinque veritatibus immo-

B ratur. Multiplicem prophetiam de Christi natiuitate scriptam quæ ab Euangelista ostenditur esse impleta agnoscit Christum natum fuisse regem non post natiuitatem factum meditatur. Stellam quæ eum demonstrauit, mentis oculis considerat. Reges de longinquo venientes Regem natum quæsisse & adorasse, & muneribus honorasse admiratur Christum, Herodi fuisse timori expauescit. *In eodem prop. serm. 38. pag. 49. ad pag. 51.*

Item, eiusdem sermo quem in octaua Epiphaniæ ad populum habuit, & pro quinto possumus numerare, in eo illud Is. 12. scrutatur, *Haurietis aquas in gaudio*

C *de fontibus saluatoris & dicetis, in illa die confitemini Domino & inuocate nomen eius*, & duplicem sacramentorum effectum deprehendit, vt remedium duplici incommodo & morbo, quo mundus tenebatur, pœnæ & culpæ siue miseriæ: Christus enim attulit abundantiam gratiæ contra culpam, & lætitiam gloriæ contra miseriam: Abundantia gratiæ in sacramentis continetur tanquam aqua in fonte, ex his omnis aqua ad cuiuscumque culpæ emundationem, abundantia lætitiæ in gloria cœlesti est, quæ à miseria liberabit, illuminabit enim sanctos secreta reuelando, ad gratiarum actionem inuitabit de euasione malorum omnium, ad assiduam laudationem hortabitur propter adoptio-

nem bonorum omnium? Ex eodem proprio, serm. 39. a pag. 50. ad pag. 51.

HVGONIS S. VICTORE sermo in illud Psal. 71. Viuet & dabitur ei de auro Arabiæ, duas partes complectitur. I. agit de Christi nominibus & explicat illud Isaiæ 9. Nomen eius Admirabilis, Consiliarius, &c. II De mysticis muneribus Magorum & præsertim de myrrha; Vbi decem myrrhę species enumerat. Tom. 2 instit. Monast. ser. 17 pag. 326.

Eiusdem sermo alter, in illud euangelij. Obtulerunt magi Domino, aurum, thus, & myrrham, tractat autem de significatione munerum, quæ Christo magi obtulerunt, & in tria membra partitur. In I. agit de fide per aurum designata, & quomodo fides versari debeat circa Creaturem & Saluatorem; (Vbi multiplices differentias affert inter hæc duo nomina, Creatoris & Saluatoris.) In II. de oratione per thus significata & quatuordecim orandi modos ex scriptura colligit. In III. de mortificatione per myrrham figurata. Tom. 2. institution. Monast. serm. 36 pag. 346.

S. HYERONIMO sermo in Epiphania Domini falsò adscriptus, de baptismate Christi loquitur & Psalmum. 28. huic mysterio baptismi accommodat & explicat. Tom. 4. serm. 31. col. 885.

D. INNOCENTII. III. sermo in solemnitate Apparitionis Domini nostri Iesu Christi. De sacro sancto coniugio inter Christum & ecclesiam, Abrahæ promisso, dauidi iurato, B. Mariæ V. completo, in adoratione Magorum consummato, in baptismo Iordanis confirmato, & in miraculo vini declarato: de tribus hudiernis manifestationibus: de aduentu & muneribus Magorum: denique de allegorica euangelij expositione, & de domibus, in quibus Christus inuenitur, S. Ecclesia videlicet, pura conscientia, & diuina scriptura. Tom. 1 pag. 98. & sequent.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo I. in Epiphania Domini initiò docet, quærenti quis sit Deus, & quid sit, quandam stellam oriri, splendorem gratiæ, sine qua id sciri non potest. II. ex

A tribus quæ sunt in anima hominis, vltimum esse in quod lumen illud recipitur. III. Ex his tribus mysticè exponit, quid per tria munera significetur. IV. tria genera myrrhæ, adaptat pœnitentiæ tribulationibus, pressuris internis. V. Per thus orationis feruorem. VI. per aurum mirabiles, gaudiosissimosque homines denotari; ac eos etiam, qui ab omnibus, & à seipsis omnino auulsi sunt. a pag. 72. vsque ad 77.

Eiusdem sermo 2. Declarat vbi fiat ipsa Christi natiuitas spiritualis. II. quid proprietatis habeat anima præ cæteris rebus, vt in ea dumtaxat Diuina natiuitas peragatur. III. quæ gratia, quæue vtilitas indè animæ prouB eniat. IV. Non fieri illam in hominis vltribus exterius dispersis. V. de ignorantia, in qua se manifestat, exeritque Deus, sermonem facit. A pag. 77. ad 81.

Eiusdem sermo 3. tractat quid faciendum sit homini, vt in suo amabilissimo fundo Deus valeat lucere & operari: in illud Isaiæ 60. Surge, illuminare Hierusalem. Nempe surgendum esse à seipso, & à creaturis omnibus. A pag. 81. vsque ad 84.

B IVONIS CARNOTENSIS sermo in Epiphania Domini, de tribus mysticis apparitionibus, quas tum ad fidei firmitatem, tum ad morum ædificationem, clarè exponit. Tom. 1. C Author. Biblioth. Patrum col. 818.

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo, in quo tria facit, primò mysterij incarnationis laudem & Verbi incarnati excellentiam prædicat, secundò, quod ad Regum Magorum imitationem sollicitè & maximo affectu Christum quærere debemus, ostendit: vbi historiam euangelicam iuxta litteralem sensum explanat, tertiò eandem historiam secundum spiritualem intelligentiam deuotè exponit. Parte 2. pag. 656.

S. LEONIS sermo primus tribus capitulis velut partibus distinctus. Primus quid Epiphania insinuet, ostendit. Secundus de Magorum aduentu ac mu-

neribus differit, & insaniam Herodis furentis demonstrat, deridetque. Tertius de nece Innocentium tractat, & ad castitatem, humilitatem ac patientiam excitat. *col. 71. 72. 73.*

Eiusdem sermo secundus, in quo de Christi manifestatione agit, Epiphaniæ Dominicæ rationem reddit, quantum Christiani ex obcæcatione Iudæorum profectum fecerint, patefacit. Iudæos alloquitur & duritiam cordis ipsorum exprobrat, denique vt nostræ saluti per cooperationem & bona opera exemplo Magorum studeamus, hortatur. *col. 73. 74. 75.*

Eiusdem, sermo tertius, apparitionis Christi causam, necessitatem ac vtilitatem explicans, & miro modo mirisque conceptibus historiam adorationis hodiernæ exponens; Vbi etiam data occasione, de infanticidio Innocentium, & fuga Christi in Ægyptum loquitur, *à col. 76. ad col 79.*

Eiusdem, sermo quartus; cuius œconomia in quinque capita distribuitur, in quibus sanctus Pontifex. I. ostendit Epiphaniæ celebritatem nostræ fidei magnum præsidium esse, & ideò, maxima deuotione, ac alacritate feriendam, sanctificandamque. II. testimonia varia, quæ Magi habere potuerunt de hac apparitione: (Vbi per transennam Herodem turbatum alloquitur.) III. opus sancti Spiritus in Magos, & vtilitatem maximam, quæ nobis aduenit ex eo, quod magi infantiam Christi viderunt. IV. hæresim Manichæorum asserentium corpus Christi non esse verum corpus humanum sed phantasticum detegit, & illos sacræ scripturæ paginas violasse, partim quædam verba auferendo, partim quædam inserendo, accusat. V. eosdem hæreticos B. Ioannis Apostoli verbis anathemate ferit, illorumque hypocrisim manifestat, & pro conuersione ipsorum docet esse orandum cum lachrymis, *à col. 79. ad col. 84.*

Eiusdem, sermo quintus, Quare Epiphania celebranda sit, declarat; Historiam euangelicam allegoricè exponit, ita vt stella, gratiam designet; Ma- A gi omnes nationes; Herodes, diabolum, Innocentes, renatos & fideles in fidei infantia adhuc viuentes. Iudæos ad resipiscentiam vocat, fideles ad conuersionem, humilitatem obedientiam, & cooperationem gratiæ diuinæ inuitat & hortatur. *à col. 84. ad col. 88.*

Eiusdem, sermo sextus, historiæ euangelicæ sensum allegoricum tradit; diaboli sicut Herodis insidiandi rabiem detegit, Ecclesiam Tyrannorum persecutionibus auctam & dilatatam demonstrat; quam sit periculosa tranquillitas à fauoribus inimicorum Ecclesiæ, indicat, Catholicos ad benè operandum prouocat, ostendens eos frustrà de fidei libertate securos, qui vitiorum desiderijs non resistunt. *à col. 88.* B *ad col. 91.*

Eiusdem, sermo septimus, agit de infantia saluatoris & eius humilitate in quibus fuit à magis inuentus, & quomodo ad eius imitationē pueri & humiles effici debemus, *à columna 91. ad col. 93.*

Eiusdem sermo octauus, præsentem celebritatem, & sacramētum huius apparitionis ad omnium fidelium tempora pertinère declarat, non indigna de Christi Maiestate æstimāda, visa eius in humanitate humilitate exēplo Magorū comprobat; Postremò quibus argumentis & experimentis dignoscatur, Deum in nobis habitare, innotescere facit, & charitatem præcipuum esse hu- C ius rei testimonium ostendit. *à col. 93. ad col. 95.*

S. MAXIMI homilia in prima, agit, I. de mysterijs in tribus huiusce diei apparitionibus designatis. II. de perturbatione diaboli, ex Christi humilitate, & sublimitate, & quomodo tunc per incerta & diuersa distractus stupore nutabat. III de Iudaica perfidia & cæcitate. IV. de præsentia Christi ad nuptias ac de aquæ in vinum conuersione. *in homil, hyemal. col. 567.*

Eiusdem, homilia secunda varia cōplectitur I. nouam stellam nouum hominem Christum reuelasse, & quomodò Christus dicatur nouus homo. II. Iudæorum duritiam cordis, & mentis excæcationem. III. Magorum reditum

in patriam per aliam viam. *In homil. hiemali lib. col.* 570.

Eiusdem homilia tertia, in qua hæc considerantur, stella cæteris fulgétior, cæli & terræ lumen prænuntians; cur stella quæ Magis apparuit ab infideli Balaam fuerit prædicta; munera istorum Regum mysteriosa, aurum designans captiuitatis nostræ redemptionem, thus Idololatriæ cessationem, myrrha carnis reparationem & resurrectionem, *in homil. hiemal. col.* 572.

Eiusdem homilia quarta euangelium litteraliter exponens, de manifestatione Christi, & de stella pluribus differens. *col.* 576. *ibid.*

Eiusdem homilia quinta, in hac conuenientiam manifestationis Christi per stellam edicit, Christum Dominum infantem in cunabilis positum miratur, de Iudæorum cæcitate & vesania stupet, & Gentilium atque Iudæorum de Christonato certamen describit. *ibidem col.* 576.

Eiusdem homilia sexta de tribus apparitionibus, in terra Chaldæorum, in aquis Iordanis, & in nuptijs factis ac visis. *ibid. col.* 578.

Eiusdem homiliæ septima, & octaua de Christi Baptismate differunt. *a col.* 581. *ad col.* 584.

✠ NICOLAI DE CVSA pro Epiphania Domini in lectionem Euang. Matth 2. *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum* sermo tribus conclusus I. Filius Dei ante sæcula omnia, vt saluaret genus humanum prædestinatus, nomen Iesus viâ prædestinationis ab ore Dei habuit. II. Reuelatio Christi facta est 1. per Angelos annunciantes pastoribus; 2. per sapientes, qui ex visu stellæ natiuitatis, retulerunt natum Messiam; 3. per sanctissimum inter natos mulierum; 4. per signa quæ ipse fecit Christus; 5. sanguinem ipsius, qui de eo testimonium perhibuit. III. Christus inter Reges est sicut sol inter stellas; vnde sicut stellæ lucem iustitiæ à sole iustitiæ recipientes, tenentur recognoscere se feudum & regnum suum à sole habere, sic & isti Reges & Magi engnouerunt. *Excitat. lib.* 5. *à pag.* 502. *ad pag.* 503.

A Eiusdem, in eadem sermo quem tribus veritatibus absoluit in Primâ Deum esse locum animæ, & omnium requietionem, locum temporis, æternitatem: motus, quietem: numeri, vnitatem: affirmat. in Secundâ, Vt melius indagetur Deus, notat quod melius est videre vbi non sit, non est autem in aliquo includente defectum: Deus est ipsum esse, a quò nullum potest esse, abesse, & nulla competit negatio seu priuatio, sed propria ei est negationis negatio. in Tertiâ. Ad quæstionem, vbi fuit Deus antequam crearet cœlum & terram? Respondet quod non fuit, quia si fuisset, in tempore fuisset, quod est falsum. *Excitationum lib.* 7. *à pag.* 569. *ad pag.* 571.

B Ibidem, sermone in sequentia eiusdem Euang. *intrantes domum inuenerunt puerum, &c.* asserit I. Deo obedire & credere omnem creaturam tanquàm infallibili sapientiæ, & per obedientiam præceptori adhærere, teneri. II. Ex hâc obedientiâ vnionem Hierarcharum originē ducere, & ex Gregor. Nazianz. Sacerdotium in corpore Ecclesię, officium gerere, quod anima in corpore, & ita conuenire Sacerdotibus, illuminare, viuificare, regere, quia lux mundi & sal terræ sunt. *Ex lib.* 2. *excitationum, à pag.* 389. *ad pag.* 390.

Eiusdem, circà vltima verba sermo *Obtulerunt ei munera, &c.* Vates antiquitus erant per orbem, sicut ex C Prophetis sapientes Sacerdotum Hierosolimis; Templum enim à Salomone ædificatum non fuit aliud quàm locus pro visione occultorum mysteriorum Dei, vbi Deus deorum Dominus loquebatur: omnes autem non nisi sapientiam incarnatam in homine quærunt, &c. *Excitat. lib.* 9. *pag.* 632.

Eiusdem, sermo, in hanc hymni hodierni partem. *Ibant Magi quam viderant stellam sequentes præuiam* quo docet I. Credi per vniuersum mundum, Christum Dei filium de Virgine natum. II. Maleficos Magos (non eos qui Christum sunt sequuti) stellam sequi quæ vocatur in Apocal. absynthium, hi sunt superstitiosi, qui omnem animam lumino

lumine deceptiuo & diabolico, seducunt, *Excitationum lib. 2. a pag. 390. ad pag. 392.*

Ejusdem, sermo, pro octauâ Epiphaniæ in illud Euang. Ioann. 1, *Vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aquâ baptizans.* Postquam Christum esse completionem legis, sicut veritas est completio figuræ asseuerauit. Nuncium & Christi præconem, vt in se Christi testimonium aperiret, dixisse se non dignum vt solueret corrigiam calceamenti Christi, manifestat, & sic ostendisse eum omnes homines excelluisse. *In lib. 4. excitationum, à pag. 451. ad pag. 452.*

S. ODILONIS sermo in euangeliū, Festiuitatis huius mysteria variè declarat, Pastores & subditos docet, ad lætitiam spiritualem prouocat, omnes creaturas aduentum Domini in carne cognouisse, asserit, & probat: *Biblioth. Cluniacensis in S. Odilon. serm. 2. col. 374. ad col. 379.*

ORIGENIS (vt putatur) homilia de Epiphania Domini tria continet, excellentiam huius diei, differentiam inter vetus. & nouum Testamentum, crucis Christi virtutem & victoriam. *Tom. 2. homil. 8. in diuersos. pag. 289.*

✠. RABANI MAVRI homilia. Docet quæ sit ratio festi hodierni ex manifestatione quadruplici: Magis, per stellam: Ioanni in baptismo per vocem paternam. Discipulis in Cana Galileæ. Turbis, in quinque panum multiplicatione. II. De tribus muneribus Magorum sermonem instituit, & quid Deo offerre debeamus. *Tom. 5. pag. 583. col. 2. & 584. col. 1.*

✠. RADVLPHI ARDENTIS ex Propheticâ lectione homilia. *Surge illuminare Hierusalem quia venit lumen tuum, &c.* Dominus per prophetam. Primò. Hortatur Hierusalem siue quamlibet animam vt surgat & illuminetur, id est Christo manum & lumen danti obediat, & auxilium & illuminationem ab eo & petat & recipiat. Secundò. Ostendit quare surgere debeat? quia porrigit ei manum vt surgat, venit lumen vt videat. Tertiò. Mala surgere contemnentem secutura manifestat quæ sunt tenebræ ita obscuræ vt nec videat nec videatur tenebræ ignorantiæ fragilitatis, infidelitatis. Quartò. Bona explicat quæ surgentem sequentur sc. quod super eam orietur Dominus per amorem, gloria eius in ipsâ videbitur, ambulabunt gentes in lumine illius. *a fol. 58. pag. 2. ad fol. 62. pag. 1.*

Eiusdem, in historiam solemnitatis hodiernæ homilia ex Euang. Matth. 2. I. Adueniunt Magi non malefici sed sapientes, cum Christus natus est diebus Herodis, ab Oriente regione remotâ per stellæ miraculosæ ductum Hierosolimam veniunt, vt regali ciuitate regalem quærerent hæredem Domino sic ordinante. II. Dispositione diuinâ non intuitu humanæ rationis regibus gentium spretis quærunt Magi Iudæorum regem. III. Turbatur Herodes timens successorem, turbantur sui propter eius fauorem, turbantur propter eius rumoris nouitatem. IV. Stella quæ Magos præcessit & ad Christum perduxit, significat gratiam Dei quæ nos vt ad Christum perueniamus, præcedit & ducit. V. Magi adorantes Christum natum procidunt, adorant, thesauros aperiunt, offerunt vt quid & quo ordine facere debemus doceant. VI. Magi in somnis moniti per aliam viam in regionem suam reuertuntur. *à fol. 62. pag. 1. ad fol. 65. pag. 2.*

✠. S. SEDATI EPISC. in Epiphania Domini, homilia. I. Hodie illud excolimus quo se in homine Deum Dominus virtutibus declarauit. II. Qui pro nobis mortuus, hodie pro nobis est baptizatus. III. Arrhas salutis dedit nobis Deus quando nobis est ex lege promissus, dotem verò eum pro nobis est immolatus. IV. Quid factum sit in nuptijs examinat & explicat. V. Hanc festiuitatem obseruatione veneramur, quâ Deus in homine declaratus est. VI. Plus in mysterijs quam in conscientijs offerre Magos, affirmat, in auri munere regiam dignitatem, in thuris vapore diuinā maiestatem, in myrrhe specie sepeliendam

humanitatem demonstrari ostendit. VII. Præceptum fuisse Magis per aliam viam in patriam suam reuerti, vt per aliam conuersationem in patriam redeamus, asserit, & deductione demonstrat, &c. *Ex Auct. Biblioth. vet. Pat. tom. 1. a fol.* 833. *col.* 2. *ad fol.* 834. *col.* 2.

S. Thomæ Aquinatis sermo in illud. *Isai.* 60. *Omnes de Saba venient, &c.* Sub mysterio inquisitionis & adorationis hodiernæ, conuersionem peccatorum repræsentat. Diuiditur autem in tres partes. I. est de recessu à peccato. II. de bona operatione. III. de gratiarum actione; in prima, peccatoris captiuitatem describit; in secunda, de bona conscientia per aurum figurata; & bona fama per thus designata, disserit; in tertia, de quadruplici genere laudis Deo decantandæ loquitur *in sermonibus, festiuis pag.* 31. *col.* 2. *&* 3. *Tom.* 16.

Eiusdem, alter sermo in Euangelij verba de multiplici sapientia Magorum quoad sex scientiæ species, videlicet, Logicam, Astronomiam, Arithmeticam, Musicam, Ethicam, præcipuè autem Metaphysicam. *Ibidem pag.* 31. *col.* 3. *&* 4.

✠ B. Thomæ a Villanova sermo, ad ea verba: *Matth.* 2. *Apertis thesauris obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham.* Hæc tractat. 1. gaudendum esse quod natiuitati succedat apparitio; & hodie sponsæ suæ fœdere sociari incipiat Christus, vt eam impensius diligat. 2. Ad hanc desponsationē accedere Magos. 3. Vocatos esse à stella, & quomodo vocem eius audierint. 4. Magos imperterritos Hierosolimam intrare. 5. Inuehitur in Iudæos qui ex eo nuntio turbantur. 6. Herodis simulationem vrget, & sacerdotum peruersitatem. 7. Ad introitum magorum in ciuitatem stellam disparuisse, mysticè exponit. 8. explicat cur venerint adorare regem Iudæorum. 9. gauisos esse visa stella demonstrat. 10. describit adventum eorum, admirationem, colloquium cum Virgine, timorem ipsorum ex viso puero, adorationem eiusdem. 11. Magorum deuotionem & feruorem. Deinde fortitudinem, tum fidei perspicuitatem. 12. hortatur vt nos quoque cum Magis Christum inquiramus, offerentes et munera, quæ mysticè exponit. *à fol.* 32. *col.* 4. *vsque ad fol.* 35. *col.* 3.

DOMINICA INFRA
Octauam Epiphaniæ.

✠ B. Alberti Magni sermo, in illud *factum est post triduum, inuenerunt Iesum in templo & cæt. Luc.* 2. Declarat, I. quod sicut Iesus pacem amauit, ita, vt nobiscum habitet, triplex pax à nobis sectanda est, in corde, in ore, in opere. II. quod sicut Iesus templum non theatra frequentauit, ita & nos prestare par est. III. Si ille qui fons erat sapientiæ, doctores audiuit, ita & nos verbum Dei audire debere. IV. Præamauit Iesus temporalibus spiritualia, quod & nobis præstandum est. V. Iesus humilitatem insinuat exemplo, per descensum. VI. Docuit vitæ puritatem, cùm venit Nazareth. VII. Obediendum esse parentibus insinuauit, cum subditur suis. VIII. Proficiens ætate simul & sapientiâ & gratiâ, nobis esse cum annis in iisdem proficiendum monstrauit. *Tom.* 12. *serm.* 14. *de temp. à pag.* 34. *col.* 2. *ad* 36. *col.* 2.

✠ S. Antonii de Padva sermo, quo totum Euangelium moraliter examinat, docens. Ad puritatem sex esse necessaria, sc. cordis munditiam, corporis castimoniam, inter aduersa, ne deijciamur, patientiam; inter prospera ne eleuemur, constantiam; humilitatem, paupertatem. Per nouem portas vtriusque Hierusalem designari, Angelos, Patriarchas, Prophetas, Virginem Mariam, Apostolos, Martyres, Ecclesiæ Prælatos, bonos subditos, claustrales, & Virgines. Triplicem esse hominum statum, primum incipientium, secundum proficientium, tertium perfectorum, qui adumbrantur per triplex genus oblationū. Lachrymas, sanguinem esse

animæ. In quo consistat vita viri perfecti Christum in mente pacificâ quiescere. Humilitatem flore denotari, eleuari, & beari. *à pag. 111. ad pag. 114.*

S. AVGVSTINVS sermonem habet in euangelium, in quo Virginis Mariæ humilitatem ostendit, cuius exemplo ad hanc virtutem fœminas monet; deinde imitatione Christi pueros ad obsequium parentum excitat. *Tom. 10. pag. 316. col 4*

S. V. BEDÆ homilia in lectionem euangelicam, tractat de Christi Domini humilitate, in ingressu in templum, in interrogatione doctorum, in submissione suis parentibus; Posteà docet prædicatores & doctores auditorum suorũ capacitati se accommodare debere vt faciliùs, quæ dicuntur, concipiant, sicut Christus erga parentes se exhibuit, ipsi enim non intelligentes verbum, quod loquebatur ad illos, descendit cum eis, & erat subditus illis. Insuper notat qua diligentia, & attentione B. V. Maria omnia, quæ de Christo vel à Christo, dicta siue facta agnouerat, in intimo cordis retinebat, ac memoriæ mandabat; quod & nos imitari facilè possumus. Denique quo pactò Iesus profecisse dicatur sapientiâ, & gratiâ apud Deum & homines, dilucidè explicat. *Tom. 7. in hom. hyemal. de Temp. col. 201. & sequentibus.*

S. BERNARDI, vel vt alij dicunt, *Adilredi Abbatis* cuiusdam cœnobij Cisterciensis, homilia deuotissima in Euãgelium, quæ duo præcipuè continet I. Euangelicam historiam piè exponit ac deuotè commentatur. II. spiritualem intelligentiam iuxta mysticum sensum aperit. In I. quare Christus in Bethleem nascitur, in Ægyptum transportatur, & absconditur, in Nazareth nutritur, & anno suæ ætatis duodecimo ad templum Hierosolymitanum ducitur, rationem reddit; hincque Christum Ducem, Medicum & Doctorem esse demonstrat, & textum Euangelij percurrit. In II. hæc omnia mysticè explicat pro perfectione vitæ spiritualis, & duodecim annos hominis deuoti enumerat quos consummare habet, vt cum Do-

A mino in templum Hierusalem ascendere possit, hoc est, ad cœlestium secretorum cognitionem; isti autem duodecim anni sunt totidem virtutes. 1 pœnitentia & circumcisio vitiorũ. 2. obedientia. 3. sui ipsius cognitio. 4. fortitudo in tentationum passione. 5. discretio. 6. meditatio. 7. sapientia, (istas septem virtutes septem donis spiritus sancti accommodat) 8. temperantia. 9 prudentia. 10. iustitia. 11. perseuerantia. 12. contemplatio, in qua multùm conquiescit, amplè illam, & quæ illa durante inter Deum & animam aguntur, subtilissimè describendo; in hac autem contemplatione anima tribus diebus remanet, sicut Christus in tem-

B plo, primo die Dei potentiam speculatur: secundo die, eius sapientiam mente pertractat; die autem tertio ipsius bonitatem & dilectionem contemplatur; Cæterùm eodem modo reliquum Euãgelij prosequitur. *à col. 82 ad col. 91.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in Euangelium. I. tria in Christo esse demonstrat quæ ad ipsius amorem alliciunt, pulchritudinem in mente & corpore, dulcedinem pietatis in ore & loquutione, mansuetudinem patientiæ in opere & actione. II. de triplici dolore quem B. V. Maria habuit de suo dilecto filio, agit. III. modum quærendi Christum & inueniendi exemplo B. Virginis, docet, qui credendo, diligen-

C do, & expectando exequitur, vel si mauis fide; charitate, & spe. *Tom. 3. pag. 34. & sequent.*

Eiusdem, sermo secundus, tractat de triplici differentia Christum quærentium, videlicet, incipientium, proficientium, & perfectorum; vnusquisque ipsorum triduò quærit Christum, incipientium triduum, dicitur contritionis, confessionis, & satisfactionis. *Ibid. fol. 36.*

Eiusdem sermo tertius, materiam præcedentis prosequitur, & de triduo proficientium siue Religiosorum tractat, hoc triduum completur in paupertate, quæ debet esse voluntaria, perseuerans, & humilis; in castitate, quæ triplex dicitur corporalis, mentalis, sensualis;

in obedientia, quæ debet esse grata, pura, & solicita. *Ibidem fol. 36.*

Eiusdem, sermo quartus priorum continuatio de triduo perfectorum differit, & consistit. I. in quiete à praua cogitatione, à curarum tumultu & oppressione, & à phantastica imaginatione. II. in luce cogitationis, meditationis, contemplationis. III. in perfecta dilectione, quæ accenditur multum ex consideratione suppliciorum, quæ Christus pro nobis passus est, ex recordatione beneficiorum, quæ animæ contulit Dominus, & ex spe futurorum bonorum quæ expectamus. *Ibidem fol. 37.*

Eiusdem, sermo quintus in quo quatuor tanguntur, & consideranda veniunt vt Christus inueniatur. I. temporis opportunitas. II. loci congruitas. III. quærentis humilitas. IV. quæsiti vtilitas, quæ omnia ex lectione euangelica colliguntur. *Ibidem fol. 37.*

Eiusdem, sermo sextus, in quo docet Christum à nobis quærendum. I. tanquam fontem viuum ad vitia extinguenda. II. tanquam panem ad famem euitandam. III. tanquam dilectum, ad tristitiam expellendam. IV. tanquam vitam, ad mortem exterminandam; quæ omnia ex scripturæ testimonijs confirmantur. *Ibid. fol. 38.*

✝ DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. sermo primus. I. Ad Christianum pertinet vt per arctam viam incedat id est, in cunctis seipsum refrænet, vniuersa mortalia vitet peccata, vitam pœnitentialem ducat. II. Corpora nostra Deo per abstinentiam debemus offerre quia 1. Christus passus est pro nobis, exemplum nobis relinquens; 2. ab ipso conditi sumus & quidquid habemus ab ipso accepimus; 3. contra iustitiam creatori iniuriã fecimus, hoc modo possumus satisfacere. III. Ieiunia ex se sunt valde proficua, ad satisfactionem pro peccatis præteritis; 2. ad carnalium vitiorum repressionem; 3. ad corporis sanitatem ac vitæ diuturnitatem; 4. ad illuminationem diuinam; 5. ad vitanda peccata futura ac diabolica tentamenta &c. *In sermoni-*

A *bus de tempore à fol. 43. pag. 1. ad fol. 44. pag. 2.*

Eiusdem, sermo secundus, vbi de discretione per totum differitur, & dicitur esse necessariam 1. in operibus nostris virtuosis, Deo placitis, & vitæ æternæ meritorijs, vt audiendo missam, faciẽdo eleemosinas, parentes honorando, &c. 2. in temporis & loci obseruatione pro actionibus nostris; 3. in Dei obsequio ne ex charitatis feruore, aut zelo iustitiæ, per immoderatas abstinentias destruantur corpora. Discretio autem hominem reddit docilem, singularitatem vanam & animi perturbationem excludit, maturitatem & grauitatẽ docet, impetuositatem abscindit, ordinationem custodit, omnes virtutes dirigit in agendo, &c. *Ex sermonibus de temp.*

B *à fol. 44. pag. 2. ad fol. 45. pag. 1.*

Idem, sermone tertio suadet I. Vanitates, impietates, fraudes, iniustitias, gulam, luxuriam, superfluitates & pompas hominum mundanorum vitare. II. Interiores animæ vires in quibus imago Dei consistit reformare, sc. 1. intellectum & rationem illuminatione Spiritus sancti, rationes fidei aliqualiter noscendo, & à terrenis ad diuinorum contemplationem frequentius se eleuando; 2. memoriam, in bonis meditationibus, orationibus, ac laudibus Dei sine importunâ euagatione intendendo, in Deum excessum patiendo, & in solo creatore quiescendo suauiter;

C 3. Voluntatem, vniuersas suas actiones ordinatas habendo, virtutibusque formatas, & ad Deum reductas vt non libeat nisi quod Deo placet; omnes affectiones simplificatas habendo in Deo & sine rebellione subiectas, vt vnum sint cum Deo in spiritu per feruentem amorem. *In sermonib. de temp. fol. 45. a pag. 1. ad 2.*

Eiusdem, circa Euang. sermo 1. in quo hæc considerat. Primo. Parentes teneri sobolem corporaliter educare ab infantiâ vsque ad congrua incrementa in quibus soboles possit si indiget, personaliter necessaria vitæ acquirere & lucrari, debent etiam illi competentem facere prouisionem in tempo-

ralibus, iuxta exigentiam suæ possibilitatis ac status. Secundò. Debere parentes filijs suis informationem salutarem in moribus atque virtutibus, & credendis; vt nihil eorum ignorent, quæ secundum processum ætatis suæ implere tenentur. Tertiò. Pueris suis debere parentes correptionem & correctionem dum peccant, dum enim sint minoris ætatis non solum verbis sunt corripiendi, sed & verberibus corrigendi. *Ex sermonib. de temp. a fol. 47. pag. 2. ad fol. 48. pag. 2.*

Eiusdem, sermo 2. quo videtur quid debeant filij parentibus, debent igitur, I. Obedientiam in licitis ac honestis quæ complacent Deo, & amorem tàm naturalem quàm spiritualem. II. Gratitudinem vt recognoscant quanta ab iis sint sortiti, & sic sint eis grati pro posse, quia plene regratiari non valent. III. Vicissitudinem, id est, beneficiorum compensationem pro viribus. IV. Reuerentiam in assurgendo & ex animo honorando tanquam principium existentiæ suæ. V. Obedientiam in his quæ ad paternam auctoritatem, & præsidentiam spectant. *In sermonib. de temp. a fol. 48. pag. 2. ad fol. 49. pag. 1.*

Idem, 3. sermone ad obedientiam superioribus exhibendam nos inducere conatur his rationibus. 1. Quia ad obediendum scriptura noui ac veteris testamenti nos frequenter hortatur. 2. Obedientiam scriptura summè laudat, inobedientiam vituperat. 3. exemplo irrationabilium creaturarum & inanimatarum ad obediendum monemur. 4. Ad creatoris imperium die ac nocte cœlestia corpora mouentur. 5. exempla obedientiæ Deus electis proponit. 6. Inobedientiam Deus multipliciter & seuerè legitur puniuisse. 7. Non solum prælatis virtuosis, sed & impiis præcipit scriptura. 8. Per obedientiam efficitur homo non solum seruus sed amicus & filius Dei, immò omnigenere attinentiæ attinens Christo. *In sermonib. de tem. por. a fol. 49. pag. 1. ad fol. 50. pag. 1.*

IOAN. GERSONII sermo in Euangelium coniugatos docens modum rectè viuendi in matrimonio. I. Duode-

A cim excellentias matrimonium cornantes enumerat, quæ ad annos duodecim, quos natus erat Iesus quando se subiecit matrimonio. (*Et erat subditus illis*) referuntur. II. Tres conditiones notantur, quas habere debent maritus & vxor in statu matrimonij, scilicet, fidem Deo, fidem sibi ipsis, fidem progeniei suæ: vel Deo obedientiam, sibi ipsis fidelitatem, filiis disciplinam: vel religionem erga Deum, amorem mutuum erga seipsos, vigilantiam & solicitudinem erga prolem; quæ tres conditiones tribus bonis matrimonij correspondent, sacramento, fidelitati & proli, faciuntque tripartitam concionem, in I. parte agit de fide & religione

B quam debent habere erga Deum vxorati, in II. de fidelitate mutua, in III. de vigilantia & custodia respectu filiorum; & hæc omnia (quod valdè notandum) ex Euangelio hodierno desumuntur, exemploque Mariæ & Ioseph comprobantur. III. varias rationes, de pluralitate vxorum prohibita, viduitate conseruanda & de cælibatu sacerdotum nouæ legis, profert in medium. *Tom. 2. part. 4. a col. 353. ad col. 362.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo vnicus in Euangelium diei Luc. 2. Docet I. Præclarissimam filij Dei in anima natiuitatem inuenire volenti, cunctos homines esse deserendos, & ad originem animæ redeundum: etiam ope-

C rationibus facultatum transgressis. Vbi multa subtilissimè proponit. II. Quo signo peractum esse in anima natiuitatem hanc possimus dignoscere. III. Num ei in quo peracta est eiusmodi natiuitas, pœnitentiæ actibus insudandum sit. *à pag. 84. vsque ad 89.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo 1. in Epist. Quam mysticè percurrens inter plura quæ examinat: dicit mortuam hostiam offerre, eos qui sine charitate carnem suam macerant; qui ad sanctũ Iacobum vadunt vel Romam, iniuriã non pacificantes; qui pœnitentiã in mortali peccato agunt; claustrales, qui corpora habent in claustro, corda in mundo, &c. *à pag. 30. ad pag. 31.*

N iij

Eiusdem, sermo 2. *Nolite conformari huic sæculo.* Residuum Epist. moraliter discutit & inde varias elicit doctrinas quarum. 1. est Mundum istum similem fornaci babylonicæ quæ quatuor fomentis succenditur, naphta, maleolo, pice & stuppa. 2. Aliquos conformare se velle vnicuique in malo, hi sunt similes cameleoni & simiæ. 3. Sæculo huic minime se conformandum, quia monstrum est simile bestiæ Apocal. 13. & fit vnius ad alterum omnimoda comparatio. 4. Reformationem imaginis fieri in nouitate sensus per Dei imitationem, quæ fit in bona voluntate. 5. Membra se inuicem iuuare & nullum alteri inuidere. 6. Claustrales ascendere debere per scalam pœnitentiæ vt habeant Angelorum societatem, Dei præsentiam, cęli proximitatem ad modum Iacob scalam videntis, &c. *a pag. 31. ad pag. 33.*

Eiusdem, sermo 1. in Euangelium quod litteraliter & breuiter persequitur: & postquam de præcepto se in Hierusalem præsentandi, de oblationibus faciendis, de solemnitatibus à quibus se excusare poterant in necessitate, & aliis similibus egit. Petitioni ex Beda satisfacit qua quæritur, Quomodo Christus à parentibus obliuiscendo relinqui potuit, qui tanta prouidentia parentum nutriebatur *a pag. 260. ad pag. 261.*

Eiusdem, sermo 2. Qui multam ædificationis materiam nobis subministrat in Maria Virg. & Iesu Christo. Primò, Ædificat nos Maria & monet 1. ad peregrinationem seu locorum sacrorum visitationem. 2 ad filiorum instructionem. 3. vt ea quæ ad diuinum cultum pertinent expleamus. 4. vt turbam fugiamus. 5. vt solemnitates fugiamus. 6. vt ad Iesum semper oculos habentes sollicitè eum custodiamus. 7. vt eum amissum quæramus perseuerenter. 8. vt quæramus eum sapienter. 9. vt quæramus eum cum dolore. 10. vt parentum carnalium obliuiscamur. 11. vt simus mansueti. 12 ad Verbi diuini conseruationem. Secundò. Christus nos suo exemplo ædificat 1. in hoc quod voluntarius est ad bonum, ad quod duxerat eum mater visitans loca sacra. 2. in hoc quod inuentus est in templo & non in foro. 3. in hoc quod inuenitur in medio doctorum, & non puerorum. 4. quod patrem spiritualem, ostendit præponendum esse carnalibus. 5. in eo quod matrem honorat, humiliter ei obediendo. 6. in ætate proficit, sapientia & gratia apud Deum & homines, &c. *a pag. 261. ad pag. 263.*

Eiusdem, sermo 3. ex quo plura attendenda. I. Parentes Iesu, hoc est cōtemplatiui eum amittunt quantum ad contemplationem dum recedunt de Ierusalem, id est, visione pacis, quantum ad deuotionem in turba affectionum mundanarum; ipsum quærunt cum dolore, inueniunt. II. Circa inuentionem Christi tria consideranda; locus qui communis vt Ierusalem, specialis vt templum, magis specialis medium doctorum; modus, non enim decet ambitiosum, auarum, cupidum eum inuenire; tempus, post triduum siue per triduum, hoc est, per sui considerationem, creaturarum speculum, Angelorum choros. *à pag. 263. ad pag. 264.*

RADVLPHI ARDENTIS in illud Roman. 12. *Obsecro vos per misericordiam Dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, &c.* homilia, in hac lectione, instruit nos Apostolus quomodo viuere debeamus, docens quid nobis, Deo, & proximis debeamus. Debemus 1. nobis castigationem vt corpora nostra sint hostia viua, sancta, Deo placēs; 2. Deo obedientiam, videndo quæ sit voluntas eius & quomodò permittat mala minora, prohibeat maiora, præcipiat bona, & consulat perfecta. 3. proximis compassionem vt non solum nostram sed ipsorum quæramus salutem. *à fol. 65. pag. 2. ad fol. 68. pag. 1.*

Eiusdem, homilia in Euang. Luc. 2. cuius lectio ostendit. I. Iesum cum parentibus suis secundum consuetudinem diei festi Hierusalem ascendisse. II. In Hierusalem remansisse & à parentibus quæsitum fuisse. III. Post triduum in templo repertum sedentem in medio doctorum audientem eos & interrogantem. IV. Quid patri cœle-

sti & matri carnali debeamus. V. Mariæ Virginis diligentiam & prudentiam. VI. Profectum pueri Iesu. Quæ omnia nobis consideranda & imitanda sunt. *a fol. 68. pag. 1. ad fol. 70. pag. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo vnicus tria complectitur. I. Christum quærentes. II. quærendi modum. III. rationes, & motiua quærendi. *Tom. 16. fol. 4. col. 2. & 3.*

In Octaua Epiphaniæ.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, probat, quod cum baptisma Christi significet etiam pœnitentiam nostram: ad hanc, vt in Christi baptismo, septem concurrere debere. 1. Galilea peccati relinquenda est. 2. Iordanis adeundus per contritionem. 3 in fluuium descendendum per confessionem. 4. è fluuio ascendendum per satisfactionem. 5. Orandum cum Iesu. 6. cælum pandendum nobis per eleemosinarum largitionem. 7. super nos sedeat columba per patientiæ & pacis susceptionem. Ita fiet & declarabitur, nos esse filios Dei. *Tom. 12. serm. 14. de temp. à pag. 36. col. 2. ad 38. col. 1.*

✠. S. CHROMATII AQVILEIENSIS fragmentum in cap. 3. Matth. Primo introducit Ioannem Christi dignitatem agnoscentem, & cum sua vilitate conferentem. Christum ad hæc dicentem sibi implendam esse omnem iustitiam. 1. quidem quia iustum est vt quod quis docet, prior faciat. 2. quia sic aqua baptismi sanctificatæ sunt, vt lauemur à peccatis explicatque effectus baptismi, & declarat ex figura populi Iordanem fluuium sub Iosue transeuntis. Deindè testimonium vocis paternę pro Christo, examinat & ostendit hunc esse verum & naturalem filium Dei, non adoptiuum. Tandem ex eadem voce infert. renatis in baptismo cælorum regna patere. *Tom. 2. Biblioth. Pat. 1. edit. Paris. col. 397. & 398.*

✠ PANTALEONIS PRESBYTERI sermone de luminibus sanctis, id est, de Domino Christo & sancto Ioanne eius præcursore: qui propriè est de baptismo Christi. In eo, solemnitatis Baptismi Christi sumit argumentum ex eo

A quod ipse Rex Christus ad venandum dæmonē habitu mutato processit, vt in laqueum impelleretur. 2. Latentem Diuinitatem docet agnitam à Ioanne, quem loquentem & humilitatem Christi attollentem introducit. 3. Respondentem Christum, ita conuenire, multis exaggerat. 4. Nunc esse tempus mansuetudinis & humilitatis, postea futurum gloriæ, loquitur. 5 Iudæos docet ex verbis Ioannis, ego à te debeo baptizari attonitos, quod se qui tantus erat, sub Christo humiliaret. 6. Sed è cælo voce delata, quantus sit Christus, innotuisse. 7. Postremo declarat huius iugum dulce, esse subeundum. *Tom 2. Biblioth. Patr. 3. edit. Parisienss. col. 667. & seq.*

B

DOMINICA SECVNDA *post Epiphaniam.*

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba. *Die tertia, nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ. Ioan. 2.* Declarat. I. per has nuptias, coniunctionem figurari Christi cum Ecclesia, quam ille suo sanguine lauit, & cruce ornauit. II. Per tertiam diem, notari gloriam futuram, in qua nuptiæ consummantur. Prima dies est iræ. 2. gratiæ. III. Hydriæ sex, totidem virtutes intelliguntur, quas sex personæ in sex ætatibus mundi ad has nuptias contulerunt.

C 1. est innocentiæ, quam obtulit Abel: duas metretas capit, non facere miserum, non deserere miserum. 2. est iustitiæ, quam obtulit Noë; trium metretarum, quia reddit quod suum est Deo, sibi & proximo. 3. est obedientiæ, hanc dedit Abraham; duarum est metretarum, quia obediens se & sua omnia voluntati Dei remittit. 4 est patientiæ, cum qua venit Dauid habet duas metretas, tolerare verba & facta hominum, & tentationes dæmonum. 5. est pœnitentiæ, quam habuit zorobabel: quæ est duarum metretarum, pœnitere de malis commissis, & de bonis omissis. 6. est charitatis & beneuolentiæ, quam obtulit filius Dei: & est trium metret-

rum, sustinere pro Deo paupertatem, contemptum, & mortem. Et ad singulas hortatur. IV. Hydriæ prius aqua plenæ erant, quia virtutes illæ purificant; quæ in vinum conuersa est quia postea lætificant. *To.12.serm.16.de temp. a pag.38.col.1 ad 41.col.1.*

S. Ambrosii sermo secundus in Epiphaniam de Euangelio hodierno differit, & tractat. I. de miraculo conuersionis aquæ in vinum. II. de mysterio resurrectionis per illud miraculum designato. *Sermo 13. de Tempore, Tomo 5. col.17.*

Eiusdem sermo secundus qui est in Epiphaniam tertius ordine, tria continet. I. Miraculum præsens, olim iam factum ad nos etiam pertinere. II. Ea quæ in miraculo conuersionis aquæ in vinum notantur, Apostolis & discipulis mysticè etiam accidisse. III. Vnde dicitur *& crediderunt in eum discipuli eius*, & nos vtique in Christum etiam inde credere exemplo illorum debemus, non solùm sermone, & lingua, sed opere, & corde. *Tom.5.serm.14 de Temp.col.18.*

✤ S. Antonii de Padva sermo. Ex quo quatuor considerantur. Primò nuptiæ inter Spiritum sanctum, & animam pœnitentem: quæ tali connubio, casta & fœcunda redditur. Secundò, vinum, id est mundi & carnis gaudium, deficere nobis debere. Tertiò. Sex hydrias mysticas, esse contritionem, quæ purificat; confessionem, quæ itē purificat; orationē, quæ purgat; ieiunium, quod conuertit; eleemosinam, quæ mundat; iniuriæ remissionem, quæ peccata remittit. Quartò. Aquam contritionis, conuerti in vinū gaudij cordis. *a pag.114. ad pag.117.*

S. Avgvstini sermo de conuersione aquæ in vinum; Christum humilem & sublimem ostendit desursum esse, & deorsum, pauperem & diuitem, quod colligit ex Euangelio; ad humilitatem, eleemosynamque auditores promouet, & homines pauperes ac mendicos esse conuincit. *Tom. 10. serm. 41. de verbis Dom. fol.35. col. 1. & sequentibus.*

Eiusdem sermo in Euangelium quod allegoricè interpretatur; Vbi nouem

A examinat circumstantias; quæ fiunt nuptiæ, qui ministri qui princeps architriclinij, qui sponsus, quomodo ad nuptias Deus, quomodo Maria; vnde ex aqua vinum quare postea melius, quare Deus in hora differre voluerit? *Tom.10. serm. 41. de Tempore fol.142.143.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium, Aduersus eos qui nuptiis detrahunt disputat, in mysterio incarnationis nuptias inter Christum & Ecclesiam celebratas esse, ostendit nuptijs huius Euangelij similes, & totum Euang. moraliter exponit; vbi sex hydrias mysticas enumerat, & mira de scripturarum sensu & interpretatione dicit. *Tom. 7. in homiliis hyemalib. de Temp. col. 204. & sequentibus.*

B S. Bernardi sermo primus, quomodo similes esse debemus hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptiis; de sex hydriis mysticis purificationi inseruientibus quæ sunt compunctio confessio, eleemosyna iniuriarum remissio, corporis afflictio, & obedientia præceptorum istæ hydriæ seu vasa pœnitentiæ implentur aquâ timoris Dei, quæ postea conuertitur in vinum charitatis. *col. 91. 93.*

Eiusdem sermo secundus de spiritualibus nuptiis euangelica historia designatis, cuius œconomia talis est, spōsus, Christus; eius pulchritudo, & amor erga sponsam animam hominis: conuiuium harum nuptiarum habet cœnam,
C habet & prandium; cœna in cœlo paratur, prandium hic in terra sumimus, in quo nonnumquam vinum deuotionis & feruoris deficit, inuocanda mater Iesu vt necessitati subueniat, sex hydriæ habendæ videlicet, ieiunium, labor manuum, vigiliarū obseruantia, silentium, & disciplina, quæ sunt implendæ aquâ timoris triplicis. *à col. 93. ad col.97*

✤ Eiusdem in Euang. sermo, Vbi per sex hydrias positas sex obseruantias seruis Dei propositas, in quibus tanquam Iudæi purificari debemus intelligit: sc. silentium, psalmodiam, vigilias, ieiunium opus manuum, carnis munditiam, &c. *Ex paruis & variis sermonibus serm. 12. col. 447.448.*

✤ Eiusdem, sermo alius, in quo ostendit

dit nostras hydrias esse vel vacuas cum pro inani gloria fiunt: vel plenas 1. veneno, si cum murmure & animi rancore gerantur; 2. aquâ, cum ex timore Dei obseruantur; 3. vino, cum timor vertitur in amorem, & charitas excludit timorem. *Ex paruis & variis sermonib. serm.* 13. *col.* 448. 449.

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in Euangelium, de quatuor nuptiarum generibus; quæ sunt nuptiæ viri & mulieris contrahentum; nuptiæ diaboli & animæ peccatricis, nuptiæ Christi & Ecclesiæ militantis, nuptiæ Christi & Ecclesiæ triumphantis, quas omnes explicat. *Tom.* 3. *pag.* 38 & 39.

Eiusdem, sermo secundus de quadruplici vino, quod in quatuor nuptijs bibitur; videlicet, naturale, mortale, spirituale, & æternale, seu vt habet. S. Doctor deficiens, inficiens, sitiens, & reficiens, *Tom* 3 *pag.* 39.

Eiusdem sermo tertius de quatuor miris conuersionibus, quæ in scriptura reperiuntur, & spiritualiter quotidiè fiunt I. hominis in lapidem. II lapidis in aquam. III. aquæ in vinum. IV. vini in sanguinem *Tom.* 3. *pag.* 39 40.

Eiusdem sermo quartus, tria complectitur. I. miraculorum Christi inchoationem quoad apparentiam. II. manifestationem potentiæ & gloriæ per hoc miraculum conuersionis aquæ in vinum. III. discipulorum illuminationem. *Tom.* 3. *pag* 40. 41.

S. IOAN. CHRYSOSTOMI sermo in Euangelium contra Iudæos, Gentiles, & hæreticos; in quo multa pulchrè admodum exprimit. I. Agit aduersus eos qui dicunt nuptias, vxores, liberos & cætera matrimonium consequentia, obstaculum esse ad pietatem, & probat efficacissimè, nullum, quodcumque illud sit ad pietatem esse obstaculum, solo peccato excepto. II. Quare Christus qui solo nutu omnia poterit, dixerit, implete hydrias aquâ explicat. III. Iudæorum incredulitatem, ingratitudinemque, in ductione demonstrat. IV. Hæreticos æqualitatem Filij Dei cum Patre negantes conuincit, obiectionesque eorũ dissoluit. *Tom.* 6. *à pag.* 256. *ad pag.* 264.

A DIONYSII CARTHVSIANI In illa Epist. Roman. 12. *ai præest in sollicitudine.* sermo quo prælatis iubet. I. vt sollicitè præsint quia nisi hoc fecerint magnum eis imminet periculum, & commissis eorum subditis. II. vt sui officij debitum fideliter exerceant propter nobilitatem thesauri eis commissi scil. plebis Christianæ quam nutriendam susceperunt. III. vt sollicitè præsint propter Dei metuendum iudicium quod imminet eis; quia non solum pro se, sed & pro subditis rationẽ sunt reddituri. IV. vt subditas sibi oues diligant sine simulatione, &c. *Ex sermon. de temp. à fol.* 53. *pag.* 2. *ad fol.* 54. *pag.* 1.

Item, eiusdem in Euang. sermo primus vbi de triplici nuptiarum genere B disseritur. Primæ, sunt carnales quæ 1. commendabiles sunt ex parte causæ earum qui est Deus; loci, quia in paradiso terrestri sunt institutæ; temporis, quoniam in statu innocentiæ; præfigurationis, significant enim vnionem Christi cum humanâ naturâ & multiplices vtilitates; 2. valent ad prolificationem, vitanda peccata, subolis; conuenientiorem educationem, domos aptiorem administrationem, mutuam subuentionem, amicitiæ conseruationem, pacis reformationem. Secundæ. Spirituales, quæ duplices 1. mysteriales sc. vnio hypostatica, 2. gratiales & virtuales, vnio Christi cum Ecclesia, cum anima. Tertiæ. Fruitiales, quæ sũt nu- C ptiæ beatificæ fruitionis & consummatæ vnionis cum Deo. *In sermonibus de temp. à fol.* 55. *pag.* 2. *ad fol.* 56. *pag.* 1.

Idem, secũdo sermone de debito viri & vxoris agens dicit debere: Primo. Virum vxori. 1. specialem ac cordialem affectionem; 2. instructionem pro posse; 3. charitatiuam correptionem dum peccat; 4. honorem; 5. in maioribus rebus gubernationem; 6. fomentum & sustentationem; 7. socialem cohabitationem; 8. carnalis debiti solutionem; 9. thori fidem; 10. piam & pacificam commorationem. Secundo. Vxorem viro 1. præcipuam dilectionem; 2. thori fidem; 3. in verbis reuerentiam; 4. cohabitationem. 5. subiectionem quandam

in obsequiis; 6. obedientiam in mandatis; 7. timorem; 8. adiutorium in cooperatione, &c. *Ex sermonibus de temp. a fol. 56. pag. 1. ad fol. 57. pag. 2.*

Sermone tertio idem, sex hydrias nobis necessarias asserit, in quibus mox cũ peccauerimus nos lauemus. 1. est cordis contritio; 2. confessio quæ debet esse pura, dolorosa, integra; 3. satisfactio pro peccatis; 4. iniuriarum remissio; 5. operum misericordiæ tam spiritualium quam corporalium exhibitio; 6. feruens dilectio Dei, quæ est ignis spiritualis dulciter ardens, sic peccata consumẽs, sicut stipulam flãma. *Ex sermonibus de tem. p. a fol. 57. pag. 2. ad fol. 58. pag. 1.*

D. EVSEBII EMISENI homilia in Euangelium. In nuptiis contemplatur Christum Ecclesiæ ex Gentibus congregandæ susceptа incarnatione iungendum in sex hydriis, sex mundi ætates: in aquis in vinum conuersis, baptismatis & regenerationis similitudinẽ, necnon legis in gratiam, veteris Testamenti in nouum translationem: in vino deficiente, vineæ Iudæorum sterilitatẽ, quæ debens proferre vuas, fecit spinas & labruscas in bono vino ad finẽ vsque reseruato, præceptum legis gratiæ & in Architiclino, Apostolum Paulum, ac præpositum in domo Domini. *Homil. 2. in Epiph. fol. 12. & sequentibus.*

Eiusdem homilia vnde supra, Aliis verbis quædam iam superiori homilia præmissa exprimit: Deinde de diuino amoris & cœlestis dulcedinis poculo differit, necnon de dæmonis calice quo inebriata anima, vitiisque repleta, toxico inficitur, & in infernum deiicitur; Denique deflectit orationem in descriptione ac consideratione tormentorum inferni, & pœnarum purgatorij *Homil. 3. in Epiphan. fol. 14. & sequentibus.*

GERSONII sermo in Concilio Constantiensi hac die habitus, super Euangelium quod comparat speculo cuidam in quo, (vt docent Catoptrici) relucent ex vnius corporis obiectu quatuor imagines, speculo integro remanente, habet enim quatuor expositiones quasi totidem species, prima est litteralis, secunda allegorica, tertia tropologica, quarta anagogica; secũdum quat.

A I. agit de nuptiis corporalibus. II. de nuptiis spiritualibus & sacramentalibus. III. de nuptiis sensualibus. IV. de nuptiis æternalibus, & disputationem de excellentia ipsarum instituit, litterã corporales laudat, allegoria sacramentales & spirituales celebrat, tropologia sensuales commemorat, anagogia æternales extollit, tandem disceptatio ipsarum comprimitur, & vnitate mirabili conciliantur: quibus præmissis de nuptiis iuxta allegoricam intelligentiã amplè differit, quicquid in nuptiis ex consuetudine fit ad Ecclesiam Christi sponsam refert & nuptias eius spirituales describit. Multas insuper quæstiones mouet videlicet, quibus dotibus

B ditata & adornata est Ecclesia; qualis sit habitudo Christi sponsi, ad sponsam Ecclesiam, & viceuersa; quare Deus voluerit carnale coniugium signum esse spiritualis; quo pacto materialis Ecclesia spiritualem significet, sic, vt mutuas sibi laudes & nomina communicent; denique quib9modis & locis sacræ scripturæ figurentur hæ Christi & Ecclesiæ nuptiæ. Has autẽ quæstiones in præsenti sermone non soluit, præter vnicam nẽpe, primam, pro qua quinque dotes Ecclesiæ enumerat. *Tom. 1. part. 1. à col. 317. ad col. 335.*

Item consequenter tractatus eiusdem de nuptiis Christi & Ecclesię habetur, in quo satisfacit quæstionibus in superiori

C sermone propositis, & tunc ob breuitatẽ temporis non solutis. *Ibidem col. 336.*

Eiusdem sermo in quo Euãgelium ad litterã exponitur, deinde ad moralitatem; moralitas autem contra auaritiã procedit, & I. ostendit matrimonium auaritiæ cum humano spiritu esse maledictionibus plenum. II. Auaritiã marito suo non seruare fidem, promittit siquidem, sufficiẽtiam, securitatem potestatem, libertatem, requiem & iucunditatem; at nunquam soluit: imo verò omnia affert in contrarium & pro sacramento execrationem, pro fide, deceptionem habet. III. Auaritiam esse sponsam sterilem, infœcundã, nullum bonum, nullam prolem procreantem.

Quæ omnia triplex bonum matrimonij destruunt; maledictio, benedictionem & sacramentum; deceptio, fidem, ac fidelitatem; sterilitas, prolificationem. IV. Harum nuptiarum apparatum describit. V. In vsuram siue denudatam, siue fucatam, siue occultam vehementius inuehitur. VI. Remedium tùm contra auaritiam, tùm contra vsuram colligit ex Euangelio, & fit per considerationem Iesus, Mariæ, & discipulorum, qui omnes nuptiis hodiernis intetfuerunt. *Tom. 2. part. 4. à col. 362. ad col. 375.*

GVILLELMI PARISIENSIS sermo in illa Epist. verba. *Qui præest in sollicitudine, &c.* Roman. 12. Primò. Duplex est sollicitudo, vna sæcularis, quæ in veris fidelibus esse non debet; quia têporalia, accessoria sũt regno diaboli, & aufert meliorẽ: sollicitudinẽ Dominus sollicit⁹ est de his, qui sollicitudinẽ suã in eum proijciunt: altera spiritualis quæ multiplex debet esse in his qui præsunt, 1. debent esse solliciti de curâ animarum suarum, 2. circa familiam magnam quam habent, 3. circa subditos, vt eos à dæmonibus defendant, 4. de ratione quam reddere Deo debent. Secundo. Quatuor debet attendere ille à quo pauper eleemosynam quærit, 1. quis petat? quoniam Deus; 2. quid petat? sc. suum, non tuum; 3. ad quid petat? non ad dandum, sed mutuandum cum centupla vsura; 4. quod ipse habet petere à Deo regnum æternum. *à pag. 33. ad pag. 34.*

Eiusdem, sermo 1. in Euang. quod succinctè ad litteram prosequitur & præcipuè quærit I. Quare non fit mentio de Ioseph in vocatione personarum ad nuptias? II. Quare Dominus mutauit aquam in vinum in nuptijs? III. Quare potius Architriclino quã alicui de conuiuio Dominus iussit afferri vinum. IV. Quomodo verum est hoc signum fuisse initium signorum Iesu? ijsque quæstionibus & alijs ad sensus litteralis elucidationem necessarjis, facit satis. *à pag. 264. ad pag. 265.*

Eiusdem, sermo 2. vbi de matrimonio carnali inter virum & mulierem mentionem facit. Et Primò, illud commendat in hoc, quod Dominus illud honorauit præsentiâ suâ, matris suæ & discipulorum; miraculo, quod fuit primũ à Saluatore factum, singulare & ante Ioannis incarceratione; & virtutis ostensione per mutationem aquæ in vinum. Secundò. Circa illud instruit fideles, quomodo se debeat habere quãtum ad Deum, proximum, & seipsum; implorandum consiliũ & auxilium Iesu matris eius & discipulorũ; & fideliter sperandum, quod ipsi matrimoniũ dirigent; desiderio salutis nuptias debere fieri; terrena contemnenda; dilectionem habendã; humilitatẽ sectandam; mansuetudinem necessariam; eleemosynas agendas &c. *à pag. 265. ad pag. 267.*

Eiusdem, sermo 3. in quo de matrimonio spirituali inter Deum & animã sermonem instituit & I. contrahitur in baptismo, per pœnitentiam & per religionis ingressum. II. Sex hydriæ quibus purificandi sumus, qui post baptismum actuale commisimus, sunt cumpunctio confessio, eleemosinarum largitio, iniuriarum remissio, corporis afflictio, obedientia præceptorum: tres metretæ sunt, timor, de gehenna, de exclusione à vita æterna, & amissione gratiæ. III. Vel sex hydriæ sunt sex reliquiæ peccati in eo qui habet gratiam, sc. bonorum insipiditas, visus spiritualis debilitas, incertitudo propriæ salutis, debilitas ad faciendum bonum & sustinendum aduersa, appetitus noxiorum, & voluntatum varietas; implendæ sunt aqua lachrymarum. IV. Vel sex hydriæ sunt sex genera meditationum quibus debet vti pœnitens, sc. de statu ante conuersionem, de statu quem conuersi tenemus, de occulto Dei iudico, de exitu nostro ab hac vita, de æternitate gehennæ, de æternitate gloriæ: hæ hydriæ implentur aqua, cum Dei gratia in his meditationibus demorãtes, timore magno replemur, singulæ hydriæ habent tres metretas V. Vel sex hydriæ sunt ex Bernardo sex obseruãtiæ, quas ad purificãdum corda patres instituere sc. cõtinentia castitatis, ieiuninm, labor manuum, vigiliarũ obseruantia, silentium,

disciplina: Aqua per quam hæ hydriæ implendæ sunt est timor Domini concupiscentiam extinguens; quę mutatur in vinum, cum timor in charitate complectur & implentur omnia feruore spiritus, & iocunda deuotione. *a pag.* 267. *ad pag.* 270.

Eiusdem, sermo 4. ex quo aduertitur. I. Mariæ pietas in defectuum Ecclesiæ ostensione filio ad supplendum. II. Eiusdem potestas ad cuius nutum à filio tales defectus supplentur. III. Ecclesiæ obedientia qua humiliter quod iubetur adimplet. IV. Patientiæ merces cum aqua in vinum mutatur. *pag.* 270.

Eiusdem sermo 5. quem tria præcipuè concludunt. Primum. Verborum Mariæ Virg. paucitas (quia tantum septem) breuitas & vtilitas; tria enim prima ad propriam vtilitatem, tria vltima ad proximi vtilitatem, medium ad laudem Dei; prima dixit Angelo, tria vltima Elisabethæ, medium Deo. Secundum. Maria Virg. fuit exemplar, non tantùm omnium fidelium, sed specialiter religiosorum. Tertium. Tria sunt necessaria volenti benè operari, nosse, velle, posse, &c. *a pag.* 270. *ad pag.* 272.

✠ D. Innocentii. P. III. sermo in Euangelium in quo omissis carnalibus nuptiis de spiritualibus differit; Hæ autem nuptiæ inter spiritum hominis & gratiam conditoris celebrantur, quæ nunquam sunt steriles, sed affectus & actiones, desideria sancta & bona opera procreantes; tria coniugij bona fidem, videlicet, prolem & sacramentum, possidentes; in Cana, zelo, nempe, & transmigratione factæ dicuntur; ad quas Iesus, sermo diuinus; discipuli eius, mores honesti; mater Iesu, fides Catholica inuitantur. & adsunt; sponsa ex parte sua vocat ad nuptias virtutes gratuitas sponsus naturales affectus; tres eriguntur mensæ, vis rationalis animæ, vis irascibilis, vis concupiscibilis; Architriclinus adest, pars rationis superior; vinum autem deficit cum charitas refrigescit, sex hydriæ apponuntur sex opera nimirum quę in iudicio commendantur; ministri aquam haurien-

A tes, liberalitas & hilaritas assignantur & reliquum Euangelij eodem modo prosequitur. *Tom.* 1. *pag.* 16 *& sequent.*

✠ Ioannis Thauleri sermo 1. in illud Ioann. 7. Si quis sitit veniat ad me & bibat. In hoc agit I. de siti animæ, quæ est vehemens Dei desiderium. II. desiderium illud esse triplex incipientium, proficientium, & perfectorum. III. Explicat recursum animæ ad Deum, exemplo venationis Cerui. IV. De ebrietate spirituali tractat. V. quãdoque sic ebrios à Deo destitui, vt quid sint ex seipsis cognoscat. VI. agit de ineloquabili caligine, & incomprehensibili, vastaque solitudine, in quam deducta anima, purius quæ Diuina sunt intelligit. *A pag.* 90. *vsque ad* 95.

B Eiusdem sermo 2. in illud: Ecce sponsus venit. In quo docet, quomodo spiritualis sponsa se gerere debeat, vt Christo sponso suo placeat. *Habetur in eius vita a pag.* 21. *vsque ad* 24.

✠ Nicolai de Cusa sermo ad ea verba Euangelij, *Quodcumque dixerit vobis*: Docet I. Copulationem Adami cum Eua imagine sua, significare vnionem animæ & filij Dei. In hoc sacramentum, quòd conformitatem voluntatum operetur in spiritu amoris. II. Ex matrimonio spirituali maxima bona sequi, ad instar corporalis, quæ recenset III. Considerat locum nuptiarum Canam Galileæ, quò notatur transmigratio animæ Deo copulatæ, quam explicat. IV. Post triduum celebrari, in

C æterna vita; esseque sempiternas nuptias prout vita erit sempiterna. V. Id ipsum significari per restitutionem vini in hydrijs. VI. Aquam hydriarum conuerti in vinum in Cana Galileæ; quia anima humana velut aqua, per intellectum, fœcunda, verò non viuit si ei deest sapientia; quę velut vinum, conseruat aquam & facit vinum per spiritum ab influentia cœlesti. Sic anima vt aqua, per spiritum Christi, ipsum suscipit Christum vt vinum, & fit Christifera: quod ab operationibus verum ostenditur; vt vinum per odorem, saporem, colorem, cordis lætificationem. *Lib.* 9. *Exercit. à p.* 632. *vsque ad* 634.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in Apostol. dicta Roman. 12. *Habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes, &c.* Deus noluit omnes gratias alicui dare sed vni vnam & alteri alteram vt quisque de habitâ mereri posset, de non habitâ humiliaretur; has gratias subdiuidit 1. siue prophetiam; id est, occultorum notitiam & scripturarum interpretationem; 2. siue ministerium sacerdotij, Diaconatus vel cæterorum; 3. siue docendi, officium; 4. siue exhortandi gratiam; 5. siue tribuat in simplicitate non propter se sed propter Deum; 6. siue diligentiam in prælaturâ; 7. siue hilaritatem in datore; 8. siue non simulatam dilectionem, &c. vide, *à fol. 70. pag. 2. ad fol. 73. pag. 1.*

Eiusdẽ hom. in Euang. hodiernum vbi de nuptijs differitur & ad eas bona tria desiderari probatur sc. Fidem, vt sint fideles coniuges non solum Deo & proximo sed sibi inuicem & vnio sit animorum, corporum, rerum: Sacramentum quoniam sunt sacræ rei signum, sc. vnionis Ecclesiæ cum Christo in sponsam: Prolem quæ est fructus coniugij & propter quam coniuges debent coniungi. Meritum personarum coniugium commendat, præsertim Christi præsentis nuptiis. Reliquæ euangelij partes moraliter exponuntur. *à fol. 73. pag. 1. ad fol. 75. pag. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermone 1. in Euangelium, quatuor genera nuptiarum ex scriptura colliguntur, historicarum, allegoricarum, tropologicarum, & anagogicarum; Primæ nuptiæ inter virum & vxorem, secundę inter Christum & Ecclesiam, tertiæ inter Deum & animam quartæ inter Deũ & Ecclesiam triumphantem celebrantur. *Tom. 16. Dominic. fol. 4. col. 4.*

Eiusdem sermo secundus de nuptiis mysticis & spiritualibus inter Deum & animam in quibus tria concurrunt, iudicium, iustitia, & misericordia. Iudicium in tres partes subdiuiditur, ad seipsum, ad Deum, proximum. Iustitia similiter in alias tres partitur, nempe, iustitia per fidem, per spem, & per charitatem. Misericordia pari modo in tres alias distribuitur, vt ignorantes doceat, indigentibus subueniat, offendentibus indulgeat: quæ quidem omnia testimonio *Oseæ* 2. nituntur in quo legitur, *desponsabo te mihi in iudicio, iustitia & misericordia;* deinde Euangelicam historiam mystico sensu prosequitur. *Ibidem fol. 5. col. 1.*

DOMINICA TERTIA POST *Epiphaniam.*

✠ SB. ALBERTI MAGNI sermo, ad hæc verba: *Cum descendisset Iesus de monte, ecce leprosus &c. Matth. 8.* Tractat. I. Iesum descendentẽ, eminentiam rigoris iustitiæ deserere, & in sinum suauis misericordiæ se recipere. II. Per leprosum, peccatorem significari, qui per peccatum immundus efficitur, deformis, fœtidus, & raucus seu mutus. Esseque quatuor species lepræ, quæ tot vitia notant. III. Non sine causa hic mundari rogat à Domino, quia quinque incommoda sustinebat, quæ & peccatoribus obstinatis congruunt: 1. dissuta gerunt vestimenta veste nuptiali priuati. 2. Capite nudo incedunt, corona regni destituti. 3. Os habent obstructum, nec ad laudes Dei cum electis admittentur. 4. Clamant se fordidos præ crudelitate ignis inferni. 5. Soli habitant, spe destituti societatis sanctorum. Et hæc quidem nisi ad Dominum sanandi recurrant IV. vt sanentur tria necessaria sunt. 1. Vt manu Dei tangantur per veram contritionem. 2. vt ostendant se sacerdoti per puram confessionem. 3. Vt offerant pœnitentialem satisfactionem, & quam exponit. *Tom. 12. serm. 17. de temp. à pag. 41. col. 2. ad 43. col. 2.*

✠ S. ANTHONII DE PADVA, sermo. Leprosi & paralitici curationem continens. Per Leprosum, peccatorem abumbrari asserit; cui tria sunt necessaria, contritio, confessio, fides; & à morbo curato, vana gloria est fugienda; lingua coercenda; oblatio passerum viuorum, hoc est corporis & spiritus viui, facienda. Per Centurionem

vero, Prælatum, qui virtutibus, tanquam militibus, debet esse vallatus, & munitus. *a pag. 117. ad pag. 120.*

S. V. BEDÆ homilia in euangelicam lectionem. Leprosi humilitatem extollit, Photinum, Arrium, Manichæum hæreticos hoc miraculo conuincit, & cur Christus huic leproso sacrificium offerre præceperit, rationem reddit. *Tom. 7. in homil. hyemalib. de Temp. col. 209.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in Euangelium quod mysticè de peccatore explicat, & tria complectitur. I. lepræ cum peccato comparationem. II. adorationem humilem & religiosam leprosi, quam imitari debet peccator. III. orationem seu petitionem eiusdem, quæ docet nos modum orandi ad effectus consequutionem. *Tom. 3. pag. 43. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus in illud Euangelij, *si vis potes me mundare*, docet quadruplicem mundationis modum, scilicet, per aquæ regenerationem, per contritionem & pœnitentiam, per orationem deuotam, per tribulationem temporalem, & secundum hanc quadruplicem mundationem, quadruplicem modum leprosos mundandi ex scriptura refert, mundationibus istis correspondentem, nempe fluuio, sinu, interuentu, ractu. *Tom 3. pag. 41. 42.*

Eiusdem sermo tertius; In hoc sermone colligit ex Euangelio quatuor consideranda. I. Christum sanare totaliter. II. sanare velociter. III. faciliter. IV. multipliciter. id est, variis remediis; vbi quatuor præcipua remedia in medium profert. *Tom. 3 pag. 42.*

✝ DIONYSII CARTHVSIANI, circa hodiernam epist. sermo in quo docetur neminem propter gratias gratis datas se extollere debere quia I. Praua imo quasi nulla est ingeniositas nostra & scientia; non solum respectu Dei, sed etiam Angelorum & beatorum omnium. II. Ea quæ scimus minima sunt, eorum comparatione quæ ignoramus, & ea quæ scimus valdè imperfectè scimus. III vt plurimum, insipienter & irrationabiliter, vanè & le-

A uiter nos habemus in cogitando, imaginando, appetendo, loquendo, ridendo, operando, omittendo, & aliis multis, &c. *In serm. de temp. à fol. 61. pag. 2. ad fol 61. pag. 1.*

Eiusdem, in Euang Primus sermo in quo per leprosum signatur primo. Genus humanum, quod Deo per incarnationis mysterium de monte descendenti occurrit, medelam postulauit, obtinuit. Secundo Peccator, quia sicut leprosus omnibus abominabilis ita ipse Deo, Angelis, & omnibus sanctis est odibilis; sicut lepra omnes corporis sensus, ita peccatum omnes animæ vires superiores corrumpit; sicut lepra morbus est contagiosus, ita & pecca-

B tum; peccatum instar lepræ grauat hominem, quia à meditationibus rerum spiritualium, à contemplationibus diuinorum, à Desiderio Dei eum impedir. *In serm. de temp. fol. 64. à pag. 1. ad 2.*

Secundum sermonem idem diuidit in duo capita, in quorum primo. Acidiæ tres species ponuntur; 1. est amaritudo quædam mentis, quâ nihil iucundum aut salubre placet, sed tædio pascitur homo & aliorum fastidit consortium; 2. est torpor, quo quis somnum, & omnia corporis commoda amar, labores abhorret, aspera fugit, otio pascitur; 3. est ea, quæ sola fastidit ea quæ Dei sunt, ad alia vero alacris agilisque consistit. Secundò. Datur modus aci-

C diam fugiendi & omnia eius mala quorum est consideratio infinitæ dignitatis Dei quam si benè attendimos omnem acidiam fugiemus; 2. ineffabilis fœlicitatis & gloriæ sempiternæ consideratio, quæ pro his modicis virtutum operibus datur; 3. strenua agilitas incipiendi bonum quod quis nonit esse agendum *Ex sermonib de temp. à fol. 64. pag. 2. ad fol. 65. pag. 2.*

Idem sermone tertio pœnarum considerari debere dicit. 1. ineffabilem acerbitatem; 2. diuersitatem sc. ignem æternum, vermem immortalem, fœtorem intolerabilem, intensissimum frigus, famem & sitim grauissimam, exactorum tortionem, horrorem loci & habitatorum, caliginem maximam,

vincula; 3. diuturnitatem; 4. vniuersalitatem; 5. acerbitatem desperationis causam. *sermon. de tempore*, *a fol. 65. pag. 2. ad fol. 66. pag. 1.*

✦ GVILLELMI PARISIENSIS, sermo, in quo ex his Epist. verbis & sequentibus. *Nolite prudentes esse apud vosmetipsos*, &c. Primò. Dissuadetur 1. superbia intellectus quâ aliquis se sapientem reputat: 2. appetitus, quo aliqui appetunt habere scientiam, non ad ædificationem sui vel aliorum, sed propter proprium commodum. Secundò. Suadetur prouisio bonorũ coram Deo; in cogitatione vt sit munda; in affectione vt sit sancta; in intentione vt sit recta: & coram hominibus in habitu, ne sit notabilis; in locutione, ne sit irrationabilis; in operatione, ne sit reprehensibilis. *à pag. 34. ad pag. 36.*

Eiusdem, sermo 1. in Euang. Matth. 8. *Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ, &c.* Vbi de Leproso agit, eique peccatum, & eius curationi, peccati curationem, comparat: & I. Peccatum lepra dicitur, quia 1. Lepra corporalis est membrorum corruptio ex humorum putrefactione effecta, ita & spiritualis; 2. peccatum ad modum lepræ traducitur per contagium; 3. Lepra morbus est qui multum timetur, sic peccatum super omnia abhorrendũ: Quatuor de causis Lepra corporis timetur in quibus à Lepra peccati superatur, quia, a, hominem multum damnificat humanæ societatis solatium auferendo, b, multum molestat æstu & siti, c, facit deformem ad videndum, d, morbus est erescens & totum corpus tandem occupans. II Beatitudinibus species Lepræ spiritualis mundantur, sunt autem octo, 1. cupiditas boni temporalis, hanc sanat paupertas spiritus; 2. ira siue vindictæ appetitus, quã curat mansuetudo, quæ nec nocet, nec nocere desiderat; 3. lætitia sæculi, vel appetitus pro transitorijs, hanc sanat lugẽdi gratia; 4. acidia quæ magna bona modicum coïat, huic medetur esuries iustitiæ; 5. inuidia, quę gaudet alieno malo; & dolet de alieno bono; quam curat misericordia quæ condolet alieno malo; 6. cordis im-

A munditia, cui subuenit cordis munditia, seu puritas animi; 7. discordia, quæ est in hominibus propriæ voluntatis, quam sanat gratia pacificandi; 8. impatientia, & pusillanimitas; hanc curat patientia in persecutionibus, &c. *à pag. 271. ad pag. 274.*

Eiusdem, sermo 2. I. Leprosus salutem petens, venit, adorat, potestatem Christi confitetur, vt insinuet tria ad sanitatem lepræ spiritualis necessaria, sc. appropinquare Deo gressu desiderij & operis, humiliare se in adoratione, fidem habere. II. Saluator salutẽ conferendo septem facit, manum extendens Leprosum tangit, dicit, volo, mũdare, nemini dixeris, mittit ad Sacerdotes, confessionem commendat, mu-

B nus præceptum in lege iubet offerri. III. Quinque modis fit ablutio Lepræ corporalis & spiritualis, sc. ablutione, vt Naaman, ostensione Sacerdotibus, vt Leprosi, seperatione, vt Maria; inclusione, vt manus Moysi; tactu, vt hic. *à pag. 274. ad pag. 276.*

Eiusdem, sermo 3. in Euang. in quo Christum ad Sacerdotes Leprosum misisse, vt illis honorem deferret & deferendum ostenderet, asserit: Deinde oblatio Leprosorum secundum legem quæ fuerit? & quid per oblata significetur mysticè, inquirit. *pag. 276.*

Eiusdem, sermo 4. I. Misericordia Dei mediante amicitia Sanctorum ac-

C quiritur. II. verba illa *non inueni tantam fidem in Israel* litteraliter expenduntur. *pag. 277.*

Eiusdẽ, sermo 5 qui in curatione serui Centurionis materiam nobis ædificationis subministrat. Primò in Christo in quo datur nobis exemplum humilitatis, dùm ire ad seruum Centurionis consensit; æquitatis, in hoc quod deuotionem gentilis non despicit; fidei, ex ostensione eius potentiæ. Secundò, in Centurione qui nobis est forma humilitatis, dicens non sum dignus; fidei, quã credidit quod dicere Christi esset facere; sapientię in militum gubernatione; bonitatis, dũ pro seruo rogat. Tertiò. in Seruo Centurionis cuius attende

bonitatem propter quam sic amabatur, ciuitatem in qua infirmabatur, infirmitatis genus quo cruciabatur, *a pag. 277. ad pag. 279.*

✠ Nicolai de Cvsa sermo, ad illud Euangelij, *Volo mundare*, Matth. 8. Initio docet in prædicatore plurimum valere sanctitatem; sed vicissim in auditore requiri vt ex Deo sit. II. Potentissimum esse Iesum, qui cum dicit, sanat. III. Præuidisse Iesum leprosi desiderium, nec opus fuisse ei petere, vt Iesus sanare vellet. Et sic in oratione, opus esse nos remittere voluntati Diuinæ. IV. Peccatum non esse à Deo; sed esse id solum, quod est creaturæ. V. Trahi animam à Christo; quæ eum quocumque eat sequitur. VI. Peccatum occidere Christum. VII. Animam debere bene esse dispositam, vt à Christo trahatur, à quo solo potest eius desiderium impleri. VIII. Ostendit leprosum significare peccatum; & debere peccatores ad Deum misericordem recurrere, sine quo mundari non possunt, *Lib. 9. Exercit. a pag. 634. vsque ad 636.*

Dominica secunda post oct. Epiph.

✠ Ioannis Thavleri sermo, propriè est serm. 6. post Dom. 3. Quadrag. cuius Euangelium de piscina probatica tractat & explicat mysticè quid per piscinam; quid per aquam, per languidos, per quinque porticus per aquæ motionem, per hominem 38. annos habentem in infirmitate, & à Christo sanatum. *A pag. 96. vsque ad 101.*

Origenis homilia in Euangelium, in qua textus tum ad litteram, tum ad spiritum exponitur, & multa ostenduntur, videlicet; ascensus in montem & descensus, leprosi contactus; lepra animæ, peccatum; inanis gloriæ contemptus; Centurionis charitas, humilitas & fides; fides Gentium, incredulitatem Iudæorum redargues, quid sit ab Oriente & Occidente venire & recumbere cum sanctis Patribus. *Tom. 2 homil. 5. en diuersos. pag. 284. & seq.*

✠ Radvlphi Ardentis de Epist. *Nolite prudentes esse apud vosmet-* A *ipsos, &c. Rom. 12.* homilia, quam tripartitur & cum Apost. monet nos I. Ne simus prudetes apud nos, sed apud Deū, quidā enim sunt prudētes apud Deum; & boni sunt; quidā sunt pruden tes apud sæculum, & mali sunt; quidam prudentes apud semetipsos, & superbi sunt. II. Vt pacem seruemus, quæ est quietus rerum status, cunctis sibi ordinatè consonantibus, hanc cum omnibus habere debemus; cum Deo, ei obediendo: nobiscum, animales sensus spiritui sobijciendo; cum amicis, illos Deo amicando; cum inimicis, illos Deo reconciliando. III. Non reddere malum pro malo, sed potius bonum pro malo, &c. *a fol. 75. pag. 2. ad fol. 79. pag. 1.*

B Eiusdem, in Euangelica dicta Matt. 8. homilia in duo capita distincta. Primum. Ostendit Christum descendentem de monte quem multæ turbæ sequuntur; Leprosum ad Iesum accedentem & curationem cum humilitate & indifferentia petentem: Christum ineffabili suâ benignitate eum curantem & Leproso præcipientem hoc miraculum silere. Secundum. Considerare nos hortatur, 1. Centurionis misericordiam, fidem, humilitatem; & sapientiam, vt eas virtutes imitemur; 2. in Christo, dignationem, fidei, Centurionis commendationem, prophetiam de electione gentium & reprobatione Iudæorum, petitionis exauditionem. *a fol. 79. pag. 1. ad fol. 83. pag. 2.*

C S. Thomæ Aqvinatis sermo primus; Comparat peccatorem homini lepra infecto & quatuor notat in lepra, scilicet, corruptionem humorum, membrorum consumptionem, aliorum infectionem, & ab hominibus separationem, quibus alia quatuor in peccato correspondent; nempè corruptio naturalium, amissio gratuitorum, infectio proximorum, separatio à societate sanctorum & Angelorum. *In serm. Domini. Tom. 16. pag. 9. 10.*

Eiusdem, sermo secundus, pro curatione leprosi & peccatoris tria considerantur & obseruanda veniunt. I. Christi de monte descensus. II. leprosi ad eum accessus. III. Christi iussio, dicens, *volo,*

volo, *mundare*, in conuersione autem peccatoris ista reperiuntur mirabili modo. *Tom. 16. in sermon. Dominic. pag.* 10.

DOMINICA QVARTA post Epiphaniam.

✠ B. Alberti Magni sermo ad hæc verba: *Domine salua nos perimus, Matth.* 8. Declarat. I. Iesum esse ad quem pro salute recurrendum est. II Nos cum discipulis, Iesum sequi debere in Ecclesiæ nauim; quod multi nomine faciunt, re autem pauci. III. sex hominum genera indigere saluatore. 1. qui fluctibus vitiorum iactan- B tur; quæ sex recenset ex Osea cap. 4. Maledictum, mendacium, homicidium, furtum; Adulterium; sanguinem supra sanguinem. *Tom. 12. serm. 18. de temp. à pag.* 43. *col.* 2. *ad* 45. *col.* 1.

Eiusdem sermo 2. In quo I. quinque alia genera hominum qui saluatore indigent, recensentur. 2. famelici iustitiæ; contra esurientes siliquas porcorum. 3. Infirmi per peccatum. 4. qui ab hoste opprimuntur, diabolo scilicet. 5. qui periculosum deuium intrauerunt, à via virtutum errantes. 6. qui iam igne perire cœperunt. II. docetur duodecim hominum generibus promissam esse salutem: Recte credentibus: Innocentibus: Deum timenti- C bus: sapienter gradientibus: luxuriam fugientibus: bonis pauperibus: spiritu humilibus: rectis corde: mansuetis; simplicibus: in bono perseuerantibus. *Ibid. serm.* 19. *de temp. à pag.* 45. *col.* 2. *ad* 47. *col.* 1.

✠ S. Antonii de Padva sermo in quo vult, Crucem Christi esse, nauim institoris, in qua celebrauit nundinas suas, exponendo merces gloriosas; & de quâ trahit poma, iustos sc. pomis similes sapore contemplationis, colore sanctitatis, odore bonæ operationis. Pœnitentem, considerare, Orientem suæ natiuitatis, Occidentem suæ mortis, Aquilonem aduersitatis, Meridiem mundanæ prosperitatis; A & ad tentationem cum se præparauerit, scindere vestimenta sua cordis contritione; plangere, lachrymosa confessione; super caput cineres imponere, humili satisfactione: cadere super faciem terræ, vltimæ resolutionis recordatione, *à pag.* 110. *ad pag.* 121.

S. Avgvstini sermo in Euangelium, de diuersis animæ tentationibus, agit, & quomodo sint vincendæ item de iracundia compescenda, de fide in cordibus nostris euigilanda, de Christi memoria recolenda, ac de modo Christum suscitãdi exemplo discipulorum. *Tom.* 10. *serm.* 3 *ex* 17. *sermonib. quos dedit Carthusia Parisiensis fol.* 317. *col.* 1. 2.

S. Basilii Selevciæ in Euangelicam lectionem oratio Christũ dormientem in naui, auibus, qui pullos suos volitantes nonnumquam deserũt, quò virtutis volandi experimentum capiant, assimilat, ipse enim vt experimentum fidei in suis discipulis comprobaret, ipsis periclitantibus dormiebat. Hæreticos sopitum dominum, Deum negantes refrænat. Discipulorum angustias contemplatur. Mare terrorem discipulis inijciens, præceptorem ipsorum nuncupat. Ad Christum tanquam ad portum recurrendum, docet. Cur Christus prius discipulos, quam mare & vndas increparit, rationem affert. Denique de tempestate miraculosè sedata disserit, & orationem terminat. *Orat.* 22 *pag.* 123. *& sequentibus.*

S. V. Bedæ homilia, sensum litteralem, & allegoricum tangit, pauca ad litteram, ad allegoriam & mores multa inter quæ ista sunt præcipua; Euangelica historia, statum Passionis, & Resurrectionis Dominicæ designat nauis, crux est; mare mundus: discipuli perturbati sunt cum mortem timuerunt, procella, Passio; somnus Christi, ipsius mors; à somno suscitatio, eiusdem resurrectio, discipulis autẽ tunc facta increpatio fuit cùm exprobrauit illorum incredulitatem & duritiã cordis. Tandem de mala & bona societate quædam notatu digna refert, occasione sumpta ex eo quod cum discipulis in naui inte-

rerat & Iudas Iscariotes, qui forsitan A fuit causa exortæ tempestatis. *Tom. 7. homil. hyemal. de Temp col. 212. & sequent.*

S. BONAVENTVRÆ sermo in illud Euangelij *Ascendente Iesu in nauiculam, &c.* Ecclesiam nauiculæ similem facit, quæ tempestatibus & fluctibus tribulationum impetitur, est autem nauis piscatorum, nauis bellatorum, nauis negotiatorum, & nauis viatorum, quæ omnia ex scripturis deducit & pulchrè explicat. *Tom. 3 serm. Dom. de temp. pag. 45. col. 1. serm. 2. Dom. 3. post Epiph. seu post Epiph. octauam iuxta errorem Typographi si quidem primus est pro hac Dominica.*

Eiusdem, sermo secundus & tertius in illud. *Ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula &c.* Cum nauicula sit Ecclesia, mare seculum, motus B & fluctus tribulationes, probat ex scripturis septem vicibus naues periclitatas, quæ causas septem indicant propterquas Ecclesia fluctibus afflictionum quassatur; videlicet propter auaritiam & opulentiam diuitiarum: sicut naues Iosaphat confractæ sunt; propter malam societatem, sicut naues Ioppitarum; propter inobedientiam subditorum, sicut nauis in qua erat Ionas, propter prælatorum negligentiam, sicut nauis hodierni Euangelij per exemplum & figuratiuè tantùm non autem quod Christus dormiendo fuerit negligens; propter spiritualem Christi absentiam, sicut nauis discipulorum, Matth. 14. propter curæ Pastoralis, seu subditorum excrescentiam sicut ambæ naues Apostolorum Luc. 5. vltimò propter iniquam innocentium oppressionem & violentiam, sicut nauis in qua erat Paulus captiuus. *Ibidem pag. 45. 46.*

Eiusdem, sermo quartus, *iuxta librarij errorem Domin. 4. post Epiph. sermo primus* in illud, *Domine salua nos, perimus,* modum ad diuinæ misericordiæ auxilium recurrendi in omni necessitate, tradit & ex Euangelio colligit. I confitendo diuinam potentiam *Domine.* II. demonstrando indigentiam. *Perimus.* III. implorando eius clementiam. *Salua nos. Ibid. pag. 46 47.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo primus de sedata maris tempestate, de sensu litterali ad allegoricum deflectit & statum militantis Ecclesiæ inter vndas persequutionum & tentationum fluctuantis describit: insuper quomodo in afflictionibus ad Christum recurrendum & tribulatis fratribus compatiendum sit, docet. Denique de Dei flagellis ob culpam immissis disserit. *Serm. 20. col. 50. 51. 52. 53.*

Eiusdem, sermo secundus vndè suprà, Euangelij textum secundum Marcum notis, varijsque conceptibus illustrat & commentatur, de naui Ecclesiæ in medio afflictionum & procellarum fluctuanti, miraculum hodiernum interpretatur. Postremò ad vigilantiam, & psalmodiam auditores cohortatur. *Serm. 21. col. 53. 54. 55.*

DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. Rom. 13. concio de dilectione verâ spirituali vbi dicit dilectionem Dei esse duplicem. Primam. Acquisitã & naturalem, quâ quis diligit Deum propter beneficia eius, & summam bonitatem secundum quod ratio naturalis dictat. Secundam. Infusam & supernaturalem, per quam homo diligit Deum super omnia; cuius dilectionis tres sunt gradus, cum 1. super omnia diligimus Deum nec aliquid ei præponimus, 2 non solum ad communia præcepta, sed ad omnia sumus voluntarij, C 3. tanto æstu suspiramus ad Deum, vt absque eius præsentiâ fruitiuâ viuere nõ possimus, sed coarctemur dissoluendi desiderio: etsi non possit certitudo, signa tamen dari possunt diuinę dilectionis, 1. si cordialiter cupiamus Deo placere, 2. si vniuersa mortalia peccata fugiamus, 3. si libenter de Deo cogitemus, 4. si in Ecclesiâ simus libenter propter Deum, 5. si libenter de Deo cum Deo loquamur, 6. Deo libenter demus, 7. verbum Dei audiamus libenter, 8. pro Deo patiamur, 9. vniuersa caduca fastidiamus & ad spiritualia afficiamur, 10. benedictionibus dulcedinis cœlitùs præueniamur, &c. *In sermonibus de tempore. fol. 69. à pag. 1. ad 2.*

Eiusdem, de Euangel. sermo primus. Nauiculam Christi designare dicit pœnitentiam: quæ debet fieri animo & corde contrito & dolente; humili verâ & ingenuâ confessione; virili & iustâ satisfactione; indesinenti correctione & emendatione: Hanc pœnitentiæ nauiculam introierunt Patriarchæ, antiqui Patres, & omnes quotquot fuerunt sancti. *In sermonibus de Tempore a fol. 70. pag. 2. ad fol. 71. pag. 2.*

Eiusdem, secundus sermo per quem nauiculâ quam intrauit Christus figurat Ecclesiam: Nauicula appellatur propter sui humilitatem, vel comparatione triumphantis Ecclesiæ: hanc Christus ingressus est cum carnem assumpsit humanam; Christo ingresso tempestas orta est magna, eo enim nato turbatur Herodes & omnis Hierosolyma, occiduntur innocentes, eo prędicante insurgunt in eum Principes Sacerdotum, Scribæ & Pharisæi; Ecclesiæ gubernator est Spiritus sanctus, remiges Angeli sancti, seu virtuosi prælati; septem candelabra sunt Episcopi septem Ecclesiarum; arbor in medio nauis erecta est crux Christi; Ventus quo nauis ad felicem cursum impellitur est inspiratio Spiritus sancti; In hac naui sequamur Christum, vt ad portum feliciter veniamus. *Ex sermonibus de Tempore. à fol. 71. pagina 2. ad fol. 72. pag. 1.*

Tertio sermone, idem qui suprâ, per nauiculam Christi crucem intelligit; quam ipse in die parasceues sponte ascendit: Discipuli eius ipsum sunt secuti per intimam compassionem; quia etsi corporaliter fugerunt, & in fide vacillauerunt, quadam tamen dilectione & compassione ei iugiter adhæserunt, post modum sunt eum secuti Martyrium sustinendo. Christo in cruce pendente & dormiente, factus est motus magnus; quia discipulorum corda conturbata sunt, nauicula, id est crux Christi operta est fluctibus cum Christus pœnis & contumeliis est circumdatus; suscitauerunt eum Discipuli eius, resurrectionem eius optando, A quo suscitato eisque apparente facta est in eorum corde ingens tranquillitas, &c. *In serm. de Temp. fol. 72. a pag. 1. ad 2.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo in Epist. Romanorum 13. *Nemini quicquam debeatis*, &c quem tribus instruit partibus 1. in quarum, Primâ. Proximum debere nos diligere probat 1. propter naturalem attinentiam seu parentelam 2 propter similitudinem: 3. propter creatoris amorem: 4. propter hoc quod tantùm placet Deo amor proximi 5. quia nihil vtilius quam proximum amare: 6 propter fraternitatē spiritualem, nati enim sumus ex vno patre Deo, & matre Ecclesia Secundâ. Modum amandi proximum dat sc. ad similitudinem amoris quem habuit B Christus ad nos; per similitudinem amoris quem habet homo ad seipsum, & ad similitudinem amoris qui est inter membra eiusdem corporis. Tertiâ: Ostendit dilectionem, plenitudinem legis dici. 1. quia tria præcepta decalogi dicuntur pertinere ad dilectionem Dei, & septem ad proximi dilectionem: 2 quia licet opera mandatorum fiant, non est ibi plenitudo si caritas desit, *a pag. 36. ad pag. 38.*

Eiusdē, sermo primus in Euang. quod mysticè examinās dicit, Primò Nauim esse Ecclesiam, quia arcta fuit in principio arcta erit in fine, sed in medio est lata multos habens credentes. Secun- C dò. Mundum esse mare quod cito de tranquillitate in tempestatem vertitur fluctus eleuat & statim deprimit, mortuos à se eijcit, pisces maiores habet qui minores deuorant, tempestatem per ventos patitur, terminum habet arenā quæ sterilis & grauis, periculosum est, monstra continet, non est locus mansionis, via pro homine caret amarum est, a quis non redundat. Tertiò. Prælatus est nauta propter gubernationem; propter peritiam. tempore tempestatis, & in caligine noctis dum distinguit stellarū diuersitatem; confidentiam & festinantiam in stabiliendâ naui anchorâ proiectâ; prudentiam. in merciū proiectione vt homines saluet. Quartò. Aliter mare potest intelligi cor peccatoris, propter

inquietudinem, profunditatem, salsuginem, &c. *a pag.* 279. *ad pag.* 282.

Eiusdem, sermo secundus in Euang. quod nos inducit. I. ad timorem in eo quod discipuli Iesum secuti in nauiculam, tempestatem sunt passi, II. ad consolationem, quod ad imperium Domini fit tanta tranquillitas vt homines mirentur. III. Ad instructionem, Iesus enim dormiens, discipuli ad eum accedentes, ipsum clamando suscitantes, & eorum timiditas increpata, innuunt nobis quatuor necessaria in tempestate tribulationis; fidei viuacitatem, accessum ad Deum, orationem, fiduciam. *pag.* 282.

Eiusdem sermo tertius, in quo religio assimilatur naui in tribus; qui portatur in naui in modico loco est contentus, nō dedignatur sedere ad pedes gubernantis, si nauis sine pondere sit, vacillat. In hanc nauim ascendit Iesus cum institutæ fuerunt religiones. Discipuli sunt multiplices in religionibus. In hac naui motus factus est magnus quando temporalibus abundare ceperunt religiosi, &c. *a pag.* 282. *ad pag.* 285.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo vniens occasione Euangelij in quo Iesum sequuntur discipuli ad nauim. tractat illud Oseæ 14. *Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum.* Et ostendit. I. quàm solicitè Deus populum suum auersum, ad se reuocauerit; quod & erga nos præstat. II. Deplorat eos qui corpore conuertuntur, animo autem adhuc sunt in Ægipto. III. contra eos qui benè incipientes, paulatim tepescunt. IV. Timore opus esse & humilitate, fraternâque dilectione. V. Multa subijcit de ritè & falsè conuersis. *a pag.* 101. *vsque ad* 107.

ORIGENIS homilia in Euangelium. Potentiam Christi erga creaturas contemplatur, cur exorta tempestas & quare tunc Christus dormiens ostendit, ad patientiam in aduersis & tolerantiam prouocat, factum hodiernum ad Christi fideles refert, qui in nauicula Ecclesiæ cum Domino per vndosum mundum supernatantes, ad ipsum accurrere, confugere, & Apostolorum exem-A plo orationibus instare habent. Denique inobedientiam hominum, obedientia ventorum, maris, & creaturarum insensibilium voci Christi obtemperantium arguit & condemnat. *Tom.* 2. *homil.* 6. *in diuersos pag.* 286. 287.

✠ RADVLPHI ARDENTIS homilia ad illa Rom. 13. verba: *Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis,* &c. Quibus monemur. I. Ad iustitiam cuius proprium est nemini quidquam debere, sed vnicuique quod suum est reddere. II. Ad dilectionem, quæ necessaria est ad omnes & in omnibus; ad Deum, ad nos, ad proximos tàm amicos quàm inimicos in omnibus operibus. III. Veram dilectionem esse legis impletionem, quia charitas est dilectio B quâ diligimus Deum propter se, & proximum propter Deum: Vna est ergo dilectio & duo mandata. *à fol.* 83. *pag.* 2. *ad fol.* 86. *pag.* 1.

Eiusdem, in Euang. homilia, in quâ de afflictis & afflictionibus habet sermonem; ostendit ergo primo. Ecclesiam in quâ Christus cum fidelibus suis, pene periclitari; quia vult vt per tribulationes transeant, per quas ipse transiit. Secundò. Id vero fieri quia Christus dormit dormitio Christi, dissimulatio est auxilij; tunc enim vigilat cum liberat. Tertio. Dominum esse excitandum, fide per dilectionem operante clamore precum; de sapientiâ, viribus, diuitiis, & auxilio hominum non C confidendo. Quartò. Deum filios suos de modicitate fidei & timore increpare, & liberare. Quintò. Liberatori nostro Christo gratias esse referendas, *à fol.* 86. *pag.* 1. *ad fol.* 89. *pag.* 1.

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 46. de obiurgatione aquarum. Tractat. Euangelicam lectionem & circa illam obseruanda proponit. *à pag.* 321. *ad* 314.

B. THEODORI STVDITÆ, sermo huic Dominicæ aptandus, in quo agit de vitæ nostræ nauigatione, solicitè, vigilanterque regenda quatenus ab incursu piratarum, hoc est, dæmoniorum & à procellis malignorum spirituum, & tentationum sit libera & secura. *Tom.* 2.

Auctar. Biblioth. Patrum serm, Catech. ordine 106. col. 1378. 1379.

S. THOMÆ AQVINATIS in Euangelium quatuor docet ad vitam sanctitatis ascendere, tentationes post ascensum insurgere, ad Dominum in tentatione clamare, & tranquillitatem ad eius voluntatem expectare. Ibi etiā habes à quatuor ventis tentationem euenire, ab infestatione dæmonum, à peruersitate hæreticorum à crudelitate tyrannorum, & à malignitate falsorum Christianorum. Insuper & modus orandi, exemplo Apostolorum traditur qui & instanter petierunt & humiliter deprecati sunt & rem vtilem postulauerunt. *Tom.16.serm. Domin. de temp. fol. 6. col.* 1.

Eiusdem sermo in illud, *Ascendens Iesus in nauiculam* &c. Sanctitas vitæ nauiculæ comparatur ratione materiæ, formæ, & finis. Ratione materiæ quia constat ex ligno, ferro, stupa, & pice; sanctitas verò vitæ, ex iustitia, fortitudine, temperantia, & charitate. Ratione formæ, in qua quinque considerantur, arctitudo principij, latitudo medij, altitudo finis, strictitudo fundi; & amplitudo oris, in sanctitate autem vitæ, dolor de præteritis peccatis, spes de gaudiis æternis, timor de suppliciis inferni, humilitas ex consideratione propriæ fragilitatis, & consideratio summæ bonitatis. Ratione denique finis qui est quadruplex nimirum trans mare ferre, merces portare, belligerare, ac pisces capere. Per quem designantur transitus de mundo ad Deum, merces bonorum operum, pugna dæmonum, & conuersio hominum. *Ibidem col.* 2.

DOMINICA QVINTA
post Epiphaniam.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba: *Simile est regnum cælorum homini qui seminauit, &c.* In quo docet. I. Siminatorem illum esse filium Dei: inimicum autem diabolum. II. per bonum semen bonos Christianos; A per zizaniam, malos homines figurari. III. Messem esse finem sæculi. IV. Per caminum ignis, notari gehennam, in qua fletus & stridor dentium. Horreum autem esse regnum cælorum. *Tom. 12 serm. 20. de temp. pag.* 47. *&* 48.

S. AVGVSTINI sermo de iudicio extremo, & parabola Zizaniorum, in quo docet messem esse genus humanum in consummatione sæculi ad iudicium congregandum: zizania, peccatores: inimicum hominem diabolum qui superseminauit peccata: messores, Angelos: & fasciculos, reprobos. Deinde hortatur ad conuersionem vitiorum, præsertim iræ depositionem, & virtutum prosequutionem. *Tom. 10. serm.* 39. B *de sanctis. fol.* 273. *col.* 1. *&* 2.

✠ S. BERNARDINI SENENSIS sermo, in Euang. de regno cœlorum. Primò. Inquirit. 1. quid sit regnum cœlorum? non est aliud quàm influentia deiformis vniuersaliter rectificans vel iustificans: 2. vbi est illud regnum? non in inferioribus sed in superioribus, quia sublime; in rationibus causalibus, quia perpetuum; in interioribus, quia spirituale: 3. quale est? gloriosum, speciosum, delitiosum: 4. quantum? magnum, longitudine æternitatis interminabilis, latitudine capacitatis incoarctabilis, celsitudine sublimitatis incomprehensibilis: 5. quorum est? non nisi habentium gratiam. Secundò. C Quatuor parabolas quatuor Dei operationes comprehendere ostendit, 1. creationis, in productione vniuersi, gubernatione & consummatione, 2. redēptionis, quæ attenditur in aduentu in carnem, ad iudicium, ad spatium intermedium; 3. boni gratuiti; 4. liberi arbitrij, quæ est necessaria ad nostram iustificationem. *Ex serm. de temp. tom. 4. a pag. 167. col. 1. ad pag. 173. col.* 2.

S. BONAVENTVRÆ sermo primus, iuxta errorem Typographi Dom. 4. secundus, in illud, *simile factum est regnum cælorum*, &c. notat. 1. diuinum beneficium non solum in seminando semen bonum, sed etiam in tollendo semen malum: diabolicū maleficium:

humanum exercitium & Angelicum officium. *Tom. 3. serm. Domin. de temp. serm 1. Dom. 5. post Epiph. pag. 47. 48.*

Eiusdem sermo secundus in illud Euangelij. *Triticum autem congregate* &c. agit de quadruplici congregatione, credentium in hoc mundo, gementium in inferno, lætantium in cælo & resurgentium in iudicio. *Ibidem sermo 2. colum. 2. pag. 48.*

Eiusdem sermo tertius in illa Euang. verba, *Domine nonne bonum semen seminasti* &c. de quadruplici modo quo Christus seminat instituitur, seminat autem in natura, in gratia, in gloria, & in æterna miseria. *Ibid. serm. 3. col. 1. pag 49.*

Eiusdem sermo quartus in Euangelium, declarat creationem hominis verè in hac parabola & sub præsenti metaphora esse expressam, & quantùm ad principium ipsius effectiuum, & quantùm ad subiectum receptiuum: & quantùm ad actum intermedium. *Ibid. pag. 49. & 50.*

S. P. Chrysologi sermo primus de parabola Zizaniorum; multa complectitur. I. cur Christus in parabolis sic loquutus. II. quod Deus author sit boni, & non mali, bonum enim semen seminauit in agro. III. quod dæmon hominis inimicus sator sit malorum IV. parabolæ verba sigillatim perpendit. V. quòd diabolus non hominem, sed hominis interitum quærat. *Serm. 96. col. 252. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, præcedentis continuatio, Dominum probat vigilantem, etiam ipsis seruis dormientibus, vnde inimicus superseminando zizania nihil profecit. Dæmonis odium in homines demonstrat, bonorum & malorum differentiam paucis tangit. Cur Deus mala permittat, rationem profert, & de malorum tolerantia sicut & zizaniorum disserit. *Serm. 97. colum. 255. & sequentibus.*

Dionysii Carthusiani sermo in apostolica verba. *Induite vos sicut electi Dei viscera misericordiæ &c. col. 3.* in quo cum Apost. inuitat nos I. ad misericordiam; quæ duplicem intuens miseriam, vnam culpæ, alteram pœnæ,

A duplex est & duobus debet exerceri modis. II. Ad humilitatem, cuius triplex est gradus; 1. vt semper aduertamus & cognoscamus nos quales sumus sc. miseros & defectuosos; 2. vt non solum reputemus nos tales, sed ab aliis quoque reputari tales ac despici peroptemus; 3. ne in excellentia virtutum & perfectionum & venerationum nostrarum extollamur. III. Ad patientiam, cuius triplex est gradus, 1. motum iræ & impatientiæ cum labore reprimere; 2. ex vsu patiendi & impatientiam refrænandi, aduersis non turbari; 3. in tribulationibus & contumeliis gloriari & gaudere. Patientia autem tolerabiliora facit huius vitæ incom-

B moda, mentem exhilarat, proximos valdè ædificat. IV. Ad gratitudinem, pro quâ requiritur vt beneficium recognoscamus, illud laudemus, & gratias agamus, loco & tempore opportuno rependamus. *Ex serm. de temp. a fol. 75. pag. 2. ad fol. 76. pag. 2.*

Eiusdem in Euangelium, sermo primus, quod mysticè exponens præcipuas eius partes percurrit, homines dormientes prælatos Ecclesiæ negligentes, inimicum eius diabolum hostem Christi, zizania hæreticos & peruersos missos inter electos, &c. intelligi volens: sub finem quærit an hæretici sint sustinendi? & quæstionem ex D. Thoma soluit. *In serm. de temp. fol. 77. à pag. 1. ad 2.*

C Concio secunda; in quâ idem de gaudiis beatorum sermonem instituens, magnitudinem beatitudinis electorum in cælo considerari & causari asserit primò. Ex parte obiecti scil. Dei veri ac summi, quem clarè & immediatè conspiciunt Secundò. Ex parte proprietatum ipsius, quia cum summâ securitate, infatigabili æternitate totius mali carentiâ, totius boni præsentiâ est. Tertio. Ex parte potentiarum, per quas Deo feliciter vniuntur, quæ sunt intellectus & voluntas. Quartò, Ex parte secundariorum obiectorum beatitudinis electorum, quæ sunt Christi humanitas, beatissima Virgo Maria, vniuersitas cœlestium ciuium Angelorum &

hominum. Quinto. Ex dispositione corporum electorum, quæ quatuor gloriosis dotibus ornabuntur, videlicet, claritate, agilitate, subtilitate, impassibilitate. *Ex serm. de temp. fol. 78. a pag. 1. ad 2.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo in Apostolica dicta ad Coloss. 3. *Induite vos sicut electi Dei sancti & dilecti viscera misericordiæ*, &c. Vbi de spirituali Christianorum veste disserit & I. Fideles vestium pulchritudinem debere assumere dicit quia magna est dignitas ad quam sunt electi, singularis sanctificatio est qua sacramentorum participatione sanctificati sunt, à Deo diliguntur. II. Harum vestium varia genera enumerat quorum 1. est pietas, 2. effectus exterior pietatis, 3. modestia, 4. patientia, 5. supportatio oneris proximi, 6. condonatio offensarum. III. Quinque considerat quæ ad vestis commendationem facere solent, 1. est pulchritudo coloris, 2. odor, 3. artificium, 4. materiæ pretiositas, 5. suauitas. *à pag. 38. ad pag. 40.*

Eiusdem sermo 1. In Euang. Matth. 13. *Simile est regnum cælorum, homini qui seminauit bonum semen in agro suo.* Vbi singulas Euangelij partes mysticè & moraliter, breuiter tamen percurrit; comparat negotium negotio, omnium reproborum vnam pœnam damni, sed diuersas pœnas actuales pro diuersitate culparum, ponit. *pag. 285.*

Eiusdem sermo 2. in Euang. in cuius parabola quatuor personæ tanguntur, quarum, Prima est, seminans semen bonum, quæ est Christus, in quo potentia; ipsius enim est terra & plenitudo eius: bonitas, dum seminat bonum semen, producendo bonas creaturas: sapientia, colligit zizania, sine damno tritici. Secunda. Seminans malum semen, hæcque diabolus, qui importunus est vt impugnet, malignus vt peruertat, astutus vt decipiat. Tertia. Agri custodes, qui sunt Prælati vt plurimum negligentes, ignorantes, zelo indiscreti. Quarta. Messores, Angeli sc. quorum triplex opus respectu reproborum, messis in separatione eorum à bonis

A transitoriis, collectio zizaniæ in separatione ipsorum ab electis, alligatio vt in ignem mittantur. *a pag. 285. ad pag. 287.*

Eiusdem sermo 3. duobus constans. I. Triplex ager, superior qui est paradisus; inferior, mundus; interior, cor humanum, habens duas partes, intellectū & affectum; semen veritatis, seminat in intellectu, semen gratiæ in affectu; primum exurgit in triplicem fructum, sc. cognitionem sui, vnde dolor; mundi, vnde timor; Dei, vnde amor; secundum, exurgit in fructum bonorū operum. II. Aliter ager triplex in quo seminare debemus; in nobis iustitiam, in proximo misericordiam, in Deo de-

B uotionem, *a pap. 287. ad pag 288.*

Dom. 4. post oct. Epiph.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo vnicus in illud *Matth. 11. Iugum enim meum suaue est.* I. docet quid per iugum, & quid per onus notetur. II. De iugo hominis interioris cui suaue & cui durum sit, exponit. III. de onere hominis exterioris pati pro Christo; cui leue sit; & cui ponderosum. *à pag. 107. vsque ad 100.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo hac die habitus, quatuor ex textu Euangelico colligit, & dilucidè pertractat. I. iniquorum militiam. II. eorum supplicia. III. iustorum bonitatem. IV. eorumdem gloriam. Quan-

C tùm ad I. mali lolio, viciæ & auenæ assimilantur. Quantum ad II. peccatorum tria supplicia notantur constrictio in vinculis, ad inuicem compressio, & in igne combustio, in qua quinque considerantur, combustio sine cōsumptione, frigoris & caloris admissio & passio acerbissima afflictio ob dolorem æternitas pœnarum, & ardor sine splendore. Quantum ad III. boni tritico comparantur, quia albi sunt propter puritatem, rubei propter charitatem, ponderosi per morum honestatē. Quantum ad IV. & vltimum, gloria horreum dicitur spatiosum ob amœnitatem, deliciosum ob iucunditatem, & perpetuum ob æternitatem. *Tom. 16. serm. de temp. fol. 16. col. 3. 4.*

DOMINICA SEXTA *post Epiphaniam.*

SANCTI AMBROSII sermo in Euangelium, qua ratione grano sinapis regnum cælorum comparetur; I. Negligentiam quorumdam pigriùs ad Ecclesiam Dominicis diebus conuenientium reprehendit. II. fidem Christianam grano sinapis similem facit variis paralellis; III. parabolam euangelicam sancto martyri Laurentio breuiter quidem sed mirificè accommodat. *Tom 5. serm. de temp. serm.* 19. *col.* 24. 25.

Eiusdem sermo secundus vndè suprà, eandem materiam aliis similitudinibus prosequitur, duoque facit. I. quod quicquid succus sinapis in corpore agit, hoc totum fides Christiana operatur in anima. II. verò, quod Christus sit granum, exiguum patiendo & magnum resurgendo, cuius acrimoniam non potuerunt ferre Iudæi, cuiusque rami fuerunt Apostoli & sancti Martyres. *Ibid. col.* 26 27. *serm.* 2

Eiusdem sermo tertius de altera Euangelij parabola. *simile est regnum cælorum fermento*, comparationem fermenti spiritaliter interpretatur, fermentum Christus dicitur, humilitate paruum, virtute magnum, in passione confractum, comminutum, dissipatum. Mulier, sancta Ecclesia quæ fermentum abscondit in farina. quoties Christi doctrinam in cordibus nostris conatur recondere. *Ibidem col.* 27. 28. *serm.* 21.

S. P. CHRYSOLOGI sermo de parabola grani sinapis; Qua ratione Christus regnum cælorum, sub tam minima similitudine concluserit, miratur. Minimum apud homines, maximum apud Deum haberi docet. Christum granum esse sinapis, in hortum virginei corporis missum, in Patriarchis radicatum, in prophetis natum, in Apostolis eleuatum in Ecclesia ad modum arboris erectum & in ramos gratiarum dilatatum, plu-

A ribus declarat. *Serm.* 98. *col.* 256. *& seq.*

Eiusdem sermo secundus de parabola fermenti tripartitur, & I. quare maiestatem regni sui tam vilibus, tamque disparibus formet Christus exemplis; quærit & soluit. II. quare has sui regni similitudines per virum & fœminam variauerit, discutit. III. parabolam allegoricè explicat, ita vt mulier sit Ecclesia; fermentum, cælestis doctrinæ sacramentum ac tres mensuræ lex, prophetæ, & Euangelia. *Ibidem serm.* 99. *col.* 260. *& sequentibus.*

✠ IOANNI THAVLERI sermo vnicus, in illud Matth. 11. *Discite a me quia mitis sum, & humilis corde.* I. docet exemplo Saluatoris hoc præstandum

B esse. II. Quinque veræ humilitatis officia proponit. *a pag.* 110. & 111.

DOMINICA IN *Septuagesima.*

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba: *Cum sero factum esset, dicit Dominus vineæ &c. Matth.* 20. Vbi explicat I. per sero, intelligi finem mundi & iudicij diem. II. per Dominum vineæ Deum patrem notari, qui est Dominus totius Eccl. III. per procuratorem accipiendum esse filiū Dei. IV. Mercedem redditā, esse denarium,

C qui imagine regis notatur, & significat Diuinam conformitatem, quæ decem includit. 1. formosam claritatem. 2. Angelicam subtilitatem. 3. cælestem agilitatem. 4. fœlicem impassibilitatem. 5. sanctorum societatem. 6. cognitionem iucundam. 7. feruorem charitatis. 8. visionem humanitatis Christi. 9. fruitionem Trinitatis. 10. æternitatem fœlicitatis. *Tom.* 12. *serm.* 21. *de temp. pag.* 49. *&* 50.

ALCVINVS duos discursus habet, in primo agit de Septuagesimæ origine, & cur præsens Dominica sic vocetur: in secundo de filiorum Israël captiuitate per annos septuaginta in Babylonia, & nostra spiritali detentione in Septuagesima designata. *lib. de Diuinis officijs, in Auct.*

in Auct. Bib. Patr. Tom. 1. a col. 232. ad col. 235. A

AMALARIVS FORTVNATVS discursum similiter habet pro hac die, in quo hortatur ad fletum & planctum, vt quod Iudæi in captiuitate Babylonica per septuaginta annos inuiti sustinuerunt, nos voluntariè pro peccatis nostris in Septuagesima præsentis vitæ sustineamus. *ibidem lib. 1. de diuinis offic. cap. 1. col. 311. & sequentibus.*

S. AMBROSII sermo hac die habitus, in quo populum ad spiritualis hominis renouationem incitat, cùm hodie nouum tempus inchoetur. Deinde monet fideles vt in vinea Domini laborent fidelissimè, ac sic denarium æternæ retributionis valeant percipere. *serm. 22. tom. 5. col. 28.*

✠ S. ANTHONII DE PADVA, sermo in Epist. siue prima pars sermonis quæ septem dierum creationis mysticâ & morali explicatione concluditur. I. Creatio lucis, sapientiam Dei Patris illuminantem omnem hominē venientem in hunc mundum designat. II. Diuisione aquarum, baptismus, fideles ab infidelibus separans, significatur. III. Terra quæ germinat, est corpus Christi, quod fuit attritum. IV. Duo luminaria, claritatem, & incorruptibilitatē resurrectionis, denotant. V. Auibus cæli, Ascensio filij Dei, figuratur. VI. Homo ad similitudinem Dei factus, Spiritus sancti missionem explicat. VII. Requies, gloriæ cælestis ab omni labore vacuæ, est figura. *à pag. 121. ad pag. 124.*

Eiusdem pars secunda sermonis in Euang. in qua tria præsertim tractat dicens primò, contritionem, animam illuminare; secundò, confessionem esse firmamentum; tertio, satisfactionem, in tribus consistere, in oratione, ieiunio, & eleemosynâ, *à pag. 124. ad pag. 127.*

S. AVGVSTINI sermo in Euangelium, in quo ostendit quodnam sit opus Dei siue vinea euangelica in quam mittimur vt laboremus, & probat esse iustitiam, ac fidem ad quas hortatur, de dilectione autem inimicorum, & de iudicio temerè non faciendo præsertim agit, in his enim vera iustitia comprobatur. *Tom. dec. serm. 330. de temp. fol. 144.*

S. BERNARDI sermo primus in Septuagesima habitus. I. quid sit ex Deo esse explicat. II. quomodò in hac vita, qua durante, Septuagesimam, id est, tempus captiuitatis nostræ celebramus, omnia habeantur in pondere, numero, & mensura; in alia verò nihil horum reperiatur, nisi pondus supra modum, numerus extra numerum, & mensura omnem excedens mensuram, docet. III. captiuitatem qua detinemur in hoc sæculo, Septuagesimam nuncupat, quæ ex denario & septenario constat propter decem mandata quæ accepimus, & septem impedimenta quibus à mandatorum obseruantia retardamur, quæ sunt, necessitas huius miseri corporis, vitia cordis, prosperitas sæ-
B culi, aduersitas mundi, ignorantia nostra, aduersarius noster, diabolus, & inimici hominis domestici & proximi eius. *Colum. 104. & sequentibus serm. 1. Septuagesim.*

Eiusdem sermo secundus hac die etiam habitus de eo quod scriptum est Genes. 2. *Immisit Dominus soporem in Adam.* agit de duplici sopore, primi videlicet, Adam & secundi, primus in excessu contemplationis, secundus verò in miserationis & charitatis affectu. *Ibidem colum. 106. & 107.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud *voca operarios. & redde illis, &c.* tripartitur. I. tractat de vocatione diuina. II. de operatione meritoria. III.
C de remuneratione condigna. Quantùm ad. I. notat Deum vocare auersos à se, ad pœnitentiam; conuersos ad se, ad iustitiæ rectitudinem; & perfectos ad consiliorum obseruantiam. Quantùm ad II. docet humanam actionem esse meritoriam, in acquisitione gratiæ cælestis, in multiplicatione iustitiæ, & in legis diuinæ promulgatione, ignarum proximum docenti. Quantùm ad III. & vltimum dicit remunerationem fore deliciosam, copiosam, & speciosam. *Tom. 3. serm. Domin. de temp. pag. 51. 52.*

Eiusdem sermo secundus de eo quod legitur, *ite & vos in vineam meam.* Quadruplicem ostendit vineam, in qua

Q

laborandum est, Ecclesiam, videlicet, conscientiam, sapientiam, & pœnitentiam pulchrè admodum, & omnia ex scripturis. *ibidem pag.* 52. *col.* 2.

Eiusdem sermo tertius in illud *Voca opera. ios, &c* de mercede laborum iustis impertienda differit & quatuor complectitur nimirum mercedis istius receptionem celerem, liberalem solutionem, in merendo facilitatem & in possidendo perennitatem. *ibid. pag.* 53. *col.* 1.

Eiusdem sermo quartus de eo quod habetur in Euangelio. *Sic erunt nouissimi primi & primi nouissimi*. veritatem huius conclusionis Euangelicæ probat in Deo, in Angelis in hominibus & dæmonibus. In Deo qui primus in æternitate, factus est nouissimus in passione, in Angelis qui primi erant in naturalibus donis & gratiis, facti fuerunt nouissimi ratione iniquitatis, in hominibus qui aliquando primi in vocatione, & conuersione, vltimi sunt in retributione. In dæmonibus, qui primi & vltimi sunt iniquitate & obstinatione. *Ibidem. pag.* 53. *col.* 2. *&* 54. *colum.* 1.

S. IOAN. CHRYSOSTOMI oratio catechetica in dictum Euang. *Simile est regnum cælorum homini Patrifamilias qui exiit &c.* ad baptizandos, baptizatos habita. Varia continet & pertractat; Paterfamilias dicitur Dominus; operarij vocati, omnes pij, qui baptismum in diuersis ætatibus susceperunt, vinea salutaria Dei mandata, quibus parum inest laboris, & multum lucri. Vocatio diuina omnes inuitans celebratur, negligentia hominum vocationi diuinæ non obtemperantium sed procrastinantium, imò nec correspondentium, reprehenditur. Ad operandum dum tempus habemus hortatur. Laus bonorum, quam ex ipso Christi ore in iudicio audient, describitur, ipsorumque merces, quam pro laboribus læti excipient, declaratur. Copiosa Dei misericordia & benignitas erga peccatores præstantissima perpenditur. Inuidia fratrum redarguitur. Eleganti amplificatione Euangelica parabola illustratur. Fides laudatur, bonum opus suadetur, corporis ac animæ reformatio traditur, &

A humilis peccatoris ad Christi genua procumbentis oratio conficitur. *Tom.* 6. *serm.* 60. *a pag.* 539. *ad pag.* 552.

✝ DIONYSII CARTHVSIANI ad ea Epist. 1. Cor. 9. *Sic currite vt comprehendatis*, sermo, quo cum Apost. hortatur vt ita ad Deum curramus, vt ad eum perueniamus: ad quod requiritur. I. vt ea quæ ad ruinam peccati impellunt vitemus: quorum 1. est debilitas virium animæ quam peccando incurrimus; 2. onus peccati per dilationem pœnitendi contingens; 3. multitudo trahentium ad peccatum sc. consortia mala & diaboli tentamenta; 4. varietas offendiculorum. II. Non solum peccata mortalia vitare, sed & venialia, quæ disponunt ad mortalia, & esse

B in continuo Dei timore. III. Omni tentationi fortiter reluctari; ad quod requiritur omni virtute armatum esse; debellantur enim vitia per virtutes contrarias. *in serm. de temp. a fol.* 85. *pag.* 1. *ad fol.* 86. *pag.* 1.

Eiusdem, circa Euangel. sermo primus. Sex sunt propter quæ anima deuota vineæ assimilatur. Primo: Sicut vinea ita anima etsi virtuosa & perfecta, seu fructuosa, quotidianâ indiget purgatione. Secundo. Vitis est arbor humilis & maioris valoris quàm apparet; sic anima virtuosa propriis oculis vilis, & ab hominibus frequenter humiliata, à Deo honoratur, & ab Angelis pretiosa æstimatur. Tertio. Vinea in terra con-

C uenienti valde fructuosa, separata vero omnibus arboribus inutilior est; sic anima Deo per charitatem vnita opera facit meritoria, separata per peccatum creaturis irrationabilibus vilior est. Quarto Sicut vinea calore solis indiget ad fructificandum, sic anima ad bene agendum illustratione. Quinto. Vineæ fructus, terrã tãgẽdo putrescit; opera bona facta pro laude humanâ, vel intentione nõ rectâ mercede priuantur æternâ. Sexto. Vinea in loco pinguiori fructum habet minus pretiosum, in mõte vero habet pretiosiorem; ita anima temporalibus abundans, &c. Deinde operarij boni à malis in multis discernũtur. Vide *in ser. de tẽp. fol.* 88. *à p.* 1. *ad* 2.

Eiusdem, de quo suprà sermo secundus de vitanda otiositate fugienda est, quia I. in se vitiosa est, est enim negligentia & omissio operis boni. II. ex ea multa vitia habent originem III. Qualibet horâ multa bona possumus promereri, quibus est impedimentum. IV. Artifices pro exiguo argento multum laborant, milites pro corruptibili coronâ strenuè certant; nobis infiniti thesauri & coronæ immortales proponuntur. V. Serui sumus conductitij & emptitij. VI. Mundus hic locus est certaminis & laboris. VII. Incertum ac breue huius vitæ tempus, in quâ nec diem, nec horam mortis scimus. VIII. Irrationabiles creaturæ operosæ sunt. IX. Scriptura sacra otiositatem redarguit. *Ex sermonib. de tempor. à fol. 88. pag. 2. ad fol. 89. pag. 2.*

S. Gregorii Magni homilia ad populum hac die habita, in qua Euangelium breuiter perstringit, & hoc modo explicat. Paterfamilias, Conditor omnium dicitur, vinea eius, vniuersalis Ecclesia quæ tot palmites misit, quot sanctos protulit, ad hanc vineam nullo tempore destitit operarios mittere, primùm Iudæos, postremò Gentiles, cunctosque homines in qualicumque ætate, multi tamen ex ipsis vocati, qui non dicuntur, nec verè sunt electi; quapropter in hac vita cum timore & tremore salus nostra operanda est vt nec de bonis operibus gloriemur, nec de peccatoribus quantumuis sceleratissimis desperemus, quamdiu in hoc sæculo vitam transigere illis per tempus liceat. *Tom. 3. homil. 19. in Euangelia col. 53. 54. 55. 56.*

Ioan. Gersonii sermo in Septuagesima habitus anno 1388. super Euangelium, in tres orationes distinctus, quarum prima agit de vinea spirituali nostræ mentis, vt ad eam primo mane consurgamus: secunda de eadem vt eam ipsam debite excolamus: tertia vero de vinea sapientiæ vt eam diligamus. In prima multa habes contra procrastinatores, & saluti non incumbentes. In secunda docet vineam animæ nostræ esse suffumigandam doctrinæ

A susceptione, fodiendam cordis contritione, irrigandam lachrymarum imbre, extirpandam pura confessione, putandam plena satisfactione, & fulciendam tribus palis fidei, nimirum, spei, & charitatis. In tertia denique sapientiam viti comparat, & quid circa eam sit obseruandum annotat. *Tom. 1. part. 2. à col. 718. ad col. 729.*

Eiusdem sermo alter in Euangelium, contra acediam hac die habitus; Primò varia circa litteram dubia proponit, & soluit, v. g. si seruiendum sit Deo propter spem mercedis? An merces sit equalis? quare inchoatur à nouissimis? quomodo intelligitur operariorum murmur? quare Deus saluat tam paucos? Secundò quoad moralem sensum, agit

B de diuersis vineis, quas enumerat, principaliter autem de vinea conscientiæ, fusè, & appositè. Tertiò contra acediam disputat, quæ operarios impedit & à laboribus retrahit, tribus aculeis, pigram naturam nostram pungendam dicit qui in Euang. proponuntur, honore, valore, & timore. *Tom. 2. part. 4. serm. Dom. in Septuages. à col. 375. ad col. 381.*

Eiusdem sermo tertius in Euangelicam lectionem, qui dicitur collatio, contra acediam, etiam hac Dominica ad populum prolata, tradit triplicem modum quo acedia homines ad laborem natos tentare consueuit, tentat enim aliquandò vt parum laboremus,

C aliquandò vt male laboremus, aliquandò etiam vt nimium laboremus. *Ibidem à col. 381. ad col. 386.*

Gvillelmi Parisiensis sermo 1 in Epist. 1. Corinth. 9. *Sic currite vt comprehendatis, &c.* quem duo tantum concludunt: Primum est, varius hominum in hac vitâ cursus: qui est triplex 1. est ad mortem temporalem, ad quam festinant omnes tam magni quã parui, 2. malorum qui ad mortem æternam properant, 3. bonorum, qui ad præmium currunt bonum incessanter operando. Secundum. Humilitas, quæ multum valet ad hoc quod currens brauium comprehendat; quia 1. hominem leuem facit, 2. à casu custodit, 3. impetrat gratiæ abundantiam. 4. des-

cendendo vadit, cum superbia eat ascendendo, 5. Deus, qui brauium est, humili appropinquat. *a pag. 40. ad pag. 42.*

Eiusdē sermo 2. In quo verba praecedentia examinans, quatuor necessaria esse alicui ad hoc quod sic curratquod comprehendat, animaduertit. I. Quòd sit expeditus, à vinculis peccatorum & carcere diaboli, ab onere temporalium istorum, à vestis longitudine. II. Vt velociter currat. III. Vt à deuiatione caueat. IV. Vt currēdo perseueret *pag. 42.*

Eiusdem sermo tertius. Circa cursum spiritualem occupatus, ad quem, vt incitemur, sex desiderantur. Brauij pretiositas, quod est corona aeterna. Multitudo, & sublimitas personarum spectantium & expectantium cursum nostrum. Temporis breuitas. viae prolixitas: Qualitas loci in quo sumus, & malitia inhabitantium: Hostium persequentium nos velocitas, & crudelitas. *à pag. 42. ad pag. 43.*

Eiusdem sermo quartus in Apostolica dicta. *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* Quam tribus instruit. Primò. Fatuitatem eorum condemnat qui hoc tempore nimis vacant delitiis, 1. in hoc quod tunc magis delicatè viuere volunt, quando viri spirituales magis se affligunt: 2. ex eo quòd diabolus acrius desaeuiat: 3. quia difficile sit assuetis carere: 4. quia pessimum habent hospitem, qui omnibus bonis veris spoliat hospitium: 5. quia appropinquante Domino elongant se: 6. in hoc quod, cum debeant hospitium Christo praeparare, ignem apponunt: Secundo. Poenitentiam commendat ex contrarijs, ex eò quod eam Dominus in paradiso & statu innocentiae parentes nostros, docuit; ex eius fortitudine, dignitate, efficacia. Tertiò. Abstinentiae species enumerat, & quatuor esse asserit; quarum 1. est à malo vel peccato, quae summè necessaria est: 2. à bono, quod habet species mali. 3 à bono quod potest esse occasio mali: 4. à bonis illis quae à maioribus bonis impediunt, &c. *a pag. 43. ad pag. 46.*

Eiusdem, sermo primus in Euang. Matth. 20. *Simile est regnum caelorum ho-* A *mini patri familias qui exijt primo manè;* &c. Ex quo succinctè, comparando negotium praesentis Ecclesiae, negotio patris familias, litteralem eruit sensum: Et quinque modis murmur ab operarijs factum posse intelligi ostendit 1. per synthesim, 2. per regulam Ciconij, 3. de praesenti, 4. de murmure admirationis, 5. de gemitu Patrum in Lymbo. *à pag. 288. ad pag. 289.*

Eiusdem sermo secundus in cuius serie manifestatur I. Dei bonitas, qui prouidit hominibus vestitum & victum; sollicitus est de salute nostra; liberaliter remunerat, pro opere vnius horae praemium aeternum dans. II. Hominum negligentia circa propriam salutem; quia sunt maximè reprehensibi- B les, qui in senio non operantur suam salutem, quia sumus serui emptitij, melius conducti qui ad sumus. III. Malitia hominum respectu proximi, quae corrumpit cor & sensum peruertit. IV. Subleuatio spei, praesumptio repressa, timor incussus. *a pag. 289. ad pag. 291.*

Eiusdem, sermo 3. Vinea hic potest intelligi Primò. Ecclesia, propter sex, quia arbor humilis; vtilis, dum palmes ei adhaeret; purgatione & putatione indiget; insufficiens est ad fructum sine paxillo; si terram contingat putrescit; tantò habet fructum minus pretiosum, quantò est in terra pinguiori: Hanc vineam tria mala impugnant, haereticorum astutia, Praelatorum superbia, C Principum pressura. Secundò. Religio, cui necessarium vt sepem habeat, qua arceantur qui possunt corrumpere malo exemplo: huius vineae odor, fugat serpentes; flos laesionem facile patitur, fructus inebriat &c. Horae quibus cultores vineae religionis mittuntur ad opus quae sunt? Tertio. Anima fidelis; de hac vinea bibitur, primò vinum compunctionis, deinde deuotionis; In ipsa vitis est fides palmites virtutes, botrus opus bonum, vinum deuotio: Quatuor bonae vitii sunt timenda: superbia, impatientia, proprij oris impetuositas, otiositas. *a pag. 291. ad pag. 294.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo de vinea Dominica, in illud, *Ite &*

vos in vineam meam, &c. quærit quis sit ager, quæ vinea, quæ fossio, quæ binatio, quæ tertiatio qui palmites, quæ putatio, quæ plicatio, quæ folia, qui flores, quis fructus, quis denarius qui promittitur: & respondet agrum esse cor humanum, vineam, diuinam gratiam, fossionem, compunctionem; binationem secundam compunctionem quæ oritur non solum ex scrutatione peccatorum, sed ex consideratione donorum cœlestium; tertiationem, compunctionem tertiam quæ procedit de prægustatione futurorum bonorum, palmites bonas cogitationes; putationem, cogitationum inutilium resecationem; plicationem, humiliationem; folia, bonas actiones; flores, bonam famam; fructum, bonam conscientiam; & denarium summum bonum. *Tom. 2. serm. 15. instit. Monast. pag. 325. col. 2.*

Eiusdem, sermo alter, in septuagesima de plantandis in nobis virtutum seminarijs, eiiciendis vitiorum radicibus sumpta parabola, de Paradisi deliciis in illud Genes. *Tulit Dominus Deus hominem, quem formauerat, & posuit eum in Paradisum &c.* Duo facit, I. Iusti conscientiam per omnia Paradiso terrestri assimilat. II. impij & peccatoris conscientiam vineæ, in qua tribuli, spinæ, vepres, rubi, vrtica, lappa, & cicuta inueniuntur comparat. *Tom. 2. serm. 43. institut. Monastic. pag. 354. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius, in illud Dauidis. *Super flumina Babylonis illic sedimus, &c.* in quo differit de flendi tempore in hac vita, de Cantici Alleluya intermissione in Septuagesima, quæ tempus sæculi præsentis, quod septem diebus voluitur, repræsentat, ac de risu moderando, & modestia, vita durante, secunda *Tom. 2. sermonib. 51. institut. Monast. pag. 365. columno 2. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus, vndè suprà, de Captiuitate Babylonica Iudæorum tractat, & captiuitati dæmoniacæ à qua animæ captiuę tenentur, accommodat. Domum spiritalem iusti depingit, bonis & donis refertam quibus peccans anima spoliatur, & septem principalium vitiorum polluta & obuoluta, quasi sub septuagenario numero annorum in confusione captiua & seruituti obnoxia constringitur. *Ibidem serm. 52. institut. Monast. pag. 366.*

D. INNOCENTII. PAPÆ. III. sermo primus in illud. *Ecclesiastici, 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, &c.* de graui iugo super filios Adam in ingressu humanæ conditionis, in progressu & in egressu, instituitur, ac de occupatione honesta & vtili quæ hodie in Euangelio suadetur, differit. *Tom. 1. serm. 1. Septuag. pag. 19. 20.*

Eiusdem sermo secundus in Euangelium, peccatores de sua desperantes salute, ad spem reuocat, numerum saluandorum seu electorum examinat, & per patrem familias, vineam, operarios, conuentionem ex denario, quinque horas, forum, otiosos, pondus & æstum, ac per procuratorem vineæ: Deum Ecclesiam, iustos, mercedis æternæ promissionem, quinque hominis ætates, sæculum, desides, laborem, ac sollicitudinem & hominem Christum Iesum intelligit. *Tom. 1. serm. 2. Septuag. pag. 21. & sequentibus.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo vnicus in Euangelium hodiernum. I. tractat, Dominum lapsam naturam reuocasse, vt vineam suam coleret, & ad hoc exijsse sæpius. II. Ad hanc vineam excolendam, non omnes eodem modo accedere: quos intriplici gradu constituit, Incipientium, Proficientium & Perfectorum. III. Quod à vinitoribus præstatur vineæ, hoc ipsum spiritaliter impleri à probis viris ostendit. *à pag. 112. vsque ad 116.*

B. IVONIS CARNOTENSIS sermo de Septuagesima, institutionis Septuagesimæ rationem profert, captiuitatem animarum captiuitati Babylonicæ filiorum Israel assimilat, gemitus & suspiria animæ in captiuitate constitutæ exprimit, numerum septuagenarium, typum esse vniuersi temporis probat, ac tandem vt in præsenti vita, propensius autem hisce diebus gemitibus & fletibus operam demus, & ad Hierusalem cælestem patriam suspiremus, a marescentibus nobis sæculi voluptati-

bus, cohortatur. *Tom I. Auct. Biblioth. Patr. serm. 12. non. Carnotens. col.* 820. 821. 822.

✠ Nicolai de Cusa in Epist. sermo. *Sic currite vt comprehendatis &c. 1. Corin. 9.* ex quo certum est: Primò. Fidem ponere in motu, spem facere cursum, sed vnum accipere brauium, quia apprehensio est vnio currentis cum fine & quiete. Secundò. Volentem currere, debere Christum induere, vt sic per stadium currat. Tertiò. Longitudinem absolutam, posse dici rectitudinem infinitam, seu iustitiam infinitam, quæ est creatrix, quia dat vnicuique quod suum est, &c. Quartò. Fidem illam, quâ mortalis homo credit immortalitatem se assequi posse, non acquiri nisi in agone certaminis, &c. *Excitat. lib. 9. a pag.* 640. *ad pag.* 643.

Eiusdem, ad prædicta dicta sermo, quo videtur. Animari fidem & spem in hoc cursu per charitatem, quæ spiritus vitæ fidei, & spei, est: hanc vero charitatem, esse comprehensionem seu nexum quo Christianus nectitur diuinæ immortalitati, in quâ consistit suprema fœlicitas, &c. *Excitationum lib.* 10. *a pag.* 680. *ad pag.* 681.

Item, eiusdem sermo, in Euang. *Ite & vos in vineam meam &c. Matth.* 20. vbi agit de denario diurno & ostendit, Primò. Denarium esse complicationem numeri, ponderis, & mensuræ; cuius valor omnia numerabilia, ponderabilia, & mensurabilia, in se habet virtualiter. Hic denarius est Christus verbum Dei, per quod omnia creat Deus; cuius denarij veritas cognoscitur ex imagine regis, valet totam patris hæreditatem, immo est ipsa hæreditas, seipsum dat fidelibus suis, per hunc fidelis Dei regnum emit. Secundò Verbum vnum, per filium hominis hominibus distribuit; erit igitur vna omnium vita, qui verbum vnum, quod est & vita, recipiunt. *In lib. 9. excitat. a pag.* 643. *ad pag.* 644.

✠ Eiusdem sermo in illud Euangelij. *Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* Varia tractat. I. de denario & valore eius. II. Ostendit naturam intel- A lectualem posse se conformare omnibus. III. Vim illam assimilatiuam non quiescere nisi in formatiua, quia intantum est assimilatiua, inquantum est formatiua. IV. Ex quo deducit quid sit nos conduci varijs horis, quas ad totidem ætates hominis, formatiuas scientiarum refert. V. Easdem horas ad ætates mundi applicat, à creatione ad iudicium vsque. VI. Easdem reducit ad vim sensitiuam hominis, imaginatiuam, rationalem, intellectualem, intelligibilem siue Diuinalem. Iterum, primam dicit esse creationis; tertiam recreationis in Christo; reliquas, profectus supererogationis. VII. Agit de denario, cuius veritatem à tribus pendere dicit; veritate auri, veritate ima- B ginis, veritate superscriptionis. Et hominem habere primum ex his, à Patre. 2. à filio; rotunditatem à spiritu sancto. *Lib. 5. Exercit. pag.* 473.

✠ Radvlphi Ardentis homilia in id Epist. *Nescitis quod hi qui in stadio currunt, &c. 1. Corinth.* 9. Vbi dicit stadium, esse spatium præsentis vitæ: brauium, præmium æternæ beatitudinis: Viam, fidem: Christum, ducem: In hoc stadio currere; Alios velociter, qui abiectis omnibus impedimẽtis, cum toto desiderio ad cœlestia tendunt: Alios tardè, qui curâ rerum mundanarum ab appetitu supernæ patriæ retardantur; nec tamen omnino retardantur, sed tardiusculi sunt: Alios re- C trogradè, qui etsi in viâ Dei sunt per fidem; tamen ad mundana desideria redeunt & per concupiscentiam, non quæ Dei, sed quæ mundi sunt toto desiderio requirunt. *à fol.* 89. *pag.* 1. *ad fol.* 91. *pag.* 2.

Eiusdem, de parabolâ Euang. Matth. 20. Vbi de vineâ patris-familias & operarijs agitur. I. Mittuntur operarij in vineam, primis denarius promittitur; secundis non denarius, sed quod iustũ fuerit; tertij increpantur; hæc moraliter expenduntur. II. Remunerantur serò operarij incipiendo à nouissimis ad primos. III. Primi arbitrantes quod plus essent accepturi, murmurant aduersus patrem familias. IV. Dominus

ei qui tam perversè loquitur vel meditatur, respondet per spiritum vel scripturam dicens *Amice non facio tibi iniuriam, &c.* & ostendit suum iudicium rectum esse. V. Dominus concludit, & aptat similitudinem dicens, *Sic erunt novissimi primi, & primi novissimi* hæc moraliter & mysticè exposita vide, *à fol. 91. pag. 2. ad fol. 95. pag. 1.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo super Euangelium in quo quatuor præcipua notantur I. Egressus Christi quinque modis, in mundi principio, in nativitate, in passione, in familiæ suæ gubernatione & prouidentia, & in iudicio. II. Stultitia hominis in præsenti vita otio vacantis, quæ colligitur ex quintuplici capite. III. Iustitia quæ continet omnes virtutes, per veniam figurata, in qua debemus quinque modis laborare, plantatione, eradicatione, putatione, custodia, & cohibitione. IV. laborantium in hac vinea remuneratio, per denarium designata. *Tom 16. serm. Dom. de temp. fol. 7. col. 1. & 2.*

✠ B. Thomæ à Villanova sermo, in illud *Matth. 20. Quid hic statis tota die otiosi.* Initio quæstionem soluit, quomodo inæqualibus, æqualis facta retributio, iustitiæ Dei non aduersetur. Vbi opera ex charitate valere considerat. II. Circa murmur operariorum quæstionem dirimit, an eadat in beatos murmuratio. III. Circa illud, erunt nouissimi primi, vrget in Dei seruitio non attendi temporis quantitatem, sed feruoris. IV. Ad id, *Multi sunt vocati, pauci verò electi,* ad laborandum viriliter hortatur: vbi multa de otio; & quatuor esse quæ ad illud vitandum mouere debent: hæc sunt, magnitudo negotij, breuitas temporis; magnitudo periculi: multitudo hostium. *à fol. 35. col. 4. ad 37. col. 1.*

DOMINICA IN Sexagesima.

✠ B. Alberti Magni sermo ad ea verba: *Exijt qui seminat seminare semen suum. Luc. 8.* Demonstrat

A sex esse satores, Deum patrem Deum filium; bonum hominem: hominem malum: Diabolum & mortem. Et quæ semina faciant: Pater filium: filius, verbum Dei: homo bonus, opera munditiæ, iustitiæ & misericordiæ: Homo malus, vanitatem & iniquitatem: Diabolus, zizania vitiorum: Mors, corruptionem, sed reparandam. *Tom. 12. serm. 22. de temp. pag. 50 & 51.*

Albini Flacci Alcvini discursus in Sexagesimam, diuini officij huius dominicæ rationem profert, & sexagesimi numeri mysteria enucleat. *Tom. 1. Auctar. Biblioth. Patr. lib. de diuin. off. Alcuino authore col. 235. & sequentibus.*

B Amalarii Fortvnati Ep. Treuirensis de Sexagesima Tractatus officium huius diei explicans, & numeri senarij laudem & perfectionem continens. *Tom. 1. Auctar. bibli. Patr. lib. 1. de offic. Ecclesiast. ab eodem congesto; cap. 2. columna 315. 316.*

S. Ambrosii sermo hac die habitus, in quo de celebratione Sexagesimæ differit, rationem ieiunij Sexagesimæ, Quinquagesimæ, & Quadragesimæ affert, & numerum senarium mysticum dicit ac commendat. *Tom. 5 serm. 23. de temp. col. 29. 30.*

✠ S. Antonii de Padva sermo in Euangelij omnes partes quæ Christi zelum pro omnium salute probant dum semen verbi Dei in quacumque terrâ seminat, quod cadit C Primò. In viam, id est luxuriosos, de quorum corde, Dæmones semen rapiunt, & comedunt, ne fructificet. Secundò. Supra petram, falsos religiosos, quia gloriantur, de excellentia suæ religionis. Tertiò. Inter spinas, auaros, & vsurarios, quia auaritia vsuras capit, & transglutit. Quartò. In terram bonam, hoc est, mentem iusti bonam, siue sanctam Ecclesiam, quæ vt Arca Noë continet se, mitia Animalia, homines, & volucres. *à pag. 127. ad pag. 130.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium hodiernum quod totum sub breuitate exponendo perstringit, fructificationis seminis impedimenta, & adiumenta

notat, & ex euangelica parabola colligit, diuitias à Christo Domino spinas esse nuncupatas miratur, quid sit fructum afferre in patientia explicat, & de fructuum inæquali numero, in fine loquitur. *Tom. 7. homil. hyemal. de Temp. col. 214. & sequentibus.*

S. BERNARDI pro parabolâ hodiernâ, sermo, Ager est corpus, huic cum dominantur passiones est incultus; in eo absconditum est regnum cœlorum sc. opera salutis per quæ regnum adipiscimur. *Ex paruis & varijs sermonib. serm. 26 col. 454.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo, de verbo Dei & conditionibus audientium illud, in duos articulos distinctus. Primus. Mysteria quatuor comprehendit 1. est verbi Dei inspiratio, scriptura enim sacra facta est per inspirationem & illuminationem Spiritus sancti; 2. Verbi Dei assaporatio, nihil enim confert intelligentia, nisi frequenti consideratione ruminetur; 3. Verbi Dei acceptatio, ad quam requiritur in se non confidere sed in Christo petere, indignum se reputare; 4. Verbi Dei communicatio. Secundus. Malè audientes verbum Dei increpat quia fiunt 1. terra lutosa, id est via per inuiscationem concupiscibilis in delicijs; 2. petrosi, per obdurationem irascibilis in honorificentijs; 4. spinosa terra per effusionem rationalis in diuitijs. *Ex sermonib. de temp. tom. 4. à pag. 173. col. 2. ad pag. 177. ad col. 2.*

S. BONAVENTVRÆ sermo 1. de expositione præsentis parabolę, qui in tres ordinatur partes. Prima agit de cordis nostri, (quod per terram bonam intelligitur) debita ad semen suscipiendum & fructum ex eo afferendum præparatione, quæ in tribus consistit, in malarum radicum vitiorum extirpatione, in aquarum, lachrymarum & compunctionum irrigatione, in caloris radiosi solis expositione & susceptione. Secunda verò de seminis verbi cælestis firma retentione, ad quam tria requiruntur reuerentia & attentio in audiendo, fidelitas ipsi fidem humiliter & fortiter adhibendo, & patientia cum operis

A executione: Vbi obiter de fructu trigesimo, sexagesimo, & centesimo differens Arithmeticam digitalem ostendit, & per partes docet. Tertia denique de recepti seminis fructificatione, quæ penes tria ista attenditur, munditiem & puritatem, ob spinarum eradicationem; claritatem, & intelligentiam ob aquarum irrorationem, & familiaritatem diuinam ob solis susceptum calorem. Vnde dicitur iste fructus optimus, quia habet & pulchritudinem in aspectu, & vtilitatem in affectu, & delicias in gustu. *Tom. 3. serm. Domin. de Temp. pag. 54. 55.*

Eiusdem, sermo secundus vnde supra, tractat de spirituali seminatione per comparationem ad materialem, &

B quatuor requisita considerat, nimirum seminis bonitatem, seminantis liberalitatem, telluris fœcunditatem, & temporis opportunitatem. *Ibidem pag. 56. col. 1.*

Eiusdem, sermo tertius in illud. *Exijt qui seminat, seminare &c.* quatuor seminum spiritualium genera notantur, videlicet semen scientiæ, semen pœnitentiæ, semen misericordiæ, & semen iustitiæ, quæ omnia ex scripturis colligit. *Ibid. pag. 56. col. 2.*

Eiusdem, sermo quartus in illa Euangelij verba, *Aliud cecidit in terram bonam, &c.* quadruplicem ostendit terram bonam, materialem scilicet, virginalem, spiritualem, & æternalem; ac

C de ipsis separatim agit. *Ibidem pag. 57. col. 1. 2.*

S. CÆSARII ARELATENSIS homilia huic Dominicæ & Euangelio præsenti conuenientissima, siquidem in ea populum admonet & hortatur, vt lectiones diuinas audire studeat, & qui potest legere, legat, qui verò non potest, legentem libenter audiat; vt à prauis colloquijs ac inanibus, linguam compescat, & à prandijs luxuriosis, nec non & ebrietatibus abstineat, quia hoc erit animæ pro cibo & potu in æternum, quod hîc de diuina lectione conceperit: vt sic excolere studeamus animam, quomodo vineam, vel oliueta; vt animam nostram præparemus, ad semen

diuinum

diuinum fructuosè excipiendum; vbi de agro mundando spinis atque lapidibus; vt tricenos, & sexagenos, & centenos fructus proficiat: ac de tribus professionum generibus virginum, viduarum, & coniugatorum. *Tom. 2. Bibl. Patrum S. P. Cæsar. Arel. homil. 20. de cura animæ inscripta, à col. 613. ad col. 617.*

DIONYSII CARTHVSIANI, in dicta Apostoli 2. Corinth. 11. *Quis scandalizatur & ego non vror* sermo, in quo post quam declarauit Paulum ab hæreticis & peruersis fuisse diffamatum & seductorem hominum vocatum, atque præ aliis laborasse & passum esse; multipliciter nos instruit I. Quidem vt æquanimiter sustineamus si diffamemur. II. Iniurias, penurias, & læsiones patiamur. III. Proximi scandalum vitemus, vt nec verbis, nec actu, nec omissione aliquem ad Dei offensam inducamus. IV. Immensitatem diuinæ misericordiæ consideremus, mitemur, amemus. V. Magnam fidei nostræ certitudinem attendamus ex conuersione infidelis Sauli, & persecutoris, in fidelem Paulum & prædicatorem. *In sermonib. de temp. fol. 95. à pag. 1. ad 2.*

Eiusdem, in Euang. sermo 1. de audiendo verbo Dei est. Primo quod sit cibus potusque animæ; quia sicut corporali cibo ac potu corpus nutritur, roboratur & conseruatur, sic verbo Dei anima spiritualiter reficitur, proficit, & confortatur Secundo. Medicina, verbo enim Dei sicut corpus medicamine, anima ab infirmitatibus sanatur. Tertio, Vestimentum & arma, vt contra tentationes & vitia nos præmuniamus. Quartò. Ignis, qui diuino amore corda succendit. Quintò. Malleus, cordis duritiam mollificans & vitia conterens. *Ex sermonib. de temp. A fol. 97 pag. 2. ad fol. 98. pag. 1.*

Item, eiusdem 2. sermo in quo tanguntur stultitiæ eorum qui Diaboli acquiescunt tentationibus: quarum I. est. Atrocissimo hosti suo consentire & damnationem sic æternam quærere. II. Crudelissimum aduersarium iuuare, occidendo seipsum. III. Contra aduersarios suæ salutis non se munire. IV. Ex parte quâ sumus debiliores & grauius tentamur, non se munire. V. Non satis hosti suo repugnare. VI. Contra seipsum insurgere, contraria contrarijs non impugnando. VII. Hostem suum sibi nimis appropinquare permittere. VIII. Auxiliatoribus hostium suorum consentire. IX. Eum cuius auxilio resistere valemus & præualere, enormiter offendere. X. Sapientissimo consiliario & fortissimo auxiliario de super dato sc. Angelo custodi non acquiescere XI. Non curare à loco tutiori, videlicet, alto & arcto desistere. XII. Tempus pugnandi aptissimum amittere. *In sermonib. de temp. a fol. 98. pag. 1. ad fol. 9. pag. 1.*

In sermone tertio, fructum triplicem verbi Dei refert. Primo. Ad religiosos qui fructum centesimum, sæculares clericos qui sexagesimum, vulgares laicos qui tricesimum fructum ferunt. Secundò. Ad incipientes in quibus tricesimus, proficientes in quibus sexagesimus, perfectos in quibus centesimus producitur fructus. Tertiò. Ad virgines quæ centesimum, viduas quæ Sexagesimum, coniugatos qui tricesimum producunt fructum. *Ex serm de temp. fol. 99. a pag. 1. ad 2.*

I. GERSONII sermo in Euangelium, de ira, postquam tres causas protulit cur in præsenti vita multùm timere habeamus quas ex parabola elicit, probat impatientiam omni bono semini ad bene fructificandum aduersari, triplicique modo diuersificari: est enim ira seu impatientia subita, prolixa, & grauans, prima terram cordis nostri reddit calcatam, secunda petrosam & tertia spinis refertam, de hac autem triplici ira & impatientia fusè differit, ipsique remedium tradit & adhibet. *Tom. 2. part. 4. a col. 387. ad col. 394.*

S. GREGORII MAGNI homilia in Euangelium ad populum in basilica S. Petri hodierno die habita, in ipsa diuitiæ spinosæ, & fallaces dicuntur, modus fructuosè verbum diuinum excipiendi traditur, & sollicitudines reprobantur, patientia in aduersis commendatur, denique ad benè operandum

R

hortatur. *Tom. 3. homil. 15. in Euang. col.* 38. 39. 50.

✠ GVILLELMI PARISIENSIS, sermo 1. in Epist. 2. Corinth. 11. Vbi hæc Apostoli verba attendens *Ministri Christi sunt & ego, &c.* Præmissa aliquâ instructione de tribulationum necessitate & onere; quæ per Charitatem, si non ex toto remouentur, saltem subleuantur: De eisdem sermonem instituit & I. Deum dare tribulationes eis quos amat per Paulum probat qui etsi ex amicis Dei, vndecim tribulationes sustinuit, incarcerationem, vulnerum plagas, lapidationem, diuersa pericula, laborem manuum ærumnam siue infirmitatem, vigilias multas, famem & sitim, nuditatem in frigore, solicitudinem cum compassione aliorum, euadendi periculum. II. Deum consolari amicos suos qui tribulationes patienter portant ostendit. Paulus enim post afflictiones ad tertium raptus est cœlum. III. Tribulationum vtilitatem considerat quæ purgant virtutes, hostem debilitant, occasionem dant vt gratiam Deus augeat, patientiam operantur. *A pag. 46. ad pag. 49.*

Eiusdem, sermo 2. Ex his *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Christi.* Triplicem elicit gloriationem vnam de peccato, alteram de mundana sapientia, tertiam Christianam quæ debet esse de Dei cognitione, de conscientiæ bono testimonio, de profectu fratrum, in tribulationibus; in quibus præcipuè gloriandum. quia gloriosius militi est in exercitu esse quã sedere ad ignem, qui sustinet tribulationes Christum imitatur, filij Dei & amici ostendimur cum tribulamur, tribulationes, mentem sanant, debita nostra soluunt, signa diuini amoris sunt, homines erudiunt, odium præsentis vitæ inducunt. *A pag. 49. ad pag. 51.*

Eiusdem, sermo 1. in Euang. Luc. 8. *Cum turba plurima conueniret, &c.* I. Parabolicè Christum ait. Discipulis loquitur multis de causis. II. Litteralis, & moralis sensus huius parabolæ aperitur. III. Circa hanc considerandum 1. quis
A seminet? sc. Christus. August. quem Christus seminat, ego quis sum? &c. Seminandi etiam exercent ministerium Prælati, quid facere ad Christi imitationem debeant, vt seminent fructuosè? 2. quid seminet? Verbum de Paradiso allatum ab ipso. Verbum Dei in multis semini assimilatur, sc. in puritate, necessitate, virtute, &c. 3. vbi seminat? sc. in via, petra, spinis, terrâ bona. 4. quis seminis defectus? deficit semen quia conculcatur, ab auibus rapitur, suffocatur spinis, &c. *a pag. 294. ad pag. 299.*

Eiusdem, sermo 2. in illud, *Qui habet aures audiendi audiat, &c.* I. Triplex auditus auditoribus necessarius, naturæ
B quo verbum suscipitur; intelligentiæ, quo sensus verbi discernitur; obedientiæ, quo res verbi efficitur. II. Aliter sapientibus aliter simplicibus prædicandum. III. Expositio parabolæ à Deo facta est breuis, aperta, facilis, sine curiositate ornatus. IV. Verbum Dei est semen respectu meriti, bonum opus respectu præmij, malum respectu supplicij. V. Eleemosyna semen quia occultanda est, pura esse debet, & committi terræ purgatæ spinis, purgari debet rore compassionis & hilaritatis, VI. Spinæ dicuntur diuitiæ eo quod sub flore pungant, vestem dilacerent, latibulum sint serpentum, se inuicem crucient, amplectentes complectantur,
C sint ignis materia, &c. *à pag. 299. ad pag. 301.*

Eiusdem, sermo 3. in quo breuiter duas instituit quæstiones quibus satisfacit, quarũ Prima est. Quare ipsemet Christus exijt in propria persona seminare in terra? & dicit hoc fecisse propter terræ necessitatem, aliorum cultorum prauitatem, agriculturæ spiritualis vtilitatem. Secunda. Cur sapientissimus cultor in prauam terram semen suum iecit? respondet ad nostram instructionem, prædicatorum consolationem, vt de terra praua faciat bonam. *pag. 301*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. circa Euangelium. Docet I. cùm Deus exeat seminando, debere hominem

extra propriam quæstionem, (sic enim loquitur) in virum perfectum. II. Explicat quid sit intrare, quid exire, homini spirituali. III. Rationem exeundi à seipso, discendam esse à Christi exemplo: quod explicat per singula genera abnegationum, & perfectam in Christo abnegationem describit. *A pag. 116. vsque ad 121.*

Eiusdem sermo 2. circa Epistolam diei. I. Tradit cur D. Paulus raptum suum in cœlum per annos 14. sub silentio habuerit. II. Afflictionum vtilitas proponitur, cùm voluntariè suscipiuntur. III. de resignatione perfecta sermonem facit. IV. Ad inclusum conuertit se, & quibus virtutibus fulgere debeat, ostendit. *In vita illius à pag. 40. vsque ad 44.*

✠ NICOLAI DE CVSA in hæc 2. Corinth. 11. *Sufficit tibi gratia mea, &c.* sermo, ex quo tria membra. Primum. Paulum vidisse arcana verba & in raptu in paradiso deliciarum, spiritu verbum, vidisse manifestat. Secundum. Ex August. Paulum raptum de corporalibus ad spiritualia, quæ sunt similitudines corporalium, in paradiso deliciarum omnium paradisorum, visionem trinitatis habuisse, probat. Tertium propter profectum permitti tentationem, sed adesse opportuno tempore adiutorem; qui inuocatus eripit tribulatum, & glorificat eum, vt qui tentatus vicerit, &c. *Ex lib. 9. Excitationum, à pag. 645. ad pag. 645.*

Eiusdem, in Euang. sermo. *Semen est verbum Dei, &c. Luc. 8.* Princeps naturæ attrahit; quia à quo habetur esse, & bene esse, & pascentia vitæ, ad illum properatur. Nullus ager nisi sol irradiet feruorem & vigorem, fructum affert, sic ager noster, &c. Colligit de agro rusticus omnia necessaria ad vitam terrenam, sic homo de agro intellectus omnia ad vitam diuinam. Alia est sapientia mundi, alia Dei. Vniuersus mundus ordinatus est ad finem ostensionis sapientiæ Dei creatricis. *Excitationum lib. 7. à pag. 671 ad pag. 672.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in hodiernam Epist. homilia in quâ dici-

A tur. *Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. 2. Corinth. 11.* quibus verbis Apostolus. Primo. Corinthios reprehendit quod pseudo-prædicatores recipiebant, & eos insipientes dicit dum suo non saniori consilio acquiescunt. Secundò comparat se & præfert pseudo-prædicatoribus; seque commendat, non ob iactantiam sed ob necessitatem: se commendat in genere, in quo se æquat aliis; in ministerio & reuelationibus, quibus se præfert aliis; in humilitate, per quam humiliat se aliis & sibi. *A fol 95. p. 1. ad fol. 98. p. 1.*

Eiusdem, in Euangel. Luc. 8. quod ad mores applicans probat hominum quibus verbum Dei proponitur multas species esse. Alij enim audire illud no-
B luntaures intellectus more aspidis obturantes: Alij intantum Dei verbum audiunt vt nec eius sapore, nec opere delectentur, quorum corda non clausa, omnium tentationibus spirituum patent: Alij illud audiunt & cum desiderio percipiunt & etiam aliquid boni agere incipiunt, sed à sollicitudinibus & voluptatibus diuitiarum occupati, desistunt: Alij audiunt verbum Dei, & cum gaudio suscipiunt & aliquid boni agere incipiunt, sed tribulationibus pressi, desistunt: Alij audientes verbum Dei, retinent corde optimo, & fructum afferunt in patientia. *A fol. 98. pag. 1. ad fol. 100. p. 1.*

C ✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 7. Post breuem præfationem de gratia Dei concilianda quæ sermonis dirigat cursum: totam parabolam successiue explicat & singulas partes præclaris obseruationibus illustrat. *A pag. 39. ad 45.*

B. THEODORI STVDITÆ, sermo catechet. de semine materiali ad spiritalem transit, & quid seminandum nobis sit, quoue modo semen irrigandum mysticè docet; Deinde de fiducia in Deo habenda disserit. *Tom. 2. Auctar. Bibliothecæ Patrum sermo. 27. col. 1311.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo il illud Euangelij *Volucres cæli comedunt illud.* tria docet. I. dæmones volu-

cribus comparati propter volatus sublimitatem, volandi velocitatem, & rapacitatem. II, dæmones, cœli aues dici, ratione originis subtilitatis ac habitationis. III. triplex semen à dæmonibus comedi, semen verbi Dei, semen iustitiæ, & semen boni operis. *Tom. 16. serm. Domin. fol. 7. colomna 4. & fol. 8. columna 1.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio: initio ostendit quantum valeat prædicatio verbi Dei. 2. Et si quando non fructificat, id oriri ex indispositione auditorum: quare tria probat verbi Dei efficaciam impedire; duritiam cordis, quam significat via: Sterelitatem & siccitatem terræ, id est, cordis tepiditatem, sine humore spiritus charitatis & deuotionis. Spinarum & herbarum nascentium multitudinem, id est, solicitudinem temporalium. 3. tractat de conditionibus boni auditoris & tres statuit: quòd audiat corde bono & optimo, id est, libenter, cum gaudio & sine tædio, & intentione proficiendi. Quòd auditum verbum retineat & rememoretur. Quòd fructum afferat in patientia, id est, efficaciter proficiat. Et si repentè non fit summus, patienter perseueret in proposito. *A fol. 37. col. 1. ad 38. col. 3.*

DOMINICA IN
Quinquagesima.

✠ B. Alberti Magni sermo, ad illud: *Stans autem Iesus iussit cæcum adduci ad se Matth. 18.* Docet 1. Iesum stare in cruce, & indè nos vocare. II. Cæcum spiritualem à duobus adduci ad Iesum timore seruili, & amore filiali. III. Cæcum significare peccatorem; & cæcitatem contingere. 1. per rerum cupiditatem 2. per gloriæ & iactantiæ fatuitatem. 3. per luxuriæ voluptatem. 4. per iracundiam grauem. 5. per vanam mundi lætitiam. 6. per complacentiam in seipso. IV. per quæ cæcitas illa curanda sit exponit. *Tom. 12. serm. 23. de temp. pag. 51. & 53.*

A Albini Flacci Alcvini de Quinquagesimâ discursus, tria complectitur, hodierni officii Missæ expositionem, Quinquagesimæ rationem, & quinquagenarii numeri mysteria varia, eorumque intelligentiam. *Tom. 1. Auctar. Biblioth. Patrum. lib. de diuin. offic. col. 237. 238.*

✠ S. Antonii de Padva sermo. Occasione cœci mendicantis, de tribus cœcis mentionem facit, & per eos triplex hominum genus, signat. Primus Cœcus est à natiuitate, luto & sputo illuminatus; hicque superbum denotat, contra inferiorem, contra æqualem, contra superiorem, quos conculcat, contemnit, subsannat. Secundus, Tobias, stercore hirundinum excœcatus; sed felle piscis curatus; per quem iustus tepidus indicitur, abore Dei euomendus. Tertius, Laodiceæ Angelus, collyrio illuminatus; isque est Episcopus, cui sex valde necessaria, vita, fama, scientia, charitatis abundantia, puritas, talaris tunica. *à pag. 127. ad paginam 133.*

Eiusdem sermo alius in illud; *Ecce ascendimus Hierosolymam.* I. Christus de suâ passione frequenter loquitur, vt suos in fide confirmet, eorum dolorem mitiget, suam libertatem eis insinuet. II. Ascensionis Christi in Hierosolymam, locus, & modus, insinuatur. III. Ponitur virtuosum prodigium, C supernæ potestatis, in cœci illuminatione. *à pag. 133. ad 136.*

S. Avgvstini sermo de cœco illuminato, de triplici charitate proloquitur, de licita humana, de humana illicita, & de diuina qua Deum amamus, qua eius lucem sicut cæcus hodierni Euangelii, desideramus; impedit autem ab hac dilectione turba tumultuans & cæco, ne Christum inclamet, contradicens; sed vincendum & fortius clamandum vt Christus pertransiens, stet, & illuminet tenebras nostras: transiit quidem Christus cum temporaliter pro nobis bona egit, mala pertulit, sed nunc ad dexteram Patris stat, vt nobis succlamantibus misericorditer succur-

rat. *Tom. 10. sermon. de Tempore fol. 152. col. 1. 2. 3. 4.*

S. Basilii Seleuciæ oratio illud: *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis, &c.* beneficia diuina populo Iudæorum collata commemorat, ingratitudinemque ipsorum ac cordis duritiam miratur qui liberati à malis opediuina, conuiciis, vitiisque liberatorem & benefactorem suum incessebant; Exinde inuidiam ipsorum contra Christum in salutem totius Iudaicæ gentis, necnon & vniuersi orbis missum, ab ipsomet Christo præuisam, & Apostolis suis hodie prædictam demonstrat. Apostolorum ex hac reuelatione mœstitiam, & ex resurrectione prænuntiata conceptam lætitiam tanquam ingentis doloris temperamentum repræsentat. Denique Christum cum Petro passionem impedire conanti, colloquentem introducit, & asperitatis erga discipulum beneficium ostendit. *Orat. 31. à pag. 164. ad pag. 169.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium in duas partes ordinata. Prima varias rationes profert, cur Christus prænuntiarit discipulis passionem suam & mortem; & quid sibi vult quod discipuli toties replicatum Dominicæ Passionis arcanum intelligere nequiuerint, exponit. Secunda verò cæci Infirmitatem, eiusque curationem ac alias miraculi hodierni circumstantias considerat; & eas allegoricè ad genus humanum refert. *Tom. 7. Homil. Hyem. de Temp. col. 216. & sequentibus.*

S. Bernardini Senensis in Epist. 1. Corinth. 13. *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, &c.* sermo primus, in quo ad firmandos quoslibet christianos in fide, duodecim fidei firmitates enumerat. 1. est, Prophetarum testimonium, ex quo vera fides dignoscitur: 2. Scripturarum concordia: 3. Scribentium auctoritas & dignitas; 4. Recipientium diligentia; 5. Honestas seu rationabilitas credendorum, & in Christiana fide contentorum; 6. Inhonestas & irrationabilitas singulorum errorum, Paganorum, Colentium idola; Philosophorum, Saracenorum; Mahometorum, & aliorum; 7. Martyriorum asperitas, ex quibus fidei veritas eluxescit; 8. Miraculorum limpiditas, seu claritas; 9. Dei honorificentia; 10. Ecclesiæ permanentia; 11. Iudæorum captiuitas, quæ tanto tempore durauit; 12. Diuinæ prouidentiæ æquitas, & pietas. *Ex quadragesimali de Christiana religione, tom. 1. à pag. 2. col. 1. ad pag. 9 col. 1.*

Eiusdem sermo secundus, de fide in tres articulos distinctus. In primo: Fidem esse necessariam probat, 1. respectu Dei cui cultus exhibetur, propter suam incomprehensibilitatem, improbabilitatem, dignitatem; 2. respectu hominis à quo cultus exhibetur, cuius mens, alicui cultui obligata, Altissimo subiugata, Deo gratificata; 3. respectu cultus qui Deo exhibetur, propter eius incertitudinem, dubitationem, arctationem. In secundo: Fidei æquitatem contemplatur, æquus est enim modus iste cognoscendi per fidem; quia 1. est Deo gloriosus; 2. homini meritorius; 3. laude dignus. In tertio: De dignitate, siue de dono fidei agit, & distinguit triplicia à Deo data 1. sunt bona data per humanam acquisitionem vt scientiæ acquisitæ, & liberales artes; 2. data à Deo meliora, per inclinationem; vt scientiæ, virtutes, & naturales diuitiæ; 3. data optima, quæ sunt, fides suprà animam à Deo superinfusa. *Ex quadragesimali de Christiana religione, tom. 1. à pagin. 9. col. ad pagin. 13. col. 1.*

Eiusdem, de charitatis origine sermo primus. I. Christus nos diligens tria nobis dona contulit; 1. diuinitatem suam, propter quam in throno sedere dicitur; 2. spiritum suum rationalem, propter quem totus Angelus nuncupatur; 3. carnem suam innocentissimam. II Impetranda est gratia diuinæ dilectionis, oratione, à nobis omnibus multiplicatâ per meritum Christi Deo præsentatâ, per idem meritum à Deo acceptâ. III. Conuertuntur ad Deum, Quidam, per cognitionem culpæ fœ-

tentis; Alij, per dilectionem diuinæ misericordiæ allicientis; Tertij, per reprehensiones diuinæ iustitiæ, & comminationes. *Ex quadrages. de Euangelio æterno, tom. 2. a pag. 425. col. 1. ad pag. 429. col. 1.*

Idem, sermone 2. in Epist. de laudibus charitatis differit, Primò eius necessitatem probans 1. enim facunda eloquentia sine eâ haberi non potest, ad quam requiritur vt homo clarè, breuiter, ornatè, loquatur; 2. sine ea scientia seu notitia rerum non prodest, siue sit illa notitia euentuum aut casuum futurorum siue mysteriorum, siue artium liberalium, siue diuinorum, 3. sancta vita quæ consistit in benè facere, & mala pati ad salutem sine ea non valet. Secundò. Per quindecim gradus ostendens in bonis & malis prouecere charitatem 1. est patientia; 2. benignitas; 3. electio boni alterius; 4 intentio recta; 5. humiliatio de bonis; 6. amor subiectionis; 7. studium communis bóni; 8. mansuetudo; 9. innocentia, 10. dolor de proximi lapsu; 11. congratulatio de aliorum profectu; 12. tolerantia aduersorum; 13. fides perfecta; 14. expectatio promissorum; 15. longanimitas. Tertiò. Charitatis durationem attendens, 1. namque permanente charitate in gloriâ, alia cessabunt bona ad salutem necessaria, vt prophetia, linguæ, scientia, &c. 2. hæc veritas ab Apostol. probatur exemplo paruuli, & videntis similitudine; 3. virtutes etiam cessabunt, sola durabit charitas in gloriâ. *Ex quadragesimali de Euangelio æterno, tom. 2 a pag. 429. col. 1. ad pag. 435. col. 2.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud: *Tradetur enim gentibus, &c.* Tria considerantur, malignitas Iudæ proditoris ex triplici capite; contemptibilitas & opprobrium Christi in corporis flagellatione, & faciei conspuitione; denique vltimi supplicij acerbitas in eius amara morte. *Tom. 3. serm. de temp. serm 1. Dominic. in Quinquagesim. pag. 57. 58. 59.*

Eiusdem sermo secundus vndè suprà, docet Christum Dominum prius traditum, illusum, flagellatum & conspuitum fuisse, quam corporaliter occideretur; quia talia patitur anima, vt post occidatur spiritualiter; siquidem traditur à diabolo suggestionibus, illuditur prosperitatibus, flagellatur aduersitatibus, & conspuitur delectationibus. *Ibid. serm. 2. pag. 59. col. 1. 2.*

Eiusdem sermo tertius in alteram Euangelij partem de cæco illuminato, ostendit quatuor ex causis cæcitatem culpæ in anima contingere, carnis videlicet voluptate, superbiæ vanitate, rerum cupiditate, ac mentis infidelitate, quæ omnia colligit ex scripturis. *Ibidem pagin. 59. col. 2. & 60. col. 1.*

Eiusdem sermo quartus in illud; *Confestim vidit, &c.* quatuor declarat, quæ animam peccatis excæcatam, illuminant, quæ sunt tribulatio, Christi incarnatio, veritatis prædicatio & gratiæ inspiratio, iuxta quatuor illuminantia oculos cæcorum, vt in sacris literis legitur, nimirum fel, lutum, verbum, & tactum. *Ibidem pag. 60.*

S. I. CHRYSOSTOMI homilia in cæcum à Christo sanatum. I. docet omnes scripturarum doctrinas, quæcumque legis, quæcumque Prophetarum, quæcumque Apostolorum, quæcumque Euangelij, à Spiritu sancto, tanquam ab vno vberi fonte promanare ac diffluere. II. Exinde miratur, quo pacto euenerit, vt cæcus qui legem, Prophetas, Euangelia non legerat, Iesum, filium Dauid inclamauerit. III. hortatur fideles vt in hanc confessionem ex corde prorumpant, & pro animarum sanitate adipiscenda, hancce vocem proferant *Iesu fili Dauid miserere mei* vbi quædam de animæ infirmitatibus, cæcitate, præsertim, surditate & lepra. IV. fidem commendat, cum saluum faciat. V. inæqualitatis gratiæ rationem aperit, & præclarè explicat. VI. causam inquirit, cur Christus permiserit cæco isti sanato, vt sequeretur illum, & magnificaret Deum; qui aliàs prohibuit à dæmonis vexatione sanato, ne veniret post illum, sed in domum abiret, & quanta

sibi fecisset Deus cæteris nuntiaret. VII. de illuminatione spirituali Zachæi per auaritiam excæcati, pluribus disserit. *Tom. 6. serm. 65. pag. 575. & sequentibus.*

✠ *Censent alij hanc homiliam esse Ioann. Nepotis Sylu. Hierosol. & inter eius opera referunt Tom 1. pag. 557. col. 1. vsque ad pag. 563. col. 1.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI, in hodiernam Epist. serm. 1. in quo forma examinis an simus in charitate; habetur. Primo: Si conscientia de mortali aliquâ culpâ conscia sit? Secundo. quæ sint Charitatis proprietates & actus in nobis. Tertio. Si communem salutem & profectum desideremus? Si enim conscientiam puram, charitatis proprietates, & salutis communis habemus desiderium in charitate sumus. *In sermonib. de temp. à fol. 103. pag. 2. ad fol. 104. pag. 1.*

Eiusdem sermo 2. Amoris spiritualis estatici signa ex amore carnali estatico disce: cuius I. est. Multa concipere in absentiâ, sed pauca loqui & ea imperfectè. II. Membrorum desiccatio. III. Oculorum concauitas. IV. Oculorum siccitas, seu lachrymarum carentia. V. Pulsus inordinatus. VI. Profunda cogitatio versa ad interiora. VII. Amor in rem rei dilectæ consimilem. *In sermonib. de temp. à fol. 104 pagin. 1. ad fol. 105. pag. 1.*

Tertiâ concione hominem ad Deum ordinari asserit per intellectum, propter cuius illuminationem fides ei datur; per voluntatem, vt in Deum tendat & ad hoc datur ei spes; & eum teneat & amplectetur, & ad hoc charitas infunditur. Charitas autem facit hominem recedere à malo & vitiis resistere, occupari circa profectum in bonis, in Deo requiescere. *Ex sermonib. de temp. fol. 105. à pag. 1. ad 2.*

Eiusdem, in Euang. sermo primus, siue exhortatio vt Christi conformemur passioni ipsum imitando: Primo, In paupertate, omnia temporalia bona relinquendo, vel saltem non immoderatè amando, nec ea spiritualibus præferendo. Secundo. In tribu- A lationum æquamini perpessione; & sicut Christus satisfecit pro peccatis nostris, ita & nosper lachrymas & afflictiones pro eis satisfaciamus. Tertio. In omnium mundanorum, inaniumque bonorum contemptu, & vera vsque ad mortem humiliatione. *In sermonibus de tempore a fol. 106. pag. 2. ad fol. 107. pag. 2.*

Eiusdem, secundus sermo. Vbi agitur de spirituali significatione eorum quæ cæco illuminato contigerunt. I. Per eum intelligi potest genus humanum, quod fuerat ex maiori sui parte variis vitiis excæcatum. II. Vnusquisque peccator, omne enim mortale peccatum mentem obtenebrat directè: B indirectè vero, abundantia diuitiarum, delicata cibaria, mollities vestium & lectorum, sacietas praua, naturalis pulchritudo, & amabilitas creaturarum. *Ex sermonibus de tempore. A fol. 107. pagina 2. ad fol. 108. pag. 2.*

IOAN. GERSONII sermo in Euangelium, tractat de inuidia quæ Christum tradidit ad mortem, & mentem hominis excæcat: distribuitur autem in tres partes, quarum prima probat inuidiam aduersari, & esse contrariam Deo Optimo Maximo; secunda, mundo & proximo; tertia, denique ipsimet homini inuido. *Tom. 2. part. 4. columna 394. & sequentibus.*

C S. GREGORII MAGNI homilia in euangelicam lectionem ad populum habita, ratio præuisionis & prænuntiationis Passionis Dominicæ tangitur, illuminatio cæci allegoricè exponitur & ad genus humanum appositè refertur, miraculi circumstantiæ perpenduntur, orationis impedimenta notantur, modus illa superandi traditur, lux spiritualis commendatur, denique fideles ad Christum sequendum, & imitandum hortatur. *tom. 3 homil. 2. in Euang. col. 5. 6. 7.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo 1. in Epist. 1. Corinth. 13. *Si linguis hominum loquar & Angelorum, &c.* In fauorem charitatis ex cuius nomine & præsentia elogia eruit. Primo: Dicitur

charitas, vt ostendatur eius valor & pretiositas; quia ad eam pertinet vniuscuiusque rei curam habere; hominem reddit Deo carum & pretiosum, cara est vnitas. Secundò. Si præsens, vtilis concomitantiâ virtutum omnium, si absens, est damnosa amissione omnis boni. *a pag. 51. ad pag. 52.*

Eiusdem serm. 2. ex quo charitatis præconia disce 1. enim septem sunt bona quæ ipsa comitantur sc. patientia, benignitas, congaudere bonis proximi, mala eius sufferre compatiendo, in omnibus Deo credere, omnia sperare, diu expectando Dominum sustinere: Per duo prima facit charitas vt bene nos habeamus in his quæ nostra sunt; per duo sequentia ad ea quæ sunt proximi; per tria vltima ad Deum. II. Septem etiam sunt mala à quibus charitas custodit, æmulatio custodit, æmulatio siue inuidia, peruersa operatio, inflatio, ambitio, nimius amor proprij boni, irritatio siue prouocatio ad iram, maligna cogitatio. *A pag. 52 ad pag. 54.*

Eiusdem, sermo 3. Explicationi horum verborum destinatus. *Charitas nunquam excidet, &c.* Hoc tripliciter potest intelligi 1. Quia ille qui charitatem habet non excidit à merito; dum enim charitatem seruat, Deum amittere non potest. II. Potest intelligi de opere procedente ex charitate; charitas enim arbor est, cuius fructus imputribiles sunt III. De ipsa charitate quæ non excidit, quia in morte non amittitur. *pag. 54.*

Eiusdem, sermo 4. Per hæc verba: *Cum essem paruulus sapiebam vt paruulus, loquebar vt paruulus, cogitabam vt paruulus: quando autem factus sum vir euacuaui quæ erant paruuli, &c.* vt omnia puerilia euacuemus hortatur, scil. puerilem, 1. loquelam sine præmeditatione, 2. sapientiam circa modica, 3. cogitationem de solis præsentibus, 4. immunditiam, 5. mutabilitatem, 6. timorem, 7. amorem, 8. inuerecundiam, &c. *à pag 54. ad pag. 56.*

Eiusdem, sermo 1. in Euang. ex quo sunt hæc attendenda. 1. Christus suam prænuntiat passionem; quia sicut erat

A propinqua secundum veritatem, sic & nunc est proxima secundum Ecclesiæ repræsentationem. II. Assumit discipulos secretò, vt daret nobis exemplum ne secreta nostra passim omnibus reuelemus. III. Prædicit se passurum traditionem, illusionem, flagellationem, conspuitionem, crucifixionem siue occisionem hæc omnia tulisse, & nunc à malis Christianis pati, siue à peccatoribus fusè & latè probatur. *à pagina 301. ad paginam 304.*

Eiusdem, sermo 2. in secundam Euan. partem, quę de cœci illuminatione tractat; vbi multa ad hanc pertinĕtia examinat. I. Filius Dei propinquans Iericô illuminat cœcum, vt hic habetur, &
B curat vulneratum qui incidit in latrones, hoc est humanum genus vulneratum per concupiscentiam ex parte voluntatis, excœcatum per ignorantiam ex parte rationis. II. Genus humanum cœcum erat, quantùm ad vim rationalem mendicans, quantum ad concupiscibilem; sedebat, quantùm ad irascibilem. III. Peccatum est causa cœcitatis interioris: signa huius cœcitatis sunt error in eundo & casus, de venenatis nutritio, illusio à dæmonibus, quæ est multiplex: Peior hæc cœcitas quam corporis, quia de duce non curat, cœcum ducem eligit, cœcitatem nō agnoscit, illuminari fugit, quod ponendum in os in oculos ponit, pœnas fu-
C turas quas non videt, experientia tangere non vult, videntes contemnit & irridet; sed non ita cœcitas corporalis: Septem modis hæc cœcitas impeditur, oculorū erutione, auersione à lumine, oculorum velatione, oculorum consuitione, luti accessione ad oculos, infirmitatis magnitudine, nimio calore: Triplici remedio sanatur, amaritudine cōtritionis, ablutione confessionis, collyrio bonorum operum: IV. Cœcus salutem petens occasione recuperandi visum vtitur, interrogat, clamat, inclamore perseuerat, prudenter eligit, fidem habet, hæc omnia cœco spirituali salutem quærenti accommoda. V. Christus quia bonus adduci ad se cœcum iubet vt sanet eum; quia potens, imperat

imperat vt respiciat; quia sapiens, cor se videre indicat. VI. Cœcus sanatus non est ingratus, sequitur enim benefactorem suum. *a pag.* 304. *ad pag.* 308.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo vnicus in Euangelium, & illud Pauli Galat. 2 *Christo confixus sum cruci.* Declarat I. Crucifigi nos debere. II. qualis debeat esse crux nostra, & cui ex tribus Christi, aut duorum latronum sit conformanda. III. Singulas cruces considerat, & in singulis, quæ sit longitudo, latitudo, altitudo, & profunditas. *a pag.* 121. *vsque ad* 127.

✠ NICOLAI DE CVSA delectione Euangelica sermo, *Ecce ascendimus Hierosolymam &c.* Luc. 18. Deus aliqua per se facit, vt creare, iustificare, iudicare, quia vult amari, desiderari, timeri: Alia per medium, sicut per spiritualem creaturam regit corporalem, Sic Christus caput Ecclesiæ in partem sollicitudinis assumpsit duodecim Apostolos, & per illos visitauit mundum quibus secreta aperuit; præsciuit omnia quia scientiam Dei habuit, præsciuit acerbitatem mortis, ignominiam crucis, & meritum siue effectum suæ passionis, &c. *Ex lib.* 9. *excitationum, a pag.* 645. *ad pag.* 648.

✠ Eiusdem in hanc vocem Euangelij: *Respice Luc.* 18. Ostendit I. Respiciendum esse ad calorem, qui est charitas, per quam 1. cibus animæ decoctus, vtilis est. Et est eadem charitas, non sonus inanis, sed viuus; qualis est hominis loquentis. 2. per eandem esse opus viuificans. Anima cuius capacitas, est igne charitatis, veluti fusili arte per misericordiam extensa; non perdet capacitatem, sed retinebit in æternitate. 3. facto vase in fornace, nec de fornace nec de typo, curatur, sed de solo vase: sic anima efformata per charitatem, de solo amato solicita est. 4 Aurum in fornace liquescit per flatum: sic amor per spiritus Dei inspirationem, & omnia sine charitate, nihil sunt. II. Agit de visione, quam facialem dicit esse veram; & cognitionis regulam, amorem dicit esse. III. declarat charitatem esse nexum animæ nostræ liberæ, ad spiri-

A tum viuificantem, & tunc esse perfectissimam. IV. statuit verbum in fide operari opera verbi; quæ sunt omnipotentiæ opera. *Exercit. lib.* 7. *pag.* 573. & 574.

✠ RADVLPHI ARDENTIS ad hæc Epist. *Excellentiorem viam vobis ostendo &c.* 1. Corinth. 13. Per quæ cum Apost. charitatem propter quinque prærogatiuas commendat. I. Quod excellentior via est, quia magis extollens, magis expedita magis propria Dei & electorum. II. Nulla quantumcumque bona sine charitate prosunt, vt per eorum deductionem & experientiam potest sciri. III. Charitas omnia vitia excludit, peccatum enim in feruore charitatis, est quasi gutta aquæ in ignem, quæ eum non extinguit, sed inflammat.

B IV. Qui habet charitatem, omnes habet virtutes, alias in vsu, alias in affectu. V. Charitas nunquam excidit, propterea nunquam cadet qui charitati adhæret; vita enim futura non auferet, sed perficiet charitatem. *a fol.* 100. *pag.* 1. *ad fol.* 105. *pag.* 1.

Eiusdem, in Euangel. homil. Primò; Christus suam passionem & resurrectionem prædicit vt se Deum omnia scientem demonstret, spontaneè se passurum probet, discipulos suos contra mortis suæ desperationem præmuniat: reliqua huius prædictionis verba moraliter tanguntur. Secundò. Dominus postquam discipulis suis passionem & mortem suam prædixit, cœcum illuminat,

C vt ostendat se mori sponte, qui cœcos poterat illuminare; cœcus ille per fidem, obedientiam, humilitatem, & orationem, curationem meretur & obtinet; plura ad morum instructionem & formationem, vide *a fol.* 105. *pag.* 1. *ad fol.* 107. *pag.* 1.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud: *Cæcus sedebat secus viam, &c.* per istum cæcum intelligit peccatorem qui spiritualiter excæcatur à septem vitiis capitalibus, sicut homo corporaliter à septem impedimentis visione priuatur, quæ sunt faciei inflatio, superbia; aëris obtenebratio, inuidia; oculorum conturbatio, ira; pulueris iniectio, auaritia; oculorum clausio, acedia; sangui-

nis humorumque circa visus faculta- A tem multiplicatio gula; nubecula, siue panniculi obumbratio, luxuria. Sunt & alia septem quę cæcos spirituales illuminant, nimirum fides, humilitas, amaritudo, dilectio proximi, abundantia lachrymarum, oratio, & sacrarum litterarum auditio, *Tom. 16. serm. Domin. fol. 8. col. 2. & 3.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio bipartita. In prima parte agit de ascensu in Hierusalem. Et I. deplorat tepiditatem hominum eo proficiscendi; cuius duas assignat rationes: Aut quia carnales sumus: aut quia non sumus ciues illius ciuitatis. Et explicat exemplo Dauid is quanto zelo filij ciuitatis illius, post eam anhelent: *Lætatus* B *sum in his quæ dicta sunt mihi, &c. Psal. 121.* Vbi & declarat exercitium ciuium illius ciuitatis. II. hortatur vt eius desiderio teneamur, & veros filios illius nos exhibeamus. III. Vtilitatem huius desiderii exponit.

In 2 parte agit de præparatione viæ, ad exemplum viatorum viam difficilem aggredientium. I. Exonerare se à curis & solicitudinibus. II. Informare se de via per sacras litteras & Euangelium. III. Viaticum accipere, corpus Dominicum, frequenti communione. Deindè proponit quatuor conditiones viatoris. Innocentiam vitæ: munditiem cordis: diligentiam operis: veritatem oris: quia & tales sunt ciuitatis C illius incolæ. *à fol. 38. col. 3. ad 40. col. 2.*

FERIA SECVNDA Quinquagesimæ.

✠ S. Bernardini Senensis sermo de fide. I. Fides vna est; ex parte sui, & secundum suam essentiam, & quantum ad credita; ex parte Dei, qui vnus in seipso est, vna veritas est; ex parte hominum, quorum natura eadem est apud omnes, vna & communis debet esse religio. II. Numerus credendorum debet esse determinatus 1. ratione cognitionis; 2. ratione affectionis; 3. ratione actionis seu executionis. III. Quilibet obligatur ad fidē, sed aliter doctus, aliter indoctus 1. fides abundans quæ explicita, necessaria est Prælatis, prædicatoribus, confessoribus, & viris doctis qui alios docere debent; 2. Fides sufficiens, quæ est articulorum implicitè & explicitè creditorum, communi vulgo est necessaria; 3. fides deficiens quæ credere articulos fidei solùm implicitè, ad salutem non sufficit. *Ex quadragesimali de Christiana religione, tom. 1. à pag. 13. col. 1. ad pag. 17. col. 2.*

Eiusdem sermo de duodecim diuini amoris excellentiis quarum. 1. est. Nulla virtus naturalior est in mente; 2. suauis & delectabilis est. 3. necessarius est ad animæ, & virtutum vitam; 4. Deo nos conformat; 5. formositate & pulchritudine animam induit. 6. omnium virtutum rex est, 7. insuperabilis est, 8. sola seruitia quæ ex amore procedunt, sunt Deo grata, & remuneratione digna, 9. insatiabilis est. 10. homini fructificat bona temporalia, spiritualia, æterna. 11. Leuis est & sine labore. 12. inseparabiliter cum Deo animam vnit. *Ex quadrag. de Euangel. æterno, tom. 2. à pag. 435. col. 2. ad pag. 441. col. 1.*

FERIA TERTIA Quinquagesimæ.

✠ S. Bernardini Senensis de fidei nobilitate sermo, tres habens articulos. Primus. Nobilitates continet ad incipientes pertinentes 1. est, fides est fundamentum totius ædificij spiritualis, id est, omnis gratiæ & gloriæ: 2. per fidem viuam omnia peccata ab anima expurgantur; 3. animæ est vita, fides 4. illuminatur per ipsam intellectus humanus ad inuisibilia cognoscenda. Secundus. Nobilitates, quæ ad proficientes attinent habet. 1. per fidem distinguntur reprobi ab electis: 2. per eam omnes homines in simul coniunguntur: 3. ipsa à Deo anima desponsatur. 4. defensat animam à cōtrarijs suis. Tertius: Nobilitates, quæ

perfectos spectant complectitur; 1. per fidem anima comprobatur. 2. omnia miracula virtute fidei fiunt: 3. virtute fidei omnia tentamenta, & malæ consuetudines superantur: 4. per perseuerantem fidem, anima in gloria coronatur. *Ex quadragesimali de Christiana religione, tom.1.a pag.17.col.2 ad pag.21.col.1.*

Eiusdem sermo, de affectibus triplicis amoris, Dei, sui, proximi. I. Septem gradibus ad amorem Dei ascendimus. 1. est inflammatus affectus. 2. timor filialis. 3. zelus gloriæ Dei & salutis animarum. 4. regeneratio magna. 5. laus Dei immensa. 6. obedientia prompta. 7. delectatio, seu saturitas ebria II. Septem affectibus ad nos diligendos inflammamur. 1. est pudorosus de peccatorum magnitudine, multitudine, turpitudine: 2. doloris propter nostra peccata: 3. horroris nostri: 4. rigoris contra cogitationes, locutiones, operationes: 5. iræ implacabilis, & sanctæ turbationis: 6. vigoris, ad omne bonum: 7. discretionis, in contemplatione, deuotione, actione. III. Affectu septemplici ad proximum accendimur. 1. est, piæ compassionis: 2. dulcis congratulationis: 3. tranquillæ supportationis. 4. benignæ conuersationis: 5. humilis honorationis: 6. cordialis vnionis: 7. Christiformis pro omnibus oblationis, & passionis. *Ex quadragesimali de Euangelio æterno, tom.2. à pag.441. col. 1. ad pag. 452. col. 1.*

✠ D. CYRILLI ALEXAND. hom. 30. de festis Paschalibus, *huc refero; quod fuerint illæ aut pronuntiatæ præsentibus, aut transmissæ scripto absentibus hoc tempore quo instant ieiunia, ad indicanda ex officio Patriarchatus & Græcorum more, tempora Quadragesimæ & festorum Paschalium: singulæ singulis annis quibus sedit. In his quasi tuba claré resonans plura prænuntiat ad legitimum tam ieiunium, quàm Paschæ celebrandum. Quarum hæc sit synopsis.*

Hom. 1. Docet. 1. diem festum omnibus ritè esse celebrandum sancto & immaculato cœtu. 2. Ad hæc modestè se excusat. 3. Inuitat aliquos vt prauitatem in quam dilapsi sunt purificet: alios autem iam purgatos, vt illuminentur.

A 4. Ad hunc diem ritè celebrandum, hortatur vt duas tubas argenteas mysticas faciamus. 5. His tubis resonandum docet, vt ieiunium sanctificemus: Vbi de ieiunio & epulis multa. 6. contra Iudæos inuehitur, qui in ieiunijs & alijs legis obseruantijs, suis cupiditatibus seruierunt. *Tom. 5. part. 2. à pag. 1. vsque ad 16.*

Hom. 2. Aperit propositum dicendi de hac solemnitate, & quàm id iustum sit. 2. Constituit cum Moyse obseruare mensem nouarum frugum, quod de tempore exponit peregrinationis Christi. 3. quale munus à nobis exhibendum sit Domino pro nobis mortuo. 4. à sacrificio offerendo, transit speciatim ad

B holocaustum in lege præscriptum. 5. Ex alia lege, certa sacrificia præscribente, concludit omni tempore honoribus venerandum esse Deum. 6. Iterum ex alia lege explicat quales esse debeant qui Deo sacrificium spirituale offerunt, 7. Deum docet, vnumquemque pro captu suo suscipere. 8. Omnes accessum habere ad Dominum, etiam peccatores. 9. Concludit festos dies ob hæc tàm ingentia esse celebrandos. *Ibid. à pag. 16. vsque ad 31*

Hom. 3. desideratur.

Hom. 4. Breui præludio captata beneuolentia 1. declarat in studio propositi ieiunij certandum esse aduersus principatus & potestates; & ad pugnam benè esse instructos. 2. explicat id exem-

C plo eorum qui in palæstris seu certaminibus præsunt & currunt. 3. Inuehitur in Iudæos contumaces. 4. Decere nos tantorum beneficiorum, pro quibus Iudæi ingrati fuerunt memores, gratiam & vices rependere. *à pag. 31. vsque ad 43.*

Hom. 5. Paschalem tubam triumphale carmen insonare ob partam à Christo victoriam. 2. quibus rebus in hac solemnitate lætandum sit, & non more gentium. 3. Ad Iudæos conuertitur & salutis nostræ mysteria typis duobus veteris testamenti declarat. *à pag. 43. vsque ad 60.*

Hom. 6. Huius solemnitatis tubam insonare vult tempus esse faciendi pa-

cem. 2. pacem illam ab interna in nobis pendere. 3 Ieiunij exercitationem amplectendam persuadet,& doctorum diligentiam requirendam. 4. Hanc pacem gentibus facere studet, vt ad Christum à vanis & stultis erroribus reducantur in quos fusè disputat. 5. Conuertitur etiam ad Iudæos, vt & ipsis reuictis, pacem officiat per fidem. 6. Pro vtrisque ostendit Dominum hominem factum, omnibus viam contra dæmonem aperuisse. *a pag. 60. ad* 81.

Hom. 7. Tempori huic quæ sunt accommoda tribuens, mundari nos debere. 1. tradit, per ieiunium, vt puro Deo consociemur. 2. Ieiunij vtilitates prosequitur. 3. laborandum esse, nec molestijs parcendum. 4. Charitatem super hæc esse habendam ad quam hortatur. 5. Inuehitur in eos qui hostilitatem in alios exercent, vndè mala regionis oriri solent. 6. Illos ad pœnitentiam hortatur, vndè gaudio perfundantur. 7. Tum de fructu incarnationis Dominicæ, sedandis vitijs & per victoriam resurrectionis conciliandæ pacis, tractat. Atque ita celebrari posse sanctissimam festiuitatem. *a pag.* 81. *ad* 92.

Hom. 8. Docet 1. excutiendam esse omnem segnitiem, & hoc præsertim tempore Deo obtemperandum, quo ieiunia festiuitati præuia celebrantur. 2. præsertim studendum esse, vt fidem stabilem atque inconcussam tueamur. 3. Ad hæc, vt charitati erga proximum operam demus, cuius partes explicat. 4. contra homicidas inuehitur. 5. Agrorum deuastationem peccatis attribuit, quæ pœnitentia deleri vult. 6. Huius benignitatis Christi occasione in suscipiendis peccatoribus, contra Iudæos in Christum blasphemos declamat; demonstratque plurima quæ ad incarnationem verbi pertinent. 7. Eum dicit qui natura Deus est, mortis vinculis detineri non potuisse, sed resurrexisse, & in cælum ascendisse. *A pag.* 92. *ad* 108.

Hom. 9. Incitari generosos animos ad propositos labores, suique id esse muneris 1. ostendit. 2. quid denuntiandum habeat proponit. 3. Ad bellum spiA rituale procedentibus quid sit præstandum. 4. Alteram partem, post deuictum vitium, officium lætandi ex Dei solẽnitate exaggerat in qua reuiuiscunt omnia, & natura ipsa cum eius opifice. Vbi multa de animali homine & de spirituali. 5. Excusat quod de leuioribus agens singulorum captui se accommodare debuerit. 6. transit ad altiora & idolorũ cultum eliminandum probat. 7. Non esse externo habitu simulandam fidem. 8. Nil Deum latere ostendit. 9. Redit vt dicat vnam esse debere omnium fidem sinceram, veram, non titubantem, Diuina charitate & operibus bonis illustrem, vt sic Phase comedamus. *A pag.* 108. *ad* 125.

Hom. 10. Exultationis præsentis materiam B subijcit, quod Dominus venerit iudicare terram, quod explicat. 2. Multa Christum præstitisse pro nobis, vt ei conformemur per fidem inculpatam, & Euangelicam viuendi rationem: fortique animo diabolo esse resistendum: quod figuris veteris testamenti illustrat. 3. Effectos Christo similes, configurandos quoque incorruptioni corporis eius, enunciat. 4. Hortatur vt Christi beneficiorum memores, nos ei seruitute obstringamus. 5. Agit contra Iudæos ingratos & perfidos. *a pag.* 125. *ad* 142.

Hom. 11. Proponit 1. Virtutem magnificiendam esse, omnesque ad eam C labores strenuè subeundos, vt clariores simus. 2. Huic studio congruere id tempus ieiunij. 3. pugnandum esse acerrimè contra carnem & sanguinem & quibus modis. 4. Addit & cæteras virtutes acquirendas, præsertim fraternam dilectionem eũm operibus misericordiæ. 5. id probat adducta Lazari & diuitis historia ex Euangelio. 6. Tùm agit de æqualitate seruanda, æquius in noua quàm in veteri lege. 7. Patientiam erga fratres benignitatemque persuadet, dum opprimuntur. 8. fundamentum fidei rectæ immittendum docet. Vbi agit contra Iudæos Christum persequentes. *a pag.* 142. *ad* 161.

Hom. 12. Excitat 1. ad præparandam viam Domini per virtutum praxim.

2. Id fieri præsertim si multa obliuione præterita vitia obruantur, & ad ea quæ antè oculos sunt posita feramur. 3. Horum fundamentum esse fidem inconcussam, nec ad idola iterum redeuntem animam. 4. Tùm ostendit vnum esse Deum. 5. Quantum fas est, naturam Dei Trinitatemque personarum, præsertim Diuinam generationem & filij consubstantialitatem, explicat; & filium in terram descendisse. 6. Hortatur iterum his consideratis, ad misericordiam. *à pag.* 161. *ad* 177.

Hom. 13 Primò, prolapsæ in miserias naturæ commotum Deum, filium misisse saluatorem, docet. Vbi alludit ad vernum tempus, quo Pascha celebratur; & Christum esse ver nostrum. 2. Explicat quid pro nobis egerit Christus. 3. tipus esse vt ei vicissim consecremus vitam, vt iam non secundum carnem viuamus. 4. Itaque hoc tempore ieiunijs mores sanctos esse adiungendos. Vbi quædam inserit de mysterio incarnationis & opere redemptionis. *à pag.* 177. *ad* 186.

Hom. 14. Initio hortatur vt sanctificent ieiunium eximium donarium Deo offerentes, & festa vt decet præclaris moribus celebrantes. 2. Pluris facienda esse animæ quàm corporis bona. 3. fide integra & charitate non ficta Deo esse seruiendum, nec ariolis attendendum. 4. descendit ad explicandum Saluatoris aduentum, cui soli sit seruiendum: & solemnitates pro more indicit. *à pag.* 187. ad 19

Hom. 15 Docet præparandos esse animos ad festa ventura, sed eo modo spiritali, quo ad bella paratos voluit Deus Israelitas in libr. Num. & Ioelis. 2. quinam è castris nostris eijciendi sint, proponit, varios moribus, seu inconstantes, libidini mancipatos, mortuos perditè deflentes. 3. In fidei nostræ autorem Iesum oculos esse coniiciendos, vt fortiter laboremus. Vbi fusè agit quomodo crucem sustinuerit & se exinanierit. quomodo genitus dicatur, & quàm conuenienter incarnatus. *A pag.* 198. *ad* 210.

Hom. 16. Primò demonstrat solemnitatem ritè esse celebrandam, & ex intuitu præmiorum æstimandam. 2. Explicat cur verno tempore Paschale festum celebretur. 3. tùm indicat cur certis spatijs & interuallis festa celebrentur. 4. Tabernaculum antiquum, Ecclesiæ figuram fuisse docet 5. Expendit à quibus Pascha comedi, & quomodo celebrari oporteat. 6. Arguit laborandum nobis esse exemplo Christi; cuius redemptionis mysterium deducit. *A pag.* 210. *ad* 222.

Hom. 17. Initium ducit à necessitate prædicationis qua etiam rudi, benè vtitur Deus. 2. His excitatus proponit quomodo Pascha celebrandum sit, ex missione discipulorum in Hierusalem ad id parandum. 3. Occasione data tractat de verbi Dei incarnatione, & duplici generatione, naturisque Diuina & humana vnitis. 4. Christum esse regem nostrum quia Deus est & homo. 5. Cùm esset Deus, cur homo factus sit. Alia eius mysteria proponit. *A pag.* 222. *ad* 235.

Hom. 18 Ad tolerandos labores excitat, quò mundemur ab inquinamento carnis & spiritus. 2. Optimam viam quà decus diligendi Deum obtinere possimus docet esse ieiunium. 3. Aliud quoque præsidium esse, orationem 4. data occasione victoriarum per orationem, ostendit antiquuos per Christum victores extitisse. 5 Tùm explicat verbi Diuini incarnationem ex duabus figuris. 6. Denique in Iudæos inuehitur. *A pag.* 235. *ad* 247.

Hom. 19. Primò victoriam Christi quà liberati sumus proponit. 2 Cùm ipsi sit consentiendum, hoc tempore id præstari debere docet, in quo mundari debemus. 3. quid sit agendum ex lege azimorum describit, purganda vitia, labores subeundos per temperantiam. 4. Ad id iuuari nos à Christo. 5. His addendam esse charitatem erga proximos. 6. futuræ vitæ meminisse oportere. 7 Misertum nostri esse Deum per Christum, ostendit. *A pag.* 247. *ad* 257.

Hom. 20. Canendum tuba. 1. vult cõtra hostes, prædicatione diuina, & sacrificium Deo offerendum, ex quo

Christus pro nobis oblatus est. 2. Agit contra eos qui contemnunt natiuitatem Christi in carne, nec Deum verum genitum ex Virgine dicunt. Et mysterium explicat. 3. deuictis hostibus Christi, quid per eum nobis præstitum sit, docet. 4. Vt hæc percipiamus laborandum esse, idque per ieiunia. 5. Contra Iudæos tot ingratos beneficijs disputat. *a pag. 257. ad 264.*

Hom. 21. Breui excusatione præmissa. 1. ostendit gratias Deo habendas, qui immeritis & perditis succurrit. 2 Ad ieiunium eius exemplo sectandum inuitat: cui adhibenda sit honesta viuendi ratio. 3. Agit contra Iudæos perfidos 4. hortatur ad fidem Christi & Sanctissimæ Trinitatis retinendam. *a pag. 265. ad 269.*

Hom. 22. Proponit se doctorum ieiunium quidem obseruandum esse, sed illustrium operum exercitatione exornandum: quod & facit. 2. Exponit qua ratione sacrificia lege instituta perficiamus. 3. Pro Christo disputat contra Iudæos. *A pag. 269. ad 278.*

Hom. 23. Inquirit & explicat qui sint illi qui longè dissiti ad Deum vocantur à Dauide psal. 94. Græcos, Iudæos, Hereticos. 2. qui sint qui exultant Domino. 3 Agit de gentium vocatione ex varijs figuris Veteris testamenti. 4. Huic, ad quem vocamur, festa, esse celebranda, maximè quia passus est voluntariè, resurrexit, ascendit in cælum, & iudex venturus est. *A pag. 278. ad 286.*

Hom. 24. Ostendit 1. meritò lætandum esse ob Christi aduentum, quò mœrore omni soluti sumus. 2. Ad hue purgandos à vitijs animos per abstinentiam excitat. 3. Præter fidem, habenda esse virtutum ornamenta, è quibus, quasdam enumerat. 4. Per Christum datam nobis esse fidei iustificationem exponit. 5. Eum verè fuisse filium Dei contra Iudæos defendit. 6. quid Christus nobis contulerit, exequitur. *A pag. 286. ad 295.*

Hom 25. Quid aduentus Domini exultationis attulerit, proponit initio. 2. in quo sit lætandum docet. 3. Ex eos A esse Deo peccatores probat. 4. Calamitates præsentes ad peccata refert. 5. Benignum tamen nobis esse Deum cùm è cælis caro factus apparuit. Tùm solemnitates, quod alias semper, indicit. *à pag. 295. ad 302.*

Hom. 26. Primò ad solemnitatem, tardam segnitiem exanimis eliminandam probat. 2. splendidis vestibus ornatos esse oportere. 3 Inuehitur contra quædam vitia, præsertim fidem fictam, & duplicem animum. 4. Ad charitatem quoque erga Deum inuitat ex amore Christi in nos, quem deducit, præsertim quod sit misericors Pontifex. 5 In Iudæos agit ingratos, & quid euenerit Christo passionis & gloriæ, ostendit. *A pag. 302 ad 312.*

B Hom. 27. Declarat. 1. quàm iustum sit iugum Christi tollere. 2. Tempori solemnitatum id præsertim tribuendum cuius sit habenda ratio. 3. Huius vitæ curas esse ablegandas. 4. Tùm commendat charitatem mutuā, alias etiam virtutes. 5. Alienis à virtutibus misertum esse filium Dei factum hominem: qui à Iudæis spretus, conculcato mortis imperio, mundo vitam largitus est. 5. Hortatur vt coram illo sistendi, perficiamus sanctificationem. *A pag. 312. ad 326.*

Hom. 28. Quales nos sisti Deo doceat. 1. ostendit. 2. ter in anno sistendos spiritualiter intellecta lege deducit, quibusque ex causis. 3. Inter quæ probat viriles animos dignos esse conspe- C ctu Dei, & quibus vijs id consequi valeamus. 4. Ad hoc venisse filium Dei in mundum. 5. Indignè à Iudæis habitum crucem sustinuisse, & diaboli imperium euertisse. *A pag. 326. ad 335.*

Hom. 29 Prius excitat vt depositis vitiis, virtutem induti solemnitatem celebremus. 2. Impigrè & fortiter ad id elaborandum esse. 3. Ad idem per Christum nos veluti manu duci, docet. 4. Rem salutarem esse fidem. 5. Cur non ab initio fuerit, sed præcesserit lex. 6. Christum à Iudæis reprobatum, nobis autem factum esse vitam nostram. *A pag. 335. ad 342.*

Hom. 19. Constituendam esse diem solemnem in condensis ingredientibus cùm Christo in sancta sanctorum tradit. 2. Ad hoc mundari nos debere. 3. Aditum ad hoc aperire & viam sternere, quæ est fides in Christum. 4. fidem debere esse stabilem, nec in duo diuisam. 5. Disputat contra Iudæos Christum Deum negantes. 6. Excitat ad sanctam festiuitatem celebrandum. *A pag. 342. ad 350.*

QVADRAGESIMA SANCTA:

FERIA QVARTA CINERVM.

✻ B. ALBERTI MAGNI A sermo 1. in illud, *Ioelis 2. Conuertimini ad me, &c.* In his duo dicit contineri. I. Peccatorem ad pœnitentiam vocari. II. Commendari benignitatem Domini. *Tom. 12. serm. 24. de temp. pag. 52. & 53.*

Eiusdem sermo. 2. in eadem verba. I. Conuersionem per pœnitentiam facit triplicem. Vnam simplicem, quæ bona est, & oritur à consideratione mortis propinquæ, benignitatis creatoris, recordatione passionis Christi. Altera per accidens; & mala est, quorundam qui contra statum suum dissoluti sunt. Tertia est per compositionem, quę est pessima; cùm per peccatum anima relinquit creatorem. II. Modum conuersionis exprimit. Vt fiat ad Deum vt medicum: In toto corde: In ieiunio tàm corporali, ad satis-faciendum, quàm spirituali, abstinendo à vitijs. In fletu & planctu, pro bonis amissis; pro malis commissis; pro peccatis alienis; pro morte deuotæ orationis, prophanatione Ecclesiæ. Item scindendo eorda nostra, per confessionem. *Ibid. sermonibus 25. de temp. pagin. 55. & 56.*

Eiusdem sermo 3. ad hæc verba: *Ecce nunc tempus acceptabile. 2. Cor. 5.* Declarat propter tria debere hominem instanter bene operari. I. propter temporis opportunitatem, ad deponenda mala, ad declinandum malorum consortium. II. vt id nunc agatur propter temporis breuitatem; propter lucri magnitudinem: propter monitorum multitudinem. *Ibid. serm. 26. de temp. pag. 55. & 56.*

B ALBINI FLACCI ALCVINI discursus de Quadragesima, in quo agit de officio quadragesimæ, de numero quadragenario, & de carnis maceratione. *Tom. 1. Auctar. Bibliotb. Patr. col. 238. lib. de diuin. officijs.*

Eiusdem discursus alter, In capite ieiunij docet. I. quomodo pœnitentia debeat iniungi Christianis. II. octo vitia criminalia enumerat cum suis speciebus. III. de ieiunio aliisque pœnitentiæ operibus differit. IV. modum pœnitentem interrogandi in confessione tradit. V. pœnitentem instruit quomodo se gerere debeat in confessione. *Ibidem col. 239. & sequentib.*

C AMALARII FORTVNATI discursus de quadragesima, numeri quadragenarii mysteria enucleat, cap. 4. cap. verò. 5. cur quadragenarius numerus temporali vitæ aptetur, inquirit: capite 6. cur hocce tempore obseruatio quadragesimæ instituta sit, postulat; capite autem. 7. de varietatibus officiorum per diem, vsque in Resurrectionem Domini loquitur. *Tom 1. Auct. Bibl. Pat. lib. 1. de Eccl. officiis, col. 317. & sequentibus.*

S. AMBROSII sermo in illud Ioel. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c.* Multa complectitur documenta. I. dies quadragesimæ vitam præsentis sæculi significare. II. tempus præsens pœni-

tentiæ, addictum esse virtutibus consequendis. III. remedium pro satisfactione culparum commissarum. IV. cibandæ animæ modum, dum corpori subtrahitur alimentum. V. hominis interioris curam & exterioris cōtemptum habendum. VI. denique lectionibus sacris, & Dei verbis hisce temporibus seriò incumbendum. *Tom. 5. serm. 25. col. 32. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus, feria tertia post Dominicam 2. Quadragesimæ inscriptus, huic autem diei Cinerum diem aptandum docet. I. quadragenarium ieiunij numerum esse diuinitus institutum. II. hocce veruo tempore rationabiliter celebrari, per istam enim, vt ipse loquitur, deuotionem cuncta elementa habent profectum, & quicquid tunc temporis in natura operatur, in anima fideli spiritaliter perficitur. III. denique quo pacto Christus post ieiunium esurierit, & quod sit eius alimentum. *Tom. 5. serm. 40. col. 57. & 58.*

Eiusdem sermo tertius Dominicâ tertiâ Quadragesimæ habitus huic tamen diei conuenientissimus; fideles hortatur, vt hoc ieiunii tempore declinando à culpis, vacent operibus bonis, duplex autem ieiunium demonstrat, vnum inutile & vanum, quod inediâ membra debilitat, & animam à perditione non liberat: alterum bonum ac laudabile, quo corpus ieiunat à cibis, & anima pariter à peccatis, denique ad misericordiam erga seruos, & liberalitatem erga egenos promouet. *Tom 5. serm 41. col 58. 59.*

Eiusdem sermo quartus Dominicâ primâ quadragesimæ habitus, de institutione quadragesimæ concionatur, cur eadem quadragesima quadraginta & duos dies habeat, rationem profert vbi ieiunia nostra Israëlitarū mansionibus assimilantur. *To. 5 ser. 32. col 44. 45.*

Eiusdem sermo quintus, feria quinta post primam Dominicam Quadragesimæ dictus, in quo de vtilitate ieiunij quadragesimalis agitur, ieiuniaque, Christianorum castra, mœnia & arma dicuntur. *Tom. 5. serm. 36. col. 51. 52.*

✠ S. Antiochi Lauræ Monachi hom. 45. agit de inani gloria. Et primò docet vanigloriam exosam habere Dei gloriam. 2. Hoc peccatum radicem esse obscenæ concupiscentiæ. 3. Malum esse subtile ostendit. 4. Mercedes debitas virtuti perdere demonstrat. 5. Imò & ipsam virtutem à qua nec liberari postulamus. *Tom. 2. Bibl. PP. edit. 3. Paris. colum. 237. & 238.*

✠ S. Antonii de Padva sermo in capite ieiunij, de pœnitentia quadragesimali disserit. Primò Pœnitentia, cōstructio esse templi conscientiæ, ostenditur, ad quam sex considerationibus introducimur. Considerare namque debemus, quid commisimus, iterum quid commisimus, quid dimisimus, quid deseruimus, quid contempsimus quid neglegimus. Secundò actus pœnitentiæ, qui est ieiunium & modus, qui est inteutio, monstratur. *à pag. 136. ad pag. 137.*

S. Avgvstini sermo primus hac die habitus, monet fideles vt sanctè ac spiritualiter quadragesimale tempus celebrent, ne iudicium nobis pariat sed profectum: deinde eos hortatur ad mundi derisum, ad voluptatis contemptum, & vt occupationes sæculi huius, si non ex toto possint abscindere, saltem ex parte aliqua studeant temperare. *Tom. 10. serm. 55 de temp. fol. 153. col. 4. & 154. col. 1.*

Eiusdem sermo secundus docet. I. dies sanctæ quadragesimæ, præsentis sæculi vitam significare. II. sacram hanc quadragesimam, tempus esse messis & spiritalis vindemiæ, quo totius anni cibaria animabus nostris prouidere debemus. III. hisce diebus, operibus bonis, ac diuinis virtutibus acquirendis, necnon vitijs omnibus deponendis incumbendum esse. IV. verbum Dei, animarum existere alimentum. *Tom. 10. serm. 56. de temp. fol. 154. col. 1. 2. 3.*

S. Basilii Magni homilia prima de ieiunio, multa præclarè demonstrat, videlicet, ieiunium alacriter esse implendum non esse recens inuentum, sed tam vetus, vt simul cum homine esse cœperit: obiectiones non ieiunantium vanas

vanas ac futiles: ieiunij excellentias & virtutes eleganti inductione, vini abstinentiam multùm laudabilem: ieiunantium victoriam: verum ieiunium, ab omnibus vitiis alienum: postremò mala à gula & ebrietate prognata. *Tom. 1. homil. diuersar. homil. 1. a pag. 321. ad pag. 332.*

Eiusdem homilia secunda vnde supra mutuata similitudine eorum, qui exhortatoriis orationibus ante conflictum vti solent ad milites incitandos, de laudibus ieiunij disserit, vt per sobrietatem ac temperantiam ad spiritale certamen animosè descendamus; probat autem ieiunij edictum per vniuersum orbem proclamatum esse ac publicatum, ac omnibus ieiunium vtile esse, & conuenientissimum, diuitibus, pauperibus, mulieribus, pueris, viatoribus, militibus, vbi præclara de spiritali Christiani armatura; deinde acriter reprehendit eos, qui vt facilius ieiunium sustineant, crapula & ebrietate se disponunt ac ingurgitant; postremò ieiunium commendat, & encomiis celebrat, denique ad verũ ieiunium, quod fit per abstinentiam à peccatis cohortatur, ne veniat in nos ieiunium, quod Deus Iudæis comminatur. *Ibid. hom. 2. à pag. 333. ad pag. 340.*

S. V. BEDÆ sermo in die cinerum, docet nos hodie in pugnam intrare, vnde & sicut antiqui milites, cineres capitibus nostris imponimus, lenibusque cibis corpora pascimus, alias insuper affert ex scripturis ceremoniæ hodiernæ rationes, cur Christianis cineres imponantur. *Tom. 7. col. 361.*

S. BERNARDI sermo in capite ieiunij quomodo debemus vngere caput nostrum, & faciem nostram lauare, caput Ecclesiæ laudat quod est Christus, Christianos hortatur, vt tanquam membra corporis mystici Christi caput suum sequantur & imitentur, ne indigni abscindantur, & capiti dæmoniorum incorporentur; ipsos monet primò vt capiti suo hæreant, ipsumque vngant, in illud refundendo quicquid in ipsis est deuotionis, quicquid delectationis, quicquid affectionis. Secundò vt faciem lauent, hoc est, conuersationem sinceram non fictitiam, non vt hypocritarum exterminatam exhibeant; faciem lauent, hoc est, conscientiam puram habeant. Denique ieiunium corporale vnctionem mentis nominat, & mediam carnis, refectionem cordis. *Serm. 1. in capite ieiunij. col. 107. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus hac die habitus, quomodo debemus ad Dominum conuerti, in illud Ioel. 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c.* tradit modum conuersionis ad Dominum, in humilitate, in dilectione, in timore, in gaudio, in tristitia, in ieiunio, in fletu, in planctu, in cordis scissione, & in vestimentorum conseruatione, quæ omnia B mysticè exponit. *Serm. 2. in capite ieiunij, col. 109. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde suprà, agit de ieiunio quadragesimæ deuotè suscipiendo, & implendo: de mysterio quadragesimæ, vitæ præsentis statum, signante; de ieiunio sensuum exteriorum; necnon de abstinentia animæ à vitiis & peccatis. *Serm. 3. in capite ieiunij. col. 11. & seq.*

Eiusdem sermo quartus, in duas partes distinctus, quarum prima de ieiunio proloquitur, exponitque quo fructu & quemadmodum oporteat ieiunare; Secunda verò de oratione tractat, & qualiter sit orandum, ostendit. *Serm. 4. in capite ieiunij. col. 113. 114.*

C S. BERNARDINI SENENSIS in die Cinerũ, sermo de sacro ieiunio, & primò. Fructus eius enumerat quorum 1. est peccata refrænare; 2. de præteritis culpis Deo satisfacere; 3. à ruinâ culpæ deuiare; 4. iracundiam diuinam mitigare; 5. intellectum illuminare in operandis, & speculandis; 6. spirituales & corporales suauitates per Deum dare; 7. corporalem sanitatem acquirere & seruare. 8. spiritum & corpus roborare; 9. proprium amorem eradicare; 10. hominem quasi sacrificium Deo offerre; 11. dæmonia & aduersa superare, & ardua operari; 12. in cœlestem patriam inducere. Secundò. Ad triplex ieiunium homines obligari se.

ieiunium naturæ, pœnitentiæ, Ecclesiæ, probat, quo verò tempore? omnibus diebus in quibus illud Ecclesia pręcipit. Tertiò. Qui à ieiunio eximantur inuestigat? & dicit dispensari, pueros, nouitios & minores religiosos, pauperes, peregrinantes, cursores, operantes, mensæ nobilium seruitores, debiles & infirmos, personas antiquas, prægnantes, vxores, &c. *Ex quadragesimali de Christiana religione*, *tom.* 1. *à pag.* 21. *col* 1 *ad pag.* 27. *col.* 1

Eiusdem sermo, de quo suprà de mercantiâ diuini amoris; emi charitas & diuinus amor potest ad quod tamen duodecim leges obseruandæ sunt. 1. est, libertatis: 2 generalitatis 3. proprietatis. 4. singularitatis 5. pretiositatis: 6. nouitatis: 7 puritatis: 8. vtilitatis: 9. copiositatis: 10. facilitatis: 11. dubietatis, negligentia in dilectione acquirenda condemnabilis est: 12. paupertatis, denarij enim quibus emitur diuinus amor sunt peccata & crimina. *Ex quadrag. de Euang. æterno*, *tom.* 2. *à pag.* 452 *col.* 1 *ad pag.* 457. *col.* 1.

Eiusdem sermo, de pugnâ spiritnali. I. Artem pugnandi tria probant 1. exempla, Romanorum, Lacedemonũ & similium &c. 2. Sanctorum dicta; 3. inimici nostri malitia. II. Ars bellandi necessaria esse ostenditur 1. ex principio effectiuo, huius artis doctor tria debet habere summam sapientiam, perfectam experientiam, maximam beneuolentiam, hæc in Christo fuerunt sapientia in cognoscendo, experientia in operando, beneuolentia in consulendo; 2. ex actu operatiuo, triplex pugna temporalis, ciuilis, campestris, naualis; triplex spiritualis cum carne quæ ciuilis, cum diabolo quæ campestris, cum mundo quæ naualis, 1. vincitur per abstinentiam, 2. per rectam conscientiam 3. per conculcationem auaritiæ, III. ex fine operatiuo, finis huius pugnæ, debet esse vita æterna. *Ex quadrag. ante hac non impresso*, *tom.* 3. *à pag.* 90. *col.* 1. *ad pag.* 91. *col.* 2.

Eiusdem, de amore spei sermo, in tria quæ inquiruntur. Primò. Vnde amor diuinus habet fundamentum? In tri-A bus consistit 1. in Christo, qui est diuinitas in throno: 2. in anima quæ signatur per Angelum: 3 in anima com corpore deuotè vnita. Secundò. Vnde diuinus amor descendit? Ab anima Christi, anima autem signat Angelum magni consilij. Tertiò: Quo tendit amor diuinus? Ad deuotos & anima & corpore; sunt autem tria personarum genera per quas amor Dei venit, primæ sunt peccatores se conuertentes, secundæ, Doctores & literati, magnâ scientiâ dotati; tertiæ, dulces, tractabiles, & teneri. *Ex quadrag. Seraph. tom.* 3. *à pag.* 204 *col.* 2. *ad pag* 207. *col.* 2.

S. Bonaventuræ sermo 1. in illud *Iob* 42. *Ago pœnitentiam in fauilla, & cinere.* quatuor pœnitentiæ veræ vtili-B tates profert, est enim vtilis ad culpæ expiationem, ad diaboli spoliationem, ad Angeli congratulationem, & ad Dei remunerationem. *Tom.* 3. *serm.* 1. *in die Cinerum. pag.* 11. *col.* 1.

Eiusdem sermo II. in illud *Ieremiæ.* 6. *Conspergere cinere* &c. notat per cineres quatuor effici corporaliter, quæ per nostri humiliationem perficiuntur spiritaliter. *Ibidem pag.* 61. *col.* 2. *serm.* 2. *in die Ciner.*

Eiusdem, sermo. III. in illud *Ioël* 2. *Conuertimini ad me in toto*, &c. quatuor enumerat conuersionem peccatoris impedientia, pudorem videlicet in confessione, timorem in satisfactione, C spem in futura & procrastinata conuersione, & desperationem in obtinenda remissione. *Serm.* 3. *in die Ciner. pag.* 61. *Tom.* 3.

Eiusdem, sermo. IV. præcedentis continuatio, duobus prioribus impedimentis remedium adhibet, & I. docet quàm vtilis, quàm tolerabilis, quàm rationabilis sit pudor confessionis. II. quantùm valeat timor ad conuersionẽ si attendatur auxilium gratiæ, præmiũ gloriæ, & iudicium gehennæ. *Ibidem.*

Eiusdem, sermo V. tertij & quarti complementum, monet, vt attendamus dierum nostrorum incertitudinem, periculorum multitudinem, & præmiorum dissimilitudinem, ne vana spes conuersioni nostræ obsistat. Denique

ne desperatio de diuina bonitate in abyssum demergat peccatorum, illum cohortatur; vt inspiciat cum fiducia Dei potestatem, veritatem, & bonitatem infinitam. *Ibid. pag.* 63.

Eiusdem, sermo. VI. in illud Euang. *Cum ieiunatis, &c.* agit de ieiunij perfectione, quod perficitur plena conuersione, pura intentione, deuota continuatione, & humiliatione vera, quæ omnia ex scripturis colligit & probat. *Ibidem.*

S. Cæsarii Arelatensis homilia ad populum in quadragesima habita, super illud *Frange esurienti panem tuum*, Ad quadragesimale ieiunium qui tenentur & qui non; quod melior sit eleemosyna quàm ieiunium (vt quædam cautè legenda,) & vbi peregrini vel in vno angulo domus excipiantur; denique quòd ieiunia nostra eleemosynarum pinguedo commendat, ieiunium enim sine eleemosyna est lucerna sine oleo. *Tom. 2 Bibl. Patr. hom. 2. col.* 574. *& sequentibus.*

✠ S. Chromatii Conc. 2. in cap. 5. Matt. circa Euangelium. Primo considerat in ieiunijs & orationibus plus esse Deo placendum quàm hominibus. 2. Vngenda esse capita ieiunantium, vt animæ afflictionem vultus hilaritate velemus; quod ad litteram ostendit, factum à Iudith. Ester & Daniele. Spiritualiter autem id esse misericordiam præstare. Deinde docet non esse thesauros in terra requirendos, sed in cælo. *Tom. 2. Biblioth. Patr. edit. 2. Parisiens. col.* 393. *& seq.*

S. P. Chrysologi sermo in Euangelium hodiernum, Hypocrisis mala refert, hydropisi eam assimilat, Hypocritarum miseriam plangit, & ad eleemosynam hortatur. *Serm. 7. col.* 16. 17. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo de ieiunio quadragesimali. Sacramenta quadragenarij numeri, & quadragesimalis ieiunij aperit, & copiosissimis demonstrat exemplis. *Serm.* 166. *col.* 417. *& seq.*

S. I. Chrysostomi sermo admonitorius sub initium sanctæ quadragesimæ, congratulatur populo quòd cum multa iucunditate, alacrique animo

A ad Ecclesiam conuenerit; ieiunium & alias virtutes illius comites Christianorum ferias appellat: modum, verbum Dei vtiliter audiendi, tradit: his prælibatis exordij loco, ad narrationem descendit, & de ieiunio parænesis instituitur; probat autem, quòd sicut crapula humano generi innumerorum malorũ causa fuit & adiutrix, ita etiam ieiunium, ventrisque neglectus omniũ nobis bonorum semper causa extitit; (vbi quædam de quadrag. ieiunio Domini & seruorum eius Prophetarum.) Denique ad abstinentiam cæterasque virtutes consequendas auditores suos inducit. *Hom. 1. in Genes. à pag. 1. ad pag* 8.

B Eiusdem, sermo habitus in principio quadragesimæ in illud *Genes. 1. in principio creauit Deus cælum, &c.* Ieiunium quadragesimale spiritale vel animarum nominat, in quo coronæ nobis florum gratiarum parantur, in quo carnis fluctus, concupiscentiarumque turbines mitigantur, in quo fugata vitiorum hyems nunciatur. Exinde ad textus explicationem orationem conuertit, & quid ad nos de creaturis pertineat narratio, proloquitur; cur Deus per litteras cum hominibus egerit, docet: quantum valeat ad Creatoris cognitionem creaturarum notitia, ostendit, denique ad eleemosynam erogandam pluribus cohortatur. *Serm. 1. in diuers. script. loc. à pag.* 879. *ad pag.* 887.

C Eiusdem homilia in Ionam Prophetã, Danielem, & tres pueros & de pœnitentia, dicta in sacrorum ieiuniorum ingressum. Ieiunium laudibus celebrat, ebrietatis & crapulæ vitia detestatur: Ieiunii necessitatẽ demonstrat: quomodo irascatur Deus ieiunio spreto, & quomodo lætetur ieiunio honorato, ostendit: pœnitentiam commendat, eiusque efficaciam prædicat: statum miserabilem peccatoris describit & luget: Ionã fugientem, periclitantẽ, de visceribus belluæ orantem, in Niniue prædicantẽ, populumque Niniuiticum pœnitentem miro artificio depingit: rursus ieiuniũ cõmendat, quod à nobis excludat mala & animæ & corporis: denique reprehendit eos qui ieiunia ingressuri, crapu-

lâ se muniunt. *Fuit autem habita hæc concio, vt facile colligi potest ex lectione, feria. III. infra Dominicam Quinquagesimæ Homil. 53. ad popul. & 1. de pænitent. à pag. 653. ad pag. 662.*

S. Eligii Noviomensis homilia in quadragesima, de ieiunij laudibus inscripta, exorditur à diuina miseratione, quæ multiplicibus modis, nostræ prospexit saluti. Hortatur exindè ne in vacuum gratiam Dei recipiamus; denique ieiunium celebrat, & mala gulæ in medium deducit. *Tom. 2. Bib. Pa rhom. 3. ex 16. D. Elig. col. 139. & sequentibus.*

S. Ephram Syri oratiuncula, in qua mira de ieiunio proferuntur, & quædam in ebrietatem dicuntur. *Tom. 1. pag 17.*

D. Eusebii Emisseni homilia de initio quadragesimæ, quid commodi, quid vtilitatis exercitium ieiunandi afferat, docens: quid boni habeat castigatio corporalis attingens: quid è contra incommodi carnalia oblectamenta nutriant, referens: & ad opera bona exercenda, virtutes acquirendas, & voluptates hoc tempore resecandas adhortans. *a pag. 21. ad pag. 24.*

S. Hyeronimi vel potiùs alterius sermo de quadragesima, necessitatem ieiunij declarat: vt tot diebus pro peccatis nostris ieiunemus, quot pro sceleribus nostris ieiunauit Dominus, hortatur: & vt sollicita mente à peccatis caueamus. *To. 4. ser. 32. col. 886. 887.*

D. Innocentii Pap. III. in die cinerum, seu in capite ieiunij sermo primus, in quo habentur ieiunij dignitas: vtilitas, & varij effectus: ieiunium solemne triplex in Ecclesia: ieiunij modus; in ieiunio tria vitia canenda: modus orandi, & eleemosynas ordinatè largiendi. In illud Euang. *Tu cum ieiunaueris vnge caput tuum &c. Tom. 1. a pag. 24. ad pag. 30.*

Eiusdem, sermo secundus, in illud *Isaiæ 58. Hoc est maius ieiunium quod elegi, Dissolue colligationes, &c.* I. De tribus impietatis colligationibus differit, hæreticorum, scilicet, peccatorum, & damnatorum. Colligatio hæreticorum con- A texta est tribus funiculis, Theologicis autoritatibus malè intellectus, rhetoricis floribus, & dialecticis argumentis; Colligatio peccatorum tribus alijs, concupiscentiâ carnis, concupiscentiâ oculorum, & superbiâ vitæ; Colligatio damnatorum pari modo connectitur, obscuritate, nempè tenebrarum, acerbitate pœnarum, & diuturnitate miseriarum. II. De modis istarum colligationum dissoluendi, hæreticorum, videlicet, per fidelem doctrinam, peccatorum, per humilem pœnitentiam: damnatorum, per finalem perseuerantiam. *Tom. 1. pag 30. & sequent.*

✠ Ioannis Thauleri sermo vnicus, in illud *Thren. 4. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.* I. Quot modis B trahat nos Deus, & quibus conuersio nostra impediatur. ostendit. 2 Tria esse quæ meritò à peccatis pos... abstrahere, tria quoque ex quibus inducimur ad conuersionem. III. Item triplex esse pœnas timentium genus. IV. Quibus vijs falsa conuersio dignoscatur V. Tres etiam proponit conuersionis gradus. *a pag 127 vsque ad 134.*

B. Ivonis Carnvtensis sermo de capite ieiunij, docet matrem Ecclesiam filios suos materna pietate colligere, & saucios ad ostendenda vulnera sua, in confessione, ne incurata putrescant hodie inuitare: modum autem pœnitendi tradit, & per capitalia pecC cata inductione discurrit. *Tom. 1. Auct. Biblioth. Patr. serm 13. eiusdem Author. col. 822. & sequentibus.*

S. Leonis sermo de quadragesima. Quòd hisce diebus ieiunio piè consecratis religiosius sit conuersandum: quòd ieiunio corporis & animæ opera misericordiæ sint adiungenda; quòd opera bona magis ex animi affectione, quàm donorum magnitudine pensentur. (vbi de eleemosyna mentali quæ ex bona oritur voluntate plura habentur) *Serm. 6. de quadrages. colum. 113. & sequentibus.*

Eiusdem, sermo, de via Domini paranda, ac de fide, charitate & misericordia, in hoc sermone virtus fidei Christianæ amor Dei dicitur, & proxi-

mi; viuendi forma ab exemplo operum diuinorum petenda; fides charitatis fortitudo, charitasque fidei robur; denique quibus studijs in quadragesima vacandum, vt congruis purificationibus ad ritè Pascha Domini celebrandum digni habeamur. *Serm. 7. de quadragesimal. col.* 115. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo de verâ vtriusque naturæ in Christo substantia, & quibus argumentis vtramque naturam probauerit, ac de hæreticis vitandis: quod autem attinet ad hoc tempus quadragesimale docet. I. tunc menſem sanctum agere atque spiritale ieiunium, cùm erroris cibos, venenáque abiicit falsitatis. II. in quadragesima maiorem dandam pietati operam. *Serm. 8. de quadrag. col.* 119. *& seque.*

Hic aptari possunt sermones eiusdem S. de ieiunio Pentecostes, in quorum primo agit de abstinentia, carnisque afflictione, & probat Ecclesiæ ieiunia authore Spiritu sancto salubriter instituta, & neminem in hac vita esse securum. In secundo, de ieiunio Christianorum, Iudæorum, hæreticorum, & paganorum. In tertiò, de vtilitate ieiunij, & eleemosynarum, & quòd eleemosynæ ieiunijs præstant. In quarto denique, de laude abstinentiæ, ieiuniorum efficacia, & carnis castigatione. *A col.* 220. *ad col.* 225.

Item eiusdem sermones. 8. de ieiunio decimi mensis. In quorum primo differit de creatione hominis ad Dei imaginem, & quantùm ieiunium, oratio, ac eleemosyna nos Deo commendent. In secundo de vi & efficacia ieiunij. In tertio hortatur vt ager dominicus fide muniatur, ieiuniis exerceatur, eleemosyna feratur, orationibusque fœcundetur: ac tandem diaboli astutias propalat, qui semper bene operantibus magis insidiatur. In quarto, de ieiunij in vtroque testamento obseruantia tractat, & quid valeat contra peccata. In quinto de ieiunij ac eleemosynarum fructibus, & de hæreticorum prodigiosa seruitute. In sexto de auaritiæ morbo, & de vtilitatibus eleemosynarum ac ieiuniorum Christianorum,

A

necnon de vsura fugienda. In septimo de impugnatione assidua inuisibilium hostium aduersus Christianos, & quibus armis in fugam vertantur ac debellentur. In octauo & vltimo de ieiuniorum Christianorum temporibus, de abstinentiæ fructu, ac de duplici ieiunio, spirituali & corporali. *a col.* 17. *ad col.* 35.

Item eiusdem. 9. alij sermones de ieiunio septimi mensis, quorum, Primus est, de laude abstinentiæ & eleemosynarum. Secundus, de fortitudine, continentia, pietatis operibus, ieiunij vtilitatibus, & carnalibus desideriis comprimendis. Tertius, de ieiunij necessitate, déque publica ac priuata lege ieiunii, orationis, & eleemosinæ. Quartus,

B

de libertate spiritus, de diuersitate ieiunij Iudæorum & Christianorum, de delectu ciborum, de generali ieiunio, de insidijs diaboli, ac de eleemosyna Christianis elargienda. Quintus, de fragilitate humanæ naturæ ac pugna carnis, de auxilio diuino, & duobus amoribus atque aduentu regni Dei, necnon de ieiunio vtrique testamento conuenienti. Sextus docet, continendum esse non solùm à cibis, verùmetiam & multò magis ab erroribus, (vbi de duplici Christi natura, ac veritate eius corporis in Eucharistia.) Septimus agit de spirituali legis impletione, rectáque ieiunij forma, & spiritalibus thesauris Christianorũ, Octauus

C

de duplici concupiscentia, carnis & spiritus, de pugna spiritali & abstinentia. Nonus, de ieiunio corporali quatuor temporum, & de spiritali, quod est animæ. *à col.* 236. *ad col.* 255.

Hi autem sermones de ieiunio cùm huic diei directè non quadrarent, illos solùm prænotauimus, & prout apud Authorem inueniuntur, inscripsimus.

S. MAXIMI homilia in die cinerum in illud euangelij hodierni. *Cum ieiunatis, &c.* Documentum habetur de non ieiunando hominibus, sed Deo, & quodnam sit tale ieiunium: de capite nostro vngêdo sanctæ eleemosynæ oleo: & de lauanda facie à simulata tristitia, lætitiæ serenitate. *col.* 584. *& seq.*

✠ Nicolai de Cvsa sermo, in Euang. *Vbi est thesaurus tuus ibi & cor tuum. Matth.* 6. Si in Christo manere volumus necessarium est, vt ipsum induamus; & ipsum induentes, vt ipse ambulauit, ambulemus: Thesaurus veri Christiani Christus est; cor eius in omnibus locis illis reperitur, vbi est Christus, cum enim vt minister in omni loco sequitur. *Excitat. lib.* 7. *pag.* 574.

Origenis homilia in Euangelium, modum tradit fructuosè ieiunandi; ieiunium hypocritarum & hæreticorum condemnat; exterminationem faciarum describit, & exponit; mulieres facies suas artificiosè pingentes, reprehendit; ieiunium & abstinentiam à peccatis multùm commendat, non ieiunandum hominibus, sed angelis & omnibus sanctis docet; quid sit ieiunando caput suum vngere & faciem suam lauare mysticè, & appositè interpretatur; à cultu mammonæ & auaritiæ dehortatur; thesauros terræ contemnit, cœli thesauros cæteris præfert, egregiè admodum. *Homil.* 4. *in diuersos Tom.* 2. *pag.* 282. *col.* 2. *& sequent.*

✠ Radvlphi Ardentis in lectionem propheticam Ioël 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c.* homilia. Dominus his verbis hortabatur eos qui peccando à se recesserant conuerti ad se; nunc autem per eadem Primo. Monet nos ad se conuerti, etsi offensus sit, nos autem serui fugitiui; conuersio autem fieri debet per totalem derelictionem vitij, euitationem peccati, & satisfactionem commissi. Secundo. Quare debeamus conuerti, ponit causam; quia facilis est ad recipiendum, & misericors erga peccatores. Tertio. Ostendit qui debeant conuerti, sc. omnes peccatores, plaga enim generalis medicinâ indiget generali. Quarto. Quæ sit pœnitentibus & verè conuersis vtilitas, manifestat, cum dicit, se eos zelare & recipere. *a fol.* 107. *pag.* 1. *ad fol.* 111. *pag.* 1.

Eiusdem, homilia in illa verba Euangel. Matth. 6. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* per quæ præcipit nobis Dominus vt ieiunando habeamus I. Rectam intentionem, non simulationē;

A non tristitiam aut pallorem vultus; non appetitum fictum, sed cor humiliatum. II. In mente misericordiam, vt eam gratiâ misericordiæ impinguamus, miseriæ visione moueamur, compatiamur, adiuuemur. III. In conscientiâ munditiam, quæ lauanda est singultibus, suspirijs, & lachrymis veræ pœnitentię. IV. In cœlo thesauri repositionē, quod facit qui per opera misericordiæ & iustitiæ diuitias suas in cœlum transfert, vel spem suam in cœlestibus confert. *à fol.* 111. *pag.* 1. *ad fol.* 114. *pag.* 1.

✠ Theophanis Ceramei hom. 19. in duas diuidit partes; & in priori quidem expendit sententiam Saluatoris Matth. 6. quæ immediatè antecedit Euangelium hodiernum: Si

B dimiseritis hominibus peccata eorum; dimittet & vobis pater vester, &c. In posteriori verba explicat Euangelij huius diei. Vbi primum contra hypocrisim & vanam virtutis ostentationem inuehitur. Deindè deliniendum Deum docet, operibus misericordiæ; sensusque vitijs expurgandos. Postea, animum à terrenis ad cœlestia esse transferendum. Denique, Opera nostra, non in carne quæ terra est, sed in cælo esse congerenda; quod fit si odiosa non sint Deo, sed accepta. *à pag.* 119. *ad* 125.

B. Theodori Stvditæ, sermo catechet. de ieiunio hilariter implēdo & quemadmodū serij ac morigeri subditi verum ieiunium sit proprię excidiū vo-

C luntatis. *To.* 2. *auct. bib. Pat. ser.* 53. *col* 1335.

Eiusdem, sermo alter, de ieiunio, & vacuitate libidinum, hac die habitus; hortatur autē vt ieiunium animi renouationem prælæti suscipiamus: & à cunctis iniquitatibus spiritali abstinentia ieiunemus *Ibid. serm* 54, *col.* 1335. 1336.

Eiusdem sermo alius, Dominica secundæ hebdomadis dictus qui inscribitur de transcendo lætè, atque expeditè ieiunio, spe vitæ æternæ. *Ib. ser.* 59. *c.* 1339

S. Zenonis Veronensis sermo de ieiunio, in quo. I. ieiunium eorum, qui à cibis esuriunt, vt litibus satientur, condemnat II. vt læti, & hilares ieiunium sanctificemus, hortatur: III. ieiunium medicinæ assimilat.

IV. quodnam caput vngere debeamus, declarat. V. quid sit faciem suam lauare, docet. VI. simulationem faciem exterminantem detestatur. VII. perantiqnum probat ieiuniorum institutum. VIII. ieiunium viam dicit, qua ad paradisum ire debemus. Vbi de effectibus ieiuniorum quædam notantur & euangelium hodiernum exponitur. *Tom. 2. Bibl. Patr. col. 776. & seq.*

FERIA QVINTA Cinerum.

SANCTI AMBROSII sermo in dedicatione Ecclesiæ legatur infra in festo dedicationis: euangelium enim Centurionis exponit, ac interpretatur.

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo. In quo, centurionis humilem, & deuotam supplicationem, miratur, Profundam humilitatem, & modestam vrbanitatem, probat. Centurionem, peccatorem significare, sub potestate, constitutum, id est seruum peccati, asserit. *à pag. 137. ad pag. 139.*

S. AVGVSTINI sermo de puero Centurionis, & verbis eius indignum se præsentia Domini iudicantis. Vis humilitatis declaratur, quæ habitare facit Dominum gloriæ in animo & pectore: vt patet in centurione, in cuius domum Christus non intrauit, & tamen pectus possedit; centurio corde Christum gestans laudatur; fides eius in humilitate commendatur; verus Israelita secundum spiritum dicitur; domo centurionis, in qua Christus corpore non intrauit, Ecclesia Gentilium probatur figurata: ab ipsa enim licet Christus corpore absens fuerit, quia non ibi natus, non ibi passus: mente tamen, & Maiestate præsens ibi extitit: vnde dicit hodie *non inueni tantam fidem in Israel, &c. Et filij autem regni eijcientur in tenebras, &c.* Vbi multa de Iudæorum iusta reprobatione, de gentilium gratiosa adoptione, ac de Idololatris. Reliqua huius sermonis ad Dom. 23. post Pent. pertinent. *Tom. 10. serm. 6. de verbis Domini fol. 4. col. 4. & sequentib.*

S. BASILII SELEVCIÆ oratio in centurionem; Vocationem Gentium in centurione agnoscit; sanitatem serui corporalem, & centurionis spiritalem miratur; cur Chananæa mater pro filia rogitans repulsam tulit, Centurio verò pro seruo rogans serui sanitatem dicto citiùs obtinuit, rationem reddit; fidem centurionis prædicat, nec-non prudentiam, & religionem; Iudæorum reprobationem ostendit: Gentilium electionem comprobat, & ad fidem seruandam, incredulitatemque fugiendam cohortatur; *Orat. 19. pag. 108. ad pag. 113.*

S. V. BEDÆ homilia in euangelicam lectionem qnam interpretatur, varias circa centurionis historiam difficultates soluit, Euangelistarum apparentem diuersitatem de centurionis ad Christum accessu concordat, & eius præclaras virtutes miratur. *Tom. 7 serm. 2. Dom. 3. post Epiphaniam col. 210. & sequentibus.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS de Dominicâ oratione sermo, in quo triplicem eius distinguit excellentiam. Primò. In dignitate; ab ipso enim Domino edita & composita est; ab eo breuis facta pro faciliori recordatione, clariori cognitione, feruentiori deuotione; vtilis est & fœcunda, quia quicquid petibile & impetrabile est, in istis septem petitionibus continetur. Secundò. In beneuolentiâ, triplex in exordio huius orationis beneuolentia à deuoto oratore captatur 1. ex parte rogati, cum dicitur *Pater*; 2. ex parte rogantis, cum dicitur *noster*; 3. ex parte assessorum rogati, cum dicitur *qui es in cælis*. Tertiò. In vtilitate & fœcunditate: ordinatur enim anima ad Deum per tres primas petitiones; ordinatur 1. intellectus per fidem, *Sanctificetur nomen tuum*: sanctificatur autem nomen Dei in nobis per Dei cognitionem, nostri sanctificationem, proximi ædificationem; 2. memoria per spem, triplex enim regnum speramus regnum conscientiæ, Ecclesiæ, gloriæ; 3. voluntas per charitatem; tria enim vult Deus in nobis,

reformationem naturæ, multiplicationem gratiæ, consummationem gloriæ; 4. anima per gloriam: Quatuor vltimæ petitiones habent respectum ad nostrum specialem defectum 1. est impotentia, ideo indigemus auxilio panis corporalis, spiritualis, sacramentalis; 2. malitia, prima quidem malitia est culpæ pro qua remissionem petimus; secunda pugnæ seu tentationis, ideo non tentari postulamus; tertia est pœnæ seu tribulationis, pro qua liberari à malo oramus. *Ex quadragesim. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 27. col. 1. ad pag. 33. col. 2.*

Eiusdem, sermo, de fide viuâ & mortuâ; fides I. Sine operibus, 1. mortua est, quando solum est in intellectu, & bona cessant; & hoc ex amore auaro, luxurioso, superbo; 2. est mortua, cum homo credit & bona ei opera desunt, & hoc ex timore mundano, vano, humano; 3. viua est, cessare enim potest iustus ab operibus bonis quando, non est necessarium, non conuenit ad operantis statum, & omnibus compensatis opus habere non potest bonum finem. II. Cum operibus 1. mortua est absque lumine interiori, ex amore cupiditatis, carnalitatis, ambitionis; 2. mortua est, absque lumine intellectus, ex timore amittendi substantiam famam, vitam; 3. viua est, sine intellectus lumine, ex diuinâ sapientiâ permittente. III. Viua, intellectum illuminat & ab animâ omnes noxias tenebras depellit; intellectum viuificat & vitam gratiæ donat; intellectum & spiritum roborat, vt lumen & vitam suam per opera demonstrare queat. *Ex quadragesimali de Euangelio æterno. Tom. 2. 457. col. 1. ad pag. 464. col. 2.*

Eiusdem, sermo, in Euangel. in quo inquirit. Primo. De quâ patriâ sint boni pugnatores? & dicit non de parte Orientali, quia modicum de sanguine habent & ideo sunt timidi; nec de Occidentali, quia abundant sanguine & ideo sunt nimis audaces; sed de medio vt Romani Secundo. De quâ arte? respondet de robustiori exercitio, vt sunt fabri ferrarii, malleatores, &c. A Hæc in pugnâ spirituali quærit, & dicit homines Orientales qui sunt voluptuosi; Occidentales, qui curiosi; minus aptos esse bello, sed medios sc. virtuosos, aptiores esse: Deinde de exercitio robustiori, vt sunt religiosi qui quotidie in exercitio sunt pœnitentiæ, magis apti ad bellum spirituale sunt. Tertio. An hæ cōditiones in Centurione sint? quod affirmat; quia fuit ille sollicitus sine pigritiâ, humilis sine superbia, securus de Dei misericordiâ, confessus est culpam, obediens. *Ex quadragesimali ante hac non impresso, Tom. 3 à pag. 91. col. 2. ad pag. 93. col. 1.*

Idem, sermone de amore longo per fidem differens dicit I. eius fundamentum discoopertum esse illud, quo B quilibet fidelis tenetur scire, quod sunt duodecim articuli fidei, qui habentur in credo. II. Fundamentum coopertum illud dici quo tres scripturas teneris credere, licet non obligeris scire, 1. totum nouum Testamentum; 2. totum vetus testamentum; 3. omnes determinationes Ecclesiæ, sc. decreta, decretales clementinas, extrauagantes, &c. III. Fidem formatam vel difformatam esse, vel in intellectu, sine opere vel cum opere, sine intellectu; vel cum opere, & intellectu. *Ex quadragesimali Seraphin, Tom. 3. à pag. 207. col. 2. ad pag. 211. col. 2.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo de Centurione, euangelium exponens. I. Centurionem militiæ Christianæ ducem C nominat; nobis enim petendi præbuit formam, normam dedit credendi virtutesque insequendi. II. Hæc Centurionis verba, *puer meus iacet*, ponderans, seruos hominum iacere, Dei verò stare, ostendit. III. Christum venisse docet ad hoc vt iacentes leuaret. IV. Humilitatem Centurionis commendat. V. diuini verbi virtutem pluribus demonstrat. *Serm 15. colum. 37. & sequentibus.*

Eiusdem sermo alter vnde supra: Euangelium percurrit, & commentatur, Iudæorum cæcitatem, & incredulitatem ostendit, & condemnat, Gentium vocationem in Centurione contemplatur,

templatur, ac per Centurionis seruum & tectum corpus nostrum intelligi debere ostendit, (vbi quæstum de mysterio incarnationis Verbi sub tectum carnis nostræ intrantis.) *Serm. 102. col. 268. & sequentibus.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 44. Ducit initium à deuotione populi congregati. Tùm Euangelicam lectionem explanat, vbi plura pertractat. 1. Conciliat Lucam cum Matthæo in hac narratione. 2. expendit quomodo in vtrumque sexum beneficentiam largè impertitur, facta inductione. 3. quomodo Christus tàm subitò huic valetudinem confert. 4. Vocationem Gentium prædici ostendit. 5. Quomodo in regendis militibus Centurio sit à nobis imitandus præscribit. *à pag. 308. ad 313.*

FERIA SEXTA *Cinerum.*

SANCTI AMBROSII sermo, in quo docet populum quòd Quadragesimam cū ieiuniis & elemosynis custodire debeat, quod bonum sit ieiunare, melius eleemosynam dare, vtrumque implere optimum, quòd non habentibus vnde tribuant, bona sufficiat voluntas, quòd peregrinos excipere debeamus, quòd merces eleemosynæ in cœlo reponatur, denique ad castitatem per totam Quadragesimam seruandam, & eleemosynæ operationem in consuetudine mittendam suos hortatur. *Tom. 5 serm. fer. 5. post diem Cinerum. col. 34. 35. 36.*

Eiusdem sermo in illa euangelij verba. *Te autem faciente eleemosynam, &c.* de dextera & sinistra manu differens, docet per dexteram Dei amorem intelligi, per sinistram verò vanitatem mundi: vnde cauendum ne quod per eleemosynam facit amor Dei, perdat vanitas mundi; (vbi multa habes de dextera, & de dextera arida à Christo sanata. *Tom. 5. serm. fer. 6. Ciner. col. 36 37. 38.*

S. ANASTASII SINAITÆ oratio de sacra synaxi, & de non iudicando, deque obliuione iniuriarum, in qua A efficaciter demonstrat illum qui inimicis non dimittit iniurias, contra semetipsum sententiam iniurias, contra semetipsum sententiam ferre, crimen, & veniæ expers peccatum committere, quod transcendit omnium aliorum criminum enormitatem. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patr. col. 5. & sequentibus.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo de inimicorum dilectione I. Odium inimici quatuor rationibus à scribis probatur, &c. ex diuina impositione, acerbâ Dei flagellatione, propheticâ imprecatione, & logicâ argumentatione: sed hæ rationes non concludunt, vt rectè ostendit. II Inimici diligendi quia habent corpus suum nobiscum cum Christo, sunt opus & imago B Dei, filii Dei etsi culpabiles. III. Sunt inimici diligendi, affectione cordis, subiectione operis, locutione oris. IV. Inimicus quadruplex. qui in gradu suo est odiēdus, &c. Peccator, diabolus, mūdus, corpus, parentes etiā, & fratres suo modo odiendi sunt. *à pag. 139. ad p. 141.*

S. AVGVSTINI homilia de eo quod Dominus dicit in euangelio, *Diligite inimicos vestros, benefacite, &c.* Inimicos non diligentes, nec illis benefacientes acriter reprehendit, eorum obiectionibus respondet, argumentis *ad hominem*, eos conuincit, quo pacto absque offensa inimicos nostros occidere possumus, docet, oratione videlicet, sicut Christiani Saulum persecutorem interfece- C runt orando, vt Christus prædicatorem faceret illum viuificando; Insuper duplicem eleemosynam ostendit, cordis vnam quæ fit indulgendo, pecuniæ alteram, quæ fit erogando. *Tom. 10. lib. 5. Hom. homil. 6. fol. 92. col. 2. & sequent.*

Eiusdem sermo vnde supra multa complectitur. I. inimicos diligendos esse, non inquantum inimici sunt, sed inquantum homines. II. Odio habendum inimicum, non inimicos, diabolum non homines. III. Præceptum de inimicorum dilectione impossibile non esse. IV. Quomodo huic Domini præcepto non sit aduersum quod & in Prophetis inueniuntur multæ imprecationes aduersus inimicos. V. Conciliatio

nem locorum S. Scripturæ, qui huic præcepto videntur contradicere. VI. Plus diligendos inimicos, quàm amicos. VII. Hypocritas prodit. VIII. In eleemosynis largiendis dextram manum amorem Dei esse, sinistram verò mundi vanitatem, vel cupiditatem. (Hæc autē mystica expositio est etiam D. Ambrosij, vt hic sup. notauimus, & penè iisdem verbis.) Denique totum euangeliū percurrit, & commentariis illustrat. *to.* 10. *ser.* 59. *de temp. fol.* 155. 156.

Eiusdem sermo de eo quod hodie legitur, *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, &c.* Loca diuersa scripturæ de eleemosyna, de ieiunio, ac de orationibus publicè, aut in absconso faciendis, quæ videntur contraria, concordat & docet quod quando aliquid agitur intentione mundi, tunc publicè fit etiamsi in occulto peragatur, & quod operatur intentione Dei ;, semper occultè fieri etiamsi in publico videatur. *Tom.* 10. *serm.* 60. *de temp. fol.* 156. *col* 2. 3.

Eiusdem sermo de dilectione in euangelium hodiernum. Ostendit neminem posse se excusare à dilectionis præcepto, est enim, cum Dei adiutorio in nostra potestate illam habere; qua propter perperam à dilectione inimicorum se excusatos quidam prætendunt, fingentes non solùm laborem in præcepto, sed & impossibilitatem in adimplendo charitatis mandato; Præterea docet istud mandatum de dilectione inimicorum, non esse consilium, sed verum præceptum, quod qui non impleuerit, euadere pœnam non poterit. Denique miratur, qua fronte indulgentiam peccatorum suorum obtinere petit, & poterit, qui Deo præcipienti inimicis suis veniam dare non acquiescit. *Tom.* 10. *serm.* 61. *de temp. fol.* 157.

Eiusdem sermo de dilectione inimicorum. De amœnissimis scripturarum montibus paucis floribus collectis, medicamentum animæ ægrotanti conficit: istud autem medicamentum, plenam & perfectam dilectionem dicit, per quam possit non solùm amicos, verùm etiam inimicos diligere; vbi multa antiquorum Patrum exempla, qui

A inimicos dilexerunt, proferuntur, & quantum sit malum inimicis non parcere, docetur. *Tom.* 10. *serm.* 168. *de temp. fol.* 210. *col.* 3.

Eiusdem sermo vnde supra, docet modum interpellandi iudicem nostrum Christum, causamque coram illo agendi, vt remittat nobis iniquitates nostras; in his consistere verbis: *Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, quæ docuit nos tunc Aduocatus humani generis, postea Iudex omnium futurus; qua propter qui non dimittit inimicis nec illi dimittetur. Insuper monet non solùm condonandas esse iniurias veniam rogantibus, sed etiam non postulantibus, cùm Dominus in cruce sanguinem fundens non tantùm pro rogantibus orauerit, sed & pro insultantibus, & interficientibus. *tom.* 10. *serm.* 170. *de temp. fol.* 211. *col.* 3. 4.

S. V. Bedæ homilia in Euangel. Qualiter Christiani cum inimicis agere debeant, ostendit. Aduersus eos qui sibi ipsis blandientes dicunt virtutibus sufficere, non odisse inimicos: sed eos diligere plus præcipi, quam humana patiatur natura, disputat, & exemplis antiquorum conuincit. (Vbi notandum venit V. Bedam si non omnia quæ in hac homilia habentur, saltem plurima à D. Augustino mutuatum esse.) *tom* 7. *in homil. quad rages. col.* 219. 220.

C S. Bernardini Senensis sermo de eleemosynâ: cuius, primò. Descriptionem facit dicens esse opus in quo datur aliquid indigenti ex compassione, propter Deum. Secundò. Conditiones numerat, esse enim debet. 1. gratiosa Deo per iucundum affectū, hilarem vultum, suaue verbum, promptum effectum, 2. larga in dando. 3. bona, vt non corrupta, neque nociua dentur, sed bona. 4. propria non de alieno, sed de suo facta. 5. sincera, cum intentione pro Deo. 6. liberalis, siue liberè impensa, 7. pia, propter pietatem ex pauperis necessitate mouentem. Tertio Meritum inuestigat, & asserit ex duobus suscipere meritum, & gratiæ incrementum, sc. ex affectu interiori,

& ex dato exteriori. *Ex quadrag. de christiana religione, tom. 1. à pag. 33. col. 2. ad pag. 38. col. 1.*

Eiusdem, de proximorum dilectione, sermo; Primo: Omnes homines tenemur diligere amore 1. vero, eis bonum quod amamus optantes: 2. iusto, minori bono, maius: & maiori, maximum, præponentes: 3. sancto, ad Dei gloriam illum ordinantes. Secundo. Specialiter in necessitatibus omnibus debemus subuenire 1. cum anima perit, nisi subueniamus auxilio, consilio, verbo facto; 2. dum corpus indiget, propriâ substantiâ, vitâ, animâ: 3. dum temporalis necessitas, tria eadem exigit. Tertio. Perfectus amor proximi tres habet gradus sc. 1. tradere & contemnere omnia temporalia bona propter quemlibet proximum: 2. omnem laborem pro illo sustinere & assumere: 3. pro salute animæ proximi, tradere vitam corporalem. *Ex quadrag. de Euangelio æterno tom. 2. à pag. 464. col. 2. ad pag. 470. col. 2.*

Idem, sermone, quo inquirit quæ in bonis pugnatoribus desiderentur. Primo: In illis ex veget, requirit, pectus latum, quod indicat robustum & fortem; caput erectum, quia indicat cordatum & securum; neruosa membra & non carnosa, quia nerui sunt fortiores carnibus; vocem virilem, vir enim effœminatus non est aptus ad pugnam; corpus liberum in nullo monstruosum, nec minutum in aliquo membro. Secundo. In spirituali pugnatore hæc desiderat, pectus latum, propter dilectionem charitatis; caput rectum, per considerationem deitatis; carnem duram, per perseuerantiam stabilitatis; vocem virilem, per euitationem curiositatis; corpus perfectum, per intentionem perfectionis. Hæc quinque in Euangelio notantur. *Ex quadrag. ante hac non impresso tom. 3. à pag. 93. col. 1. ad pag. 94. col. 2.*

Eiusdem sermo, de amore lato per charitatem, qui triplex esse debet. Primus. Generalis comprehendens amicos, inimicos Paganos, Iudæos, Christianos, patrem, matrem, filios, &c. de-

A bet autem esse verus, iustus, sanctus, operosus. Secundus. Cordialis, in quo septem requiruntur, concordia & vnio proximorum; indulgere & parcere proximo; salutem proximi ex corde quærere; de proximi bono gaudere; defectus proximi cordialiter reprehendere, incorrigibilem patienter tolerare. Tertius. Specialis, quem habere debemus ad proximos nostros, eis in necessitate succurrendo, loquendo, signa dando siue salutando. *Ex quadrages. Seraphin. tom. 3. à pag. 211. col. 2. ad pag. 215. col. 2.*

S. CÆSARII ARELATENSIS homilia de eleemosyna, huic euangelio coaptáda. Probat. I. eleemosynam peccata redimere. II. Deum ideo pauperes voluisse in hoc mundo, vt diuitum

B peccata expiarentur, quod summum diuinæ misericordiæ videtur artificium. III. Hortatur eos, qui eleemosynam erogando facere præ inopia non possunt, vt ad aliud eleemosynarum genus, quod fit remittendo, & iniurias cōdonando, transeant, & toto corde suis inimicis indulgeant; ab hoc autem eleemosynæ exercitio nullus se excusare valet, de cordis enim thesauro, & bonæ voluntatis promptuario profertur. IV. Tertium docet genus eleemosynarum quod est spiritale, & fit cùm alios sicut nos ipsos diligimus, & pro cunctis preces fundimus. *Tom. 2. Bibl. Patr.*

C *Homil. 9. col. 590. & 591.*

Ibidem eiusdem homilia de diligendis inimicis, habetur apud D. Augustinum serm. 168. de Tempor. iisdem ferè verbis; quare videtur non esse D. August. vel ex D. Augustino à S. Cæsario collectam & desumptam esse Require hic suprà, sermone quinto D. Augustini. *tom. 2. Biblioth. Patr. homil. 11. col. 594. & sequent.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo de ieiunio & eleemosyna, ieiunium laudibus celebrat præclaris, & eleemosynæ fructus & encomia prædicat. *Serm. 8 col. 19. & seq.*

Eiusdem sermo in illam euangelicæ lectionis partem, *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram, &c.* Difficultatem

typum ostendit ex verbis Euangelij, vt fiat secretò. 3. In hoc opere præstando cauendum esse, ne sciat sinistra quid faciat dextera. Vbi multa de malis sinistræ,& de bonis dexteræ, & quid per vtramque intelligatur. 4. Declarat quàm multum contra diabolum valeat pœnitentia. *Tom. 2. Bibl. PP. edit. tertiæ Parisiens. à colum.* 354. *ad* 364.

S. Leonis sermones quinque de eleemosynis & collectis. In quorum primo quosdam eleemosynarum fructus refert, & ad pauperibus largiendum cohortatur. In secundo eleemosynam dicit lauacrum secundum à peccatis, ipsa enim peccata extinguuntur;& opus probat maximæ charitatis. In tertio ostendit opera bona, præsertim verò eleemosynam excruciare diabolum. In quarto agit de salute hominum per eleemosynam: Diaboli astutiam & malitiam in deceptione generis humani detegit, cùm multis quibus auferre non potuit fidem, sustulit charitatem: sed cùm ad salutem non sufficiat confessio labiorum, laborum exercitium est assumendum,& misericordiæ operibus instanter incumbendum, ipsa enim sunt quæ saluant hominem,& extremi iudicij non experiuntur furorem; Denique institutionis collectarum originem profert; & ad verecundis pauperibus subueniendum, hæreticósque sacerdotibus prodendos, bortatur. In quinto eleemosynarum bona recenset, & virtutes omnes sine misericordiæ operibus non prodesse, docet. *à col.* 10. *ad col.* 17.

Eiusdem sermo de laude charitatis, & de offensis remittendis, animas nostras deitatis esse habitaculum dicit, quas ideò ab omnibus contaminationibus oportet esse purgatas, & omni ornatu virtutum decet esse condecoratas; erunt autem perfectæ in singulis, si obtineant communionem decoris; communionem verò habebunt pulchritudinis, si sint in connexione charitatis; at tunc erunt in connexione charitatis, cum cunctos amicos, & inimicos dilexerint. Ad hanc autem dilectionem,& erga pauperes misericordiā prouocat. *Ser.* 10. *de quad.* *c.* 124. *& seq.*

B. Thomæ a Villanova sermo. I. docet præcepta Dei, & hoc præsertim de inimici dilectione, impossibilia non esse. II. ad hoc duo in hoc mandato distinguit; vnum præcepti, aliud consilij. III. quia in Psalmis imprecationes fiant, contra inimicos, ostendit quos inimicos diligere, quos odisse debeamus. IV. Inuitat ad dilectionem inimicorum, quòd vtilitatem ex eorum persecutione sumamus, & quòd benefaciendo victores illorum simus. V. Addit alias rationes quibus id persuadeat. 1. quòd Deus ita vult, præcipit & gratum habet. 2. quòd sumus Christiani in schola Christi, & eius imitatores. 3. quòd estò quis te iniustè persequatur, tu tamen iustè pateris pro demeritis, Deo ordinante. 4. quòd mala & damna incurrimus ex odio inimicorum; quæ quatuor esse constituit. Omnia opera bona inutilia reddit. Internam excitat in anima persecutionem. Vexationem continuam mouet. Gloriæ iacturam causat. 5. quod dilectiò inimicorum plurium vtilitatum causa est. *à fol.* 40. *col.* 2. *ad* 43. *col.* 2.

SABBATO CINERVM.

Sancti Antonii de Padva sermo in tres partes distinctus. Prima: Discipulorum in mari periculū propter sex causas,& hominum, in mundo, qui mari similis explicat. Secunda. Duas naues, innocentiæ & pœnitentiæ, esse probat: & ex secunda ad primam perueniri, pœnitentiam, ad innocentiam & saluationem necessariam. Tertia. Ostendit tentationis modum, tentat enim diabolus per viam amoris, vt homo experiatur inexpertus; laboris, vt dimittat bonum inceptum; corporis, ne seipsum affligat, humilitate vel ieiunio; pudoris vt bonum differat, spem vitæ proponit. *a p.* 141. *ad p.* 143.

S. Bernardini Senensis sermo in Euang. in quo rationes quare aduersa dentur iustis profert. Primo: Dantur pro medicinā 1. purgatinā offensionum, affectionum, consuetudinum: 2. præseruatiuā, & remouente

peccandi occasiones, mentales affe-ctiones dante, iustorum defensionem suscipiente; 3 consolidatiuâ, ad recollecti nem, roborationem, expulsionem sui contrarii. Secundo. Per ea Deus 1. excitat iustos, vt, viuant attentius, clament affectuosiùs, impetrent copiosiùs: 2. mentem illuminat ad cognitionem, sui, Dei, mundi: 3. conseruat merita & gratias, & virtutes acquisitas. Tertio. A Deo dantur per ea tria dona; 1. est, donum conformitatis cum Christo per imitationem, associationem, vnionem seu perfectionem; 2. suauitatis, ad bona temporalia, corporalia, spiritualia per Deum gustanda: 3. iucunditatis, in mente, corpore, cœlo. *Ex quadrageſimali de Christiana religione, tom. 1. a pag. 38. colum. 1. ad paginam 41. col. 2.*

Eiusdem sermo, vnde suprà de diuina protectione iustorum per Angelos. I. Notanda sunt tria. 1. tria esse regna Iesu Christi; corporale quod consistit in quatuor elementis; spirituale, quod sunt Angeli & animæ; mixtum, quod est homo; 2. duo prima regna habere influentiam super tertium regnum, sc. hominem; 3. per quatuor affectiones habere ingressum ad animã omnes tentationes, & ad tempus accessum habere omnes inspirationes. II Angeli refrænant in animâ; 1. mundana gaudia per dolorem & tristitiam secundum Deum; 2. omnes contristantes tentationes, per gaudia spiritualia & diuinas. 3. stultam mundanorum spem per timorem verbi Dei; 4. omnes mundanos timores. III. Iusti ab Angelis proteguntur in prosperis, ne in crimina ruant; in aduersis, ne frangantur; in contemplatione, vt adhuc proficiant. *Ex quadrageſ. in Euangelio æterno, tom. 2. à pag. 470. col. 2. ad pag. 475. col. 2.*

Eiusdem, in Euang. sermo, quo probat: Primo: Bellatores debere 1. exerceri, & multos sufferre labores 2. in dubiis instrui, quando mira & stupenda apparent in exercitu; 3. præmio allici & induci, vt libentius pugnent. Secundo: Ista tria dux noster Christus in suis militibus obseruat eos 1. fatigat in angustiis, quod signum est prædestinationis; 2. in dubiis assecurat, & adiuuat; 3. præmijs remunerat. Tertio. Hæc tria ostenditur eum fecisse in Euangelio. *Ex quadrag. antehac non impresso. tom. 3 à pag. 94. colum. 2. ad pagin. 96. col. 1.*

Idem sermone, de amore probante loquitur de triplici statu naturæ. cui respondent duodecim gradus, quibus de vno ad alium itur. I. Circa statum naturæ sunt quatuor gradus 1. viuificatiuus animæ mortuæ in peccatis, & vanitatibus; 2. illuminatiuus; 3. humiliatiuus; 4. probatiuus. II. Naturæ saluificanti conueniunt, 1. gradus satisfactiuus vel solutiuus peccatores puniendo in hoc mundo; 2. consolatiuus; 3. delectatiuus: 4. conseruatiuus. III. Ad statum naturæ beatificantis pertinent quatuor postremi gradus: quorum 1. manifestat animæ stabilitatem; 2. præmiat sanctos magno honore, & Deo sociat; 3 triumphat de inimicis; 4 coronat. *Ex quadrageſimali Seraphin, tom. 3. a pagin. 215. colum. 2. ad pagin. 219. colum. 2.*

✠ Nicolai de Cusa pro Euang. sermo. *Quotquot tangebant eum salui fiebant.* Marc. 6. Fides primo. In Christo Iesu operatur salutem per charitatem operantem. Secundo. Quæ venit in animam humiliatam, est exaltans naturam extrà suam finitatem; non habet autem locum nisi in animâ humiliatâ; superbus enim non credit nisi intelligat; humilis non intelligit nisi credat. *Excitationum lib. 5. à pag. 506. ad pag. 507.*

DOMINICA PRIMA
Quadrageſimæ.

✠ B. Alberti Maoni sermo 1. ad id: *Ductus est Iesus in desertum à spiritu. Matth. 4.* Demonstrat. I. Christum baptizatum & ieiunantem, hominem significare Christianum. II. per desertum, mundum exprimi. III. Nos in mundum destinatos esse, vt tentemur à diabolo. Et Christum à dæmone tentatum ad tria, vndè omne peccatum; ad gulam; ad auaritiam, ad su-

superbiam. Quæ vitia fugienda ostendit. IV. Ministerium Angelorum, gloriosam remuneratione notare, docet. *Tom. 12. serm. 27. de temp. pag. 56. & 57.*

Eiusdem sermo 2. ad hæc: *Cum ieiunasset quadraginta diebus &c. Matth. 4.* Duo doceri vult. I. quid agendum; refrenare gulam per ieiunium. 1. quia per gulam Adam superatus est. 2. propter eruditionem, quòd ieiunantes soleat diabolus impugnare. 3. propter vtilitatem, quia aduersarium expellit, & Deo reconciliat. II. tradit quid credendum sit de Christo. 1. Potentia Diuinitatis, qui tanto tempore ieiunauit. 2. infirmitas carnis, qui esurijt. Etripliciter esurijt. Reputatione, in pauperibus. Nuncupatoriè, conuersionem peccatorum. Affectiuè, salutē animarum. *Ibid. serm. 28. de temp. pag. 58. & 59.*

Eiusdem sermo 3. in illud: *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra 1. Thess. 4.* Voluntatem Dei ad quatuor pro nobis extendi. Vt à peccato sanctificemur: vt in bono excitemur: vt in vtroque confirmemur: vt in cælo glorificemur. *Ibid. serm. 29. de temp. pag. 59. & 60.*

S. Ambrosii sermo in illud epistolæ, *Ecce nunc tempus acceptabile.* hortatur fideles ad bona opera ampliori deuotione hoc tempore peragenda, ostendens hosce dies ad deflenda & delenda peccata totius anni fuisse institutos. *Serm. 28. de temp. tom. 5. colum. 38. 39.*

Eiusdem sermo alter in epistolam in quo populum multa docet. I. tempus quadragesimale esse tempus cælestis medicinæ. II. Christum Dominum verè esse medicum occidentem, & viuificantem, percutientem & sanantem. III. Præceptum huius diuini medici de ieiuniis, orationibus, & vigiliis hoc quadragesimali tempore obseruandis. IV. conuersionem morum, nouam natiuitatem esse, pulchrè demonstrat. *serm. 19. de temp. tom. 5. col. 39. 40.*

Eiusdem sermo super Euangelium in quo de Christi tentatione & nostra concionatur, & diuiditur in 4 partes. In I. non mirum esse, si Christiani à dæmone tentantur, cum ipsemet Christus fuerit

A tentatus per omnia. In II. diabolicæ fraudis astutiam detegit in eo quod dixit *mitte te deorsum*, conatur enim semper perfectos ad inferiora à superioribus, & à cælestibus ad terrena deiicere. In III. fiduciam in Deum tempore tentationis habendam docet. In IV. solum peccatum auxilium diuinum impedire, declarat, eo quòd inter Deum & hominem separet. *Serm 30. de temp. tom. 5. col. 41. 42.*

Eiusdem sermo pro hac Dominica qui est de ratione Quadragesimæ; Vbi acriter reprehendit non ieiunantes, & in ieiunio superstitiones vanas obseruantes: Deinde agit de quadragesimi numeri mysteriis ex testimoniis scripturæ desumptis. *Serm. 31. de temp. Tom 5. col. 42. 43.* B

Eiusdem sermo feria 6. post primam Dominicam Quadragesimæ habitus, ad hanc tamen diem referendus, de ieiunio Christi & tentatione disserit ac multa pertractat, nimirum, cur Christus post ieiunium tentari voluerit; qua re dæmon ipsa tentatione mutationem lapidis in panem postulauerit, & de sapientia Christi Domini in responsione; Vbi de cibo spirituali animarum, hoc est, verbo Dei, pulchra habentur, *Serm. 37. de temp. tom. 5. col. 53. 54.*

Eiusdem sermo cuius inscriptio declarat satis, ipsum fuisse habitum feria secunda infra hebdomadam secundam quadragesimæ, sed huic Dominicæ potius conuenit & ideo in hac serie attexendum censui, in ipso siquidem agit de causis ieiunii Christi & duas affert. I. est vt suo exemplo tanquam bonus medicus priùs potionem, quam ægro daturus est degustans nos ad ieiunium prouocaret II. vt primi hominis peccato conueniens remedium adhiberet, & qui per intemperantiam in morbum incidit, per abstinentiam conualescat; Vbi multa de primo & secundo Adam per antithesim dicuntur, *serm. 39. de temp. tom. 5. col. 55. 56.* C

S. Antonii de Padva sermo, Ad pœnitentiam nos inducere conatur multis conditionibus quæ ad hanc sunt necessariæ. I. Confessio facienda, ad

peccandi occasiones, mentales affectiones dante, iustorum defensionem suscipiente; 3. consolidatiuâ, ad recollectionem, roborationem, expulsionem sui contrarii. Secundo. Per ea Deus 1. excitat iustos, vt, viuant attentius, clament affectuosius, impetrent copiosius: 2. mentem illuminat ad cognitionem, sui, Dei, mundi: 3. conseruat merita & gratias, & virtutes acquisitas. Tertio. A Deo dantur per ea tria dona; 1. est, donum conformitatis cum Christo per imitationem, associationem, vnionem seu perfectionem; 2. suauitatis, ad bona temporalia, corporalia, spiritualia per Deum gustanda: 3. iucunditatis, in mente, corpore, cœlo. *Ex quadragesimali de Christiana religione, tom. 1. a pag. 38. colum. 1. ad paginam 41. col. 2.*

Eiusdem sermo, vnde suprà de diuina protectione iustorum per Angelus. I. Notanda sunt tria. 1. tria esse regna Iesu Christi; corporale quod consistit in quatuor elementis; spirituale, quod sunt Angeli & animæ; mixtum, quod est homo; 2. duo prima regna habere influentiam super tertium regnum, sc. hominem; 3 per quatuor affectiones habere ingressum ad animā omnes tentationes, & ad tempus accessum habere omnes inspirationes. II Angeli refrænant in animā; 1. mundana gaudia per dolorem & tristitiam secundum Deum; 2. omnes contristantes tentationes, per gaudia spiritualia & diuina; 3. stultam mundanorum spem per timorem verbi Dei; 4. omnes mundanos timores. III. Iusti ab Angelis proteguntur in prosperis, ne in crimina ruant; in aduersis, ne frangantur; in contemplatione, vt adhuc proficiant. *Ex quadrages. in Euangelio æterno, tom. 2. à pag. 470. col. 2. ad pag. 475. col. 2.*

Eiusdem, in Euang sermo, quo probat, Primo: Bellatores debere 1. exerceri, & multos sufferre labores 2. in dubiis instrui, quando mira & stupenda apparent in exercitu; 3. præmio allici & induci, vt libentius pugnent. Secundo: Ista tria dux noster Christus in suis militibus obseruat eos 1. fatigat in angustiis, quod signum est prædestinationis; 2. in dubiis assecurat, & adiuuat; 3. premijs remunerat. Tertio. Hæc tria ostenditur eum fecisse in Euangelio. *Ex quadrag. antebac non impresso. tom. 3 à pag. 94. colum. 2. ad pagin. 96. col. 1.*

Idem sermone, de amore probante loquitur de triplici statu naturæ, cui respondent duodecim gradus, quibus de vno ad alium itur. I. Circa statum naturæ sunt quatuor gradus 1. viuificatiuus animæ mortuæ in peccatis, & vanitatibus; 2. illuminatiuus, 3. humiliatiuus; 4. probatiuus. II. Naturæ sanificanti conueniunt, 1. gradus satisfactiuus vel solutiuus peccatores puniendo in hoc mundo; 2. consolatiuus; 3. delectatiuus: 4. conseruatiuus. III. Ad statum naturæ beatificantis pertinent quatuor postremi gradus: quorum 1. manifestat animæ stabilitatem; 2. præmiat sanctos magno honore, & Deo sociat; 3 triumphat de inimicis; 4 coronat. *Ex quadragesimali Seraphin, tom. 3. a pagin. 215. colum. 2. ad pagin. 219. colum. 2.*

✠ Nicolai de Cusa pro Euang. sermo. *Quotquot tangebant eum salui fiebant.* Marc. 6. Fides primo. In Christo Iesu operatur salutem per charitatem operantem. Secundo. Quæ venit in animam humiliatam, est exaltans naturam extrà suam finitatem; non habet autem locum nisi in animā humiliatā; superbus enim non credit nisi intelligat; humilis non intelligit nisi credat. *Excitationum lib. 5. à pag. 506. ad pag. 507.*

DOMINICA PRIMA *Quadragesimæ.*

✠ B. Alberti Magni sermo 1. ad id: *Ductus est Iesus in desertum à spiritu. Matth.* 4. Demonstrat. I. Christum baptizatum & ieiunantem, hominem significare Christianum. II. per desertum, mundum exprimi. III. Nos in mundum destinatos esse, vt tentemur à diabolo. Et Christum à dæmone tentatum ad tria, vndè omne peccatum; ad gulam; ad auaritiam, ad su-

superbiam. Quæ vitia fugienda ostendit. IV. Ministerium Angelorum, gloriosam remuneratione notare, docet. *Tom. 12. serm. 27. de temp. pag. 56. & 57.*

Eiusdem sermo 2. ad hæc: *Cum ieiunasset quadraginta diebus &c. Matth. 4.* Duo doceri vult. I. quid agendum; refrenare gulam per ieiunium. 1. quia per gulam Adam superatus est. 2. propter eruditionem, quòd ieiunantes soleat diabolus impugnare. 3. propter vtilitatem, quia aduersarium expellit, & Deũ reconciliat. II. tradit quid credendum sit de Christo. 1. Potentia Diuinitatis, qui tanto tempore ieiunauit. 2. infirmitas carnis, qui esurijt. Et tripliciter esurijt. Reputatione, in pauperibus. Nuncupatoriè, conuersionem peccatorum. Affectiuè, salutẽ animarum. *Ibid. serm. 28. de temp. pag. 58. & 59.*

Eiusdem sermo 3. in illud: *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra 1. Thess. 4.* Voluntatem Dei ad quatuor pro nobis extendi. Vt à peccato sanctificemur: vt in bono excitemur: vt in vtroque confirmemur: vt in cælo glorificemur. *Ibid. serm. 29. de temp. pag. 59. & 60.*

S. Ambrosii sermo in illud epistolæ, *Ecce nunc tempus acceptabile.* hortatur fideles ad bona opera ampliori deuotione hoc tempore peragenda, ostendens hosce dies ad deflenda & delenda peccata totius anni fuisse institutos. *Serm. 28. de temp. tom. 5. colum. 38. 39.*

Eiusdem sermo alter in epistolam in quo populum multa docet. I. tempus quadragesimale esse tempus cælestis medicinæ. II. Christum Dominum verè esse medicum occidentem, & viuificantem, percutientem & sanantem. III. Præceptum huius diuini medici de ieiuniis, orationibus, & vigiliis hoc quadragesimali tempore obseruandis. IV. conuersionem morum, nouam natiuitatem esse, pulchrè demonstrat. *serm. 19. de temp. tom. 5. col. 39. 40.*

Eiusdem sermo super Euangelium in quo de Christi tentatione & nostra concionatur, & diuiditur in 4 partes. In I. non mirum esse, si Christiani à dæmone tentantur, cum ipsemet Christus fuerit

A tentatus per omnia. In II. diabolicæ fraudis astutiam detegit in eo quod dixit *mitte te deorsum*, conatur enim semper perfectos ad inferiora à superioribus, & à cælestibus ad terrena deiicere. In III. fiduciam in Deum tempore tentationis habendam docet. In IV. solum peccatum auxilium diuinum impedire, declarat, eo quòd inter Deum & hominem separet. *Serm. 30. de temp. tom. 5. col. 41. 42.*

Eiusdem sermo pro hac Dominica qui est de ratione Quadragesimæ; Vbi acriter reprehendit non ieiunantes, & in ieiunio superstitiones vanas obseruantes: Deinde agit de quadragesimi numeri mysteriis ex testimoniis scripturæ desumptis. *Serm. 31. de temp. Tom. 5. col. 42. 43.*

B Eiusdem sermo feria 6. post primam Dominicam Quadragesimæ habitus, ad hanc tamen diem referendus, de ieiunio Christi & tentatione differit ac multa pertractat, nimirum, cur Christus post ieiunium tentari voluerit; quare dæmon ipsa tentatione mutationem lapidis in panem postulauerit, & de sapientia Christi Domini in responsione; Vbi de cibo spiritali animarum, hoc est, verbo Dei, pulchra habentur. *Serm. 37. de temp. tom. 5. col. 53. 54.*

Eiusdem sermo cuius inscriptio declarat satis, ipsum fuisse habitum feria secunda infra hebdomadam secundam quadragesimæ, sed huic Dominicæ potius conuenit & ideo in hac serie attexendum censui, in ipso siquidem agit de causis ieiunii Christi & duas affert. I. est vt suo exemplo tanquam bonus medicus priùs potionem, quam ægro daturus est degustans nos ad ieiunium prouocaret. II. vt primi hominis peccato conueniens remedium adhiberet, & qui per intemperantiam in morbum incidit, per abstinentiam cõualescat; Vbi multa de primo & secundo Adam per antithesim dicuntur. *serm. 39. de temp. tom. 5. col. 55. 56.*

C ✠ S. Antonii de Padva sermo, Ad pœnitentiam nos inducere conatur multis conditionibus quæ ad hanc sunt necessariæ. I. Confessio facienda, ad

mentis absolutionem. II. Oblatio munda, & acceptabilis in ieiunio, & planctu, de corpore nostro sponte offerenda: hoc præcipiebatur, Deute. 16. *Oblationem spontaneam offeres iuxta benedictionem Dei tui.* III Ex historia Susannæ mysticè explicatâ, multæ conditiones ad pœnitentiam necessariæ eruuntur. IV. Ad desertum ingrediendum est. V. Tribulationibus & aduersitatibus necesse esse probari, cùm iis puriores & perfectiores reddamur. VI. Expulsio culpæ siue excoriatio, & restitutio vitæ, procuranda. *à pag. 143. ad pag. 146.*

Eiusdem sermo primus ex alio Quadragesimali Domin. vult triplex esse tentationis genus, gulæ, superbiæ, auaritiæ. Triplex desertum, vteri Virginis, præsentis Euangelii, & patibuli crucis. Ductum Christum in desertum à Spiritu sancto. Panem animæ, saporem esse sapientiæ. Superbi casum infœlicem. Amatores pecuniæ diabolum adorare. *à pag. 230. ad pag. 231.*

Eiusdem sermo secundus. In quo docet contritionem esse spiritum, per quem ducitur pœnitens in desertum confessionis. Probat ergo Confessionem esse desertum, quod bestiis abundat, peccatis, scil. quæ per diuersas bestias feroces, & immites figurantur. Deinde Confessionis bonæ conditiones, & elogia enumerat; eamque locum dæmonibus terribilem, domum Dei, portam cœlestem vocat. Denique quibus modis in deserto, ieiunij, templi, siue orationis in templo, à diabolo tentemur & vexemur instruit. *à pag. 231. ad pag. 236.*

Eiusdem sermo primus ex alio quadragesimali Domin. quem tribus breuiter concludit, asserens. Primo: Pœnitentiam esse voluntatis emendationem, non naturæ. Secundo: aliquem pœnitentiæ modum tenendum. Tertio: Vt intremus in desertum lauandam esse conscientiam. *à pag. 268. ad pag. 269.*

Eiusdem sermo secundus, cuius series inter alia, quatuor continet. I. Desertum esse cælum; cor humanum, pœnitentiam; religionem, crucem Christi; mundum, infernum. II. Ad illa omnia deserta, hominem duci debere,

A vario & diuerso spiritu, quod dilucidè exponit. III. Differentia ieiuniorum genera, à Deo vel Ecclesia instituta & præcepta, eaque seruata & seruanda. IV. Expositionem horum verborum: *Si filius Dei es dic vt lapides isti panis fiant*, vbi lapidum qualitates, & moralem sensum aperit. *à pagin. 269. ad pag. 276.*

Eiusdē sermo tertius. Vbi post quam quadragesimæ tempus acceptabile & saluti deputatum dixit. Ex scripturis sacris probat, tempus ad omnia necessarium, & ad particularia datum; quæ statutis temporibus fieri debent: Tempus ergo aptum, vt ait, ad reuocandam gratiam, ad resumenda opera artis, ad dimicandum, ad cumulandum, ad liberandum, ad lachrymandum, & alia

B eiusmodi, quæ amplificat, & exponit. *à pag. 276. ad pag. 278.*

S. AVGVSTINVS tres habet sermones pro hac die. In primo agit de ieiunij quadragesimalis mysterio, de eius fructu, vtilitate & modo, ac de ieiunio duplici ab escis, videlicet, & à vitijs.

In secundo, de laude ieiunij & vituperio intemperantiæ plurimis exemplis è scriptura desumptis disserit; Vbi multa de ieiunij effectibus; tandem populum hortatur, vt ieiunio adhibeat eleemosynam, & sit nostra pœnitentia egenorum lætitia.

In tertio de confessione & pœnitentia in præsenti vita facienda, de fletu duplici propter bona omissa & mala com-

C missa, & de peccatis post confessionem non perpetrandis. *tom. 10. serm. 64. 65. & 66. fol. 158. col. 4. & sequentib.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium hodiernum, in qua I. à quo spiritu ductus fuerit Iesus in desertum exponitur. II. quædam ieiunij & numeri quadragesimalis mysteria aperiuntur. III. tentationem dæmonis, nullam in Christo perturbationem excitasse declaratur. IV. tentationem, signum esse perfectionis, asseritur, amplius enim dæmon expugnare contendit, quos sibi rebelles conspicit. V. Christi humilitas monstratur, & sæculi momentanea vanitas designatur, humilitas, quādo permisit se à dæmone in altum eleuari, vanitas,

nitas, cùm diabolus in momento omnia mundi regna illi ostendit. VI. quid sit soli Deo seruire & quo pacto hoc intelligatur. VII. quomodo omnis tentatio dæmonis in tribus astutiæ fraudibus consummatur, explicatur. *in homil. quad. tom. 7. à col. 223. ad col. 226.*

S. Bernardini Senensis sermo 1. in Euangel. lectionem: *Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies.* Matth. 4. Vbi de cultu sanctissimæ Trinitatis agit, & dicit nos cultum Deo debere. Primo: propter eius potentiam, cui debemus cultum 1. adorationis interioris & exterioris; quæ in quatuor actibus consistit, in inclinatione capitis, enruatione corporis, genuflexione poplitis, totali prostratione hominis. 2. exorationis, vt eum inclinemus per orationem, deprecationem, sacrificationem, thurificationem: 3. venerationis, quæ quatuor requirit, sacrorum locorum magnificentiam, ministrorum munditiam, necessariorum decentiam, cæremoniarum harmoniam. Secundo. Sapientiæ eius demus cultum 1. timoris, qui culpam & diuinam iustitiam ostendit: 2. pudoris, qui commissa repenset & consideret: 3. doloris, qui pensata emendet, per veram pœnitentiam. Tertio. Clementiæ eius cultum debemus 1. gratitudinis circa eius beneficia; cuius sunt quatuor actus, recognitio, benedictio, collaudatio, glorificatio: 2. promptitudinis dilectionis; huius sunt quatuor signa, pœnitentia, parsimonia, eleemosyna, indulgentia: 3. rectitudinis intentionis, ad vitandam vindictam. *Ex quadrages. de christiana religione, tom. 1. à pagin. 41. col. 2. ad pagin. 47. col. 2.*

Eiusdem sermo secundus, de idololatriæ cultu, vbi differit de idololatriæ. I. Origine quæ est triplex. Primo erant imagines quædam, & nihil numinis habere credebantur. Secundo: Erant quædam habitacula deorum, hoc est dæmoniorum. Tertio: Erant in imaginibus secundum eorum opinionem, dij factitij. II Offensione, cum cultus latriæ qui soli Deo debitus est, idolis offerebatur. III. Dilatatione, dæmo-

A nes disseminauerunt in mundo idololatriam, falsâ scientiâ, fictâ potentiâ, occultâ malitiâ, &c. *Ex quadragesimali de Christianâ religione, tom. 1. à pag. 47. col. 2. ad pag. 54. col. 2.*

Eiusdem, de magnâ efficaciâ & fructibus verbi Dei sermo primus in Euag. Verbum Dei I. Intellectum irradiat sicut oriens sol mundum. illuminat vniuersum; virtutes & vitia monstrat; declarat, illuminat, & etiam paruulis dat intelligentiam; animam decorat, & decoram reddit. II. Inflammat animam viuificando; cibando; delectationem in gustu cibi supradicti dando, inebriando. III Ad contritionem perducit hominum corda dura; à multi-
B plici aduersitate defendit, præcipuè ab impugnationibus dæmonis, mundi, carnis; in quolibet statu fructificat, cum fideliter auditur; ad sempiternam gloriam perducit. *Ex quadragesimali de Euangelio æterno, tom. 2. à pag. 476. col. 1. ad pag. 480. col. 2.*

Eiusdem sermo secundus, de obseruantia sabbati & festorum celebratione. Primo. Sabbati consideremus recordationem ad quam inuitamur; 2. mutationem in diem Dominicam; propter mysteriorum declarationem; multitudinem priuilegiorum, exclusionem errorum: 3. monitionem, quæ scimus plurima festa adiuncta, quæ propter Ecclesiæ præceptum sunt obser-
C uanda. Secundo. Diebus Festiuis & Dominicis abstinendum est, 1. ab opere culpæ, scilicet superbiâ in mente, luxuriâ in carne, auaritiâ in substantia temporali: 2. ab opere fortunæ & seruili, quæ autem sint opera licita aut illicita vt sciatur, consulentur hic autor, & Casuistæ; 3. ab opere naturæ; quæ sint hæc opera, quære in præsenti sermone. Tertio. Diebus festis insistendum est, 1. orationi vocali mentali, generali; 2. prædicationi & verbo Dei: 3. deuotioni, audiendo missam & opera bona faciendo. *Ex quadragesim. de Euangelio æterno, tom. 2. à pag. 480. colum. 2. ad pagin. 496 col. 1.*

Eiusdem, sermo de loco apto ad pugnandum. Primo: Pugnæ locus debet

esse 1. tutus, vt ab hoste non possit inuadi: 2. sanus, vt exercitus melius conseruetur; 3. in cibo copiosus 4. vberosus, salt in aqua tàm propter homines, quàm propter iumenta. Secundo Ista debent esse suo modo in pugna spirituali, locus 1. tutus est Ecclesia: 2. sanus, sacra scriptura: 3. cibo copiosus, humilitas cuidatur gratia; 4. potu congruus, charitas, quia amor inebriat. Tertio Hæc quatuor dux noster voluit nos in seipso docere. *Ex quadragesimali antehac non impresso. Tom. 3. à pagina 96. colum. 1. ad paginam 97. colum 2.*

Eiusdem de amore radioso, sermo in quo probat I. Animam habere obiectũ radiosum in quo speculatur splendorẽ solis iustitiæ, qui in nouem radios diuiditur 1. est irradiatiuus; 2. demonstratiuus; 3. declaratiuus; 4. discretiuus; 5. delectatiuus; 6. inflammatiuus; 7. confractiuus; 8. defensiuus; 9. fructificatiuus. II. Animam habere oppositum vitiosum, quod est totum tenebrosum & obscurum & plenum malitiâ pro his qui nolunt audire verbum Dei. III. Portare volentes fructum de Euangelizationibus debere septem in se habere, præparationem, deuotionem, reuerentiam, ruminationem, intentionem, firmam fidem, desiderium operandi. *Ex quadragesimali Seraphin. Tomo tertio à pagina 219. col. 2. ad pag. 224. col. 2.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus, in illud, *Ecce nunc tempus acceptabile*, de quatuor temporibus memoriæ tradendis, agit, quæ sunt tempus reconciliationis, tempus humanæ resolutionis, tempus districtissimi examinis, & tempus damnationis. *Tom. 3. sermon. de tempor. pag. 64.*

Eiusdem sermo secundus, primus in Euangelium docet nos exemplo Christi qualiter resistere diabolo debeamus & tres complectitur partes: Prima agit de spiritus motione & inspiratione in illud, *Ductus est Iesus à Spiritu*; Vbi ostenditur triplex spiritus à quo Christus fuit ductus, videlicet veritatis, æquitatis, & fortitudinis. Secunda, de loci securitate ad validè resistendum, in illam particulam, *desertum*. Iesus si quidẽ in

A deserto existens etiam antequam tentaretur iam de tentationibus victoriam reportabat & triumphabat, quod pulchrè declaratur. Tertia de tribus tentationum generibus, quibus dæmon Christum aggressus est. *Ibid. pag. 64. 65 66.*

Eiusdem sermo tertius qui & in Euangelium secundus. I. Tria tentationum genera pulchrè admodum explicat testimoniis è scriptura desumptis. II. Apparatum armorum, quo congrediamur, describit. III. Auxilium, quo muniamur ostendit IV. Coronam gloriæ, quo alliciamur, proponit. *Ibid. pag. 66. col 2.*

Eiusdem sermo quartus, laus est Quadragesimæ quæ vtilis est ad veniæ con-
B sequutionem, ad gratiæ augmentum, ad victoriæ reportationem, & ad gloriam promerendam: Prima vtilitas in quadragesima Niniuitarum notatur; Secunda, in quadragesima Moysis; Tertia in quadragesima Christi, Quarta in quadragesima Heliæ. *Ibid. pag. 67.*

Eiusdem sermo quintus quadruplicem hominis Christi assumptionem enumerat & exponit. Prima facta fuit in incarnatione; Secunda in tentatione hodierna; Tertia in iustificatione seu sacramento altaris; Quarta in Ascensione. *Ibidem pag. 67. 68.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo primus de ieiunio & tentationibus Christi, in
C quo ostendit. I. Diabolum mali esse authorem, & nequitiæ originem. II. Eundem semper primordia boni tentationibus pulsare. III. Quadragesimæ virtutem. IV. Quare Christus ieiunauerit. V. Stultitiam & miseriam dæmonis in tentando Christum Dominum. *Serm. 11. col. 27. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus vnde suprà, in quo varia concionatur præcipuè autem. 5. nimirùm tempus quadragesimale bellorum spiritualium tempus esse docet, populum ad bella peccatis indicendum prouocat, inimicorum astutias & nequitias prodit quibus militant aduersus Christianos, laudem & virtutem ieiunij prædicat, & diaboli

vanos conatus deridet. *Serm. 12. col. 30. & sequentibus*

Eiusdem sermo tertius docet Christianos tempus Quadragesimæ tempus esse conflictus virtutum & vitiorum, ieiunium laudibus extollit, dæmonisque astutias & tentationes contemnit. *serm. 13. col. 32. & sequentibus.*

S. I. CHRYSOSTOMI homilia de diabolo tentatore. In qua rationem reddit cur de dæmone sermonem habeat, quare diabolus è medio non sit sublatus, quod eius malitia nihil nos possit lædere, si velimus, & quod semper non sit causa mali, imò magnam nobis vtilitatem afferat, si eo, vt oportet vtamur; denique quinque vias pœnitentiæ indicat, quæ sunt peccatorum damnatio, iniuriarum remissio, oratio, eleemosyna, & humilitas, ad quas populum hortatur. *Homil. 25. ad popul. Ant. à col. 318. ad col. 327.*

✠ DIONYSII CARTHUSIANI de Epist. sermo in illud: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, 2 Cor. 6.* Tempus euangelicæ legis acceptabile appellatur. Quia I. In eo misericordia Dei hominibus copiosissimè est impensa & semper impendi parata. II. Christus pro nobis incarnatus & mortuus est. III. innumerabiles in hoc fuerunt homines virtuosi ac sancti. IV. In eo gratiosissimè subuenit Deus vni per alium. V. In ipso omni horâ multum proficere & promereri & spiritualiter crescere valemus. VI. Illud sancta instituit Ecclesia, & pœnitentiæ deputauit. *In serm. de temp. fol. 112. à pag. 1. ad 2.*

Eiusdem in Euang. hodiernum sermo primus de tentationum causis, vtilitatibus & remediis. Primo. Tentamur 1. à propriâ carne & naturali inclinatione & pronitate ad malum quæ ab originali peccato exorta est: 2. à mundo, siue nobis exteriora bona proponat vt affectum nostrum alliciat, siue per aduersa nos à Deo & operibus virtuosis auertere nitatur: 3. à dæmonibus, qui ad omnia mala nos conantur inducere: 4. à Deo, dum & per aduersa & aspera nos flagellat & purgat, & per aliqua ardua virtutum exercitia probat. Secundo. Tentationes vtiles quia 1. purgant à vitiis: 2. gratiam augent: 3. æternaliter coronant: 4. exercitatos in spiritalibus & versatos efficiunt: 5. agiles & diligentes reddunt: 6. propriã infirmitatē ob oculos ponunt 7. exemplares faciunt: 8. electos in præsenti à Deo glorificari curant. Tertio. Remedia contra tentationes sunt. 1 de propriis viribus nulla præsumptio: 2. Dei cum omni fiducia incessabilis inuocatio: 3. cordialis & frequens dominicæ passionis consideratio: 4. patientia: 5. virginis, proprij Angeli & Sanctorum magis dilectorum in adiutorium inuocatio: 6. consideratio quis tentator, quid prætendat, quid quærat. *Ex sermonib. de temp. à fol. 115. pag. 2. ad fol. 116. pag. 2.*

Item, eiusdem secundus sermo. Ieiunium vtile 1. ad satisfaciendum pro peccatis præteritis & veniam impetrare; 2. ad carnalium desideriorum refrænationem; 3. ad cauendum peccata futura & multa opera vitiosa; 4. ad impetrandum gratiam, virtutem & profectum magnum; 5. ad illuminationem obtinendam & instructionem à Spiritu sancto; 6. ad omnium virtutum expeditiorem executionem; 7. ad corporis sanitatem diuturniorem. Ad abstinentem autem pertinet, statutum comedendi tempus non præuenire; cibaria & pocula lauta non quærere; studiositatem præparandi cibos cauere; immoderatum cibi & potus desiderium reprimere, non nimis diu in mensa sedere, ante refectionem alimenta benedicere & postea gratias agere, non excedere aut deficere in cibi ac potus quantitate. *Ex serm. de temp. à fol. 116. pag. 2. ad fol 117. pag 2.*

Eiusdem sermo tertius. I. De peccatis summè dolendum quia 1. Deus ineffabiliter peccata detestatur; 2. multipliciter nobis nocent in præsenti; 3. in futuro non solum æternâ priuabunt beatitudine sed æternis deputabūt supplicijs: 4. turpissima in seipsis sunt; 5. multiplex est pœnitentiæ fructus. II. Satisfactio quæ fit in mortali peccato non valet. III. Principales pœniten-

tiæ partes sunt oratio, eleemosyna, vigiliæ, disciplinæ, ieiunium. IV. Post confessionem valde cauendum à recediuo quia vulnera reiterata grauius lędunt. *Inserm. de temp. a fol. 117. pag. 2 ad fol. 118. pag. 2.*

S. Ephræm sermo huic Dominicæ satis conueniens, in quo ostendit quomodo anima cum lachrymis debeat orare Deum, quando tentatur à diabolo; deinde ab inferioribus reuocat, & ad superna prouocat. *tom. 1. pag. 62.*

I. Gersonii sermo in hanc Dominicam in præludio docet tempus quadragesimale esse tanquam decimationem totius anni, & vitam præsentem desertum in quo tres serpentes reperiuntur sicut in solitudine populi Israel in exordio de superbia differit quæ tribus modis tentat pœnitentiam; videlicet inobedientia, præsumptione, & vana excellentia, quæ in hoc Euangelio manifestantur, & à Christo Domino debellantur: & iuxta hanc triplicem tentationem partitur sermo in tres partes. In prima post varias quæstiones & earum solutiones circa litterã Euangelij ostendit quomodo inobedientia contra preceptum ecclesiasticum de ieiunio quadragesimali obseruãdo murmuret; Vbi multa in laudem ieiunij proferuntur, & multiplices casus pro obligatione ieiunij soluuntur. In secunda, præsumptionem, pœnitentiam propulsare, vt procrastinetur, & Confessarios instruit, multis documentis. In tertia, vanam excellentiam, pœnitentiam destruere, diuitias enim & honores quærendo, impedit tertiam partem pœnitentiæ, satisfactionem, sicut inobedientia non ieiunando primam, contritionem seu dolorem de peccatis, & præsumptio secundam, videlicet confessionem. *Tom. 2. part. 4. a col. 402. ad col. 410.*

Eiusdem sermo alter in illud Euangelij, *Non in solo pane, &c.* In quo ostendit quomodo diabolus tribus tentationum generibus, gulâ, præsumptione, & auaritiâ sit conatus auferre Christo panem deuotionis, quo in deserto nutriebatur; Deinde moraliter concio-

A natur & in sexdecim considerationes totum complectitur. I. est, quanto anima bene viuere nititur, tanto ab inimico tentatur. II. signum bonum est quãdo anima in suæ conuersionis primordiis impugnatur. III. anima conuersa non statim ad vitæ spiritalis eminentiam, eleuanda. IV in tentationibus ad Deum per humilitatis orationis & timoris viam recurrendum V. rationabiliter instituta fuere ieiunia. VI. excusantur quidam à ieiunio quadragesimali. VII. quomodo etiam aliis temporibus Christianus abstinere debeat per sobrietatem VIII. gula, flagellorum Dei causa. IX. tentatio inimici quosdam eleuat, vt statim ad ima deijciat. X pro virtutum adeptione, cauenda præsumptio & propria fiducia. XI. discere scripturam sacram animo solùm curioso, aut malo res periculosissima. XII cooperatio propria in salutis prosequutione necessaria XIII. diuitiarũ studium vitandum nec illis animo inhærendum XIV. auaritia, dicitur Idololatria. XV. iniuria Deo illata, vindicanda. XVI. post graues tentationum afflictiones magnas Deus immittit consolationes, hæc autem omnia ex Euangelio hodierno desumuntur. *tom. 2. part. 4. à colum. 424. ad colum. 432.*

B

S. Gregorii Magni homilia in qua lectionem Euangelicam suo more explanat, & partiri potest in 5. membra. I. enim à quo spiritu ductus in desertum & cur à diabolo in altum sit sublatus Dominus Christus, declarat. II. docet tentationem fieri tribus modis suggestione, delectatione, & consensu. III. agit de Christi patientia, & nostra impatientia, in tentationibus. IV. de sacramento Quadragesimæ, & ieiunij. V. quid sit ieiunium sanctificare, explicat. *Tom. 3. hom. 16. in Euang. col. 41.*

C

Guillelmi Parisiensis sermo I. in Epistolam 2. Cor. 6. *Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Hanc gratiam dicit esse beneficium redemptionis nostræ cuius obliuio valde timenda nobis est I. propter benefi-

cij magnitudinem; 2 quia contra hanc obliuionem multa memoralia nobis ſunt data ſc. crux pœnitentiæ, imago crucifixi, ſacramentum altaris, ſermõ Domini & officium Eccleſiæ; 3. quia in die iudicij eam improperabit Dominus hominibus ingratis; 4. quia ingratos de hoc beneficio accuſare poterunt infantes qui non loquuntur: Quatuor autem ſunt genera hominum qui ſpecialiter hoc beneficium in vacuum videntur accipere 1. illi qui nondum humiles ſunt cum Chriſtus ad docendam humilitatem paſſus ſit, 2. qui peccatis ſe inquinant, cum Chriſtus paſſus ſit vt nos à peccatis ablueret; 3. qui nondum Chriſto viuere volunt cum Chriſto, 4. qui nondùm Chriſtum diligunt, cum Chriſtus ad dilectionem paſſus ſit. *à pag. 56. ad pag. 57.*

Eiuſdem ſermo 2. in illud *Ecce nunc tempus acceptabile, &c.* Primò. Quadrageſimæ tempus acceptabilius eſſe aſſerit ad lucrandum quam alia tempora quia 1. pœnitentiarij tunc inueniuntur parati ad audiendas confeſſiones: 2 quaſi in nundinis Dei, venalia abundantiùs exponuntur; 3. faciliùs inuenitur moneta illa qua regnum cœlorum emitur, vt ſunt, vigiliæ, orationes, & ieiunia. Secundo. Differentiam ponit inter negotiationem Dei & Diaboli: 1. enim quod Deus vendit præconſideratur, quod diabolus è contra; 2. qui emit à diabolo, dum emit lætatur, ſequitur triſtitia; qui à Domino emit & lætatur, & ſequitur lætitia: 3. cum diabolo purum nunquam facimus lucrum; plus perdit homo quam lucretur; perdit enim Deum, regnum æternum, fraternitatem, bona Eccleſiæ, bona propria, ſeipſum, cum Deo contra ſemper lucramur 4. Deo de ſuo ſoluimus, diabolo non ſolum de noſtro, ſed de nobiſipſis: 5. diabolus melius oſtendit & deterius vendit, econtrario facit Dominus. *à pag. 57. ad pag. 59.*

Eiuſdem ſermo 3. in quo eâdem quæ ſuperius conſideratione premens 1. Vt ad portum ſalutis perueniamus multa nos monere dicit tempore quadrageſimæ, ſc. quod, Deus tali tempore creauit propter nos cœlum & terram, creaturæ quæ ceſſauerunt operari in hyeme, nunc ceſſante impedimento operari incipiunt; ille qui magnam miſericordiam fecit, tempore iſto paratus ſit miſericorditer reſpicere; bona exempla ſunt frequentiora II. Triplici remedio ſanare nos vult ſpiritualiter ex temporis opportunitate; ſunt enim tempore iſto dies ſalutis; ſalutis deſiderio; prædicatione cœleſtis medici. *à pag. 59 ad pag. 61.*

Eiuſdem, ſermo primus in Euangel. quod litteraliter & moraliter examinans, imprimis, Tentationem diaboli actiuam & tentationem Chriſti paſſiuã bonam; Tentationem fieri tribus modis docet, ſuggeſtione, delectatione, conſenſu; Neminem debere tentare Deum quando habet ex humana ratione quid faciat probat, &c. *à pag. 308. ad pag. 310.*

Eiuſdem, ſermo ſecundus. I. Chriſtus tentari voluit, vt pugna nobis ſpiritualis certior fieret. II. Diabolus impugnat hominem ex ea parte qua eſt infirmior ſc. ex parte carnis. III. Tentat diabolus explorando, mentiendo, malitiæ malitiam addendo, decipiendo. IV. Tribus verbis ſacræ ſcripturæ diabolum vincit Chriſtus; oſtendens per hoc etiam in bello ſpirituali ſapientiam neceſſariam. V. Tentationem ſequitur diaboli victi fuga, requies interior, Angelorum obſequium. *à pag. 310. ad pag. 313.*

Eiuſdem, ſermo tertius, qui per tria quibus conſtat, fidem aſtruit & commendat; oſtendit enim Primo. Spiritum ſanctum rectorum eſſe eorum qui per baptiſmum mundati ſunt. Secundò eorumdem ſpiritum malignum eſſe impugnatorem. Tertiò, Angelum bonum ipſorum eſſe miniſtratorem, *pag. 313.*

Eiuſdem, ſermo quartus, in hæc. *Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus. &c Math. 4.* Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus & noctibus, vt conuenientiam legis, prophetarum, & Euangelij oſtenderet; exemplum nobis abſtinendi à carnalibus de-

sideriis tempore agonis daret; mandata decalogi cum quatuor Euangeliis custodienda monstraret: mysticus est hic numerus. *à pag.* 313. *ad pag.* 314.

Eiusdem sermo quintus, ad ista: *Et accedens tentator*, &c. dicit. I. Post quadragesimam tentat nos diabolus de peccato gulæ, cupiditatis & vanæ gloriæ, quæ referuntur ad partem animæ concupiscibilem irascibilem, rationalem. II. Tentamur à carne, dæmone, Deo; à carne abstracti & illecti; à dæmone per rerum ablationem, corporis afflictionem, hominum exprobrationem; à Deo, probatione. III. Cibus animæ est verbum Dei quod frequentari non negligi debet. *à pag.* 314 *ad pag.* 315.

HVGONIS A S. VICTORE sermo in Quadragesima habitus in illud Psal. 90. *Super aspidem & basiliscum &c.* Bellum spiritale dæmuniorum contra animam & animæ contra dæmonia perbellè describens, & vniuersam diaboli malitiam per quatuor, videlicet, aspidem, basiliseum, leonem, & draconem repræsentans. *To* 2. *ser.* 54 *Mon. inst. p.* 370

Eiusdem sermo alter hac die habitus in illud. 3. Reg. 19. *Timens Elias minas Iezabel, relicto puero suo perrexit in desertum, &c.* In quo tria docet, vnum, sanctos viros ne superbiant, tentationibus reprimi; secundum, ordinem Religiosum iunipero assimilari; tertium, quatuor tentationum generibus animam veluti iuniperi aculeis pungi, nimirùm tentatione leui & occulta, tentatione leui sed manifesta, tentatione graui & occulta, tentatione graui ac manifesta; quæ continentur in illo Dauidis versiculo: *Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris ab incursu & dæmonio meridiano. Tom.* 2. *ferm.* 89. *monastic. institut. pag.* 412.

D. INNOCENTII PAP. III. sermo in Euangelium hac die habitus. Docet hominem tentari in hac vita à tribus à Deo semper ad bonum, à dæmone semper ad malū, ab homine quandoque ad bonum, quandoque ad malum. Tentationem dæmonis versari circa opes, voluptates, & honores. Dæmonis astutiam prodit. Septem circa Christi tentationem notanda enumerat, personam, videlicet, locum, tempus, causam, modum, ordinem, & finem. Denique vt astutiam tentationis sollicitè caueamus, monet. *tom.* 1. *pag.* 33. *& sequentibus.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. de tentationibus circa Euangelium: Ad hæc verba Apocalipsis 11. *Qui vicerit, non lædetur a morte secunda.* I. Declarat qui sint qui habeant aures ad audiendum, quod Spiritus dicit Ecclesijs. II. Quatuor constituit tentationum genera causasque errorum. III. Quibus vijs, his quatuor tentationibus, & alijs quibus libet resisti possit. *A pag.* 134. *vsque ad* 142.

B Eiusdem sermo 2. Quatuor constituit tentationum genera per quæ seducimur, circa illa verba, *Psal* 90. *Super aspidem, & basiliscum ambulabis; & conculcabis Leonem & draconem. Non timebis à timore nocturno, &c.* Ostenditque in quo consistant, & quibus modis superari possint. Vbi multa de amore Diuino, & naturali: & quantum opponantur inter se. *à pag.* 142. *vsque ad* 152.

Eiusdem sermo 3. In quo quatuor modos exponit, quibus fraudes diabolicas euitemus. *Pag.* 152. *&* 153.

B. IVONIS CARNVTENSIS sermo de Quadragesima in quo duo tractat, vnum, Christi vitam, vitæ Christiani formam esse, cùm in ipso tanquam in C capite omnes gradus inueniantur, vndè imbuatur, vndè proueheatur, vndè consummetur quilibet Christianus; quod comprobat exemplo tentationis Christi per quam fidelis docetur qualiter tentationibus resistere valeat, dæmonesque triumphare. Alterum, quadragenarij numeri ieiunio consecrati mysteria propalat, & ieiunium spiritale à voluptatibus, & peccatis, pluribus commendat. *to.* 1. *Auct. Bibl. Patr. c.* 824.

S. LEONIS sermo de Quadragesima. Cùm inter nos & dæmones, non sit parua dissensio & intra nosmetipsos plurima sint certamina; necessariò arma militiæ spiritalis sunt assumenda; hoc præsertim tempore Quadragesimæ quæ

bello contra dæmones & vitia cenſetur conſecrata: & ad victoriam de inuiſibilibus hoſtibus reportandam, Hebræorum exemplo & Chriſti ieiunare conuenit. Qualiter autem ſit ieiunandum conſequenter docetur, & arma Chriſtianorum proferuntur. *Serm. 1. de quadrag. col. 95. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo vnde ſuprà. Tempus Quadrageſimæ laudat, in quo vitiis bellum indicitur, & omnium virtutum profectus augetur. Quapropter hiſce diebus purgationi peccatorum dicatis, religioſiùs viuere conuenit, ad perfectionem tendere, & contra ſalutis noſtræ aduerſarium ſollicitiùs decet inuigilare; nunc enim diabolus aduerſum nos acriore ſæuit inuidiâ, & hoſtis à Chriſto hodie ſuperati, & expoliati fremit in Chriſtianos furor impius, nouum quærentis lucrum, qui iusperdidit antiquum. Denique ieiunium verum declarat, & ad bonorum operum exercitium cohortatur. *Serm. 2. de quad. col. 99. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo vnde ſuprà, ſequentia complectitur; in Quadrageſima viuendum ſanctius, non præſumendum de non peccandi facilitate, feſtiuis diebus animum maximè purgandum, diabolum à nemine dolos ſuos cõtinere, cùm ipſum quoque Dominum maieſtatis auſus ſit calliditatis ſuæ fraude tentare. *Serm. 3. de quadrageſim. colum. 102. & ſequentibus.*

Eiuſdem ſermo vnde ſuprà. De abſtinentia à vitijs in Quadrageſima tractat diaboli verſutias & calliditates in Chriſtum & Chriſtianos manifeſtat, tentationis Chriſtianæ ordinem explicat, miſericordiæ operibus hocce quadrageſimæ tempore incumbẽdum monet, & Hæreticorum ſui ſæculi malitiam, & impietatem deteſtatur. *Serm. 4. de quadr. col 105. & ſequentib.*

Eiuſdem ſermo vnde ſuprà. De tentationibus vitæ humanæ diſſerit, & dæmonum impugnatione, à quibus immunis nullus, aut liber inuenitur; ac de iniuriarum remiſſione; Vbi etiam quædam habes de ſpiritali certamine, ad quod hiſce diebus præcipuè, debemus

A cœleſti tubâ accendi, & armis virtutum inſtrui. *Serm. 11. de quadrageſimal. col. 128. & ſequent.*

S. Maximi homilia, in quo oſtenditur callidi hoſtis querela qualiter in ſemetipſo Chriſtum aggrediendo turbabatur, & quàm diuerſis ac tumultuoſis cogitationibus agitabatur, quomodo Chriſtus ſermone certamen egerit, & peregerit maieſtate victoriam, quænam ſit ieiunij ſanctificatio ad quam ſcriptura hortatur, & quodnam ſit Deo placitum ieiunium. *Homil. 1. de ieiunio quadrag. col. 586. & ſequentibus.*

Eiuſdem homilia ſecunda vnde ſuprà conflictum mirabilem inter cæli Regem, & Regni cæleſtis Tyrannum repræſentat; & quo fine, diabolus Chriſtum tentauerit, declarat; inſuper

B oſtendit inimicum cæli ne tentando quidem aſcenſum ſuadere cæleſtem, ſed deorſum & in ima prouocare, & omne, quod diabolus ſuadet, caſum eſſe. Denique quomodo dæmon ſit à nobis vincendus, paucis docet. *Homil. 2. de ieiunio quadrag. col. 589. & ſeq.*

Eiuſdem ſermo vnde ſuprà, egregiam inter Chriſti & Moyſis ieiunium comparationem deſcribit & fideles ad ieiunium corporale, necnon ſpiritale, ad religioſam eſuriem, & ſpiritalem ſatietatem adhortatur. *Homil. 3. de ieiunio quadrageſ. col. 592.*

C Eiuſdem homilia vnde ſuprà, in qua multa in præcedentibus dicta iterantur, agit autem de Chriſti certamine cum tentatore, de dæmonis ſtultitia & perturbatione, de tentationum reprobatione, de bene ieiunantibus, ac de gratiſſimo diuinæ maieſtati ieiunio. *Homil. 4. de ieiunio quadrag. col. 594. & ſequentibus.*

Nicolai de Cusa in Epiſt. ea verba: *Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. 1. Theſſal. 4* I. Nemo poteſt ſequi Ieſum adeo abundè, quin magis eum ſequi poſſit, quia charitate ſequendus eſt. II. Anima rationalis nihil habet niſi liberam electionẽ per quam ab vno fugit, & ad aliud accedit, pellit, attrahit. III. Qui Deum amat, amorem amat quia amor eſt, vbi amor ibi

anima est libera. IV. Inordinatum amorem in omni peccato vocat Apostolus passionem desiderij; ordinatum verò, vas suum possidere in sanctificatione. V. Spiritus in se vnit membra, vt vnita constituant corpus: Talis est Ecclesia in qua spiritus Christi seu amor animam viuificat. *Excitat. lib. 7. a pag. 575. ad pag. 576.*

Idem sermone, in illud Euang. *Non in solo pane viuit homo.* Matth. 4. Primo: Hominem considerat pasci pane & verbo; & sicut panis digestio fit per varias decoctiones & separationes; verbi fieri digestionem dum in sensibus recipitur, à sensibus ad sensum communem seu imaginationem, ab imaginatione ad rationem & intellectum transit. Secundo. Lætitiam quasi sensum vitæ esse & formam probat. Tertiò. Spiritum proximū esse Deo, & forti; animam autem carni infirmæ, attendit. Quarto: Differentiam ponit inter opera Dei, & hominis; figulus non potest nisi in apto loco conceptum exprimere, & illum non simul in toto & partibus; sed Deus omnia simul, quia sicut voluit fecit. Quinto: Mens Deum cognoscens, Deo conformatur. *Excitat. lib. 5. à pag. 507. ad pag. 510.*

Eiusdem, in id Euang. *Hæc omnia tibi dabo, &c.* sermo. Ex quo hæc eruuntur I. Inconueniens non est, hoc dici originale peccatum, ignorantiam sui principij & originis quæ per peccatum facta est. II. Christianus agitatur, vt veterem vitam, cui abrenunciauit, deserat; & faciat nouo interiori homini, veterem obedientem & subiectum. III. In militiâ christianâ timere semper debemus, ne non solum tentemur, sed etiam ne nos Deum tentemus. IV. Sicut nemo efficitur Christi fidelis nisi qui renunciat diabolo: sic diabolus malum Christianum non æstimat sibi fidelem, nisi veniat contra fidem Christo datam, &c. *Excitat. lib. 9. a pag. 648 ad pag. 650.*

Eiusdem sermo, vnde suprà: *Reliquit eum diabolus, &c.* Appetitus ad ea quæ non sunt de regno veritatis, tentatio est; quia cum homines tali desiderio se immiscent, ad eos accedere consueuit

A tentator. Si dicere filij Dei vertit lapidem in cibum, siue panem, qui præstat vitam; multo efficacius verbum Dei est, in quo homo vitam accipit. Diabolus diligit similis Altissimo reputari, & hoc est peccatum. *Ex lib. 5. excitat. pag. 484.*

Eiusdem sermo ad dicta superiùs, in quo aduerte. Primo: Nihil maius per fidem sperari posse, quàm quod Deus se, & suum regnum donet confidenti; nam assequitur quisque secundum fidem. Secundo: Verbum Dei omnia penetrare, & id omnia audire, & ei obedire, &c. *In excitat. lib 5. pag. 475.*

Eiusdem sermo, in Euangel. Matth. 4. *Diabolus reliquit eum, &c.* I. Nihil maius per fidem sperari potest quàm
B quod Deus se & suum regnum donet confidenti. II. Omnia fieri potèrant id quod verbum dixisset; lapis audit, & obedit: aqua audit, & obedit; quia verbum sic mandat, cuius vis est omnipotens. *Excitat. lib. 5. pag. 475.*

✠ Rabani Mauri homilia in Euangelium hodiernum I. Ostendit Christum nobis ieiunasse, & nobis superasse, vt per ieiunium animas nostras præparemus ad tentationem. II. De quadragesimali ieiunio agit, quid mysticè significet. III. Ad alias virtutes ieiunij comites, hortatur. *Tom. 5. pag. 584. col. 2. & 585. col. 1.*

✠ Radulphi Ardentis circa
C Epist. 2. Cor. 6. *Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Homilia duobus conclusa capitibus. Primo: Apostolus nos hortatur 1. ne quamcumque gratiam à Deo acceptam in vacuum habeamus; siue de ea ingrati simus, siue eam abscondamus, siue eâ abutamur, sine acceptam fideliter non custodiamus. 2. vt gratiam operantem recipiamus, qua Deus & operatur in nobis sine nobis, cordis contritionem dando, & peccata dimittendo; & operatur in nobis cum nobis, dans nobis facultatem vt faciamus bonum. Secundo: Monet nos Apost. vt irreprehensibiles tanquam Dei ministros nos exhibeamus in patientiâ, quæ necessaria est in tribulationibus, necessitatibus, angustiis, plagis,

gis, carceribus, seditionibus, &c. *à fol.* 114. *pag.* 1. *ad fol.* 121. *pag.* 2.

Eiusdem, de Euang. homilia quâ de ieiunio Christi disseritur. Christus voluit ieiunare I. Ob ministerium, quoniam voluit demonstrare se & suum ieiunium per legem & prophetas fuisse præfiguratum; voluit autem esurire vt se verum hominem demonstraret, nostram esuriem redimeret, & occasionem tentandi diabolo præberet. II. Ob triumphum, vt nobis de carne, de diabolo, & de mundo triumpharet. III. Ob exemplum, vt exemplo suo quomodo ieiunare & tentationibus resistere debemus præmonstraret. *à fol.* 121. *pag.* 1. *ad fol.* 125. *pag.* 2.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud: *Ecce nunc tempus acceptabile.* 2. Cor. 6. quod ostendit propter octo, deinde tempus Quadragesimale non solum esse acceptabile, sed etiam tempus benefaciendi ad quod nos inuitant octo. *In serm. Dominic. fol.* 8. *col.* 3.

Eiusdem sermo in Euangelium in quo agit de ieiunio, & docet nos quatuor mouere ad ieiunij obseruantiam: Dei præceptum, Christi exemplum, nocumenta quæ non ieiunantibus obueniũt, emolumenta quæ ex ieiuniis oriuntur & hauriuntur, quæ omnia per alia quatuor subdiuiduntur. *In serm. Dominic. fol.* 8. *col.* 4.

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA sermo I. ad ea verba: *Ductus est Iesus in desertum. Matth.* 4. In quo I. Monomachiæ huius statum aperit. II. prouocantem inducit Christum. III. locum certaminis aptissimum ostendit IV. Primam expendit tentationem. V. de secunda tentatione agit in qua dæmonem in tribus deficere ait, & debilitatem ostendere. VI. Ex responsione Christi, sacras scripturas nobis commendari probat. VII. Ad tertiam descendit tentationem. In qua considerat. 1. quàm fortis sit auaritiæ tentatio. 2. diabolum iam ex contemptu Iesum non vocare filium Dei. 3. contemptum Iesum fortius resistere. VIII Attendit post victas tentationes Angelorum accessum & ministerium. IX. rationes A reddit cur Christus tentari voluerit. 1. vt nos in tentationibus animaret. 2. vt fiduciam daret recurrendi ad ipsum. 3. vt instituer emur ad prælium. 4. vt nobis victoriã promereretur. 5. vt homo læsus à dæmone, & per passionem restitutus; in honoratus, per victoriam releuaretur. *à fol.* 42. *colum.* 2. *ad* 44. *col.* 3.

Eiusdem sermo 2. de tentatione nostra; ad ea verba, *Psal.* 90. *Scuto circumdabit te veritas eius, &c.* I. ostendit non esse impatienter ferendum quod quãdoque tentamur. II. Attendendum esse potius quomodo viriliter certemus. III. Quatuor ex tentationibus vtilitates nasci tradit. 1. quod nos humilient. 2. quod vniant nos Deo ad quem recurrimus. 3 quod à terrenis separant, & eleuant ad cælestia 4. quod valeant ad exercitium virtutis & meriti augmentum. IV. Vult, non ideo quærendas esse tentationes, sed patienter ferendas & superandas. V. Ad eas superandas non in nobis esse confidendum, sed recurrendum ad Deum. VI. quibus armis protegamur à Domino, aperit: scuto scilicet veritatis; & deinceps id per quatuor tentationum genera, quæ enumerat Dauid, deducit. VII. vtilitates varias huius victoriæ aperit circa eumdem Psalmum. Et sic vndè expectabatur confusio, honor accidit. *à fol.* 44. *col.* 3. *ad* 47. *col.* 3.

C

FERIA SECVNDA
infra Dominicam primam Quadragesimæ.

SANCTI AMBROSII sermo de futuro vniuersali iudicio; In quo iudicium describitur, quàm sit timendus dies iudicij docetur, pœna damnatorum vtcumque recitatur, ad pœnitentiam dum tempus datur agendam, prouocamur. Insuper ad decimas soluendas, ad reuerentiam, ad modestiam in Ecclesia seruandam, & ad rectè iudicandum cohortatur. Denique contra Idololatras, sortilegos, saltatores,

abortum procurantes, & alios peccatores acriter inuehitur, & recte communicandi modum tradit, virtutesque commendat. *Tom. 5. ferm. 33. col. 45. & sequentibus.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo excellens & methodicus, quatuor ad iudicium pertinentia complectens: Primo: Conuocat omnes homines, ad iudicium, & incutit timorem, ad aspectum plenitudinis imperij, & dominij filij hominis, & maiestatis eiusdem sedentis, in solio excelso, & eleuato: Deinde pulchritudinem consortij, sc. Angelorum; altitudinem triclinij, sedebit enim in electis; multitudinem congregatorum & citatorum ob oculos ponit; Tandem quindecim signa in Hebræorum annalibus à S. Hieronymo reperta, ad timorem & reuerentiam, commemorat. Secundo; Situationem reproborum & electorum, ad sinistram & dexteram Dei, considerat. Tertio; Manifestat eorumdem opera, asserens lucem illam infinitam, ex suo splendore manifestaturam, quicquid vnquam fuerit in cordibus, siue bonum siue malum; hoc fiet ad iustorum consolationem, & supplicium malorum. Quarto retributionem attentius intuetur, & triplici ex causa bonorum sententiam præcessuram iudicat; quam immediatè sequetur reproborum dānatio, qui amarè repudiati, ad protensum exilium, horrendum consortium, inquietum hospitium, destinabuntur. *à pag. 146. ad pag. 151.*

S. AVGVSTINI sermo de extremo iudicio cogitando. Imprimis se excusat quod tam assiduè, & tam frequenter tremendum & expauescendum diem iudicij suis auditoribus insinuare contenderet, ostendens concionatorem tam pro sua quàm pro aliorum salute dura & terribilia prædicare debere, & medicorum instar pro salute animarum potiones amarissimas ægrotis propinare; Exindè ad vniuersalis iudicij narrationem descendit, & qualiter Christus Iudex viuorum & mortuorum constitutus reprobis exprobrabit ingratitudinem beneficia ipsis misericorditer collata commemorando. Denique ad pœnitentiam anté iudicium peragendam hortatur, quatenus hæc tam dura, & tam terribilia ante tribunal æterni iudicis audire non mereamur. *Tom. 10. ser. 67 de temp. fol. 159. 160.*

S. BASILII MAGNI oratio de futuro iudicio, in qua iudicij recordatione, quasi fræno quopiam animam à malo coërcere conatur. Multus est autem in descriptione iudicij extremi, reproborum horrendæ damnationis, ac præsertim confusionis æternæ, tenebris ignéque infernali horribilioris. & à Deo ipso auersionis ac ab alienationis planè intolerabilis; Insuper argumento efficaci pœnarum inferni æternitatem, & differentiam comprobat, ac tan-
B dem ad iudicium futurum recolendum, pœnitentiæque incumbendum excitat fideles *Apud S. Ephram. Tom. 1. pag. 242. & sequentibus.*

✠ *Habetur & in Append. ad opera D. Basilij Marul Cont. 14. a pag. 117. ad 122. Edit. Paris. An. 1618. verum conc. istæ non sunt D. Basilij, sed ex eo diuersis locis collectæ.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS de iudicio vltimo, sermo. Primo: Tria sunt peccata propter quæ contrà rationalem creaturam irascitur Deus; superbia, qua offenditur Deus per spiritum; luxuria, per corpus; auaritia, per temporalem substantiam; contra quæ sunt iudicia tria generalia, 1. factum est contra Angelos rebelles: 2. con-
C tra homines carnales per diluuium; 3. futurum est contra auaros, per ignē. Secundo: Iræ Dei indicantis nemo poterit resistere, quia iudicabit cum infinita potentia; sapientia infinita, seuera & infinita iustitia. Tertio; Incutient timorem hominibus; 1. maiestas triumphalis iudicantis, siue triumphalis aduentus, & processus; ibi enim erit incertitudo iudicij, plenitudo imperij, celsitudo fastigij, pulchritudo consortij, magnitudo triumphi, multitudo collegij, dissimilitudo meriti, aptitudo loci: 2 æquitas iustitialis, in quā duplex retributio 1. est iustorum, qui ad gloriam inuitabuntur per hæc verba, *Venite benedicti Patris mei, &c.* & per eam glo-

riabuntur, commendabuntur de operibus misericordiæ, humiliabunt se, approbabuntur; 2. reproborum, qui condemnabuntur; quibus exprobrabitur, qui lamentabunt se, conformabuntur in pœnis: 3. irreuocabilis sententia, damnandorum & saluandorum, &c. *Ex quadrag. de Christianâ religione, tom. 1. a pag. 54. col. 2. ad pag. 60 col. 1.*

Eiusdem, de iudicio generali, sermo. Primo. In Christo iudicante erit 1. sapientia luminosa: 2. potentia vigorosa. 3. iustitia rigorosa. 4. executio timorosa, quindecim signa iudicium præcedent. Secundo, Vt iudicium fiat. 1. Christus cum gloria triumphali & maiestate veniet. 2. omnes gentes coram eo apparebunt. 3. remunerabuntur iusti, & mali punientur. 4. finis iudicij erit damnatio impiorum, & glorificatio iustorum. Tertio. Post iudicium innouabuntur 1. elementa. 2. orbes & planetæ. 3. damnati. 4. beati pulchra & euriosa disce. *Ex quadragesim de Euangelio æterno. Tom. 2. à pag. 466. col. 1. ad pag. 509. col. 2.*

Eiusdem, de boni pugnatoris conditionibus, sermo. debet I. Miles 1. defectus vitæ sustinere 2 alios protegere: 3. incommodè & inquietè iacere: 4. membra celeriter mouere; 5. non fugere 6. portare armorum pondera. II. Christianus, 1 defectus sustinere in proximi gubernatione: 2. se & alios protegere, in nudi cooperitione: 3. incommodè iacere, in peregrini receptione: 4. membra mouere celeriter, in infirmi visitatione: 5. non fugere nec timere mortem, in captiuorum & afflictorum consolatione: 6 pondera portare, in mortuorum sepelitione. Hæc requirit Dominus in finali iudicio. *Ex quadrag. ante hac non impresso, Tom. 3. à pag. 97. col. 2 ad pag. 99. col. 1.*

Idem, sermone pro hac die de amore timoroso, disserit. Primo. De iudiciali maiestate: & quærit 1. quis venit aut veniet? filius hominis, 2. quomodo & qualiter veniet? purus, sapiens, dominans, beatus, 3. cum quibus veniet? venient angeli mali cum suis damnatis, beati per se, Angeli boni: 4. quomodo stabit in triumphali maiestate? sedebit super sedem diuinitatis. Secundo, De iudiciali veritate, quâ notum est quod 1. congregabuntur omnes gentes, coram eo, 2. separabit eos ab inuicem, loco, & merito, 3. numerabit eos, sicut pastor pecudes suas: 4. præmiabuntur iusti, & reprobi punientur. Tertio: De iudiciali æquitate, prædestinati enim glorificabuntur, commendabuntur, humiliabunt se, acceptabuntur: reprobi vero, condemnabuntur, reprobabuntur, querelam patientur & indignationem. *Ex quadrag Seraphin, tom. 3, a pag. 224. col. 2. ad pag. 229. col. 1.*

S. Cæsarii Arelatensis homilia in Euangelium; Docet lectionem hodierni Euangelij benè intellectam sufficere ad omne opus bonum faciendum & ad omne opus malum fugiendum. Agit de terribili sententia damnatis indicenda, & desiderabili prædestinatis in iudicio futuro pronuntianda. Præcipuè autem hortatur ad eleemosynam & misericordiam, quæ in iudicio, (vt habet Euangelium) remunerationem habebit. *Tom. 2. Biblioth. Patr. Homil. 39. colum 649. & 650.*

✠ D. Cyrilli Alexand. oratio de exitu animæ & de secundo aduentu. Initio, quanto motu & tremore concutiatur animus, & ex quibus propter iudicij diem, aperit. 2. describit animam è corpore excedentem & à publicanis apprehensam & prohibitam ascendere. 3. Anxietatem animi antè sententiam iudicis. 4. lata sententia quo ferantur animæ; & sortem peccatorum deplorat. 5. Insontes cum sontibus, & vtrorumque sortem comparat post latam sententiam. 6. Varia væ in miseros, insonat: iustis benedictionem inclamat cuique virtuti propriam: in iustis autem è contra. 7. hortatur ad virtutes, & à vitijs deterret. *Tom. 5. à pag. 404. vsque ad 416.*

S. P. Chrysologi sermo in quo misericordiæ opera commendat, & cùm Christus in iudicio antè de misericordia disputet, quam de reatu iudicet, misericordiam faciat qui vult gehennæ incendium non timere; Vbi

exponitur illud Euangelij: *Esuriui & non dedistis, &c. Serm. 42. col. 109. & sequentibus.*

Eiusdem sermo, de oratione, ieiunio & eleemosyna, huic Euangelio coaptandus. Docet enim has virtutes ante tribunal Christi causas humani generis exequi, vt ex Euangelico textu conijci facilè potest. *Serm. 43. colum. 111. & sequentibus.*

S. EPHRÆM SYRI oratio, de ijs quę post crucem reuelanda sunt in formidabili illo secundo aduentu Domini nostri Iesu Christi. Imprimis de crucis apparitione, in extremi iudicij die proloquitur; deinde horrenda & contremiscenda, Iudicis aduentum præcedentia, ipsumque filij hominis aduentum, & iudicium miro modo depingit, totamque orationem in hac descriptione absoluit. *Tom. 1. pag. 228. & sequentibus.*

Eiusdem discursus de iudicio & retributione. Ex Christi formidabilis aduentus consideratione, monet suos sic agere in hac vita, quatenus opprobrium & confusionem horribilem, quæ cunctos peccatores consequetur, contendant effugere, & bonorum retributionem possidere. *Ibid. pag. 231. 232.*

Eiusdem oratio de iudicio extremo & compunctione. Quam formidabilis erit dies extremi iudicij cunctis peccatoribus, miratur, & exaggerat. Christi verba in iudicio reprobis exprobrantis refert. Dominum pijs affectibus alloquitur, ac oratione deuota veniam precatur, gratiamque supplex postulat. Fratres suos ad virtutes, & perfectionem hortatur; Vbi obiter de digno ad diuina participanda mysteria accessu, & de indignè Eucharistiam sumentibus quædam habet. Insuper de laude charitatis pertractat, de eius efficacia, fructibus & dulcedine, necnon de sanctorum Martyrum victorijs & triumphis. Denique de compunctione cordis, de eius varijs vtilitatibus, de vi & suaui lachrymarum dulcedine differit, vtriusque sacræ paginæ exemplis comprobando. *Ibidem pag. 233. & sequentibus.*

A Eiusdem parænesis de inobedientibus, & de statu ac timore Dei; Et, de futuro iudicio. I. Contra refractarios, & quietis fratrum perturbatores grauiter agit. II. Timorem Dei commendat, & emandandam in melius vitam docet. III. Cunctis iudicium futurum proponit; Vbi præclara de præmijs iustorum post hanc vitam, & reproborum malis, suppliciisque æternis, habet, vt à peccatis deterreat, & in virtutem inclinet, quæ exemplo Lazari & diuitis epulonis appositè confirmat. IV. Denique ad proximi dilectionem auditorum animos promouet. *Tom. 2. Parænesi, 39. à pag. 404. ad pag. 408.*

B ✠ NICOLAI DE CVSA sermo in Euang. Matth. 25. *Ibunt hi in supplicium æternum, &c.* Iudicium generale fieri debet quia Deus omnipotens, sapiens, misericors, iustus. Cum enim nullus sit mundus in conspectu illius iudicis, non habemus quid offeramus nisi opera pietatis, quæ operiant immunditias nostras, neque in illis excusationem poterimus reperire, quia in nobis iudicabimur per iudicium conscientiæ nostræ, ob hoc in iustissimo iudicio omnia debent esse aperta. *Excit. lib. 5. pag. 511.*

C ORIGENIS homilia in Euangeliũ, quod explicat, vbi multa erronea, & Origenistarum phrasim redolentia, quare cautè legenda, multa enim allegoricè, tantùm interpretatur, quæ & literaliter sunt iuxta catholicam fidem intelligenda & firmiter tenenda; Cõmendat autem humanitatem, h. e. misericordiam cùm de illa præcipuè in iudicio fiat mentio, & opera misericordiæ corporalia, quomodo implenda spiritaliter, docet. *Tom. 2. Homil. 9. in diuers. pag. 289. & sequentibus.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 18. Post propositam sibi extremi iudicii ideam, vndè veluti vertigine corripiebatur. 1. Diuersitatem proponit inter primum & postremum aduentum Christi. 2. De separatione agnorum ab hœdis & cur ita iusti, impiique appellentur. 3. sortem bonorum fœlicem ex sententiæ prolatione ponderat. 4. docet cur sexenario numero opera

charitatis sint comprehensa. 5. Nonnulla explicat quæ diuersitatem faciunt inter iustos & improbos, in ipsa damnatorum sententia. 6. De impiorum tormentis & lamentatione. *à pag. 111. ad 119.*

B. Theodori Studitæ, sermo catechet. ordine. 31. agit de iudicio futuro, ac quemadmodum præsens oppugnatio aliis fit materia virtutis; alijs peccati & sceleris; vbi contra improbos, vitiisque deditos acriter inuehitur. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patrum, col. 1314. & 1315.*

Eiusdem sermo alter de supremo die, & aduentu illustris Dei, ac Seruatoris Iesu Christi. Ex certitudine iudicij futuri, & incertitudine diei, horæ, modi, B ac loci nostri finis, hortatur fratres suos, vt fœdus in futurum diem paciscantur, reconcilienturque Deo priusquam implacabilis mortis hora adueniat. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patrum, serm. 112. col. 1383. 1384.*

FERIA TERTIA infra Dominicam primam Quadragesimæ.

SANCTI AMBROSII sermo hac die, (si inscriptioni, quam præfert fidem adhibeas,) habitus. Docet formam dignè agendi Quadragesimam, C & hortatur ad confessionem Deo, & sacerdoti faciendam, ad decimas soluendas, ad eleemosynam largiendam, ad ieiunia obseruanda, ad puritatem custodiendam, & sacratissimam Eucharistiam deuotè frequentandam. *Tom. 5. serm. 34. colum. 47. & 48.*

✠ S. Antonii de Padua sermo 1. qui duobus constat. I. Hominis interioris commotione, dum animæ ciuitatem, ingreditur Deus; turbatur enim memoria de commissis, intellectus illustratur, voluntas inflammatur, ad peccata detestanda. II. Historiæ Euangelicæ morali explicatione. *à pag. 151. ad pag. 152.*

Eiusdem sermo secundus. I. Stupor A admirationis, ex concursu populorum, Christi triumphalem in Hierusalem introitum, intuentium, insinuatur. II. Eiusdem Christi aliquæ perfectiones numerantur. *à pag. 152. ad pag. 153.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium, quod exponendo tam quoad literam quàm quoad moralitatem percurrit. Vbi fraudes sacerdotum antiquæ legis, & turpia lucra cùm Dominus sui templi prophanatores eiecit, detegit; & monet sacerdotes nouæ legis, vt ab his negotiationibus & simoniacis lucris sibi caueant, ne idem Dominus de templo spirituali eos eijciat. *Tom. 7. in Homil. quadr. col. 226. & sequentibus.*

Eiusdem homilia vnde suprà, Euangelium tum ad literam, tum ad mysterium breuiter perstringit, in simoniacos præcipuè agit, & cur domus Dei facta dicatur spelunca latronum clarè exponit. *Tom. 7. in Homil. quadragesimal. colum. 229. & 230.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo in Euang. de verâ contritione, vbi agit. I. De contritionis quidditate: contritio est dolor voluntariè assumptus pro peccatis, cum proposito confitendi, & satisfaciendi; contritio à conterendo dicitur, quia conterit cor & culpam cum molâ diuinæ spei, & timoris Dei, quia delicata est anima & dura conscientia: Contritio differt ab attritione quod illa oriatur ex consideratione diuinæ offensæ hocque per gratiam; attritio vero ex timore pœnæ, per voluntatem. II. De eius qualitate, 1. facilis est ex parte nostrâ quia ex liberâ volnntate: 2. ex altera parte difficilis quia mensuratur secundum quantitatem charitatis: 3. ex parte spiritus facilis, ex parte carnis difficilis. III. De eiusdem quantitate, huius triplex est gradus, 1. est contritionis sufficientis, & est displicentia rationis per quam omnia crimina remittuntur, & hæc est necessaria ad salutem: 2. est abundans & eminens, & est passio affectionis in sensualitatem resultans; non est necessaria nec in potestate humana secundum Bonauent. 3. exuberãs, dum ex duplici

præcedenti modo in tantum intendi-
tur, vt omnem pœnam ex culpa in hoc
sæculo & futuro plenarie remittat. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1. a pag. 60. col. 1. ad pag. 64. col. 2.*

Eiusdem serm. in Euang. Mali debēt æternaliter cruciari, respectu I. Mali culpæ; quia 1. dici potest infinitum respectu Dei qui offensus est: 2. de eo peccator non pœnitet: 3. inconueniens esset & contra leges Dei iustissimas hoc non fieri: 4. obligationes & transgressiones æqualiter sunt proportionabiles. II. Dei, ratione 1. diuine gratię, qua abusi sunt: 2. diuinæ contumeliæ, quam Deo intulerunt: 3. diuinæ magnificentiæ: 4. diuinæ iustitiæ. III. Vniuersi, quia 1. natura rationalis est ad bonum inclinata: 2. necessitas rerum, indicat æternas eorum esse pœnas; 3. resultat electis fructus: 4. beati de eorum suppliciis habent iucunditatem. *Ex quadr. de Euangelio æterno, tom. 2. a pagin. 510. col. 1. ad pag. 515. col. 2.*

Eiusdem, de conditionibus principum militum, sermo. I. In illis quinque conditiones quærit 1. veritatis locutionem 2. reuerentiæ debitæ exhibitionem: 3. iustitiæ obseruationem, quâ puniat delinquētes qui alios perturbāt 4. pietatis ostensionem 5. rumorum sedationem. II. In Christianis eadem desiderat, debent enim esse 1. veri in verbo: 2. reuerentes Deo: 3 recti in iudicio: 4. prompti in beneficio: 5. cauti in colloquio. Hæc quinque notantur in Euangelio hodierno, &c. *Ex quadragesimali antehac non impresso. tom. 3. a pag. 99. col 1. ad pag 100. col. 2.*

Eiusdem sermo, de amore non dubioso; qui habet tres gradus, secundum tria Christianorum genera Primus est: Timentis humilitatis, in quo tria genera sæcularium continentur sc. virginum, viduorum, maritorum, nisi sit in eis timorosa humilitas ad infernum ibunt. Secundus: Charitatis feruentis, Christus fundauit eam & ædificauit 1. in anima per subiectionem propriæ voluntatis, per obedientiam: 2. in corpore propè animam, per castitatem & continentiam; 3. in diuitiis extra corpus & animam, spernendo illas voluntariè & læto animo. Tertius: negligentis tepiditatis; tepidus autem. 1. multos, habet defectus, & est vnum medium vitiosum inter calidum & frigidum: 2. reputat se habere diuitias, naturales vel corporales, morales, spirituales, cum nullas habeat; à Deo seuerè reprehenditur & condemnatur. *Ex quadragesimali Seraphin, to. 3. à pag. 229. col. 1. ad pag. 231. col. 1.*

FERIA QVARTA *infra Dominicam primam Quadragesimæ.*

SANCTI AMBROSII sermo in Euangelium, de modo verè agendi pœnitentiam. In falsos pœnitentes acriter inuehitur; modum vere pœnitendi, in eleemosina, humilitate, planctu, & virtutum operibus consistere declarat, pœnitentiam extollit & commendat; pœnitentiam non simulantes, sed verè pœnitentes eleganter depingit. *Serm. 35. col. 49. 50. 51.*

S. ANTONII DE PADVA sermo, in quo duo attendit, Primo: Misericordiam Dei omnibus eius operibus præsidere. Secundo: Moralem totius Euangelij sensum. *A pag. 153. ad pag. 154.*

S. V. BEDÆ homilia in euangelicam lectionem, quam suo more non minùs doctè, quàm deuote literaliter ac mysticè commendatur. I. autem Iudæorum inueteratam in Christum malitiam prodit. II. Ionam typum fuisse Domini Saluatoris pluribus demonstrat; Vbi non contemnanda quæstio proponitur, de tempore quo Christus in sepulchro requieuit. III. Christum plusquam Ionam prædicat. IV. qua ratione Niniuitæ & Regina Austri Iudæos & alios impænitentes in iudicio condemnabunt, exponit. Et hæc circa primam Euangelij partem. Circa secūdam in qua dicitur. *Cum immundus spiritus &c.* Euangelistæ verba de hæretico,

vel schismatico, vel falso Catholico interpretatur, pulchrè equidem. Circa verò tertiam in qua de matre & fratribus Christi fit mentio, varia pro literali intelligentia affert, ac de Christi matre fratribusque spiritualibus & mysticis amplè differit. *Tom. 7. in Hom. quadrag. à col. 230. ad col. 234.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo, de duodecim periculis quæ superueniunt peccatoribus in vltimo fine: quorum 1. est, Passionum alteratio & terribilis vexatio: 2. Charitatis siue dilectionis priuatio: 3. Peccatorum habituatio; 4. Seruilis conditio; 5. Obseruantium & insidiantium dæmonum impugnatio; 6. Temporalium intricatio, occupatio, affectio; 7. Naturalium gratiarum consumptio; 8. A Deo elongatio; 9. Virtutum & bonorum abominatio; 10. Mentis alienatio; 11. Iusta à Deo, & à mundo in manibus diaboli derelictio; quod maxime conuenit diuitibus & magnatibus; 12. Temporis ablatio, & cessatio. *Ex quadragesim. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 64. col. 2. ad pag. 71 col. 1.*

Eiusdem, de fidei improbabilitate, sermo, in Euangel. vbi differit I. De triplici perfectione, quæ consistit in credenda fide sine miraculis; credere enim sine signis & euidentiis, est perfectio: magni vigoris; 2. magni amoris; 3. magni luminis. II. De obligatione quæ fit Catholico absque manifestis euidentiis credere, quia 1. Deo tenetur exhibere fidelem obedientiam; 2. tanquam fidelis miles Christi, fidei aduersantia debet expugnare; 3. Deo obligatur summam & fidelem reddere renerentiam. III. De iis quibus assimilantur credentes, ex euidentiis & probationibus, sci. viatori infirmo 2. mercatori incredulo; 3. inualido seu fesso bellatori. *Ex quadragesim. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 515. col. 2. ad pag. 521. col. 2.*

Idem sermone in Euangel conditiones quæ debent esse in milite I. Mundi, quæ sunt 1. recta pugnandi intentio, vt non nisi bona intentione pugnet; 2. congrua laboris exercitatio; 3. fortis & stabilis perseuerantia; 4. benigna & libe-

A ralis affectio. II. Christi, hæ sunt 1. intentio recta ad pacem animi habendam; 2. robur & exercitatio in labore pœnitentiæ; 3. firma perseuerantia in bonis operibus, & virtutibus, vel cœptis; vel acquisitis; 4. voluntas spontanea, quia coacta seruitia Deo non placent, describit. Hæc quatuor in Euangelio continentur ad confusionem Scribarum & Pharisæorum, à Domino signa & miracula petentium. *Ex quadragesim. ante hac non impresso tom. 3. a pag. 100. col. 2. ad pag. 101. col. 2.*

Eiusdem in Euangelicam lectionem, sermo de amore miraculoso: tres sunt miraculorum species. Prima est, Miraculorum gratiæ; sunt autem quatuor differentiæ quibus miracula Dei differunt, à miraculis diaboli, 1. est à causâ

B efficienti; 2. formali; 3. materiali; 4. finali; tolle primam ex causâ efficienti, Bonauentura declarat quod miracula Dei facta sunt per operationem potentiæ infinitæ, miracula dæmonis ex causâ finitâ. Secunda. Mirabilium malitiæ diaboli, quæ quatuor modis demõstrantur 1. per medium auaritiæ; 2. infidelitatis; 3. carnalitatis; 4. deceptionis. Tertia. Mirabilium stultitiæ, vt sunt adulteria herodiana & zobiana; auguriorum opiniones stultæ & vanæ, pacta tacita, superstitiones, &c. *Ex quadragesimali Seraphin, tom. 3. à pag. 231. col. 1. ad pag. 236. col. 1.*

C S P. Chrysologi sermo de Ionæ Prophetæ signo. Docet Ionam Christi typum per omnia gessisse; fugit enim Christus non quidem Deum, sed à facie Dei, cùm formam serui accipiens exinaninit semetipsum; descendit in Ioppen, vt fugeret in Tharsis, cùm de cælo ad terram descendit; in nauem conscendit, in Ecclesiam, videlicet, orta est confusa tempestas cùm fremuerunt gentes contra Dominum, & populi meditati sunt inania aduersus Christum; sors cecidit super eum, cùm super vestimenta eius miserunt sortem; author suę demersionis existit, enim verò oblatus est quia ipse voluit; occurrit bellua de profundo, cùm mors vitæ authorem deuorauit; denique de condemnatione

Iudæorum in iudicio futuro à Niniuitis & Regina Austri ferenda loquitur, sicque orationem concludit. *Serm. 37. a col 96. a col. 98.*

S. I. CHRYSOSTOMI homilia de pœnitentia, & oratione, huic diei aptanda cùm in ea de Niniuitis pœnitentibus agatur; Docet. I. hinc iustorum lapsus fuisse conscriptos, quò & rectè & peruersè viuentes ab his maximè lucrifaciant. II. Passionum communionem & afflictorum exempla solatium tribulatis præbere. III. Exinde profert patientiæ exempla & Christianis afflictionem multùm prodesse ostēdit. IV. Ad sanctorum imitationem prouocat, & ad proprias animas saluandas hortatur. V. de libidine pecuniæ animam corrumpente disserit, & quòd non sufficiat castitas corporis, si cordis munditia defecerit. VI. Vt ad Deum & volentem & potentem nostras soluere molestias confugiamus, corde clamemus, coram illo lachrymas fundamus, monet. VII. & Vltimò qualiter Deum oremus, afflictionis præsertim tempore, tradit. *Homil. 54. ad Popul. Antioch, quæ est. 4. de Pœnitentia a col. 661. ad col. 671.*

Eiusdem homilia altera, de pœnitentia & contritione, quò ad salutem velox, ad pœnam verò tardus sit Deus, in illud. D. Pauli 2. Corinth. 12. *Ne forte veniens, multos defleam eorum, qui peccauerunt, & pœnitentiam non egerunt.* Varia autem eàque præclara complectitur. I. Pœnitentiam nullum respuere, omnes suscipere peccatores. II. Dei intentionem esse, longanimem sese peccantibus exhibere, & vtiliter rationabiliterque supplicium differre; quod diuersis confirmat exemplis. III. Deum videri vbique grauem iustis, peccatoribus verò lenem, atque ad clementiam velocem: & quare? IV. Modum pœnitentiam infirmitatibus nostris medentem ritè agendi. V. Deum tardum esse ad pœnam, & promptum ad salutem. VI Exhortationem ad lachrymarum profusionem, & pœnitentiam amplectandam. VII. Peccatum omnium malorum esse causam. VIII. Datam esse A propter peccatum tristitiam, vnde dicitur Euæ, *in tristitia paries filios.* & per tristitiam solui peccatum; quod enim in pœnam Deus dedit, hoc in salutem vertit. X. Pœnitentiam sine eleemosynis mortuam esse. X. Christianorum mirabiles nundinas; Vbi pulchra de vsura spiritali. XI. Clementiam, benignitatem, & misericordiam laudibus celebrat. XII. & Vltimò, Deum gehennam minari, non quò gehennam inducat, sed quò à gehenna liberet. *Homil. 55. ad Popul. Antioch. Homil. 5. de pœnitentia, a col. 671. ad col. 688.*

Eiusdem homilia de pœnitentia, de mœstitia Regis Achab, & de Iona Propheta, quæ præclara continet; Imprimis pœnitentiæ virtutem laudat, quæ B diaboli vasa rapuit, eius arcem euertit, ipsumque lethali vulnere confodit. Postremò tres pœnitentiæ vias ad salutem facilè conducentes ostendit, quarum prima dicitur peccatorum confessio, qua peccata remittuntur: secunda lachrymarum effusio, qua iniquitates delentur: tertia denique humilitas, qua peccatorum vincula soluuntur; quæ omnia ex scripturis colligit, & eleganter demonstrat. *Tomo de diuersis noui Testamenti locis, serm. 70 & iuxta Typog. errorem 68. à col. 1003 ad col. 1011.*

S. EPHRÆM SYRI sermo in Ionam Prophetam, & de pœnitentia Niniuitarum. Duo facit. I. confert Ionam cum Niniuitarum ciuitate, sicut C enim Ionas fugit à facie Dei, sic & Niniue à lætitia & oblectatione: sicut Ionas pœnitentiam in visceribus belluæ agens, reuertitur ex submersione: sic & Niniue de peccatis contritionem habens, à subuersione liberata est; & alia eiusmodi. II. Niniuitarum pœnitentiam ieiunium, voces lamentabiles, & profusas lachrymas miro artificio, elegantique stylo depingit; inducit enim populum voce Ionæ perturbatum, Ionam supplicium minitantem, pueros illachrymantes, patres natos contra spem consolantes, senes lamentationibus seipsos obruentes, Regem suos alloquentem, ad certamen pietatis & pœnitentiæ prouocantem, & suo exemplo animantem,

animantem, &c. (Vbi Ionas medico assimilatur.) *Tom. 3. a pag. 650. ad pag. 659.*

✠ Nicolai de Cvsa sermo, in lectionem Euangelicam. *Qui facit volun. ta'em Patris mei, &c.* Matth. 12. Primo: Sicut moneta falsa est quæ habet colorem incorruptibilis auri ab extrinseco, & ad intrà est corruptibile aliud metallum; Sic cum homo interior contrarius est exteriori, ibi non est veritas: quia spiritus veritatis amat lucem: erroris, tenebras. Prædicatores proindè venire ad nos in veritate, si veniant in concordia intrinseci & extrinseci. Secundo dignosci veros prædicatores à falsis, quod hi verum prædicantes, quæ sua sunt quærunt, & rapaces sunt. *Excitat. lib. 7. a pag. 548. ad pag 549.*

B. Theodori Stvditæ, sermo catech. huic Euangelio coaptandus, cùm de domo spiritali loquatur; agit enim B. Pater de incorrupta quasi quadam animi domo, cuius fundamentum timor Dei, cuius materies, functio virtutum, quæ charitatis vinculo coagmentatæ crescunt in templum sanctum in Domino, & in Spiritus sancti habitaculum. *Tom. 2. Auctar. Bibli. Patr. serm. 55. col 1336. 1337.*

✠ B. Thomæ a Villanova sermo in Euangelium. *Matth. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c.* Initio examinat in quo iudicia Dei Prophetam Dauidem consolari potuerint, vt ipse est protestatus. Quia scilicet nunquam ita iratus est, vt vel iustum condemnet, cum impio; vel humiliatum peccatorem despiciat. II. commendat peccatorum pœnitentiam, ad quam flectitur Deus, & probat Niniuitarum exemplo. III. Ipsam historiam Niniuitarum considerat, & examinat fugientem Ionam à facie Domini, quam nullus vitare potest· in ventre Ceti nouum partum præstolantem, quod mysterio plenum est: ex miraculo eloquentiorem fieri ad persuadendum: Regem & totam ciuitatem ad pœnitentiam recurrentes IV. Declarat, quod fuerit ciuitatis illius vitium, quod Deû commouit; virulentam carnis lasciuiam. V. Cur Propheta recuset indictam sibi à Deo legationem: quia scilicet Deum nouerat clementem, & multæ misericordiæ. Contra quem Deus vrget pro sua misericordia præstanda si pœnituerint. Permittit tamen suam misericordiam impugnari; vt clarius elucescat. VI. quærit & soluit, quomodo impleta est Domini per Prophetam prædictio. *Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur.* VII. Discendum vult ab his barbaris, pœnitentiam esse agendam, quam sequatur indulgentia. *a fol. 47. col. 3. ad fol. 50. col. 2.*

B

FERIA QVINTA *infra Dominicam primam Quadragesimæ.*

Sancti Antonii de Padva sermo, quem duo præcipua concludunt, scil. Saluatoris in animam aduentus, per quem fit salus, hæcque per Chananæã gratiam impetrantem diuinam, figuratur. Chananææ, hoc est animæ peccatricis, perfecta curatio, modò non à peccato solùm, sed à finibus egrediatur peccati. *a pag. 154. ad pag. 157.*

S. Avgvstini sermo in euangelicam historiam, quam describit, & quærit, quid sibi vult, quod cum Dominus

C sciret quare venerat, videlicet vt Ecclesiam haberet in omnibus Gentibus, non se missum dixerit, nisi ad oues quæ perierant domus Israël. Sed ne penitus oues alterius ouilis derelinquerentur, ad Gentes, licet ipse præsentiam sui corporis illis non exibuerit, discipulos tamen, qui ipsos docerent, misit. Quomodo Chananæa canis sit dicta, ostendit. Ecclesiæ humilitatem, cuius hæc mulier typum gerebat multùm commendat. Denique docet Regnum cœlorum desiderari dupliciter, aut propter sapientiam, & vitam æternam aut propter fœlicitatem terrenam, quæ illis opulentior inuenitur. *Tom. 10 serm. 74. de temp. fol. 163. 164.*

tuæ partes sunt oratio, eleemosyna, vigiliæ, disciplinæ, ieiunium. IV. Post confessionem valde cauendum à recediuo quia vulnera reiterata grauius lędunt. *In serm. de temp. a fol. 117. pag. 2 ad fol. 118. pag. 2.*

S. EPHRÆM sermo huic Dominicæ satis conueniens, in quo ostendit quomodo anima cum lachrymis debeat orare Deum, quando tentatur à diabolo; deinde ab inferioribus reuocat, & ad superna prouocat. *tom. 1. pag. 62.*

I. GERSONII sermo in hanc Dominicam in præludio docet tempus quadragesimale esse tanquam decimationem totius anni, & vitam præsentem desertum in quo tres serpentes reperiuntur sicut in solitudine populi Israel in exordiò de superbia differit quæ tribus modis tentat pœnitentiam; videlicet inobedientia, præsumptione, & vana excellentia; quæ in hoc Euangelio manifestantur, & à Christo Domino debellantur: & iuxta hanc triplicem tentationem partitur sermo in tres partes. In prima post varias quæstiones & earum solutiones circa litterã Euangelij ostendit quomodo inobedientia contra preceptum ecclesiasticum de ieiunio quadragesimali obseruãdo murmuret; Vbi multa in laudem ieiunij proferuntur, & multiplices casus pro obligatione ieiunij soluuntur. In secunda, præsumptionem, pœnitentiam propulsare, vt procrastinetur, & Confessarios instruit, multis documentis. In tertia, vanam excellentiam, pœnitentiam destruere; diuitias enim & honores quærendo, impedit tertiam partem pœnitentiæ, satisfactionem, sicut inobedientia non ieiunando primam, contritionem seu dolorem de peccatis, & præsumptio secundam, videlicet confessionem. *Tom. 2. part. 4. a col. 402. ad col. 410.*

Eiusdem sermo alter in illud Euangelij, *Non in solo pane, &c.* In quo ostendit quomodo diabolus tribus tentationum generibus, gulâ, præsumptione, & auaritiâ sit conatus auferre Christo panem deuotionis, quo in deserto nutriebatur; Deinde moraliter concio- A natur & in sexdecim considerationes totum complectitur. I. est, quantò anima bene viuere nititur, tantò ab inimico tentatur. II. signum bonum est quãdo anima in suæ conuersionis primordiis impugnatur. III. anima conuersa non statim ad vitæ spiritualis eminentiam, eleuanda. IV in tentationibus ad Deum per humilitatis orationis & timoris viam recurrendum. V. rationabiliter instituta fuere ieiunia. VI. excusantur quidam à ieiunio quadragesimali. VII. quomodo etiam aliis temporibus Christianus abstinere debeat per sobrietatem. VIII. gula, flagellorum Dei causa. IX. tentatio inimici quosdam eleuat, vt statim ad ima deiji- B ciat. X pro virtutum adeptione, cauenda præsumptio & propria fiducia. XI. discere scripturam sacram animo solùm curioso, aut malo res periculosissima XII cooperatio propria in salutis prosequutione necessaria XIII. diuitiarũ studium vitandum nec illis animo inhærendum XIV. auaritia, dicitur Idololatria. XV. iniuria Deo illata, vindicanda. XVI. post graues tentationum afflictiones, magnas Deus immittit consolationes, hæc autem omnia ex Euangelio hodierno desumuntur. *tom. 2. part. 4. a colum. 424. ad colum. 432.*

S. GREGORII MAGNI homilia in qua lectionem Euangelicam suo C more explanat, & partiri potest in 5. membra. I. enim à quo spiritu ductus in desertum & cur à diabolo in altum sit sublatus Dominus Christus, declarat. II. docet tentationem fieri tribus modis suggestione, delectatione, & consensu. III. agit de Christi patientia, & nostra impatientia, in tentationibus. IV. de sacramento Quadragesimæ, & ieiunij. V. quid sit ieiunium sanctificare, explicat. *Tom. 3. hom. 16. in Euang. col. 41.*

GVILLELMI PARISIENSIS sermo 1. in Epistolam 2. Cor. 6. *Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Hanc gratiam dicit esse beneficium redemptionis nostræ cuius obliuio valde timenda nobis est 1. propter benefi-

cij magnitudinem; 2 quia contra hanc obliuionem multa memoralia nobis sunt data sc. crux pœnitentiæ, imago crucifixi, sacramentum altaris, sermo Domini & officium Ecclesiæ; 3. quia in die iudicij eam improperabit Dominus hominibus ingratis; 4. quia ingratos de hoc beneficio accusare poterunt infantes qui non loquuntur: Quatuor autem sunt genera hominum qui specialiter hoc beneficium in vacuum videntur accipere 1. illi qui nondum humiles sunt cum Christus ad docendam humilitatem passus sit, 2. qui peccatis se inquinant, cum Christus passus sit vt nos à peccatis ablueret; 3. qui nondùm Christo viuere volunt cum Christo, 4. qui nondùm Christum diligunt, cum Christus ad dilectionem passus sit. *à pag. 56. ad pag. 57.*

Eiusdem sermo 2. in illud *Ecce nunc tempus acceptabile, &c.* Primò. Quadragesimæ tempus acceptabilius esse asserit ad lucrandum quam alia tempora quia 1. pœnitentiarij tunc inueniuntur parati ad audiendas confessiones: 2 quasi in nundinis Dei, venalia abundantiùs exponuntur; 3. faciliùs inuenitur moneta illa qua regnum cœlorum emitur, vt sunt, vigiliæ, orationes, & ieiunia. Secundo. Differentiam ponit inter negotiationem Dei & Diaboli: 1. enim quod Deus vendit præconsideratur, quod diabolus è contra; 2. qui emit à diabolo, dum emit lætatur, sequitur tristitia; qui à Domino emit & lætatur, & sequitur lætitia: 3. cùm diabolo purum nunquam facimus lucrum; plus perdit homo quam lucretur; perdit enim Deum, regnum æternum, fraternitatem, bona Ecclesiæ, bona propria, seipsum, cum Deo contra semper lucramur 4. Deo de suo soluimus, diabolo non solum de nostro, sed de nobisipsis: 5. diabolus meliùs ostendit & deterius vendit, econtrario facit Dominus. *à pag. 57. ad pag. 59.*

Eiusdem sermo 3. in quo eâdem quæ superius consideratione premens 1. Vt ad portum salutis perueniamus multa nos monere dicit tempore quadragesimæ, sc. quod, Deus tali tempore creaA uit propter nos cœlum & terram; creaturæ quæ cessauerunt operari in hyeme, nunc cessante impedimento operari incipiunt; ille qui magnam misericordiam fecit, tempore isto paratus sit misericorditer respicere; bona exempla sunt frequentiora II. Triplici remedio sanare nos vult spiritualiter ex temporis opportunitate; sunt enim tempore isto dies salutis; salutis desiderio; prædicatione cœlestis medici. *à pag. 59 ad pag. 61.*

Eiusdem, sermo primus in Euangel. quod litteraliter & moraliter examinans, imprimis, Tentationem diaboli actiuam & tentationem Christi passiuã bonam; Tentationem fieri tribus modis docet, suggestione, delectatione, B consensu; Neminem debere tentare Deum quando habet ex humana ratione quid faciat probat, &c. *à pag. 308. ad pag. 310.*

Eiusdem, sermo secundus. I. Christus tentari voluit, vt pugna nobis spiritualis certior fieret. II. Diabolus impugnat hominem ex ea parte qua est infirmior sc. ex parte carnis. III. Tentat diabolus explorando, mentiendo, malitiæ malitiam addendo, decipiendo. IV. Tribus verbis sacræ scripturæ diabolum vincit Christus; ostendens per hoc etiam in bello spirituali sapientiam necessariam. V. Tentationem sequitur diaboli victi fuga, requies inC terior, Angelorum obsequium. *à pag. 310. ad pag. 313.*

Eiusdem, sermo tertius, qui per tria quibus constat, fidem astruit & commendat; ostendit enim Primò. Spiritum sanctum rectorum esse eorum qui per baptismum mundati sunt. Secundò eorumdem spiritum malignum esse impugnatorem. Tertiò, Angelum bonum ipsorum esse ministratorem. *pag. 313.*

Eiusdem, sermo quartus, in hæc. *Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus &c Matth. 4.* Christus ieiunauit quadraginta diebus & noctibus, vt conuenientiam legis, prophetarum, & Euangelij ostenderet; exemplum nobis abstinendi à carnalibus de-

sideriis tempore agonis daret; mandata decalogi cum quatuor Euangeliis custodienda monstraret: mysticus est hic numerus. *a pag.313.ad pag.314.*

Eiusdem sermo quintus, ad ista: *Et accedens tentator*, &c. dicit. I. Post quadragesimam tentat nos diabolus de peccato gulæ, cupiditatis & vanæ gloriæ, quæ referuntur ad partem animæ concupiscibilem irascibilem, rationalem. II. Tentamur à carne, dæmone, Deo; à carne abstracti & illecti; à dæmone per rerum ablationem, corporis afflictionem, hominum exprobrationem; à Deo, probatione. III. Cibus animæ est verbum Dei quod frequentari non negligi debet. *à pag. 314 ad pag. 315.*

Hvgonis a S. Victore sermo in Quadragesima habitus in illud Psal 90. *super aspidem & basiliscum &c.* Bellum spirita le dæmoniorum contra animam & animæ contra dæmonia perbellè describens, & vniuersam diaboli malitiam per quatuor, videlicet, aspidem, basiliscum, leonem, & draconem repræsentans. *To 2. ser.54 Mon.inst.p.370*

Eiusdem sermo alter hac die habitus in illud. 3. Reg. 19. *Timens Elias minas Iezabel, relicto puero suo perrexit in desertum, &c.* In quo tria docet, vnum, sanctos viros ne superbiant, tentationibus reprimi; secundum, ordinem Religiosum iunipero assimilari; tertium, quatuor tentationum generibus animam veluti iuniperi aculeis pungi, nimirùm tentatione leui & occulta, tentatione leui sed manifesta, tentatione graui & occulta, tentatione graui ac manifesta; quæ continentur in illo Dauidis versiculo: *Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris ab incursu & dæmonio meridiano. Tom. 2. serm. 89. monastic. institut. pag. 412.*

D. Innocentii Pap. III. sermo in Euangelium hac die habitus. Docet hominem tentari in hac vita à tribus à Deo semper ad bonum, à dæmone semper ad malū, ab homine quandoque ad bonum, quandoque ad malum. Tentationem dæmonis versari circa opes, voluptates, & honores. Dæ-

A monis astutiam prodit. Septem circa Christi tentationem notanda enumerat, personam, videlicet, locum, tempus, causam, modum, ordinem, & finem. Denique vt astutiam tentationis sollicitè caueamus, monet. *tom. 1. pag. 33. & sequentibus.*

✠ Ioannis Thavleri sermo 1. de tentationibus circa Euangelium: Ad hæc verba Apocalipsis II. *Qui vicerit, non lædetur a morte secunda.* I. Declarat qui sint qui habeant aures ad audiendum, quod Spiritus dicit Ecclesijs. II. Quatuor constituit tentationum genera causasque errorum. III. Quibus vijs, his quatuor tentationibus, & alijs quibus libet resisti possit. *A pag. 134. vsque ad 141.*

B Eiusdem sermo 2. Quatuor constituit tentationum genera per quæ seducimur, circa illa verba, *Psal 90. Super aspidem, & basiliscum ambulabis; & conculcabis Leonem & draconem. Non timebis à timore nocturno, &c.* Ostenditque in quo consistant, & quibus modis superari possint. Vbi multa de amore Diuino, & naturali: & quantum opponantur inter se. *à pag. 142. vsque ad 152.*

Eiusdem sermo 3. In quo quatuor modos exponit, quibus fraudes diabolicas euitemus. *Pag. 152. & 153.*

B. Ivonis Carnvtensis sermo de Quadragesima in quo duo tractat, vnum, Christi vitam, vitæ Christiani

C formam esse, cùm in ipso tanquam in capite omnes gradus inueniantur, vndè imbuatur, vndè prouehatur, vndè consummetur quilibet Christianus; quod comprobat exemplo tentationis Christi per quam fidelis docetur qualiter tentationibus resistere valeat, dæmonesque triumphare. Alterum, quadragenarij numeri ieiunio consecrati mysteria propalat, & ieiunium spiritale à voluptatibus, & peccatis, pluribus commendat. *to. 1. Auct. Bibl. Patr. c. 824.*

S. Leonis sermo de Quadragesima. Cùm inter nos & dæmones, non sit parua dissensio & intra nosmetipsos plurima sint certamina: necessariò arma militiæ spiritalis sunt assumenda, hoc præsertim tempore Quadragesimæ quæ

bello contra dæmones & vitia censetur consecrata: & ad victoriam de inuisibilibus hostibus reportandam, Hebræorum exemplo & Christi ieiunare conuenit. Qualiter autem sit ieiunandum consequenter docetur, & arma Christianorum proferuntur. *Serm. 1. de quadrag. col. 95. & sequent.*

Eiusdem sermo vnde suprà. Tempus Quadragesimæ laudat, in quo vitiis bellum indicitur, & omnium virtutum profectus augetur. Quapropter hisce diebus purgationi peccatorum dicatis, religiosiùs viuere conuenit, ad perfectionem tendere, & contra salutis nostræ aduersarium sollicitiùs decet inuigilare; nunc enim diabolus aduersum nos acriore fremit inuidiâ, & hostis à Christo hodie superati, & expoliati fremit in Christianos furor impius, nouum quærentis lucrum, qui ius perdidit antiquum. Denique ieiunium verum declarat, & ad bonorum operum exercitium cohortatur. *Serm. 2. de quad. col. 99. & sequent.*

Eiusdem sermo vnde suprà, sequentia complectitur; in Quadragesima viuendum sanctius, non præsumendum de non peccandi facilitate, festiuis diebus animum maximè purgandum, diabolum à nemine dolos suos cōtinere, cùm ipsum quoque Dominum maiestatis ausus sit calliditatis suæ fraude tentare. *Serm. 3. de quadragesim. colum. 102. & sequentibus.*

Eiusdem sermo vnde suprà. De abstinentia à vitijs in Quadragesima tractat diaboli versutias & calliditates in Christum & Christianos manifestat, tentationis Christianæ ordinem explicat, misericordiæ operibus hocce quadragesimæ tempore incumbēdum monet, & Hæreticorum sui sæculi malitiam, & impietatem detestatur. *Serm. 4. de quadr. col 105. & sequentib.*

Eiusdem sermo vnde suprà. De tentationibus vitæ humanæ differit, & dæmonum impugnatione, à quibus immunis nullus, aut liber inuenitur; ac de iniuriarum remissione; Vbi etiam quædam habes de spiritali certamine, ad quod hisce diebus præcipuè, debemus

A cœlesti tubâ accendi, & armis virtutum instrui. *Serm. 11. de quadragesimal. col. 128. & sequent.*

S. Maximi homilia, in quo ostenditur callidi hostis querela qualiter in semetipso Christum aggrediendo turbabatur, & quàm diuersis ac tumultuosis cogitationibus agitabatur, quomodo Christus sermone certamen egerit, & peregerit maiestate victoriam, quænam sit ieiunij sanctificatio ad quam scriptura hortatur, & quodnam sit Deo placitum ieiunium. *Homil. 1. de ieiunio quadrag. col 586. & sequentibus.*

Eiusdem homilia secunda vnde suprà conflictum mirabilem inter cæli Regem, & Regni cælestis Tyrannum repræsentat; & quo fine, diabolus Christum tentauerit, declarat; insuper

B ostendit inimicum cæli ne tentando quidem ascensum suadere cælestem, sed deorsum & in ima prouocare, & omne, quod diabolus suadet, casum esse. Denique quomodo dæmon sit à nobis vincendus, paucis docet. *Homil. 2. de ieiunio quadrag. col. 589. & seq.*

Eiusdem sermo vnde suprà, egregiam inter Christi & Moysis ieiunium comparationem describit & fideles ad ieiunium corporale, necnon spiritale, ad religiosam esuriem, & spiritalem satietatem adhortatur. *Homil. 3. de ieiunio quadrages. col. 592.*

Eiusdem homilia vnde suprà, in qua

C multa in præcedentibus dicta iterantur, agit autem de Christi certamine cum tentatore, de dæmonis stultitia & perturbatione, de tentationum reprobatione, de bene ieiunantibus, ac de gratissimo diuinæ maiestati ieiunio. *Homil. 4. de ieiunio quadrag. col. 594. & sequentibus.*

✣ Nicolai de Cusa in Epist. ea verba: *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. 1. Thessal, 4* I. Nemo potest sequi Iesum adeo abundè, quin magis eum sequi possit, quia charitate sequendus est. II. Anima rationalis nihil habet nisi liberam electionē per quam ab vno fugit, & ad aliud accedit, pellit, attrahit, III. Qui Deum amat, amorem amat quia amor est, vbi amor ibi

anima est libera. IV. Inordinatum amorem in omni peccato vocat Apostolus passionem desiderij; ordinatum verò, vas suum possidere in sanctificatione. V. Spiritus in se vnit membra, vt vnita constituant corpus: Talis est Ecclesia in qua spiritus Christi seu amor animam viuificat. *Excitat. lib. 7. a pag. 575. ad pag. 576.*

Idem sermone, in illud Euang. *Non in solo pane viuit homo.* Matth. 4. Primo: Hominem considerat pasci pane & verbo; & sicut panis digestio fit per varias decoctiones & separationes; verbi fieri digestionem dum in sensibus recipitur, à sensibus ad sensum communem seu imaginationem, ab imaginatione ad rationem & intellectum transit. Secundo: Lætitiam quasi sensum vitæ esse & formam probat. Tertiò. Spiritum proximũ esse Deo, & forti; animam autem carni infirmæ, attendit. Quarto: Differentiam ponit inter opera Dei, & hominis; figulus non potest nisi in apto loco conceptum exprimere, & illum non simul in toto & partibus; sed Deus omnia simul, quia sicut voluit fecit. Quinto: Mens Deum cognoscens, Deo conformatur. *Excitat. lib. 5. à pag. 507. ad pag. 510.*

Eiusdem, in id Euang. *Hæc omnia tibi dabo, &c.* sermo. Ex quo hæc eruuntur I. Inconueniens non est, hoc dici originale peccatum, ignorantiam sui principij & originis quæ per peccatum facta est. II. Christianus agitatur, vt veterem vitam, cui abrenunciauit, deserat; & faciat nouo interiori homini, veterem obedientiam & subiectum. III. In militiâ christianâ timere semper debemus, ne non solum tentemur, sed etiam ne nos Deum tentemus. IV. Sicut nemo efficitur Christi fidelis nisi qui renunciat diabolo: sic diabolus malum Christianum non æstimat sibi fidelem, nisi veniat contra fidem Christo datam, &c. *Excitat. lib. 9. a pag. 648 ad pag. 650.*

Eiusdem sermo, vnde suprà: *Reliquit eum diabolus, &c.* Appetitus ad ea quæ non sunt de regno veritatis, tentatio est; quia cum homines tali desiderio se immiscent, ad eos accedere consueuit

A tentator. Si dicere filij Dei vertit lapidem in cibum, siue panem, qui præstat vitam; multo efficacius verbum Dei est, in quo homo vitam accipit. Diabolus diligit similis Altissimo reputari, & hoc est peccatum. *Ex lib. 5. excitat. pag. 484.*

Eiusdem sermo ad dicta superiùs, in quo aduerte. Primo: Nihil maius per fidem sperari posse, quàm quod Deus se, & suum regnum donet confidenti; nam assequitur quisque secundum fidem. Secundo: Verbum Dei omnia penetrare, & id omnia audire, & ei obedire, &c. *In excitat. lib 5. pag. 475.*

Eiusdem sermo, in Euangel. Matth. 4. *Diabolus reliquit eum, &c.* I. Nihil maius per fidem sperari potest quàm

B quod Deus se & suum regnum donet confidenti. II. Omnia fieri potèrant id quod verbum dixisset; lapis audit, & obedit: aqua audit, & obedit; quia verbum sic mandat, cuius vis est omnipotens. *Excitat. lib. 5. pag. 475.*

✠ Rabani Mauri homilia in Euangelium hodiernum I. Ostendit Christum nobis ieiunasse, & nobis superasse, vt per ieiunium animas nostras præparemus ad tentationem. II. De quadragesimali ieiunio agit, quid mysticè significet. III. Ad alias virtutes ieiunij comites, hortatur. *Tom. 5. pag. 584. col. 2. & 585. col. 1.*

✠ Radvlphi Ardentis circa

C Epist. 2. Cor. 6. *Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Homilia duobus conclusa capitibus. Primo: Apostolus nos hortatur 1. ne quamcumque gratiam à Deo acceptam in vacuum habeamus; siue de ea ingrati simus, siue eam abscondamus, siue eâ abutamur, siue acceptam fideliter non custodiamus. 2. vt gratiam operantem recipiamus, qua Deus & operatur in nobis sine nobis, cordis contritionem dando, & peccata dimittendo; & operatur in nobiscum nobis, dans nobis facultatem vt faciamus bonum. Secundo: Monet nos Apost. vt irreprehensibiles tanquam Dei ministros nos exhibeamus in patientiâ, quæ necessaria est in tribulationibus, necessitatibus, angustiis, plagis,

gis,carceribus,seditionibus,&c. *à fol.* 114. *pag.* 1. *ad fol.* 121. *pag.* 2.

Eiusdem, de Euang. homilia quâ de ieiunio Christi differitur. Christus voluit ieiunare I. Ob ministerium, quoniam voluit demonstrare se & suum ieiunium per legem & prophetas fuisse præfiguratum; voluit autem esurire vt se verum hominem demonstraret, nostram esuriem redimeret, & occasionem tentandi diabolo præberet. II. Ob triumphum, vt nobis de carne, de diabolo, & de mundo triumpharet. III. Ob exemplum, vt exemplo suo quomodo ieiunare & tentationibus resistere debemus præmonstraret. *à fol.* 121. *pag.* 1. *ad fol.* 125. *pag.* 2.

S. Thomæ Aqvinatis sermo in illud: *Ecce nunc tempus acceptabile.* 2. Cor. 6. quod ostendit propter octo, deinde tempus Quadragesimale non solum esse acceptabile, sed etiam tempus benefaciendi ad quod nos inuitant octo. *In serm. Dominic. fol.* 8. *col.* 3.

Eiusdem sermo in Euangelium in quo agit de ieiunio, & docet nos quatuor mouere ad ieiunij obseruantiam: Dei præceptum, Christi exemplum, nocumenta quæ non ieiunantibus obueniũt, emolumenta quæ ex ieiuniis oriuntur & hauriuntur, quæ omnia per alia quatuor subdiuiduntur. *In serm. Dominic. fol.* 8. *col.* 4.

✠ B. Thomæ a Villanova sermo I. ad ea verba: *Ductus est Iesus in desertum. Matth.* 4. In quo I. Monomachiæ huius statum aperit. II. prouocantem inducit Christum. III. locum certaminis aptissimum ostendit IV. Primam expendit tentationem. V. de secunda tentatione agit in qua dæmonem in tribus deficere ait, & debilitatem ostendere. VI. Ex responsione Christi, sacras scripturas nobis commendari probat. VII. Ad tertiam descendit tentationem. In qua considerat. 1. quàm fortis sit auaritiæ tentatio. 2. diabolum iam ex contemptu Iesum non vocare filium Dei. 3. contemptum Iesum fortius resistere. VIII Attendit post victas tentationes Angelorum accessum & ministerium. IX. rationes

A reddit cur Christus tentari voluerit. 1. vt nos in tentationibus animaret. 2. vt fiduciam daret recurrendi ad ipsum. 3. vt institueremur ad prælium. 4. vt nobis victoriã promereretur. 5. vt homo læsus à dæmone, & per passionem restitutus, in honoratus, per victoriam releuaretur. *à fol.* 42. *colum.* 2. *ad* 44. *col.* 3.

Eiusdem sermo 2. de tentatione nostra; ad ea verba, *Psal.* 90. *Scuto circumdabit te veritas eius, &c.* I. ostendit non esse impatienter ferendum quod quãdoque tentamur. II. Attendendum esse potius quomodo viriliter certemus. III. Quatuor ex tentationibus vtilitates nasci tradit. 1. quod nos humilient. 2. quod vniant nos Deo ad quem recurrimus. 3 quod à terrenis separant, & eleuant ad cælestia. 4. quod valeant ad exercitium virtutis & meriti augmentum. IV. Vult, non ideo quærendas esse tentationes, sed patienter ferendas & superandas. V. Ad eas superandas non in nobis esse confidendum, sed recurrendum ad Deum. VI. quibus armis protegamur à Domino, aperit: scuto scilicet veritatis; & deinceps id per quatuor tentationum genera, quæ enumerat Dauid, deducit. VII. vtilitates varias huius victoriæ aperit circa eumdem Psalmum. Et sic vndè expectabatur confusio, honor accidit. *à fol.* 44. *col.* 3. *ad* 47. *col.* 3.

C

FERIA SECVNDA infra Dominicam primam Quadragesimæ.

Sancti Ambrosii sermo de futuro vniuersali iudicio; In quo iudicium describitur, quàm sit timendus dies iudicij docetur, pœna damnatorum vtcumque recitatur, ad pœnitentiam dum tempus datur agendam, prouocamur. Insuper ad decimas soluendas, ad reuerentiam, ad modestiam in Ecclesia seruandam, & ad rectè iudicandum cohortatur. Denique contra Idololatras, sortilegos, saltatores,

aborsum procurantes, & alios peccatores acriter inuehitur, & recte communicandi modum tradit, virtutesque commendat. *Tom. 5. serm. 33. col. 45. & sequentibus.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo excellens & methodicus, quatuor ad iudicium pertinentia complectens: Primo: Connocat omnes homines, ad iudicium, & incutit timorem, ad aspectum plenitudinis imperij, & dominij filij hominis, & maiestatis eiusdem sedentis, in solio excelso, & eleuato: Deinde pulchritudinem consortij, sc. Angelorum; altitudinem triclinij, sedebit enim in electis; multitudinem congregatorum & citatorum ob oculos ponit; Tandem quindecim signa in Hebræorum annalibus à S. Hieronymo reperta, ad timorem & reuerentiam, commemorat. Secundo; Situationem reproborum & electorum, ad sinistram & dexteram Dei, considerat. Tertio; Manifestat eorumdem opera, asserens lucem illam infinitam, ex suo splendore manifestaturam, quicquid vnquam fuerit in cordibus, siue bonum siue malum; hoc fiet ad iustorum consolationem, & supplicium malorum. Quarto retributionem attentius intuetur, & triplici ex causa bonorum sententiam præcessuram iudicat; quam immediatè sequetur reproborum dānatio, qui amarè repudiati, ad protensum exilium, horrendum consortium, inquietum hospitium, destinabuntur. *à pag. 146. ad pag. 151.*

S. AVGVSTINI sermo de extremo iudicio cogitando. Imprimis se excusat quod tam assiduè, & tam frequenter tremendum & expauescendum diem iudicij suis auditoribus insinuare contenderet, ostendens concionatorem tam pro sua quàm pro aliorum salute dura & terribilia prædicare debere, & medicorum instar pro salute animarum potiones amarissimas ægrotis propinare; Exindè ad vniuersalis iudicij narrationem descendit, & qualiter Christus Iudex viuorum & mortuorum constitutus reprobis exprobrabit ingratitudinem beneficia ipsis misericorditer collata commemorando. Deniquead pœnitentiam antè iudicium peragendam hortatur, quatenus hæc tam dura, & tam terribilia ante tribunal æterni iudicis audire non mereamur. *Tom. 10. ser. 67 de temp. fol. 159. 160.*

S. BASILII MAGNI oratio de futuro iudicio, in qua iudicij recordatione, quasi fræno quopiam animam à malo coërcere conatur. Multus est autem in descriptione iudicij extremi, reproborum horrendæ damnationis, ac præsertim confusionis æternæ, tenebris ignéque infernali horribilioris. & à Deo ipso auersionis ac ab alienationis planè intolerabilis; Insuper argumento efficaci pœnarum inferni æternitatem, & differentiam comprobat, ac tan-
B dem ad iudicium futurum recolendum, pœnitentiæque incumbendum excitat fideles *Apud S. Ephram. Tom. 1. pag. 242. & sequentibus.*

✠ *Habetur & in Append. ad opera D. Basilij Marsl Cont. 14. à pag. 117. ad 122. Edit. Paris. an. 1618. verum cont. istæ non sunt D. Basilij, sed ex eo diuersis locis collectæ.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS de iudicio vltimo, sermo. Primo: Tria sunt peccata propter quæ contrà rationalem creaturam irascitur Deus; superbia, qua offenditur Deus per spiritum; luxuria, per corpus; auaritia, per temporalem substantiam; contra quæ sunt iudicia tria generalia, 1. factum est contra Angelos rebelles: 2. con-
C tra homines carnales per diluuium; 3. futurum est contra auaros, per ignē. Secundo: Iræ Dei iudicantis nemo poterit resistere, quia iudicabit cum infinita potentia; sapientia infinita, seuera & infinita iustitia. Tertio; Incutient timorem hominibus; 1. maiestas triumphalis iudicantis, siue triumphalis aduentus, & processus; ibi enim erit incertitudo iudicij, plenitudo imperij, celsitudo fastigij, pulchritudo consortij, magnitudo triumphi, multitudo collegij, dissimilitudo meriti, aptitudo loci: 2 æquitas iustitialis. in quā duplex retributio 1. est iustorum, qui ad gloriam inuitabuntur per hæc verba, *Venite benedicti Patris mei, &c.* & per eam glo-

riabuntur, commendabuntur de operibus misericordiæ, humiliabunt se, approbabuntur; 2. reproborum, qui condemnabuntur; quibus exprobrabitur, qui lamentabunt se, conformabuntur in pœnis; 3. irreuocabilis sententia, damnandorum & saluandorum, &c. *Ex quadrag. de Christianâ religione, tom. 1. a pag. 54. col. 2. ad pag. 60 col. 1.*

Eiusdem, de iudicio generali, sermo. Primo. In Christo iudicante erit 1. sapientia luminosa; 2. potentia vigorosa. 3. iustitia rigorosa. 4. executio timorosa, quindecim signa iudicium præcedent. Secundo, Vt iudicium fiat. 1. Christus cum gloria triumphali & maiestate veniet. 2. omnes gentes coram eo apparebunt. 3. remunerabuntur iusti, & mali punientur. 4. finis iudicij erit damnatio impiorum, & glorificatio iustorum. Tertio. Post iudicium innouabuntur 1. elementa. 2. orbes & planetæ. 3. damnati. 4. beati pulchra & curiosa disce. *Ex quadragesim de Euangelio æterno. Tom. 2. à pag. 466. col. 1. ad pag. 509. col. 2.*

Eiusdem, de boni pugnatoris conditionibus, sermo. debet I. Miles 1. defectus vitæ sustinere 2 alios protegere: 3. incommodè & inquietè iacere: 4. membra celeriter mouere; 5. non fugere 6. portare armorum pondera. II. Christianus, 1 defectus sustinere in proximi gubernatione: 2. se & alios protegere, in nudi cooperitione: 3. incommodè iacere, in peregrini receptione: 4. membra mouere celeriter, in infirmi visitatione: 5. non fugere nec timere mortem, in captiuorum & afflictorum consolatione: 6 pondera portare, in mortuorum sepelitione. Hæc requirit Dominus in finali iudicio. *Ex quadrag. ad hac non impresso, Tom. 3. a pag. 97. col. 2 ad pag. 99. col. 1.*

Idem, sermone pro hac die de amore timoroso, differit. Primo. De iudiciali maiestate: & quærit 1. quis venit aut veniet? filius hominis, 2. quomodo & qualiter veniet? purus, sapiens, dominans. beatus, 3. cum quibus veniet? venient angeli mali cum suis damnatis, beati per se, Angeli boni: 4. quomodo

A stabit in triumphali maiestate? sedebit super sedem diuinitatis. Secundo, De iudiciali veritate, quâ notum est quod 1. congregabuntur omnes gentes, coram eo, 2. separabit eos ab inuicem, loco, & merito, 3. numerabit eos, sicut pastor pecudes suas: 4. præmiabuntur iusti, & reprobi punientur. Tertio: De iudiciali æquitate, prædestinati enim glorificabuntur, commendabuntur, humiliabunt se, acceptabuntur: reprobi vero, condemnabuntur, reprobabuntur, querelam patientur & indignationem. *Ex quadrag Seraphin, tom. 3, a pag. 224. col. 2. ad pag. 229. col. 1.*

S. Cæsarii Arelatensis homilia in Euangelium; Docet lectionem hodierni Euangelij benè intellectam sufficere ad omne opus bonum faciendum, & ad omne opus malum fugiendum. Agit de terribili sententia damnatis indicenda, & desiderabili prædestinatis in iudicio futuro pronuntianda. Præcipuè autem hortatur ad eleemosynam & misericordiam, quæ in iudicio, (vt habet Euangelium) remunerationem habebit. *Tom. 2. Biblioth. Patr. Homil. 39. colum 649. & 650.*

B

✠ D. Cyrilli Alexand. oratio de exitu animæ & de secundo aduentu. Initio, quanto motu & tremore concutiatur animus, & ex quibus propter indicij diem, aperit. 2. describit animam è corpore excedentem & à publicanis apprehensam & prohibitam ascendere. 3. Anxietatem animi antè sententiam iudicis. 4. lata sententia quo ferantur animæ; & sortem peccatorum deplorat. 5. Insontes cum sontibus, & verorumque sortem comparat post latam sententiam. 6. Varia væ in miseros, insonat: iustis benedictionem inclamat cuique virtuti propriam: in iustis autem è contra. 7. hortatur ad virtutes, & à vitijs deterret. *Tom. 5. à pag. 404. vsque ad 416.*

C

S. P. Chrysologi sermo in quo misericordiæ opera commendat, & cùm Christus in iudicio antè de misericordia disputet, quam de reatu iudicet, misericordiam faciat qui vult gehennæ incendium non timere; Vbi

exponitur illud Euangelij: *Esuriui & non dedistis, &c. Serm. 42. col. 109. & sequentibus.*

Eiusdem sermo, de oratione, ieiunio & eleemosyna, huic Euangelio coaptandus. Docet enim has virtutes ante tribunal Christi causas humani generis exequi, vt ex Euangelico textu conijci facilè potest. *Serm. 43. colum. 111. & sequentibus.*

S. Ephræm Syri oratio, de ijs quę post crucem reuelanda sunt in formidabili illo secundo aduentu Domini nostri Iesu Christi. Imprimis de crucis apparitione, in extremi iudicij die proloquitur; deinde horrenda & contremiscenda, Iudicis aduentum præcedentia, ipsumque filij hominis aduentum, & iudicium miro modo depingit, totamque orationem in hac descriptione absoluit. *Tom. 1. pag. 228. & sequentibus.*

Eiusdem discursus de iudicio & retributione. Ex Christi formidabilis aduentus consideratione, monet suos sic agere in hac vita, quatenus opprobrium & confusionem horribilem, quæ cunctos peccatores consequetur, contendant effugere, & bonorum retributionem possidere. *Ibid. pag. 231. 232.*

Eiusdem oratio de iudicio extremo & compunctione. Quam formidabilis erit dies extremi iudicij cunctis peccatoribus, miratur, & exaggerat. Christi verba in iudicio reprobis exprobrantis refert. Dominum pijs affectibus alloquitur, ac oratione deuota veniam precatur, gratiamque supplex postulat. Fratres suos ad virtutes, & perfectionem hortatur; Vbi obiter de digno ad diuina participanda mysteria accessu, & de indignè Eucharistiam sumentibus quædam habet. Insuper de laude charitatis pertractat, de eius efficacia, fructibus & dulcedine, necnon de sanctorum Martyrum victorijs & triumphis. Denique de compunctione cordis, de eius variis vtilitatibus, de vi & suaui lachrymarum dulcedine disserit, vtriusque sacræ paginæ exemplis comprobando. *Ibidem pag. 233. & sequentibus.*

A Eiusdem parænesis de inobedientibus, & de statu ac timore Dei; Et de futuro iudicio. I. Contra refractarios, & quietis fratrum perturbatores grauiter agit. II. Timorem Dei commendat, & emandandam in melius vitam docet. III. Cunctis iudicium futurum proponit; Vbi præclara de præmijs iustorum post hanc vitam, & reproborum malis, supplicijsque æternis, habet, vt à peccatis deterreat, & in virtutem inclinet, quæ exemplo Lazari & diuitis epulonis apposité confirmat. IV. Denique ad proximi dilectionem auditorum animos promouet. *Tom. 2. Parænesi. 39. à pag. 404. ad pag. 408.*

✠ Nicolai de Cusa sermo in
B Euang. Matth. 25, *Ibunt hi in supplicium æternum, &c.* Iudicium generale fieri debet quia Deus omnipotens, sapiens, misericors, iustus. Cum enim nullus sit mundus in conspectu illius iudicis, non habemus quid offeramus nisi opera pietatis, quæ operiant immunditias nostras, neque in illis excusationem poterimus reperire, quia in nobis iudicabimur per iudicium conscientiæ nostræ, ob hoc in iustissimo iudicio omnia debent esse aperta. *Excit. lib. 5. pag. 511.*

Origenis homilia in Euangeliū, quod explicat, vbi multa erronea, & Origenistarum phrasim redolentia, quare cautè legenda, multa enim allegoricè, tantùm interpretatur, quæ &
C literaliter sunt iuxta catholicam fidem intelligenda & firmiter tenenda; Cōmendat autem humanitatem, h. e. misericordiam cùm de illa præcipuè in iudicio fiat mentio, & opera misericordiæ corporalia, quomodo implenda spiritaliter, docet. *Tom. 2. Homil. 9. in diuers. pag. 289. & sequentibus.*

✠ Theophanis Cerамei hom. 18. Post propositam sibi extremi iudicii idæam, vndè veluti vertigine corripiebatur. 1. Diuersitatem proponit inter primum & postremum aduentum Christi. 2. De separatione agnorum abhœdis & cur ita iusti, impiique appellentur. 3. sortem bonorum fœlicem ex sententiæ prolatione ponderat. 4. docet cur sexenario numero opera

charitatis sint comprehensa. 5. Nonnulla explicat quæ diuersitatem faciunt inter iustos & improbos, in ipsa damnatorum sententia. 6. De impiorum tormentis & lamentatione. *à pag. 111. ad 119.*

B. Theodori Studitæ, sermo catechet. ordine. 31. agit de iudicio futuro, ac quemadmodum præsens oppugnatio aliis sit materia virtutis, alijs peccati & sceleris; vbi contra improbos, vitiisque deditos acriter inuehitur. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patrum, col. 1314. & 1315.*

Eiusdem sermo alter de supremo die, & aduentu illustris Dei, ac Seruatoris Iesu Christi. Ex certitudine iudicij futuri, & incertitudine diei, horæ, modi, B ac loci nostri finis, hortatur fratres suos, vt fœdus in futurum diem pacificantur, reconcilienturque Deo priusquam implacabilis mortis hora adueniat. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patrum. serm. 112. col. 1383. 1384.*

FERIA TERTIA
infra Dominicam primam Quadragesimæ.

Sancti Ambrosii sermo hac die, (si inscriptioni, quam præfert fidem adhibeas,) habitus. Docet formam dignè agendi Quadragesimam, C & hortatur ad confessionem Deo, & sacerdoti faciendam, ad decimas soluendas, ad eleemosynam largiendam, ad ieiunia obseruanda, ad puritatem custodiendam, & sacratissimam Eucharistiam deuotè frequentandam. *Tom. 5. serm. 34. colum. 47. & 48.*

✠ S. Antonii de Padva sermo I. qui duobus constat. I. Hominis interioris commotione, dum animæ ciuitatem, ingreditur Deus; turbatur enim memoria de commissis, intellectus illustratur, voluntas inflammatur, ad peccata detestanda. II. Historiæ Euangelicæ morali explicatione. *à pag. 151. ad pag. 152.*

Eiusdem sermo secundus. I. Stupor A admirationis, ex concursu populorum, Christi triumphalem in Hierusalem introitum, intuentium, insinuatur. II. Eiusdem Christi aliquæ perfectiones numerantur. *à pag. 152. ad pag. 153.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium, quod exponendo tàm quoad literam quàm quoad moralitatem percurrit. Vbi fraudes sacerdotum antiquæ legis, & turpia lucra cùm Dominus sui templi prophanatores eiecit, detegit; & monet sacerdotes nouæ legis, vt ab his negotiationibus & simoniacis lucris sibi caueant, ne idem Dominus de templo spirituali eos eijciat. *Tom. 7. in Homil. quadr. col. 226. & sequentibus.*

Eiusdem homilia vnde suprà, Euangelium tum ad literam, tum ad mysterium breuiter perstringit, in simoniacos præcipuè agit, & cur domus Dei facta dicatur spelunca latronum clarè exponit. *Tom. 7. in Homil. quadragesimal. colum. 229. & 230.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo in Euang. de verâ contritione, vbi agit. I. De contritionis quidditate: contritio est dolor voluntariè assumptus pro peccatis, cum proposito confitendi, & satisfaciendi; contritio à conterendo dicitur, quia conterit cor & culpam cum molâ diuinæ spei, & timoris Dei, quia delicata est anima & dura conscientia: Contritio differt ab attritione quod illa oriatur ex consideratione diuinæ offensæ hocque per gratiam; attritio vero ex timore pœnæ, per voluntatem. II. De eius qualitate, 1. facilis est ex parte nostrâ quia ex liberâ voluntate: 2. ex altera parte difficilis quia mensuratur secundum quantitatem charitatis: 3. ex parte spiritus facilis, ex parte carnis difficilis. III. De eiusdem quantitate, huius triplex est gradus, 1. est contritionis sufficientis, & est displicentia rationis per quam omnia crimina remittuntur, & hæc est necessaria ad salutem: 2. est abundans & eminens, & est passio affectionis in sensualitatem resultans; non est necessaria nec in potestate humana secundum Bonauent. 3. exuberãs, dum ex duplici

præcedenti modo in tantum intendi-
tur, vt omnem pœnam ex culpa in hoc sæculo & futuro plenarie remittat. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1. a pag. 60. col. 1. ad pag. 64. col. 2.*

Eiusdem serm. in Euang. Mali debēt æternaliter cruciari, respectu I. Mali culpæ; quia 1. dici potest infinitum respectu Dei qui offensus est: 2. de eo peccator non pœnitet: 3. inconueniens esset & contra leges Dei iustissimas hoc non fieri: 4. obligationes & transgressiones æqualiter sunt proportionabiles. II. Dei, ratione 1. diuine gratię, qua abusi sunt: 2. diuinæ contumeliæ, quam Deo intulerunt: 3. diuinæ magnificentiæ: 4. diuinæ iustitiæ. III. Vniuersi, quia 1. natura rationalis est ad bonum inclinata: 2. necessitas rerum, indicat
B æternas eorum esse pœnas; 3. resultat electis fructus: 4. beati de eorum suppliciis habent iucunditatem. *Ex quadr. de Euangelio æterno, tom. 2. a pagin. 510. col. 1. ad pag. 515. col. 2.*

Eiusdem, de conditionibus principum militum, sermo. I. In illis quinque conditiones quærit 1. veritatis locutionem 2. reuerentiæ debitæ exhibitionem: 3. iustitiæ obseruationem, quâ puniat delinquētes qui alios perturbāt 4. pietatis ostensionem 5. rumorum sedationem. II. In Christianis eadem desiderat, debent enim esse 1. veri in verbo: 2. reuerentes Deo: 3 recti in iudicio: 4. prompti in beneficio: 5. cauti in
C colloquio. Hæc quinque notantur in Euangelio hodierno, &c. *Ex quadragesimal: antehac non impresso. tom. 3. a pag. 99. col. 1. ad pag 100. col. 2.*

Eiusdem sermo, de amore non dubioso; qui habet tres gradus, secundum tria Christianorum genera Primus est: Timentis humilitatis, in quo tria genera sæcularium continentur sc. virginum, viduorum, maritorum, nisi sit in eis timorosa humilitas ad infernum ibunt. Secundus: Charitatis feruentis, Christus fundauit eam & ædificauit 1. in anima per subiectionem propriæ voluntatis, per obedientiam: 2. in corpore propè animam, per castitatem & continentiam; 3. in diuitiis extra cor-
A pus & animam, spernendo illas voluntariè & læto animo. Tertius: negligentis tepiditatis; tepidus autem. 1. multos, habet defectus, & est vnum medium vitiosum inter calidum & frigidum: 2. reputat se habere diuitias, naturales vel corporales, morales, spirituales, cum nullas habeat; à Deo seuerè reprehenditur & condemnatur. *Ex quadragesimali Seraphin, to. 3. à pag. 229. col. 1. ad pag. 231. col. 1.*

FERIA QVARTA
infra Dominicam primam Quadragesimæ.

SANCTI AMBROSII sermo in Euangelium, de modo verè agendi pœnitentiam. In falsos pœnitentes acriter inuehitur; modum vere pœnitendi, in eleemosina, humilitate, planctu, & virtutum operibus consistere declarat; pœnitentiam extollit & commendat; pœnitentiam non simulantes, sed verè pœnitentes eleganter depingit. *Serm. 35. col. 49. 50. 51.*

* S. ANTONII DE PADVA sermo, in quo duo attendit, Primo: Misericordiam Dei omnibus eius operibus præsidere. Secundo: Moralem totius Euangelij sensum. *A pag. 153. ad pag. 154.*

S. V. BEDÆ homilia in euangelicam lectionem, quam suo more non minùs doctè, quàm deuote literaliter ac mysticè commendatur. I. autem Iudæorum inueteratam in Christum malitiam prodit. II. Ionam typum fuisse Domini Saluatoris pluribus demonstrat; Vbi non contemnanda quæstio proponitur, de tempore quo Christus in sepulchro requieuit. III. Christum plusquam Ionam prædicat. IV. qua ratione Niniuitæ & Regina Austri Iudæos & alios impænitentes in iudicio condemnahunt, exponit. Et hæc circa primam Euangelij partem. Circa secūdam in qua dicitur. *Cum immundus spiritus &c.* Euangelistæ verba de hæretico,

vel schismatico, vel falso Catholico interpretatur, pulchrè equidem. Circa verò tertiam in qua de matre & fratribus Christi fit mentio, varia pro literali intelligentia affert, ac de Christi matre fratribusque spiritualibus & mysticis amplè disserit. *Tom. 7. in Hom. quadrag. à col. 230. ad col. 234.*

✱ S. BERNARDINI SENENSIS sermo, de duodecim periculis quæ superueniunt peccatoribus in vltimo fine; quorum 1. est, Passionum alteratio & terribilis vexatio: 2. Charitatis siue dilectionis priuatio: 3. Peccatorum habituatio; 4. Seruilis conditio; 5. Obseruantium & insidiantium dæmonum impugnatio; 6. Temporalium intricatio, occupatio, affectio; 7. Naturalium gratiarum consumptio; 8. A Deo elongatio; 9. Virtutum & bonorum abominatio; 10. Mentis alienatio; 11. Iusta à Deo, & à mundo in manibus diaboli derelictio; quod maxime conuenit diuitibus & magnatibus; 12. Temporis ablatio, & cessatio. *Ex quadragesim. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 64. col. 2. ad pag. 71 col. 1.*

Eiusdem, de fidei improbabilitate, sermo, in Euangel. vbi disserit I. De triplici perfectione, quæ consistit in credenda fide sine miraculis; credere enim sine signis & euidentiis, est perfectio: magni vigoris; 2. magni amoris; 3. magni luminis. II. De obligatione quæ fit Catholico absque manifestis euidentiis credere, quia 1. Deo tenetur exhibere fidelem obedientiam; 2. tanquam fidelis miles Christi, fidei aduersantia debet expugnare; 3. Deo obligatur summam & fidelem reddere reuerentiam. III. De iis quibus assimilantur credentes, ex euidentiis & probationibus, scil. viatori infirmo 2 mercatori incredulo; 3. inualido seu fesso bellatori. *Ex quadragesim. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 515. col. 2. ad pag. 521. col. 2.*

Idem sermone in Euangel conditiones quæ debent esse in milite I. Mundi, quæ sunt 1. recta pugnandi intentio, vt non nisi bona intentione pugnet; 2. congrua laboris exercitatio; 3. fortis & stabilis perseuerantia; 4. benigna & liberalis affectio. II. Christi, hæ sunt 1. intentio recta ad pacem animi habendam; 2. robur & exercitatio in labore pœnitentiæ; 3. firma perseuerantia in bonis operibus, & virtutibus, vel cœptis; vel acquisitis; 4. voluntas spontanea, quia coacta seruitia Deo non placent, describit. Hæc quatuor in Euangelio continentur ad confusionem Scribarum & Pharisæorum, à Domino signa & miracula petentium. *Ex quadragesim. ante hac non impresso tom. 3. a pag. 100. col. 2. ad pag. 101. col. 2.*

Eiusdem in Euangelicam lectionem, sermo de amore miraculoso: tres sunt miraculorum species. Prima est, Miraculorum gratiæ; sunt autem quatuor differentiæ quibus miracula Dei differunt, à miraculis diaboli, 1. est à causâ efficienti; 2. formali; 3. materiali; 4. finali; tolle primam ex causâ efficienti, Bonauentura declarat quod miracula Dei facta sunt per operationem potentiæ infinitæ, miracula dæmonis ex causâ finitâ. Secunda. Mirabilium malitiæ diaboli, quæ quatuor modis demonstrantur 1. per medium auaritiæ; 2. infidelitatis; 3. earnalitatis; 4. deceptionis. Tertia. Mirabilium stultitiæ, vt sunt adulteria herodiana & zobiana; augùriorum opiniones stultæ & vanæ, pacta tacita, superstitiones, &c. *Ex quadragesimali Seraphin, tom. 3. à pag. 231. col. 1. ad pag. 236. col. 1.*

S P. CHRYSOLOGI sermo de Ionæ Prophetæ signo. Docet Ionam Christi typum per omnia gessisse; fugit enim Christus non quidem Deum, sed à facie Dei, cùm formam serui accipiens exinaniuit semetipsum; descendit in Ioppen, vt fugeret in Tharsis, cùm de cælo ad terram descendit; in nauem conscendit, in Ecclesiam, videlicet, orta est confusa tempestas. cùm fremuerunt gentes contra Dominum, & populi meditati sunt inania aduersus Christum; sors cecidit super eum, cùm super vestimenta eius miserunt sortem; author suę demersionis existit, enim verò oblatus est quia ipse voluit; occurrit bellua de profundo, cùm mors vitæ authorem deuorauit; denique de condemnatione

animantem, &c. (Vbi Ionas medico assimilatur.) *Tom. 3. a pag. 650. ad pag. 659.*

✠ NICOLAI DE CVSA sermo, in lectionem Euangelicam. *Qui facit voluntatem Patris mei, &c.* Matth. 12. Primo: Sicut moneta falsa est quæ habet colorem incorruptibilis auri ab extrinseco, & ad intrà est corruptibile aliud metallum; Sic cum homo interior contrarius est exteriori, ibi non est veritas: quia spiritus veritatis amat lucem: erroris, tenebras. Prædicatores proindè venire ad nos in veritate, si veniant in concordia intrinseci & extrinseci. Secundo dignosci veros prædicatores à falsis, quod hi verum prædicantes, quæ sua sunt quærunt, & rapaces sunt. *Excitat. lib. 7. a pag. 548. ad pag. 549.*

B. THEODORI STVDITÆ, sermo catech. huic Euangelio coaptandus, cùm de domo spiritali loquatur; agit enim B. Pater de incorrupta quasi quadam animi domo, cuius fundamentum timor Dei, cuius materies, functio virtutum, quæ charitatis vinculo coagmentatæ crescunt in templum sanctum in Domino, & in Spiritus sancti habitaculum. *Tom. 2. Auctar. Bibli. Patr. serm. 55. col. 1336. 1337.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA sermo in Euangelium. *Matth. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c.* Initio examinat in quo iudicia Dei Prophetam Dauidem consolari potuerint, vt ipse est protestatus. Quia scilicet nunquam ita iratus est, vt vel iustum condemnet, cum impio; vel humiliatum peccatorem despiciat. II. commendat peccatorum pœnitentiam, ad quam flectitur Deus, & probat Niniuitarum exemplo. III. Ipsam historiam Niniuitarum considerat, & examinat fugientem Ionam à facie Domini, quam nullus vitare potest: in ventre Ceti nouum partum præstolantem, quod mysterio plenum est: ex miraculo eloquentiorem fieri ad persuadendum: Regem & totam ciuitatem ad pœnitentiam recurrentes. IV. Declarat, quod fuerit ciuitatis illius vitium, quod Deũ commouit; virulentam carnis lasci-

A uiam. V. Cur Propheta recuset indictam sibi à Deo legationem: quia scilicet Deum nouerat clementem, & multæ misericordiæ. Contra quem Deus vrget pro sua misericordia præstanda si pœnituerint. Permittit tamen suam misericordiam impugnari, vt clarius elucescat. VI. quærit & soluit, quomodo impleta est Domini per Prophetam prædictio. *Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur.* VII. Discendum vult ab his barbaris, pœnitentiam esse agendam, quam sequatur indulgentia. *a fol. 47. col. 3. ad fol. 50. col. 2.*

B

FERIA QVINTA *infra Dominicam primam Quadragesimæ.*

SANCTI ANTONII DE PADVA sermo, quem duo præcipua concludunt, scil. Saluatoris in animam aduentus, per quem fit salus, hęcque per Chananæã gratiam impetrantem diuinam, figuratur. Chananææ, hoc est animæ peccatricis, perfecta curatio, modò non à peccato solùm, sed à finibus egrediatur peccati. *à pag. 154. ad pag. 157.*

S. AVGVSTINI sermo in euangelicam historiam, quam describit, & quærit, quid sibi vult, quod cum Dominus
C sciret quare venerat, videlicet vt Ecclesiam haberet in omnibus Gentibus, non se missum dixerit, nisi ad oues quæ perierant domus Israël. Sed ne penitus oues alterius ouilis derelinquerentur, ad Gentes, licet ipse præsentiam sui corporis illis non exibuerit, discipulos tamen, qui ipsos docerent, misit. Quomodo Chananæa canis sit dicta, ostendit. Ecclesiæ humilitatem, cuius hæc mulier typum gerebat multùm commendat. Denique docet Regnum cœlorum desiderari dupliciter, aut propter sapientiam, & vitam æternam aut propter fœlicitatem terrenam, quæ illis opulentior inuenitur. *Tom. 10 serm. 74. de temp. fol. 163. 164.*

S. Basilii Seleuciæ oratio in Chananæam, Euangelium notis & commentariis illustrat, ostenditque Domini transmigrationem cùm secessit in partes Tyri & Sidonis, opprobrium esse Iudæorum; exinde in Iudæos acriter inuehitur, statum miserabilem filiæ Chananææ repræsentat, Christi silentium miratur, & laudat; Chananæam denique ob fidem, humilitatem, prudentiam, & pietatem commendat. *Orat. 20 à pag. 113. ad pag. 118.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium, Chananæam laudat à fide, à patientia, à constantia, & ab humilitate; varias profert rationes cur Christus respondere roganti mulieri distulerit. Deinde ad allegoricam deflectit, & per Tyrum ac Sidonem doctrinæ ac viæ gentilis monimenta intelligit, à quibus egrediendum, per filiam à dæmonio vexatam, quamlibet animam à peccato possessam, per matrem pro filia supplicantem, sanctam Ecclesiam, quæ sollicite Deum inuocat, & sanctos interpellat quatenus ipsi de cælis Dominum pro audienda supplicent Ecclesia. Denique ad perseuerantiam, & orationem cohortatur. *Tom. 7. Homil. Dominic. 2. in quadragesim. à col. 257. ad col. 259.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo in hodiernum Euangelium, de duodecim doloribus, quos patitur peccator in horâ mortis: quorum 1. est, cogitationis, ipsius enim mentem quatiet cogitatio, doloris, amoris, timoris, spei: 2. Priuatio æterna magnificentiarum, deliciarum, & diuitiarum: 3. Afflictionis in cunctis membris: 4. Separationis à carne, quam super omnia diligebat: 5. Dubitationis & timoris propter peccata 6 Horroris peccatorum suorum: 7. Obligationis ad tormenta inferni: 8. Citationis per diabolum ante iustum iudicem: 9 Præsentationis ante iudicis terribilis tribunal: 10. Examinationis coram summo iudice 11. Fulminationis sententiæ infœlicis: 12. Damnationis æternæ. *Ex quadragesimali de Christiana religione, tom. 1 à pag. 71. col. 1 ad pag. 76. col. 2.*

Eiusdem, de iudicio temerario sermo, in quo loquitur. Primo De tribus ex quibus nobis dubia oriuntur. 1. est, ex ignorantia principij; nam principium boni & mali, est intentio vel voluntas 2. ex medij ignorantiâ, quod potest esse bonum & malum: 3. ex ignorantiâ finis, incertus est nobis qualis sit futurus. Secundo De varietate 1. signorum quorum alia sunt violenta, quando omnia sunt mali, nulla boni; alia probabilia, cum plura sunt mali, pauca boni; alia leuia, quando sunt plura boni, & pauca mali, alia temeraria, quando nulla sunt mali, sed omnia boni: 2. suspicionum, quæ sunt deliberatiuæ, per definitiuam sententiã mentis; graues, non tamen deliberatæ; mediocres, nec graues, nec deliberatæ; leues, non mediocres, non graues, non deliberatæ: 3. vitiorum, quorum 1 est, cùm iudicium fit de mortali non aduertendo quod sit mortale 2. de mortali, credendo quod sit veniale: 3. de mortali, aduertendo quod sit mortale 4. de veniali, credendo quod sit mortale. Tertio: De duodecim fructibus malis quę oriuntur ex iudicio temerario 1. est inspectio aliorum factorum: 2. vagatio mentalis & sensualis 3 præsumptio: 4. superstitio: 5. vsurpatio: 6. pręcipitatio sententiæ: 7. malignatio: 8. propinqui despectio: 9. excæcatio: 10. detractio: 11. punitio, quâ pronus fit ad iudicandũ: 12. sui obliuio. *Ex quadragesimali de Euangelio æterno, tom. 2. à pag. 521. col. 2. ad paginam 526. col. 2.*

Eiusdem, in Euangel. sermo, quo ostenditur I. Militem in castrorum mutatione quatuor debere obseruare 1. quod ab hostibus nesciatur 2. quod impediens remoueatur, & alia præparet, alia faciat, 3. quod celeriter agatur quicquid est agendum in ea, 4. viriliter perficiatur. II. Christianum eadem perficere teneri 1. campum moueat, id est, separationem à peccatoribus faciat; 2. impedimenta deponat, hoc est vitia, præcipuè accidiam & vanam gloriam; 3. velociter currat ad pœnitentiam & Dei misericordiam; 4. audaciter perseueret, licet sit aspera & dura pœnitentia. *Ex quadragesimali antehac non*

impresso. tom. 3 a pag. 101. col. 2. ad pag. 103. col. 1.

Eiusdem, pro hodierno Euang. sermo, de amore vigoroso, in quo huius amoris ponitur triplex status. Primus est: Gratiæ illuminatiuæ; hæc gratia illuminat animam & facit eam esse beatam, & dat animæ cognitionem peccatorum suorum. Secundus Pœnæ & culpæ ruinatiuæ; Deus enim sæpe permittit infirmitates ad experimentū creaturarum suarum, & purgationem peccatorum suorum. Tertius: Punitionis periculosæ & anfractiuæ, tres sunt à Deo datæ punitiones: 1. est temporalis: 2. corporalis: 3. infernalis. *Ex quadragesimali Seraphin, tom. 3. a pagin. 236. col. 1. ad pag. 238. col. 2.*

S. Bonaventuræ sermo primus in illa Euangelij verba: *Dimitte eam, quia clamat post nos.* Quatuor enumerat, quæ faciunt homines clamare: ea autem sunt aqua, ignis, gladius, & bestia. Vnde & clamare debemus ratione aquæ, & tempestatis spiritalis æternalis, ratione ignis æternalis, ratione gladij iudicialis, & ratione bestiæ infernalis diaboli scilicet. *Tom. 3. serm. 2. Dominic. 2. in quadrag. pag. 68.*

Eiusdem sermo secundus vnde suprà, docet ob quatuor clamandum: clamare enim habemus, vt impedimenta transeamus; clamare, vt inimicos confundamus; clamare, vt intercessores moueamus; clamare, vt necessaria obtineamus. *Ib. serm. 3. Do. 2. in quad. p. 69.*

Eiusdem, sermo tertius in illud Euangelij: *Catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa &c.* de quadruplici mensa disserit, de materiali, in qua quatuor vitanda; gula, immisericordia, societas mala, cibaria illicita: de doctrinali scripturæ; de Sacramentali Eucharistiæ; & de æternali gloriæ. *Ibid. serm. 5. Dom. 2. in quadrag. pag. 71. 72.*

S. P. Chrysologi sermo de Syrophœnissa, siue Chananæa, in illud Euangelij secundum Marcum. *Et inde surgens Dominus abijt in partes Tyri & Sidonis, & ingressus domum, neminem scire voluit, & non potuit latere.* Quærit quare cùm voluerit latere, non potuerit? Deinde

A agit de reprobatione Iudæorum, & electione Gentium, vltimò Chananæam paucis cōmendat. *Ser. 100. col. 263. 264.*

S. I. Chrysostomi sermo in dimissionem Chananææ, habitus post eius reditum ab exilio. Suos laudat quod constantiam in aduersis seruauerint; probat eos, qui Ecclesiam impugnant, seipsos interimere, & illam potentiorem, & gloriosiorem reddere; vt suorum alacritatem excitet, & nunquam tentationem reformident, ostēdit tribulationem animæ præparatæ nihil officere, sed patientiam operari; quibus prælibatis ad Euangelij expositionem se applicat; Et I. peccatores consolatur, demonstrans nullum esse vitium, quod pœnitentiā non resoluatur. II. Mulierem Christum sequentem miratur. III. Eam vocat Euangelistam, & Philosophicam animam habentem. IV. Prudentiam ipsius contemplatur, eiusque Philosophiam, animæque generositatem. V. Rationem reddit, cur Verbum incarnatum Chananææ supplicanti non respondit verbum. VI. Quare Christus Gentium expectatio, & qui Gentes saluare venerat, dixerit Chananææ: *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel*, inquirit, & fuse exponit. VII. Improbitatem Iudæorum declarat qui de filijs, canes sua malitia sunt effecti; Gentes autem prędicat qui canes olim appellati, Christi gratiā facti sunt filij. VIII. Exemplo Chananææ ad attentionem & perseuerantiam in oratione hortatur. IX. Moraliter euangelicam historiam interpretatur, per filiam Chananææ animam intelligit, & per dæmonem, peccatum. X. Vt in omni loco Deum oremus monet. XI. & vltimo mulieris istius fidem pluribus commendat. *Tom. 6. pag. 295. ad pag. 311. serm. 28.*

Nicolai de Cusa sermo, primus in Euang. in quo probat. I. Animam fidelem infirmā accedere ad verbum vitæ, & recipere ipsum tanquam medicinam salutarē à medico vices gerente Christi; ita sanatur & ab infirmitate liberatur. II. Animā Christiani in peccato mortali detenti, similem esse

statuæ Christi, quæ oculos habet & non videt, nec tamen Christiformem esse; cui est similis mulier quæ similitudinem induit virtutis, non virtutem quæ est Christus. III. Animam per adhæsionem ad spiritum Christi, fieri christiformem, & transire in vnionem cum virtute cui adhæret: Vnde oportet iustum, qui debet per iustitiam quæ Christus est, iustificari, esse christiformem. IV. Legem Moysi esse spiritualem, innouationis & cæremoniarum. V. Venisse Christum à Patre missum, vt Deus Pater iustus appareret: Qua propter vitia exterminanda fuisse, vt virtutes locum haberent. VI. Resurgere Christum in nobis, propter iustificationem nostram, quia per eius resurrectionem iustificamur. *Excitat. lib. 9. a pag. 630. ad pag. 655.*

Eiusdem sermo secundus, I. Verbum Dei facit immobile moueri, sic fides fortificat spiritum nostrum vt possit in opera ad quæ non potuit: coincidunt igitur fides & verbum. II. Absoluta fides omnia indifferenter est operata in Christo, sed in aliis non indifferenter. Hæc est igitur doctrina Christi, habere fidem per quam vnimur verbo omnipotenti. *Excitat. lib. 5. pag. 475.*

✠ Eiusdem sermo tertius; docet, septem esse motus Spiritus sancti, totidemque mali spiritus, per quos vexatur anima: quos, vt existimo, in sequentibus satis obscurè exprimit. 1. est, libera electio, siue ad bonum, siue ad malum. 2. est amor charitatis, cui opponitur motus concupiscentiæ. 3. respectus & intentio finis; à quo qui deuiat, peccat. 4 recta intentio, qua qui non vititur, offendit. 5. operatio hominis quæ est intelligere verum, & amare bonum; quod à peccato destruitur. 6. fides, quæ si magna sit, consomit omnem maculam. 7. Desiderium vitæ suæ, quæ est Deus. *Exercit lib. 5. pag. 484. & 485.*

Origenis homilia in Euangelium hodiernum; *Non videtur esse Origenis, sed Chrysostomi, vel alterius incogniti qui ex Chrysostomo collegit quicquid enim habet D. Chrysostomus serm. in dimissionem Chananææ, hic sup. hac homilia compendiosè continet, iisdem ferè verbis. Tom. 2. homil. 7. in diuers. pag. 287. 288. 289.*

S. Thomæ Aquinatis sermo in illud: *Filia mea male à dæmonio vexatur.* Per istam dæmonia cum animam peccatricem intelligit, quæ duo mala patitur, vnum, quòd à dæmone possideatur, alterum quòd malè vexetur. Quantùm ad I. animam peccatricem ostendit à septem dæmonibus possessam, à dæmonio meridiano, à dæmonio muto, à dæmonio Asmodæo, à dæmonio cæco, à dæmonio sæuo, à dæmonio maligno, & à dæmonio quod dicitur legio. Quantum ad II. docet animam peccatricem ab istis dæmonijs septem modis vexari. excæcatione, loquelæ priuatione, combustione, submersione, mutatione, frigore, doloribus variis & angustiis; Valent autem ad liberationem huius dæmoniacæ quinque, quæ mulier Chananæa obseruauit: & sunt humilitas, patientia, oratio, perseuerantia, & fides. *Tom. 16. sermon. 2. in quadrag. fol. 9. col. 1. 2.*

FERIA SEXTA INFRA Dominicam primam Quadragesimæ.

✠ Sancti Antonii de Padva sermo, I. Fit quæstio vndenam habuerit virtutem curationum piscina probatica? & soluitur. II. Cura spiritualis, ostenditur fieri, non nisi à voluntate. III. Quid per hanc piscinam adumbretur, figuretur, & ad quot sit vtilis? fusè differitur. *à pag. 157. ad pag. 159.*

S. Avgvstini sermo de infirmo iacente ad piscinam. I. ostendit vitam præsentem intelligentibus, tribulationem esse, torquetur si quidem à duobus tortoribus, non simul, sed cruciatus alternantibus, timore videlicet, & dolore. II. Piscinæ mysterium aperit, intelligens per aquam, Iudaicum populum; per quinque porticus, legem, siue quinque libros Moysis; per aquæ turbationem, Domini passionem, in quam superbi nolunt descendere, quare & in infirmitatibus suis detinentur.

III. Vitæ præsentis breuitatem commemorat, & ad æternam inquirendam prouocat. *Tom. 10. ferm. 42. de verbis Domini, fol. 35. col. 3 4.*

* S. Bernardini Senensis sermo I. in Euang. de verâ confessione, de cuius agit I. Præparatione. quæ debet fieri. 1. per diligentem recordationem omnium omissorum, & commissorum: 2. per discussionem & considerationem diuersarum ætatum, variorum statuum, fortunarum, officiorum, societatum, locorum, culparum: 3. per amaritudinem contriti cordis. II. Discretione, quæ triplex est 1. debet eligi confessor bonus, qui scientiâ, voluntate, & auctoritate sit ornatus: 2. peccator ad confitendum conueniens tempus captare debet; 3. discretum habeat modum pœnitens in dicendo peccata. III. Integritate, confessio diminuta redditur, quando 1. aliquod mortale peccatum scienter celat homo, malitiâ, vel verecundiâ; 2. aliqua circunstantiâ grauis culpæ non dicitur; 3. ignorantia vel negligentia est affectata & crassa propter quam non dicitur peccatum. *Ex quadrages. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 76. col. 2. ad pag. 82. col. 1.*

Eiusdem, sermo 2. in octo articulos distinctus; meditatur satisfactionis in Primò, Definitionem, ex Ansel. in lib. cur Deus homo, satisfacere, est honorem Deo debitum reddere: ex Aug. satisfactio est, causas peccatorum excidere, & earum suggestionibus aditum amplius non indulgere. in Secundò. Opera, quæ debent esse pœnalia; quia per ea fit solutio emendę debitę pro offensâ preteritâ, & præseruatio de futurâ, in Tertio. Inualiditatem, quę duas habet partes 1. de vno, Deo satisfacere non possumus sine alio; 2. homo abstinens à peccatis, satisfacere non potest extrà charitatem. in Quartò. Reiteratione, reiteranda pœnitentia expleta in peccato mortali. in Quinto. Viuificatione, opera viua facta in charitate, mortificantur per peccatum; reuiuiscunt per veram pœnitentiam. in Sexto. Valorem, etsi satisfactio facta in mortali nihil valeat ad salutem, valet tamen 1. ad

A pœnam æternam tolerabilius subeundam; 2. ad remissionem pœnæ vermis; 3. ad gratiam impetrandam. in Septimo Cessationem; eleemosynæ, ad quas quis aliàs non tenetur, possunt esse satis factoriæ, cum sint opera bona pœnalia. in Octauo. Commutationem, commutare potest sacerdos pœnitentiam quâ iniunxit, &c. *Ex quadrages. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 82. col. 2. ad pag. 88. col. 1.*

Eiusdem, in Euangel. de peccato contrà naturam, sermo, per quem Sodomiæ detestator I. Corruptelam, 1. enim propter cœcitatem mentis Gomorræani in scelere suo insanire coguntur; 2. homines in hoc peccato corrumpuntur, vel quia de eo non fuerunt

B correpti & correcti, malum exemplum de eo habuerunt, ad illud sunt inducti, vel quia patria hoc veneno est infecta; vel quia à propriâ malitiâ ortum habuit; 3. multiplici falsitate verborum Gomorrhæi seducunt fragilem iuuentutem. II. Abominationem, laborantes enim hoc vitio 1. homicidæ sunt ex Aug. si non gladio, tamen facto; 2. ex malitiâ serpentinâ odiunt mulieres, 3. ad tantam duritiem veniunt, vt neque exhortationes promissionum, neque comminationes punitionum audiant. III. Reprobationem, cuius in ea sunt tria signa 1. est pertinacia & obstinatio; 2. impœnitentia; 3. diffidentia. *Ex quadrages. de Euangel. æterno, tom. 2. à pag. 526. col. 2 ad pag. 534. col. 1.*

C Eiusdem, in hodiernum Euang. sermo, victoriam parât in pugnâ. I. Temporali, 1. aptus locus; 2. congruum tempus; 3. plurimus populus; 4. forte corpus; 5. sagax animus & prudens: 6. armorum habitus. II. Spirituali, 1. locus aptus, qui est anima; 2. tempus est; homo debet esse in gratiâ Dei: 3. multi populi, id est, multitudo Angelorum: 4. fortitudo, sc. spes: 5. sagacitas, id est, fides: 6. arma, sc. sacramenta, quibus inimici non valent resistere. Hæ sex conditiones in hoc concluduntur Euangel. *Ex quadrages. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 103. col. 1. ad pag. 104. col. 2.*

Eiusdem, de amore gaudioso, sermo; per tres status anima procedit. Primus est, Desiderans, in quo anima cupit videre 1. defectus suos; 2. Deum esse qui dat esse animæ, 3. quàm dulce est animam vniri Deo. Secundus. Tribulans & tunc anima est in isto statu, quando quærit Deum & non inuenit, & aliis videtur quod Deus se vltrò det nō quærentibus. Tertius. Iubilans, tres consolationes dat Christus Cananææ. 1. ipsam illuminat splendore veræ fidei; 2. consolatur eam per affectum charitatis, magni amoris; 3. illam per effectum consolatur operando & sanando filiam suam. *Ex quadrages. Seraphin: tom. 3. a pagin. 238. colum. 2. ad paginam 241. col. 2.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo in Paralyticum, qui annos octoginta octo decubuerat in infirmitate sua. Imprimis suos laudat auditores quòd copiosè ad Ecclesiam confluerent. II. Clementiam Domini demonstrat, qui ideò assiduè Hierusalem deligebat, & Iudæis in ipsis diebus festis sese ostendebat, vt quo tempore frequens erat ipsorum conuentus, infirmos tanquam cœlestis medicus ab inualetudine liberaret, & quæ ad salutem eorum facerent, proferret. III. Probat aquam piscinæ vnicum sanare, quia gratia veteris Testamenti seruilis erat, aquam verò piscinæ mysticæ h. e. baptismi, cunctos sanare. IV. Quærit, cur Christus cæteros omnes præteriens ad hunc Paralyticum venerit, & eum alloquutus sit? V. Paralytici patientiam multùm cōmendat, qui idcirco, à Christo sic interrogatus *Vis sanus fieri*, vt esset patientiæ gymnasium & exemplū. VI. Exemplo constantiæ Paralytici nostram confundit desidiam & impatientiam. VII. Ideò Christum Paralytico vt suum sibi lectum tolleret imperasse dicit. Primò, vt in posterum liberaret Iudæos à legis obseruatione. Secundò, vt obstrueret ora illorum impudentia; Tertiò, vt perfectæ sanitatis argumentum demonstraret. VIII. Inuidorum naturam & conditionem tangit, XI. Prouidentiam Domini miratur. XI. Et vl-

A timò illa Christi verba Pater meus vsque modò operatur, & ego operor, explicat. *Tom. de diuersis serm. 7. a pag. 111. ad pag. 124.*

Eiusdem homilia in Paralyticum per tectum demissum, quòd non sit ille, de quo apud Ioannem agitur, déque Filij cum Patre æqualitate. In cuius prima parte de Paralytico hodierni Euangelij differit, & I. huncce Paralyticum thesauro assimilat in cuius mente diuitiæ admodum copiosæ erant defossæ; Vbi de naturâ spiritalium opum habentur præclara. II. Paraclyti virtutem considerat & miratur. III. Docet ad nostras animas corroborandas illius paralysim sufficere. IV. Afflictiones
B cum fornace confert. V. Deum ac Dominum prouido medico comparat. VI. & vltimo de Paralytico per tectum demisso loquitur. *Tomo de diuersis noui Testam. locis serm 64. & iuxta Typographi errorem 62. à colum. 921. ad col. 940.*

D. GAUDENTII BRIXIENSIS sermo de Paralytico, varia complectitur; quare Christus, qui iam multa signa fecerat, Iudæis dixerit, *Vnum opus feci, & omnes miramini?* Nominis Iesus efficaciam. Obseruationis Sabbati rationem. Cur Christus Sabbato operabatur? Denique vtrum ipsa lex otio Sabbati, salutis opus excluserit? *Tom. 2. Biblioth. Patr. à colum. 74. ad col. 77.*
C *Tract. 11.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio in illud: *Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Ioan. 5.* Tria tractanda suscipit. I. quàm magnum sit Dei beneficium peccatori quem iustificat. Quod aperit ex verbis *Psal. 102. Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, &c.* Quæ beneficia in duo distribuit: scilicet ex parte remissionis dat veniam, abluit maculam, liberat ab inferno. Et ex parte liberalitatis, dat gratiam amicitiæ & filiationis Dei, & dat virtutes. II. Hoc opus attribuit pœnitentiæ, ad quam hortatur. III. Conditiones proponit piscinæ pœnitentiæ vt sanet ægros, ad instar Euangelicæ.

IV. Tertium, de quo loqui instituit tractat; signa veræ iustificationis, quæ recenset ad ea verba: *Surge tolle lectum tuum & ambula*: quæ tria sunt signa perfectæ sanitatis. *a fol. 50. col. 2. vsque ad fol. 52. col. 1.*

SABBATO INFRA Dominicam primam Quadragesimæ.

SANCTI ANTONII DE PADVA sermo, in Epistolam, ex cuius visceribus duas eruit instructiones. Primam quidem, vt proximo subueniamus, reuocando seu increpando dyscolos, confortando pauidos, suscipiendo collapsos. Secundam verò: Vt ad internam reformationem reuocemur; quæ fieri debet culpæ immunitate, veniæ impetratione, gratiæ & beneficij recognitione inspirationum impletione, timoris Dei receptione. *a pag. 159. ad pag. 163.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo, de sacrâ religione, in Euangel. in quo nouem rationibus probatur melius esse viuere in religione quàm in sæculo, ex S. Bern. quarum. Prima est. Quia homo viuit puriùs propter obedientiam, castitatem, paupertatem. Secundò. In eâ cadit rariùs, quia fugit tria quæ ducunt ad casum, vitiosas occasiones, conuersationes, consuetudines. Tertia. Resurgit velociùs, ad quod iuuat lectio, exhortatio, exemplum. Quarta. Incedit cautiùs, religio enim est veræ sapientiæ schola. Quinta. Quiescit securiùs, non enim molestatur sicut sæculares, à statu & regimine sæculari, amore parentali, occupatione mundanâ. Sexta. Irroratur frequentius, humilitate, in intellectu: puritate, in affectu: veritate in effectu. Septima. Purgatur citius. Octaua. Moritur confidentiùs, hanc confidentiam dant, multiplicatio bonorum, obseruantia præceptorum & consiliorum, raritas impedimentorum, paucitas malorum. Nona. Præmiatur copiosiùs, ratione A præceptorum, consiliorum, votorum. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 88. col. 2. ad pag. 94. col. 1.*

Eiusdem, in Euangel. sermo, quo ostenditur Principi in regimine triplicem esse necessariam iustitiam quarum. Prima est. Vigorosa, habens tres gradus humilitatem, quæ fundamentalis radix est totius potentiæ dominandi; iustitiam, vt corrigat delinquentes; misericordiam, ad iustitiæ rigorem temperandum. Secunda. Amorosa, quæ triplex habet officium sc. honorare diuina & sacra; augmentare deuota; refrenare iniqua. Tertia. Radiosa, per quam sciat subditos gubernare. Huic aduersantur 1. iustitiæ corruptores, sc. ambitiosus, in Domino: adulator in B palatio: partialis, in populo: accusator; in thalamo; falsus iudex, in consistorio: auarus, in officio: iniurians clero; concussor, in territorio; inuidiosus, in consortio: inhabilis beneficio & officio; 2. iniustitiæ operatores, vt blasphemi, lusores, vsurarij: 3 iustitiæ subuersores qui sub specie pietatis veritatem iustitiæ persequuntur; hi puniendi ne multiplicentur iniquitates; ne destruatur mundi status, & virtuosa vita; ne vt zizania bonos infestent, vt cæteri contremiscant, vt saluetur anima peccatoris, vt domini conformentur iustissimo Domino Deo. *Ex quadragesimali de Euangelio æterno, tom. 2. ad pag. 534. col. 1. ad pag. 542. col. 1.*

C Idem, sermone in Euangel. quærit. Primo. Qui sint meliores bellatores rustici, an nobiles? & dicit 1. rusticos aptiores ad pugnam, quia faciliùs sufferunt victus parcitatem, quietis asperitatem, vigoris stabilitatem membrorum mobilitatem, mortis impauiditatem; 2. nobiles aptiores, quia sciunt abhorrere fugam, & habere prouidentiam; 3. distinguendum, in bello equestri nobiles meliores esse bellatores: in pugna pedestri, rusticos, quia melius sufferunt labores; omnes tamen optime pugnant. Secundo. Qui assimilentur in pugna spirituali rusticis, & nobilibus? & respondet assimilari 1. rusticis, activos, quia quotidie exercitantur in

laboribus corporalibus & operibus misericordiæ; 2. nobilibus, contemplatiuos, quorum est, more nobilium præcipere & ordinare, & mundanis negotiis non se implicare. Istis duobus ostendit Dominus gloriam suam sicut patet in Euangelio. *Ex quadrages. ante hac non impresso, tom. 3. a pag. 104. col. 2 ad pag. 106 col. 1.*

Eiusdem, sermo, in quo de amore gratioso disserit, per quem ab omni malo abstinemus; ad hoc tres gratiæ sunt necessariæ I. est Diuina illuminatio, quâ mediante à fraudibus canemus diaboli & ab omni errore purgamur. II. Bona operatio, id est, exercitium bonæ operationis, vnum iustitiæ, aliud iustitiæ de malo operato. III. Abstinentia ab omni malo, & dicitur gratia spiritualis consolationis; nam cum anima sentit consolationes spirituales obliuiscitur omne malum facere, quia iam carnis oblita est quæ suadet malum. *Ex quadrag. Seraphin, tom. 3. à pag. 241. col. 2 ad pag. 244. col. 1.*

DOMINICA SECVNDA Quadragesimæ.

✠ B. Alberti Magni sermo, ad illud. *Miserere mei fili Dauid &c. Matth 15.* Demonstrat I. Mulierē Chananeam notare animam peccatricem, quæ Deum implorat. II. Per filiam notari animæ conscientiam, quæ vexatur à dæmone ob peccatum. III. Verè Iesum vocari filium Dauid. IV. Per Iesum crucifixum, velut Dauid per cytharæ pulsum, dæmonio mederi. Et huius cytharæ sonum esse septem verba à Christo in cruce prolata contra dæmonia, id est, septem peccata capitalia. *Tom. 12. serm. 30. de temp. pag. 60. & 61.*

✠ S. Antonii de Padva sermo, de Transfiguratione Domini, mysteria in eo abscondita, aperiens I. Cur tres tantum testes ad Transfigurationem admissi, & hi nominentur Petrus, Iacobus, Ioannes? examinat. II. Certa & expressa in hoc mysterio demonstrat. III. Dubiam, immò felicem, A reuerentiæ & amoris plenam inter Christum ex vnâ parte, & Patrem, Angelum: Moysem, & Eliam ex altera, disputationem instituit, in quâ cum omnes alij passioni & morti non suscribendum probent, Christus solus in fauorem generis humani sibi patiendum & moriendum concludit. IV. Quæ sint tria tabernacula, & quid designent ostendit. V. Transfigurationis naturam, & ab aliis transformationibus differentiam docet. VI. Imitationis modum trahit. *a pag. 160. ad pag. 163.*

Eiusdem sermo, primus, ex alio quadragesimali Domin. in illud. *Duxit illos in montem excelsum seorsum & transfiguratus est, &c.* ex his verbis ostendit Mariam Virginem multum ad salutis nostræ remedium, & sui filij transfigurationem contulisse. Deinde ipsam ex montium qualitatibus & proprietatibus montem esse concludit. *a pag. 278. ad pag. 279.*

B

Eiusdem sermo secundus. I. Ex his verbis Apocal. 10. *Vidi alium Angelum fortem descendentem de cœlo amictum nube: & iris in capite eius.* Aliquam huius mysterij imaginem eruit. II. Quis fuerit Iacobus, transfigurationis testis, inuestigat. III. Petrum volentem fieri tria tabernacula increpat, & ipsum nescisse quid diceret probat, multiplici ratione, & scripturæ testimoniis. *a pag. 178. ad pag. 180.*

C

S. Basilii Selevciæ oratio in Transfigurationem Domini, & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Magnum & illustre dicit lumen solis, humanis vsibus attemperatum: Christi autem lucem illustriorem occasum nescientem, hominibus obstupendam, & Angelis ipsis inaccessam. Cuius tamen radios quosdam Apostolorum obtutibus hodie accommodat, vt hoc spectaculo spem futuri concitet, & aduentus sui imaginem præmonstret. Illuminatam Christi transfigurati faciem contemplatur, & miratur. Quomodo Petrus nesciebat quid diceret, ostendit. Apostolos, beatos prædicat, qui placidissimè conspexerunt, & cum iucunditate viderunt ea, quæ tremebundi in die iudicij

iudicij videbunt alij; Vbi secundi Christi aduentus per iudicium, terrorem, & coruscationem egregiè repræsentat. *Oratione 40. & vltima a col. 220. ad col. 234.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. I. Transfigurationis Christi quasdam rationes profert. II. Matthæum & Marcum, Christum post sex dies esse transfiguratum dicentes, cum Luca, qui, post octo, scribit concordat, & mysterium propalat. III. Per Christi vestimenta, mysticè Sanctos intelligit. sicut & per Moysen & Heliam in maiestate, cum Domino visos futuram omnium Sanctorum gloriam. IV. Per nubem obumbrantem, Spiritum sanctum concipit, sanctos in gloria protegentem. V. Et Euangelicum textum appositè interpretatur. *Tom. 7. Homil. quadrag. Homil. in Sabbat. post innocauit, a col. 234. ad col. 237.*

S. BERNARDINI SENENSIS in Epist. serm. 1. de coniugij honestate; vbi probat in debiti matrimonialis vsu requiri Primò. Temperantiam moderatam; aliquibus frænis debitum coniugale refrænatur 1. est quod non solum sit ios proprietatis, sed etiam stet infra limites matrimonij veri; 2. quod non fiat tempore menstruorum communiter contingentium; 3. quod modus coëundi contra naturam non fiat; 4. reddatur debitum cum obedientiâ ordinatâ; 5. cum prudentiâ discretâ. Secundò. Debiti matrimonialis persolutionem, quando imminet peccati periculum; aliter ostendit quali prouidentia possint vti coniugati, & quando ad debiti redditionem non teneantur. Tertio. Peccati mortalis euitationem, quod incurritur quando post exactam & vrgentem petitionem, & imminens fornicationis periculum, non persoluitur debitum. *Ex quadr. de Christiana religione tom. a pag. 94. col. 1. ad pag. 100. col. 1.*

Eiusdem sermo 2. in Epist. de pudicitiâ coniugali, in matrimoniali actu vltra prædictas conditiones potest interuenire mortalis culpa propter I. Inordinatam affectionem, cuius sunt tria

A signa 1. zelotypia, in altero coniugum, vel in vtroque; 2. meretricalis ornatus & indebitus; 3. absque rationabili causa dare filios aliis ad nutriendum. II. Nimiam frequentationem: ex qua triplex dissipatio sequi solet 1. est corporalis sc. infœcunditatis, infirmitatis; 2. spiritualis, dissipatur enim omnis virtus quoad seipsum, proximum, Deum; 3. æternalis, quia filij corporaliter & æternaliter puniuntur, dum occiduntur in vtero matris III. Circunstantem conditionem scil. modi in abusu visus, oris, tactus, loci; quia locus pollui potest & reconciliatione indiget; temporis sc. orationis, solemnitatis, communionis. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1 a pag. 100. col. 1. ad pag. 104. col. 2.*

B Eiusdem, in Euangel. sermo, 1. de honore parentum. Primo. Parentibus non obediunt filij, quia sunt, malitiosi, auari, superbi, luxuriosi, filii: parentes negligentes; id vult diuina iustitia propter parentum culpam; in vindictam parentum illud fit. Secundò. Septem fœlicitatibus remunerantur filij parentibus obedientes & eos honorantes, 1. est longa vita; 2. multa substantia; 3. pulchra seu grata familia; 4. fama odorifera; 5. benedictio paterna; 6. diuina gratia; 7 æterna gloria. Tertiò. Septuplici puniuntur infœlicitate irreuerentes parentibus filii sc. breui vita, paupertate magnâ, infœlici familiâ, malâ famâ, maledictione paternâ,
C multâ culpâ, damnatione æternâ. *Ex quadrages. de Euangel. æterno, tom. 2. à pag. 542. col. 1. ad pag. 548. col. 1.*

Eiusdem, in illud 1. Timoth. 4. *Vindex est Dominus de omnibus his*, sermo, 2. Propter tria maxime peccata homines à Deo increpantur & flagellantur. Primum est. Superbia, ex quâ quatuor vitia oriuntur, propter quæ patriæ & ciuitates à Deo flagellantur & destruuntur. 1. impia blasphematio; 2. diuinationum & incantationum superstitio; 3. arrogantium elatio; 4. partialitatum diuisio. Secundum, Luxuria, in qua radicata sunt sodomia, lasciuia, insipientia, iniustitia. Tertium. Auaritia, ex quâ originem ducunt 1. simoniarum &

concussionum abominatio; 2. rapinarum multiplicatio; 3. pauperum oppressio; 4. beneficiorum diuinorum ingratitudo. *Ex quadragesim. de Euang. æterno. tom. 2. à pag. 548. col. 1. ad pag. 552. col. 2.*

Idem, sermone in prima verba Euang. vult Primo. Pugnatores instrui, in lapidum proiectione cum manu & fundâ, clauarum & plumbatarum percussione, sagittarum & iaculorum emissione, aquarum natatione, equorum ascensione; Principes vero eos confortare, ne timeant; monere, vt fideliter existant. Secundò, Christianum, diuitias dimittere, quæ lapidibus assimilantur in grauitate; carnis vitia extirpare, verba doctrinæ docere, mundum relinquere, virtuose viuere: Quæ in Euang. hodierno notantur. *Ex quadrante hac non impresso, tom. 3. a pag. 106 col. 1. ad pag. 107. col. 2.*

Item, idem sermone in Euang. de amore honoranti agit, & considerat I. Qualiter filij debent honorare parentes, sc. eos amando, timendo reuerendo, supportando, imitando, sustentando, eis obediendo. II. Quare filii parentes non honorant & dicit hoc prouenire ex iniquitate humanæ corruptionis, cupiditate humanæ possessionis, superbiâ humanæ ambitionis carnalitate humanæ abusionis, negligentiâ humanæ confusionis, vindicta dignæ punitionis. III. Pœnam quâ puniuntur non honorantes, parentes, 1. est dolens paupertas, 2. breuis vita, 3. turpis infamia, 4. infœlicitas filiorum, 5. maledictio paterna, 6. indignatio diuina, 7. æternalis pœna. *Ex quadragesimali Seraphin tom. 3. à pag. 144. col. 1. ad pag. 248. col. 3.*

S. BONAVENTVRÆ sermo in Euangeliû: Quasdam imprimis Transfigurationis rationes affert: Deinde concionem in tres distribuit partes, quarum prima agit de dignatione diuina mysticæ assumptionis trium Apostolorum: assumptionem autem dicit mysticam, quia in Petro notatur status prælationis, in Iacobo figuratur status actionis: & in Ioanne designatur status

A contemplationis. Secunda verò de deuota præparatione affectuosæ eleuationis, quæ per triplicem montis proprietatem signatur. Tertia denique de dispensatiua ostensione futuræ glorificationis; Vbi multa eaque præclara pro spiritali & mystica intelligentia huiusce Transfigurationis: docet si quidem Christum in Petro illuminasse Prælatos splendore virtutis, & intelligentiæ; vt per ipsos cæteri in fide illuminarentur: in Iacobo confirmasse actiuos, vt firmiter expectarent futuram gloriam resurrectionis: & in Ioanne inflammasse contemplatiuos amore charitatis. *Tom. 3. serm. 4. Dom. in quadrag. pag. 69 70. 71.*

B DIONYSII CARTHVSIANI, sermo in Epist. in quâ hæc scribuntur. *Hæc est. volun as Dei sanctifica io vestra 1. Thessal 4.* Salus & perfectio hominis est se à terrenis ad diuinorum amorem transferre: vera enim sapientia est à spirituali amore perfici: protectione continuâ ac gratiâ Spiritus sancti contra tentamenta omnia roborari, & quotidiano virtutum profectu decorari. *In sermonib. de temp. fol. 121. a pag. 1. ad 2.*

Eiusdem, in Euang. sermo 1. de Chananæâ muliere per quam adumbrat I. Ecclesiam quæ pro animabus credentium orat vt à vulneribus, id est, peccatis, quibus spiritualiter oc-C ciduntur, & à malignis spiritibus, per gratiam Christi curentur. II. Animam fidelem, post magna peccata verè conuersam, quæ inuocat Christum procuratione filiæ, id est, mentis seu conscientiæ suæ à dæmonibus dirè vexatæ seu tentatæ, &c. *In serm. de temp. fol. 122. à pag. 1. ad 2.*

In sermone 2. de oratione loquens inquirit I. Quid sit oratio? & dicit esse petitionem decentium à Deo, id est, postulationem rerum illarum quas decet peti à Deo. II. Qualiter sit orâdum? respondet orandum, cum certâ fide, spe magnâ, charitatis feruore, humilitate, actuali intentione, compunctione gemitus, perseuerantiâ. III. Quæ debeat esse mentis ad orationem præparatio?

ad hanc requiritur, inquit, diuinorum obseruantia præceptorum, propriæ mentis recollectio, propriæ fragilitatis consideratio attributorum Dei meditatio, iniuriarum remissio, eleemosina, ieiunium. IV. Quæ orationis efficacia? Deo satisfacit, animæ sanctæ est præsidium, & ex multis commendabilis est, vt fusius probat. *Ex serm. de temp. à fol. 122 pag. 2. ad fol. 123. pag. 2.*

Eiusdem, 2. sermo, quo continuat inquirere. I. Quæ sint impedimẽta orationis? 1. inquit est peccatum orantis: 2. fidei nutatio seu dubietas: 3. indiscreta petitio: 4. mentis distractio: 5. duritia cordis: 6. diaboli tentatio: 7. deprecantis impatientia: 8. tepor affectionis: 9 defectus perseuerantiæ in orando. II. Quando orandum? respondet orandum 1. tempore missæ & diuini officij: 2. tentationis tempore: 3. prosperitatis: 4. noctis tempore. III. Quis debeat esse orationis locus? dicit locum orationis præcipuè debere esse Ecclesiam; deinde omnem locum solitarium & quietum. *In serm. de temp. à fol. 123. pag. 2. ad fol. 124. pag. 2.*

I. Gersonii sermo in Euangel. hac die habitus contra superbiam. Pœnitentiam monti assimilat, & ad Virginem Mariam montem mysticum recurrit. Deinde ignis diluuium, vitiorum scilicet, Christianitatem, Franciam, & ciuitates, spiritales humanæ creaturæ vastantis & comburentis repræsentat, & montem ostendit sicut Angelus Loth, ad quem confugere conuenit, ne flamma ignis animas nostras deuoret: Hic autem mons, pœnitentia, dicitur quæ tres habet stationes, infimam, mediam & sublimem: in infima est pœnitentia incipientium in media proficientium. in sublimi perfectorum, quæ dici potest mons contemplationis, in quem hodie ducti sunt electi Apostoli. Exinde Transfigurationem litteraliter & mysticè exponit, & ad infimam montis pœnitentiæ stationem explicandam, descendit, ad quam necesse est Iesum nos ducere & dirigere: in hac parte montis tria apparent tabernacula, gratia contritionis, cognitio confessionis, & potentia satisfactionis, quæ applicantur tribus Apostolis. Superbiæ verò murmurationibus & obiectionibus contra pœnitentiam occurrit, & silentium imponit. *Tom. 2. part. 4. à col. 410. ad col. 417.*

A

Gvillelmi Parisiensis sermo in hac Epist. 1. ad Thessal. 4. verba *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra*, &c. Ex quibus nos monet I. Deum velle nos mundari ad sanctificationem: ad hanc autem munditiam quatuor suggerit, sc. ablutionem sui cum aqua lachrymarum; cui admiscendus est cinis, memoria sc. propriæ mortis temporalis vel æternæ, vitæ asperitatem tàm in victu, quàm in vestitu; limam correctionis; flammam tribulationis: Abluitur anima baptismo fluminis, flaminis, sanguinis; vngitur myrrha primâ & electâ, cinamomo, calamo, cassia. II. Deum à tribus vitiis velle nos purgari, peccato carnis, superbiæ, cupiditatis seu auaritiæ. *à pag. 62. ad pag. 64.*

B

Eiusdem sermo 1. in Euang. cuius literalem sensum inuestigat, præcipuè tamen Chananææ affectum ostendit quo malum filiæ dicit esse suum, morbum medico detegit & morbi qualitatem & magnitudinem; eiusdem humilitatem, qua se catellis comparat. *à pag. 315. ad pag. 316*

Eiusdem sermo secundus; in quo hæc docentur. 1. Licet peccator exterius delicias habeat, tamen interius habet vexationem & miseriam. II. Dæmoniaci bene sciunt laqueum absconditum quærere quo se strangulent, non medicum vel remedium salutis. III. Chananæa multum affectat salutem filiæ & nos instruit; dùm clamat, clamando sapienter allegat, in clamore perseuerat, Saluatori appropinquat, se humiliat, fidei magnitudine salutem filiæ impetrat. IV. Apostolorum cœtus mulieri suffragatur. V. Saluator mulierem distulit exaudire, vt opportunius eam exaudiret, patientiam eius probaret, suos in oratione perseuerare doceret, desiderium mulieris dilatione cresceret. VI. Peccator similis cani, impudentiâ, insatiabilitate, immun-

C

ditiâ, noxietate. VII. Oratio, alia fructuosa alia infructuosa. *à pag. 316. ad pag. 320.*

D. INNOCENTII PAP. III. sermo in Euangelium. Circa difficultatem diei Transfigurationis conciliat Euangelistas Quærit vtrum visio Christi transfigurati fuerit spiritalis, an corporalis. Mysterij huius diei varia testimonia profert: de cœlo enim habuit Christus testimonium, de terra, de paradiso, de inferno, à Deo, ab homine, à viuis, à mortuis, à præteritis, à præsentibus, à lege, & à Prophetis. Quare sit facta Transfiguratio, quæstioni satisfacit. Insuper de casu bonorum & malorum agit, illorum quidem in faciem, istorum verò retrorsum. Cur discipuli timuerint inquirit. Deinde ad spiritalem interpretationem deflectit, & per tres discipulos moraliter intelligit tres ordines fidelium in Ecclesia, Prælatos, continentes, & coniugatos. Denique mysticam intelligentiam Transfigurationis Christi, & eius vestimentorum aperit, ac de quatuor corporum glorificatorum, trinmque spirituum proprietatibus gloriosis differit, & eas solis proprietatibus accommodat. *Tom. 1. à pag. 36. ad pag. 39. serm. in Sabbato quatuor temporum quadrag.*

✠ IOANNIS THAULERI sermo vnicus, sumit Euangelium Chananeæ, secundū vsum suæ Diœcesis. Vbi agit de perfectissima ad Deum conuersione. Et I. à duplici genere hominum per Scribas & Pharisæos significato, exire Iesum ostendit. II. Duo item esse genera hominum, quæ per Tyrum & Sidonem denotantur; quæ significant angustiam & venationem; ad quos diuertit Iesus. III. In pressuris & tentationibus ad Deum esse fugiendum & clamandum. IV. Reijciente Domino quid fecerit hæc mulier, expendit. V. Agit de vtilitate abnegationis sui ipsius. *à pag. 153. vsque ad 159.*

✠ NICOLAI DE CVSA in ea verba: *Hic est filius meus dilectus &c. Matth 17.* Christum corpori claritatem dicit, cùm voluit communicasse. II. Non vidisse Apostolos Christi Diuinitatem, sed A de ea patris vocem fuisse auditam: vt sic visu claritatis, & auditu vocis confirmarentur. III. filium dici consubstantialem: vndè explicat, quam complacentiam in filio suo habuerit Pater, & quomodo dilectus. Atque complacere sibi in filio esse ipsum consubstantialem generare. IV. Redit ad fidem Apostolorum ex auditu conceptam. *Exercit. lib. 5. pag. 511. & 512.*

✠ RABANI MAVRI homilia, de ieiunio & eleemosyna. Inuitat ad ieiunium; & non valentes ieiunare, ad eleemosinam, quam quisque facere potest. *Tom. 5. pag. 585. col. 1. & 2.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in huius diei Epist. Philipp. 4. *Fratres rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, vt* B *quemadmodum accepistis à nobis quomodo vos oporteat ambulare, &c.* Homilia in quâ cum Apostolo de salute nostrâ sollicitus docet nos quomodo debemus ambulare & Deo placere sc. I. Proponendo nobis metam ad quam festinamus, viam intrando, mouendo nos passum passui addendo. II. Per sanctificationem quæ consistit in euitatione passionum desiderij, per munditiam; & in euitatione offensionis proximi, per innocentiam. *à fol. 125. pag. 2. ad fol. 128. pag. 1.*

Idem, homiliâ in Euang. Chananææ sensum literalē, allegoricum, & tropologicum perquirit Primo: Literaliter huius mulieris virtutes commendat fi- C dem quâ Deum adorauit, feruorem mentis quo non minus mente quàm voce clamauit, perseuerantiam quâ primò & secundò spreta à precibus non destitit, donec petitum impetrauit, humilitatem dum non solum canibus sed catulis comparauit. Secundo: Allegoricè ecclesiam pro qualibet suæ congregationis personâ à diabolo dementatâ. Dominum cum firma fide, magna deuotione, perseuerantia & humilitate orantem, considerat. Tertio. Tropologice, vnamquamque personam pro anima sua à diabolo vexata Dominum rogantem per Chananæam adumbrat. *à fol. 128. pag. 1. ad fol. 131. pag. 1.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA

Concio 1. in Euangelium mulieris Chananeæ. Initio, officium prædicatoris monet esse speculatoris; cuius sit prænuntiare gladium venientem; quod præstare constituit. Tùm in ipsa concione post laudatas huius mulieris virtutes, eam significare Ecclesiam præsentem, pro plebe Christiana Domino gemitibus & clamoribus supplicantem; cui accommodant omnia quæ Chananeæ obuenerunt. Deindè de duobus instituit tractatum. I. quàm malè Ecclesia vexatur à dæmonio & à ministris suis. II. De remedio huius vexationis. 1. vt sentiamus verè mala nostra 2. vt ad Dominum clamemus clamore valido, corrigendo vitam, & misericordiam postulando cùm Euangelica muliere. 3. Exeundo à finibus nostris, relinquentes peccata. 4. Perseuerantes in oratione & clamore. *à fol. 52. col. 1. ad fol. 54. col. 1.*

Eiusdem Concio 2. in idem Euangelium. Initio ostendit sicut tria sunt necessaria vt perfectè sciatur aliquid; ita quoque vt seruiatur Deo, non solum artem, & vsum, sed etiam imitationem requiri. Quod postremum habemus per sanctorum exempla, & varia virtutis opera. II. Exemplar multarum virtutum, ad instar virgarum Iacob varij coloris in Euangelio propositum docet. Et ad imitationem hortatur. III. Varia proponit imitanda. 1. Egrediendum è finibus nostris, peccatis & occasionibus eius. 2. Agnoscendam esse captiuitatem nostram & vexationem sub diabolo. 3. Si precantes non audiamur, interponendos esse viros iustos & sanctos. 4. Esse in oratione perseuerandum. 5. fortiter negotium salutis esse tractandum. IV. Mouet quæstionem & soluit, cur preces nostræ, etiam de rebus ad salutem, non statim audiantur à Deo: quod sex rationibus exequitur. V. Hortatur vt in Domino confidamus & non deficiamus. *à fol. 54. colum. 1. vsque ad 56. col. 2.*

FERIA SECVNDA infra Dominicam secundam Quadragesimæ.

SANCTI ANTONII DE PADVA sermo in totam Euãgelij seriem; in qua attendit, quàm durè, sed iustè tamen, Christus cominatus sit Iudæis. Stultè autem sint illi cum illo collocuti. Christi benignitatem, dum illis verba sua clariùs elucidat. Et tandem Christum ex operibus & loquela, sicut alios hominès, cognosci. *à pag. 163. ad pag. 165.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo in Euang. de duodecim impedimentis pœnitentiæ quorum. Primo: Quatuor voluntatem impediunt ne pœnitere velit. Videlicet, amor peccandi; horror satisfaciendi, & restituendi, nimia verecundia; consuetudo mala. Secundo: Quatuor intellectum impediunt, ne sciat veraciter pœnitere, scil. incredulitas, siue defectus fidei; ignorantia cœca; exemplum delinquendi; spes diu viuendi. Tertio. Quatuor impediunt facultatem peccantis ne valeat pœnitere, sc. pigritia pœnitendi, & confitendi; timor recidiuandi; præsumptio de misericordia Dei; desperatio de venia. *Ex quadragesimali de Christianà religione, tom. 1. à pag. 104. col. 2. ad pag. 109. col. 2.*

Eiusdem sermo. pro Euang. de signis propinqui iudicij. I. Suspendit misericordia Dei sententiam ne subitò peccatores puniat; ad pœnitentiam reuocat; offensas dimittit; gratiam offert. II. Post multiplicatas gratias, & non emendata scelera, punit Deus, 1. confert nobis Deus dona spiritualia: 2. temporalia bona: 3. terribiliter comminatur, 4. durè flagellat. III. Separat Christus ad flagellandum & iudicandum, populos sceleratos; in qua separatione & ira, quatuor se ostendit habere conditiones 1. splendoris; 2. vigoris; 3. rigoris; 4. terroris. *Ex quadragesim. de Euangelio æterno. Tom. 2. à pag. 552. col. 2. ad pag. 557. col. 1.*

Idem sermone, de tempore ad pugnam conuenientes quatuor in tempore attendit 1. Ventum, vt non percutiat ora pugnantium; 2. Aerem, ne sit obscurus; 3. Solem, ne radij eius oculos reuerberent; 4. sufficientem prouisionem, exercitus enim non debet famescere nec sitire, quia redditur debilis valdè. Ista reperiantur in Christiano qui non debet pugnare, eum animo odioso; cupido; cœco per errorem, ignorante Christum. De hoc quatuor in Euang. reprehendit Iudæos Christus. *Ex quadragesimali antehac non impresso; Tom. 3. à pag. 107. col. 2. ad pag. 109 col. 1.*

Eiusdem sermo, quo lamentatur Sodomiam in qua tria sunt mala Primo: Excæcat homines quia, contra naturam delectantur; in peccata plurima impellit; in peccato gloriatur. Secundo: cor hominis indurat quia blasphemat, deuorat, indiabolat. Tertio: In desperationem conducit, quia semper peiorat in peccato, continuè contaminat socios, Deum persequitur, & sibi hostis est. *Ex quadragesimali Seraphim, tom. 3. à pag. 148. col. 2. ad pag. 150. col. 2.*

I. GERSONII sermo de quærendo Domino in illud Isaiæ 55. *Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est*, hodierno Euangelio facili negotio aptandus. Tripartitur autem, & I. agit de modis quibus perditur amor Dei nostri Creatoris. II. docet quibus in locis quæri debeat. III. Quo tempore inuenitur. Quantùm ad primam considerationem, dicit quòd tripliciter amor Dei amittitur, & amor proximi, per diffidentiam, per arrogantiam, per inobedientiam; Vbi multa de superbia, & in superbiam, necnon de de...ia ac negligentia. Quantùm ad secundam, tribus in locis monet Christum esse quærendum, in præsepio, in templo, & in sepulchro. Quantùm ad tertiam; scribit Christum quærendum non in tempore senectutis tantùm sed in infantia & in media die h. e. in vigore, & fortitudinis plenitudine; Vbi quinque hominis ætates, quinque horis diei, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, meridiei, & vesperæ proportionantur. *Tom. 2 part. 4. a col. 417. ad col. 424.*

✠ NICOLAI DE CVSA ad ea verba: *Tu quis es? Principium &c. Ioan. 8.* Ostendit I. mundum esse à seniori impartibili causa, secundum Platonem: vndè colligit non esse infinitum, æternum, & per se subsistentem. II. Vnicam esse omnium causam. III. Non esse plura entia ab vno deserta. Vbi explicat dictum Christi: *Vnum est necessarium*, quia vno omnia constringuntur vt sint, & ne defluant in nihil. IV. Illud vnum Deum esse, & principium; qui se intelligens filium generat eiusdem essentiæ qui est principium de principio: & filium & Patrem vnam esse æternitatis substantiam. V. quomodo verbum Dei, sit verè principium, & illud principium loquatur nobis. VI. filium nō posse dici principium principiatum propriè. VII. Explicat, illud: Antequam Abraham fieret ego sum: & filium Dei, antè omnia esse ab æterno. VIII. quomodo verum sit per se subsistenti nullum nomen conuenire; & quomodo de Deo, vnum dicatur. IX. Multa subtiliter de quo disputat: tandemque statuit principium esse vnitrinum, à quo hic mundus formatus est. *Exercit. lib. 1. à pag. 149. vsque ad 358.*

FERIA TERTIA
infra Dominicam secundam Quadragesimæ.

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo. Instruit. I. Deum per gratiam reddere hominem insignem claritate; exilem humilitate; sublimem fœlicitate. II. Sublimitatem delectare, sed humilitatem, firmare gradus. III. Saluatorem ad primum gradum quo ad paradisum ducimur, tria docere. 1. Acceptare præconium veritatis, quia à SS. est 2. Deuitare ludibrium vanitatis, quam in scribis & Pharisæis notat. 3 Extirpare superbiam & plantare humilitatem. IV. Quædam soluit dubia. 1. quomodo peccata di-

cantur scribæ. 2. quomodo dicantur sedere super cathedram Moysi. 3. qualiter debeamus facere quæcumque dixerint nobis; quia vitia, virtutes sibi oppositas commendant. V. Onus esse graue peccati. VI. Remedium esse docet humilitatem, quæ superat inimicum: quod explicat explanando historiam Iudith. *a pag. 165. col. 2. ad 168. col. 1.*

S. V. BEDÆ homilia, de ijs qui amant salutationes in foro, primas Cathedras in synagogis, &c. I. superbia retunditur. II. Hypocrisis condemnatur. III. turpis lucri gratia orantes, & in oratione pernoctantes vt pauperibus nummum furentur, maledicuntur. *Tom. 7. Homil. quadrag. col. 240.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo in Euang. quo exhortamur venerari. Primo: Sacra templa propter præsentiam Dei, Dominici Sacraměti præsentiam, Angelorum assistentiam; diuersa beneficia ibi nobis donata, maiorum exempla & signa, res sacras quæ ibi sunt, diuina officia quæ ibi celebrātur. Secundo: Ecclesiasticas personas ratione dignitatis, medialitatis, principalitatis, vtilitatis, nobilitatis, exempli, potestatis. Tertio: Prælatos, quod dignum ostenditur viā, exceptuationis nullorum, exempli maiorum, admonitionis sanctorum, indiscretionis reprehensorum; obstinationis clericorum, experientiæ factorum, deteriorationis populorum. *Ex quadragesimali de Christiana religione, tom. 1. à pag. 109. col. 2. ad pag. 117. col. 2.*

Eiusdem sermo, quo docet ignorari Dei iudicia I. Ex parte Dei per viam subtractionis, permissionis, illustrationis, impressionis. II. Ex parte mundi, ob longam tranquillitatem, magnam prosperitatem, apparentem bonitatem existentem iniquitatem. III. Ex parte ipsius iudicij, quia est abyssus timorationis, humiliationis, exclusionis, excæcationis. *Ex quadrag. de Euangel. æterno tom. 2. à pagin. 557. colum. 1. ad pagin. 561. col. 2.*

Eiusdem sermo, in aciem ordinat per diuersos officiales I. per duces exerci- A tus, qui auaritiam abhorreant: 2. Centuriones, qui milites instruant & animent: 3. Consiliarios, qui bona dent consilia: 4. Præfectos, qui delinquentes puniant: 5. Milites humiles: 6. magistros exercitus, super victualia. Eadem in Ecclesia intuere sc. Prælatos, prædicatores, penitentiarios, regulares, nobiles, artifices. Sed aliter hominum negligentia, & diaboli malitia fecit, vt patet in hodierno Euangel. *Ex quadragesimali ante hac non impresso tom. 3. à pag. 109. col. 1. ad pag. 110. col. 1.*

Idem sermone de amore condemnante, dicit Deum I. Corporaliter corrigere 1. cognoscit Sodomiam: 2. manifestat scelus: 3. castigat peccantem II. Punire temporaliter, tenendo falcem B vt peccator se emendet. III. Æternaliter damnare; quia enim peccatores noluerunt misericordiam in hoc mundo, habebunt iram Dei magnam in futuro iudicio. *Ex quadrages. Seraphin, tom. 3. à pag. 250. col. 2. ad pag. 253. col. 1.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo de colendis Dei sacerdotibus. Imprimis locum D. Pauli Rom. 16. *Salutate Priscillam, & Aquilam*, commentatur ipsos, beatos præ aliis prædicat, clarissimi enim omnium sunt, qui Dei timorem habent, etiamsi in extrema degant paupertate, & alia multa scribit, præclara quidem, sed huic Euangelio non conuenientia; quæ autem consonant, ista sunt. I. Qualiter Christiani erga sacerdotes & patres spirituales affecti esse C debeant, sacris comprobat exemplis. II. Nihil esse, quod Ecclesiam Dei ita destruere, & dissoluere possit, vt quando discipuli magistris, & patribus filij non cohærent, ostendit. III. Patrem spiritualem accusantes, detrectantes, iudicantes, & contemnentes acriter increpat, & fortiter reprehendit. IV. Quantum honorem sacerdotibus Dei exhibere oporteat ex hodierno Euangelio & ex alijs scripturæ locis colligit. *Tom. de diuers. noui Testamenti locis serm. 18. à pag. 250. ad pag. 266.*

FERIA QVARTA infra Dominicam secundam. Quadragesimæ.

SANCTI ANTONII DE PADVA sermo, Primo: Similitudine demonstrat, sicut ex amaritudine omnis fructus ad maturitatem siue dulcedinem perducitur, ita Saluatorem ad fructus gloriæ maturitatem, per viam passionis, exemplo suo nos ducere. Secundo: Stultam & cœcam matris & filiorum Zebedæi petitionem multiplici ex causa esse prodit. Tertio: iustè iustis tribulationem immitti probat, scilicet vt purgentur, ne mundanis hæreant, ad fugiendas superbiæ aut carnis tentationes, vt velocius currant, &c. Quarto: Quid per matrem & filios Zebedæi adumbretur, aperit. *à pag. 168. ad pag. 171.*

S. BASILII SELEVCIÆ oratio in illud Euangelij, *Dic vt sedeant hi duo filij mei, &c.* cuius hæc est summa. Acies ab hominibus in homines ordinata, graue quoddam malum est ac sæuum: at in mundi Conditorem linguas pro manibus armare, Dominum maiestatis blasphemiis, calumnijsque proscindere, & bellum Diuinitati inferre, omnium malorum constat grauissimum; vnde & hæreticorum scelus stat maximum, filium Dei, non Deum, sed creaturam dicentium. Pudeat, pudeat eos mulierculæ euangelicæ quæ hodie regiam dignitatem Christo, suo adscribit testimonio. Exinde lectionem euangelicam exponit, matrem filiorum Zebedæi laudibus celebrat, quæ crucem pangi videns, videbat & cælum pandi prævidebat & resurrectionem, vnde & dicebat: *Dic vt duo, &c.* Verùm ad hæc Christus regni acquirendi modum tradit, per passionis societatem: *Potestis bibere calicem, &c.* Denique cur Christus in cuius potestate omnia sunt posita, dixerit: *Calicem quidem meum bibetis sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis,* egregiè admodum

A interpretatur. *Oratione 24. à pag. 131. ad pag. 135.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium multa quærit, & soluit. Quomodo nesciebant isti duo fratres quid petebant? Quo pacto calicem martyrij biberint? An regnum cœlorum sit dantis, vel accipientis & promerentis? Textumque euangelicum breuiter exponit. *Tom. 7. Homil. æstiual. de Sanct. in fest. D. Ioan. Euangelistæ ante portam Latinam col. 95.*

S. BERNARDINI SENENSIS in Euang. lectionem sermo, de mala consuetudine, vbi probat. Primo: Malam consuetudinem animam interimere, à bono retardare, in culpis ligare corda indurare, diabolo animam subiugare, hominem vilificare, præscri-
B ptionem sub domino dæmonum generare, peccata grauiora facere, naturalia bona diminuere, hominem promptum ad malum reddere, in peccata præcipitare, ad peccatum cogere, in vltimam desperationem perducere, æternaliter damnare. Secūdo. Septem remedijs à mala consuetudine hominem liberari, sc. 1. in iuuentute illi resisteodo: 2. adiutorium Dei & sanctorum inuocando: 3. occasiones peccati amouendo: 4. illam & sua incommoda abominando: 5. animi nobilitatem habendo: 6. in contrarium se inclinando: 7. inter iustos conuersando. *Ex quadragesim. de Christiana religione. tom. 1. A pag.*
C *117. col. 2. ad pag. 125. col. 1.*

Eiusdem, de multiplici hominum ignorantia sermo, quarum. Prima; est naturalis, naturaliter enim ignoramus præterita, futura. corda hominum, quæ sunt nobis superiora, quid sit in conscientia nostra, quæ inferiora nobis sunt, omnia vniuersaliter. Secunda: Generalis, & hæc est. 1 sapiens & discreta: 2. inuincibilis, siue introducta præter, siue per culpam: 3. simplex 4. difficilis, vt est in furiosis: 5. crassa & supina: 6. affectata: 7. peruersa, & bonitati omnino contraria. Tertia: criminalis, quæ septem mala periculosa in anima generat scil. insensibilitatem, captiuitatem, paupertatem, cæcitatem, bestialitatem, siue animalitatem, ruinam,

ruinam, mortalitatem. *Ex quadragesimali de Euangelio æterno, tom. 2. a pag. 561. col. 2. ad pag. 567. col. 1.*

Eiusdem sermo, quo inquirit: Quomodo debeat exercitus 1. Ire: & dicit imponendum esse militibus, vt cauti existant: & promittendam esse victoriam, ne timeant. 2. State: Respondetque aciem debere esse minùs raram, quàm largam & spaciosam: 3. Ferire: & asserit potiùs feriendum punctim quàm cæsim; quia percutiendo cæsim multa arma oportet incidere. Christianus miles debet ambulare, cum prudentia; stare, cum constantia; ferire, cum audacia. Hæc proponit Christus in Euangel. *Ex quadragesimali antehac non impresso. tomo. 3. a pag. 110. col. 1. ad pag. 112. col. 1.*

Idem sanctus, sermone de amore bene vtente loquitur. Primo: De malæ consuetudinis principio, & consummatione & dicit illam esse malorum inductiuam, bonorum retractiuam, cordis induratiuam, animæ incatenatiuam, gratiarum diminutiuam, in peccatis ruinatiuam, in peccato necessitatiuam. Secundo: De eiusdem remediis quæ sunt septem, 1. orare, & inuocare auxilium Dei: 2. fugere malæ consuetudinis causas: 3 abominatio vitij in quo es habituatus: 4. incipere præcauere in iuuentute à vitiis: 5. inniti contrario eius vitij in quo es habituatus: 6. ambulare cum bonis: 7. omnimoda vitæ mutatio. *Ex quadragesimali Seraphin tom. 3. à pagin. 153. col. 1. ad pagin. 257. col. 1.*

S. I. Chrysostomi homilia aduersus hæreticos, de iudicio, atque eleemosyna, & in petitionem matris filiorum Zebedæi. Imprimis cum hæreticis æqualitatem Filii cum Patre negantibus; & verbis hodierni Euangelii, *Non est meum dare vobis*, impugnantibus congreditur, & refutatione efficaci, claraque horum verborum explicatione victoriam refert, ac trophæum erigit; (Vbi quædam de sacrarum scripturarum difficili intelligentia.) Deinde, quam ob causam Christus ita dixerit. *Non est meum dare vobis*, quæstionem mo- A uet, & difficultati satis-facit. Quid hoc sibi vult illud quod ait Dominus, *Nescitis quid petatis*, inquirit. Non posse nos dormiendo vel stertendo in regnum cælorum introire, sed per multas tribulationes præmia esse accipienda; sermone, auctoritate, & exemplo confirmat; (Vbi præclara de nostra cooperatione, laude laborantium, & vituperio salutem negligentium.) Denique Christi humilitatem prædicat, & ad hanc virtutem, quæ honorem largitur æternum, cohortatur. *Tom. homil. ad popul. Antioch. Homil. 33. a pag. 420. ad pag. 432.*

S. Ephræm Syri oratio ad correctionem eorum, qui vitiosè viuunt, & honores appetunt. Ambitionem mul- B torum deplorat, falsos Monachos habitum Angelicum ferentes, & vitam mundanam agentes acriter reprehendit, causam confusionis ordinum & deformationis declarat, superbiam Religiosorum honores ambientium pluribus condemnat, denique parænesi saluberrimâ Religiosos ad morum reformationem prouocat, & modum inimicis nostris resistendi eosque vincendi describit. *Tom. 1. a pag. 92 ad pag. 96.*

✠ Theophanis Cerameí homil. 24. Pro prœmio inuitat omnes vt ieiuniorum tempus cum bonis operibus decurrant. 2. Rationes affert cur ea quæ ad passionem suam pertinent, C prædicat. 3. tractat de petitione duorum fratrum Iacobi & Ioannis, quod vbi ad litteram explanauit. 4. Quid anagogicè significet hæc postulatio, demonstrat. 5. Redit ad expositionem litteræ. In qua dubia quædam soluit, de danda sessione, de Apostolorum indignatione, de magisterio humilitatis; quomodo, cui à quo & pro quibus traditus est vnigenitus. 6. hortatur vt inimicum nostrum oratione & ieiunio superemus. Vbi agit de institutione quadragesimæ, & cur verno tempore. *A pagin. 149. ad 158.*

FERIA QVINTA infra Dominicam secundam Quadragesimæ.

✠ SANCTI ANTONII DE PADVA sermo. Euangelium siue historiam diuitis epulonis & Lazari mendici litteraliter & moraliter perstringit. Litteraliter quidem excessum diuitis huius, in superbia & vana gloria, in carnis mollitie, in gulâ; In curiositate considerando stipendium Diuitis & Lazari diuersum, temeritatem petentis, gratiam mortui, quam viuens negauerat, iustam iniustæ petitionis negationem exaggerando. Moraliter vero interdum per Diuitem, Christum: & per Mendicum, peccatorem, aliàs, per Diuitem, peccatorem & Pauperem, Christum figurando. *à pag. 171. ad pag. 173.*

S. ASTERII homilia de diuite & Lazaro. I. Superuacuum ac minimè necessarium vestimentorum cultum condemnat. II. Vanitatem eorum qui omnium formas animalium in vestibus exprimunt, deridet. III. Quosdam religiosiores, qui suo tempore, argumenta textoribus ex historia euangelica collecta sobministrabant, vt in suis vestibus depingerentur, reprehendit. IV. Ventri & gulæ per voluptatem ancillari, cum studio virtutis repugnare, comprobat. V. Luxum & delicias, vitiorum parentes demonstrat. VI. Varias Lazari ægritudines & miserias enarrat. & eum, qui in alterius inopia commiseratione non tangit, feram rationis expertem nominat. VII. Diuitem inhumanitatis, & crudelitatis conuincit. VIII. Cur Abrahami sinus eo memoretur, & non alterius, quærit. IX. Non omnes pauperes iustos esse, nec omnes diuites damnatos ostendit; (Vbi duo circa pauperem Lazarum notantur, inopia nimirum, & humilitas atque modestia.) X. & vltimò vtriusque defuncti elationem prudenter examinat, & peccatorem mortuo assimilat. *Homil. 1. à pag. 1. ad pag. 16.*

S. AVGVSTINI sermo de diuite & Lazaro. Paritas & disparitas amborum consideratur, in sæuam & inexplebilem diuitum auaritiam agitur, pauperes laudantur, diuitibus præferuntur, & ad misericordiæ opera diuites prouocantur. *Tom. 10. serm. 25. de verbis Domini secundum Lucam fol. 24. col. 1. & 2.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. I. Ponderat, quali pœnâ mulctandus sit, qui aliena diripuerit, si inferni dânatione percutitur, diues qui propria non largitur. II. Cultum pretiosarum vestium nimium condemnat. III. Quare nomen pauperis in Euangelio declaratur, diuitis verò reticetur, quærit IV. Dei sapientiam simul & iustitiam miratur, qui ex vna re duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere permisit vt & diues impius damnationis sibi augeret vltionē, & tentatus pauper cresceret ad remunerationē. V. Cur diues damnatus apud inferos grauius in lingua ardere perhibetur, rationē reddit. VI Ardenti diuiti quāta ad supplicium cumulata enumerat. VII. Ad allegoricū sensum deflectit, & per diuitē Iudaicum populum intelligit, per Lazarū verò Gentilitatē, per canes viscera Lazari lingentes, prædicatores, per Abrahæ sinum, requiem Patris secretā, & sic per alias Euangelij circumstantias, varias tradit mysticas intelligentias, totumque Euangelium commentatur. *Tom. 7. Homil. æstiual. de Temp. Homil. in Dom. 1 post Trinitat. à col. 44. ad col. 47.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS sermo, in Euang. Prospera dantur Primo Malis, vt 1. eos illuminet, per sapientiam Deus: alliciat, per clementiam: per potentiam, flectat; 2. eos remuneret bonis temporalibus, corporalibus, aliquibus spiritualibus: 3. det nobis Deus exemplum bonitatis, benignitatis, largitatis. Secundò, Peioribus, 1. tanquam vana, periculosa, despecta seu deiecta: 2. vt per potentes malos, boni exerceantur: 3. vt per eos Deus puniat alios malos. Tertiò. Pessimis, vt 1. intricentur diuitiis, & auaritiis, luxuriis, magnificentiis: 2 deijciantur, crucientur, confundantur: 3. cæcitas

compleatur, ingratitudo augeatur, derelictio videatur. *Ex quadragesi. de Christiana religione, tom. 1. a pag. 125. col. 1. ad pag. 129. col. 2.*

Eiusdem sermo, in quo probat damnatos puniri. Mentalibus doloribus, propter mortales culpas, quæ vt puniantur, mensurantur. Corporalibus pœnis sc. igne & sulphure, confusione à Sanctis, Angelis, & Iesu Christo facta, cruciatuum participatione. Pœnarum æternitate, quam impij incurrunt, sapientes præcauent. fideles euadunt. *Ex quadrag. de Euangel. æterno tom. 2. a pag. 567. col. 2. ad pag. 573. col. 2.*

Eiusdem sermo; in exercitu antiquorum ducebantur 1. velites, qui erãt iuuenes leuis armaturæ: 2. excubitores, qui die ac nocte exercitum custodiebant: 3. deserui, id est, desinentes esse serui: 4. alares qui per modum alaris aciem protegebant: 5. vexillatores, qui velis & flammis vtebantur. In bello spirituali ad hunc modum debẽt esse pauperes, stabiles & non vagi, pœnitentes, contemplatiui, charitatiui. Hæc omnia ista, quàm sint damnosa non habentibus, & fructuosa seruantibus, patet in Euangel. hodierno. *Ex quadr. ante hac non impresso, tom. 3. a pag. 112. col. 1. ad pag. 113. col. 1.*

Idem, sermone de amore remunerante considerat. I. Diuitis vitiosi consolationem in diuitiis, superbiã, luxuriã. Pauperis virtuosi tribulationem, etsi fuerit pauper, humilis, patiens; quæ tria si pauper non habet, perdit omnia. III. Vtriusque iustam retributionem, 1. diuitiis paradisi, contra paupertatem: 2. gloriam paradisi, propter suam humilitatem: 3. visionem Dei, propter eius patientiam: contraria recipit Diues epulo. *Ex quadrag. Seraphin, tom. 3. a pag. 257. col. 1. ad pag. 260. col. 2.*

S. CÆSARII ARELATENSIS homilia de misericordia diuina & humana, & quod ideo Deus pauperes in hoc mundo esse permiserit, vt diuites haberent quomodo peccata sua redimerent; huic Euangelio conuenientissima. I. Docet illum debere misericordiam in hoc mundo dare, qui illam

A in cælo optat recipere. II. Duplicẽ distinguit misericordiam, vnam diuinã humanã alteram, quarum prima miserias respicit pauperũ secunda verò indulgentiam peccatorũ. III. Cur Deus pauperes esse in hoc mortali sæculo permiserit, rationem reddit. IV. Eleemosynarum fructus refert. V. Denique ad eleemosynam pauperibus erogando, & inimicis dimittendo impertiendam excitat. *Tom. 2. Biblioth. Patrum, Homil. 15, eiusdem Patr. col. 619 & 620*

S. P. CHRYSOLOGI sermo de diuite & Lazaro. Vtriusque stupendas vices, pauendas successiones, & conditiones lamentandas in medium profert. In diuite damnato comprobat commune dictum, *per quæ quis peccat, per hæc & punietur*, egregiè admodum & pluribus argumentis. Rationes adducit, quare in lingua diues plus arderet. Condignam Lazari ostendit remunerationem, & iustissimam diuitis in inferno punitionem. Vltimò declarat quomodo Deus, sicut diues petiit, viuis [illegible] ex mortuis miserit, Lazarum videlicet resuscitatum, pro Lazaro in sinu Abrahæ conquiescente. *Serm. 66. à col. 174. ad col. 177.*

Eiusdem sermo vnde supra. Paupertatis, & diuitiarum finem & varium describit exitum. Culpam diuitis requirit, quæ eum suppliciis addixit inferni. Et cur Abraham quondam diC nes, eum quem habuit in bonis præsentibus parem, nunc reprobet, & patiatur esse pœnalem. Abrahami misericordiam, & liberalitatem erga pauperes & peregrinos laudibus celebrat. Erga diuitem huiusce Euangelij Dei bonitatem demonstrat, & diuinos fauores commemorat. Denique diuitem comprobat canibus peiorem. *Serm. 121. à col. 314. ad col. 318.*

Eiusdem sermo, de iisdem in festo. S. Andreæ habitus, præcedentis continuatio. Eleganti stylo oculorum diuitis eleuationem dipingit, clamorem eius ad Abraham repræsentat, crudelitatem ipsius in Lazarum etiam post mortem exprimit, flammam in linguã diuitis exurentem describit, & cur de lingua

solum conqueritur, rationem reddit, ad pauperum denique obsequium hortatur, vt potum aquæ frigidæ egeno non denegantes; in æternitate ficut diues iste immisericors guttula aquæ ad linguæ refrigerium non indigeamus. *Serm. 122. à col. 318. ad col. 321.*

Eiusdem sermo vnde supra, antecedentis consequentia. Præclaras rationes profert, cur Pater Abraham, diuitem impium, filium appellauerit; Beatum prædicat eum qui mala recipit in hac vita, infœlicem verò qui bona recipit à Deo, & Deo non reddit; ex Abrahæ dictis infert ante Christi Ascensionem nullam adhuc animam cœlos cõscendisse, sed vnam inferni regionem, cum discretione tamen locorum, & qualitatum, omnes continuisse, (vbi mira de Paradisi reseratione, & Christi virtute qui viam sanctorum propalauit; diuitis iam damnati in Lazarum odium & inuidiam pluribus demonstrat; denique quomodo fratres huius maledicti diuitis, nempe Iudæi, ei qui ex mortuis resurrexit credere noluerunt, ostendit. *Serm. 123. à colum. 321. ad colum. 325.*

Eiusdem de eisdem sermo. I. Euangelium præsens pietatis stadium nominat, in quo conspicitur quàm breui quantumuis pauper ad palmam, diues peruenit ad ruinam. II. Vtriusque disparitatem pluribus eleganter describit. III. Diuitis & pauperis conflictum repræsentat. IV. Immutationem rerum in diuite damnato, & Lazaro in sinu Abrahæ quiescente, miratur: & ex prædictis ad contemptum mundi, & ad Paradisi cælestis desiderium suos prouocare conatur. *Serm. 124. à col. 325. ad col. 328.*

S. I. CHRYSOSTOMI homilia prima de Lazaro postridie Calendas Antiochiæ habita de iis qui inebriantur, de que iis qui commeant ad cauponas, ac popinas, quique choræas ducunt per ciuitatem: præterea quod non oporteat præceptorem de discipulis desperare, etiam si in præsens non obtemperent: postremò de Lazaro mendico & diuite. In ipsa autem varia eaque præ-

A clara continentur. I. Diem voluptatibus dicatum, Sathanæ festum vocat, eosque laudat qui huic festo non interfuerunt, sed festum spiritus celebrarunt. II. Linguam suam aduersus ebrietatem armat, & vituperat eos, qui in ea totis diebus versantur, non vt illos pudefaciat, sed vt eos à pudendis liberet; Vbi multa de concionatorum officio qui à verbi ministerio desistere non debent, etiam si inde nullus sequatur effectus. III. Ad Euangelij expositionem transit, quod parabolam nominat. IV. Diuitis statum vitiosum, variis criminibus maculatum, viscera eius ferrea, cordis duritiam, animæque improbitatem fusè describit; (vbi per digressionem de Sabbati & festorum ob-

B seruatione, ac deliciis perniciosissimis disserit.) V. Lazari pauperis sanctitatem cæterasque virtutes prædicat. VI. Nouem in Lazaro supplicia enumerat, quæ patienter pertulisse docet, paupertatem nimirum, aduersam valetudinem, solitudinem ac destitutionem ab his qui curam illius gerere debebant: deinde quòd hæc omnia patiebatur in domo quæ poterat hæc mala depellere, neque eum vllo solatio quisquam dignabatur; quum videret illum à quo despiciebatur tantis frui deliciis: & quum improbè viueret, nihil tamen graue perpeti: insuper quod non haberet alterum Lazarum ad quem respiceret: præterea quod de resurrectione

C nihil posset philosophari: quòd ex calamitatibus illis à vulgo malam ferret opinionem, eò quòd per omnem vitam, & seipsum videret in eiusmodi miseriis, & diuitem in deliciis; Vbi multa in diuitem, quem vlcerosum, & latronem nuncupat. VII. & vltimò ad Lazari imitationem cohortatur. *Tom. de diuersis noui Testamenti locis serm. 1. & de Lazar. tom 2. à pag. 20. ad pag. 45.*

Eiusdem de Lazaro concio secunda: quòd animæ morte violenta decedentium, non fiunt dæmones: déque iudicio, & eleemosyna; Imprimis laudat auditores, quòd hesterno die præcedenti videlicet sermone, diuitis immanitatem, inhumanitatemque dete-

testati sint, & pauperis tolerantiam comprobarint, docetque suos, quis verè sit diues,& quis verè pauper: deinde ad ea quæ ex Euangelio restabant reuertitur,& Lazarum, non iam in vestibulo diuitis iacentem, sed in sinu Abrahæ recumbentem, ostendit. Et. I. aduersus quorumdam simplicium errorem, qui putabant animas violenta morte decedentium fieri dæmones, disputat, probatque non ipsorum animas fieri dæmones, sed eorum qui in peccatis viuunt,& versantur, non quòd mutetur illarum substantia, sed quòd ipsarum voluntas dæmonum prauitatem imitetur. II. Ex Euangelistæ verbis dicentis Lazarum ab Angelis fuisse deportatum, diuitem verò in inferno sepultum, infert, animas corpus egressas nō amplius hic commorari, sed protinus abduci, & coram iudice æquissimo trementes præsentari. III. Diuitis mortem lugubrem pessimamque describit. IV. Mundum, vitamque præsentem theatro & scenæ assimilat, quotquot enim personæ in ipso apparent, personatæ apparent, aliæ quidem diuitiis, aliæ verò paupertate, vt in Lazaro & diuite facile videri potest. V. Varia ex Euangelio colligit documenta, quòd malitiæ reposita sit vltio; laboribus verò pro pietate susceptis, honor & corona: quod in iudicio omnes qui à nobis sunt contumeliis affecti, tunc ante faciem nostram statuentur: quòd rapina sit, de suis facultatibus pauperibus non impartiri. Quam ob causam, diues in sinu Abrahæ Lazarum viderit, & non apud alium iustum, examinat; & ad hospitalitatem liberalitatemque hortatur. VII. Cur diues damnatus potius ad Abraham, quàm ad ipsum Lazarum suum direxerit sermonem, explicat. *Tom. de diuers. noui Testamen. locis serm. 3. & de Laz. conc. 2. à pag. 45. ad pag. 58.*

Eiusdem de eodem concio tertia, præcedentis continuatio. Quòd sacræ scripturæ sint legendæ. Quare Abraham non dixerit diuiti, cepisti bona in vita tua, sed recepisti. Quòd malis mercesdetur aliqua in hoc sæculo pro be-

A nefactis, sicut & bonis punitio aliqua pro leuibus peccatis, à quibus etiam virtute prediti vix sunt immunes Quòd prosperitate plena, delicijsque fructus in hac vita sint desendi, afflicti verò, fœlices dicendi. Quòd sint aliqui, qui & in hoc, & in altero sæculo puniuntur. Quòd in aduersis & ægritudinibus patientia sit habenda, linguaque cohibenda ne blasphemias effundat. Cur non omnes in hac vita puniantur. Quòd Deus ex malis bona eliciat Quòd non possimus hic & in æternitate requie frui (Vbi sanctorum afflictiones temporales pluribus commemorat.) Denique quod aliena iustitia non posit malis. *Tom. de diuers. noui Testam. locis serm. 4. ac de Laz. con. 3. à pag. 58. ad pag. 79*

B Eiusdem de diuite & Lazaro concio quarta, quod supererat de Euangelio, hoc sermone persoluit. Mira imprimis de diuinis sacræ scripturæ, quam vineæ assimilat, sensibus proloquitur; deinde varia pertractat. I. Quomodo diues cruciatibus addictus, quum dno postularet ab Abraham, pro seipso, & pro fratribus, vtroque fuerit frustratus. II. Petitioni diuitis pro fratribus suis auscultat: eamque explicat. III. Abrahæ responsiones diuiti factas considerat & commentariis illustrat; (Vbi habes, quare mortui rarò viuentibus appareant, quodque remuneratio erit post mortem, etiam ex consensu vnanimi tum Gentilium, tum hæreticorum.)

C IV. Ad peccatorum confessionem integrè faciendam hortatur. V. Conscientiæ remorsum miratur, & sacram animæ anchoram dicit. VI. Pœnitentiam de peccatis commissis suis auditoribus persuadere conatur. *Tom. de diuer. noui Testam. loc. serm. 5. ac de Laz. conc. 4. à pag. 79. ad pag. 93.*

Eiusdem sermo in terræmotum, & in diuitem ac Lazarum, atque vnde seruitus orta sit. Exemplo diuitis & Lazari probat satius esse in hac vita puniri quã in alia. Vitam mali diuitis narrat, & cur nomen eius non exprimatur in Euangelio, quærit. Peccatum, veram seruitutem esse testatur. Malos diuites, pauperrimos comprobat Quæ diues

bona in hac vita receperit, recenset, & cur diuiti damnato dixerit Abraham, *fili recordare, quia recepisti bona in vita tua*; inquirit. Postremò cur peccatoribus prosperè cuncta succedant, exponit. *Tom. de diuers. noui Testam. locis serm. 6. à pag. 94. ad pag. 111.*

Eiusdem homilia de Lazaro & diuite: Euangelij verba sigillatim interpretatur; nomen diuitis, ideò silentio suppressum esse docet, quia infructuosus & inutilis, etiam nomine priuatur; eius diuitias, vestimenta, & epulas recenset. Lazari statum miserabilem describit; diuitis immanitatem & crudelitatem repræsentat, eiusque sepulturam commemorat, ac Euangelij residuum explanat & breui expositione perstringit. *Tom. 6 serm. 63. a pag. 564. ad pag. 569.*

Eiusdem oratio contra ingluuiem huic Euangelio facili negotio aptanda. In deliciis diffluentes, & in eos qui ebrietati indulgent, acriter inuehitur, probatque sumptus effusos culpâ non carere; non solùm corpora eorum qui sic afficiuntur, deformari, sed animas multo magis corporibus deformatas esse, multóque maiores, quàm corpus ægritudines ex hac mollitie suscipere; delicias veneno esse peiores; ac veras voluptates in frugali vita positas. Insuper sui temporis superfluas voluptates, delicias vanitatesque enumerat; & condemnat; Vbi quædam de sanctorum mensis frugalibus, ac Tyrannorum aliorumque prodigorum superfluis. *Tom. Homil. ad popul. Antioch. Homil. 66. a pag. 834. ad pag. 840.*

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium Dominica I. post Trinitatem habita, ex qua V. B. Beda omnia transcripsit quæ habet in hodiernum Euangelium, quapropter supra requirendum. Duo autem precipuè tangit, spiritalem allegoriæ intelligentiam, & pro morali instructione, historiæ veritatem: ac tandem ex consideratione quietis Lazari & pœnarum diuitis, infert, pauperibus subueniendum esse, eosque tanquam aduocatos nostros in die iudicij futuros, colendos, & diligendos. *Tom. 3. Homil 40. & vltima*

A *a col. 149. ad col. 156.*

✠ Ioannis Nepotis Sylv. Hierosol. hom. 3. in Lucam de diuites. I. dicit qua occasione hæc narrata sint. II. probat historiæ veritatem. III. Euangelij verba successiuè exponit IV. extendit se vt statuat salutem, quæ per Christum facta est; quem & diues expetebat resurgere, & fratribus nuntiare. V. Agit contra Marcionem & Manichæum, contrarietatem legis & Euangelij statuentes. VI. Vult nos prouocari pauperis exemplo. Vbi data occasione tractat; an hæc antè iudicium nec-ne, acta sint; & docet antè crucem Christi neminem fuisse in paradiso. Crucem Christi clauem esse paradisi, quem primus cum Christo ingressus est latro.

B *Tom. 1. à pag. 481. vsque ad 484. Inter opera D. Chrysost. in Lucam. tom. 2. a col. 1013. ad 1018. edit. Paris. an. 1614.*

B. Theodori Studitæ, sermo catechet. huic diei satis conueniens, agit enim de feriis veris & falsis, docetque nequaquam feriandum esse crapulâ atque poculis, sed Deo; feriatur autem Deo qui illi cohæresit, cohæresit vero ipsi, qui mundi illecebras contemnit. *Tom. 1. Auct. Bibl. Patr. serm. 37. col. 1320.*

Eiusdem sermo alter de noxia fugienda voluptate. Martyrum ac sanctorum exemplo. *Ibid. serm. 85. col. 1360.*

C ✠ Theophanis Cerámei hom. 8. Initio argumentum contextus Euangelici proponit, mysticæ doctrinæ calicem plenum contentione virtutis & vitij, deliciarum & inopiæ. Tùm ipsum enarrans textum, notat I. diuitiarũ nomen minimè in bonã partem vsurpari in scripturis. 2. Inuehitur in vitæ delicias, præsertim vestimentorum. 3. Pauperis Lazari miseriam ob oculos ponit, cum diuitis crudelitate. 4. Vtriusque exitum, fœlicem, lazari ob voluntariam paupertatem: horrendum Diuitis, ob crudelitatem & delicias: Vbi & nonnullas circa parabolam quæstiones mouet & soluit. *a pag. 46. ad 52*

S. Thomæ Aqvinatis sermo

in illud Euangelij, *Recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, &c.* Quatuor tanguntur, reproborum in præsenti prosperitas, quæ consistit in diuitiis, in honoribus, & in voluptatibus carnis, hæc autem omnia habuit diues iste; Sanctorum in hac vita aduersitas quæ in tribus consideratur, in paupertate rerum, in contemptus vtilitate, & in afflictionum asperitate, vt videre est in Lazaro; Sanctorum fœlicitas in alio sæculo, quæ in tribus stat posita, in gloria & honore, in cœlesti regni possessione, ac in æternarum deliciarum & consolationum fruitione; Impiorum perpetua calamitas quæ circa tria attenditur circa carentiam summam omnium bonorum, pœnarū acerbitatem & multiplicitatem, summamque confusionem ac ignominiam. Ex quibus concludit prosperitatem præsentem esse contemnendam, aduersitatem hilariter sustinendam, damnatorum calamitatem fugiendam & Beatorum fœlicitatem appetendam. *Tom. 16. ferm. 2. Dom. 1. post Pentecost. fol. 16. col. 2.*

FERIA SEXTA infra Dominicam secundam Quadragesimæ.

S. ANCTI ANTONII DE PADVA sermo, Euangelij hodierni parabolam allegoricè & moraliter explicat: Allegoricè per vineam Iudæos, sepem Angelos, turrim legis sublimitatem, torcular Prophetas, nuncios Martyres designans. Moraliter. Vinea, est homo vel anima: Murus temperantia & modestia: torcular, iustitia: delectationes, vuæ: turris, prudentia, &c. *à pag. 173 ad pag. 175.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium quod suo more commentariis illustrat, per hominem qui plantauit vineam, Dominum intelligens qui domum Israël vineam Domini nuncupatam ædificauit, per primum seruum, Moysen, per secundum, Dauid, per tertium,

A chorum Prophetarum, per filium, Christum, per filij extrà vineam eiectionem & occisionem, Saluatoris nostri passionem. Denique morali intellectu breuiter sed præclarè parabolam explicat. *Tom. 7. Homil. quadrag. a col. 241. ad col. 243.*

S. BERNARDINI SENENSIS de detractione sermo; in quo detestatur detractorum I. Venenosa corda, in quibus detractio generatur, ex tribus vitiis sc. crudeli superbiâ, stultitiâ, inuidiâ. II. Venenosa verba, ex quibus detractio alia dissimulatoria, alia replicatoria, alia exbuccata, vel effrænis, aut aperta. III. Venenosa opera, quia multi ex hac peste æternaliter puniuntur.

B Tria autem sunt hominum genera qui audiunt detractores: 1. non credentes, ab eâ præseruantur: 2. in fide vacillantes, ab illa defenduntur: 3. credentes & inducentes, contaminantur & pereunt. *Ex quadr. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 129. col. 1 ad pag. 135. col. 2.*

Einsdem, sermo, vt homo saluetur in fide Catholicâ extrà quam non est salus debet I. Præuidere pericula, ea vitare & fugere, diuinum auxilium implorare. II. Non credere falsum, credere verum, non credere contraria Deo, vel eis quæ eius sunt. III. Considerare, quod necesse est illos damnari qui extrà charitatem decedunt propter 1. inconuenientiam quæ est inter charita-

C tem quæ in cælo est, & priuationem eiusdem. 2. nequitiam, quia ex malitiâ peccant: 3. iustitiam Dei. *Ex quadragesimali de Euangel. æterno. tom. 2. à pag. 575. col. 2. ad pag. 578. col. 2.*

Idem, sermone in Euang. Quatuor in antiquorum exercitibus attendit 1. Signatorum numerum; habebant legionem de quâ constituebant duplicem aciem: 2. Signorum cultum. ipsa enim signa in magna habebantur reuerentiâ: 3 Castrorum ambitum: 4. Buccinarum actum, per quas signa dabantur. Spiritualiter intelligitur per pugnatorum numerum, præceptorum ordinatio: per cultum signorum, hominis ratio: per ambitum castrorum, voluntatis operatio; per actum buccinarum,

sanctitatis admonitio. Hæc quatuor ostendit Dominus se animæ humanæ fecisse. *Ex quadrag. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 113 col. 1. ad pag. 115. col. 1.*

Eiusdem, de amore conuersante, sermo, conuersatio, alia, Primò. Bonorum cum bonis; & hæc optima, quia possunt, meliùs operari, habiliùs malum euitare, in bono meliùs perseuerare. Secundo. Malorum cum malis, quæ pessima, quia ad omne malum se instruunt. Tertiò. Bonorum cum malis, & econtrà, &c. hæc varia est, bona si malus efficiatur bonus, mala si bonus peruertatur. *Ex quadrag. Seraphin, tom. 3 à pag. 260. col. 2. ad pag. 262. col. 2.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio in hæc verbas *Auferetur a vobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructus eius. Math. 21.* Post sensum litteralem, strictim propositum, duo ostendenda suscipit. I. quàm iustè ablatum sit à Iudæis regnum Dei; quod varijs scripturæ locis illustrat, & ad peccatum occisionis Christi reducit. II. Christianis videndum monet, ne & ipsi à Domino relinquantur; non vt deficiat Ecclesia, sed vt transferatur; cùm hodiè eadem ferè vitia inter illos regnent, quæ olim apud Israelitas. *à fol. 56. col. 2. vsque ad fol. 57. col. 4.*

SABBATO INFRA Dominicam secundam Quadragesimæ.

✠ SANCTI ANTONII DE PADVA sermo. Filij prodigi transgressionem & cõuersionem, Patris compassionem & benignitatem, in susceptione talis filij, complectens. I. Igitur filius à Patre recedit, substantiam obtinendo, sed consummando, & seruili se obsequio mancipando: per eum generaliter peccatur, specialiter designatur superbus; qui partem substantiæ petit, quando propriis viribus vult inniti: est adolescentior, & per consequens ineptus. II. Reuertitur, statum suum considerando, humanam esuriem ad diui-

A nam refectionem comparando, terrena detestando, & cœlestia appetendo, &c. III. Pater eum suscipit, vel potius ei occurrit, eum amplexatur, osculatur, quod gratiam Dei præuenientem, suscipientem, & confirmantem, denotat. IV. Tota Euangelij expositio, ad septem misericordias Dei, reducitur, quas S. Bern. serm. 88. commemorat. Deus enim sua misericordia, peccata dissimulat, custodit à peccatis, cor immutat ne peccet, pœnitentem misericorditer suscipit, præseruat à recidiuo, confert gratiam promerendi, tribuit manus bonæ conuersationis. *à pag. 175. ad pag. 178.*

S. AVGVSTINI sermo in Euangelium hodiernum. Considerat in filio
B prodigo primum hominem in paradiso terrestri positum: à Patre, hoc est, à Deo recessum in regionem longinquã exponit, eiusque miseriam describit: obedientiam laudibus extollit: & hominem ad se reuertentem, Dominumque patrem agnoscentem ex Psalmis in medium adducit *Tom. 10. serm. 34. de verbis Domini fol. 29.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangeliũ: Parabolam interpretatur, per hominem duos habentem filios, Deum Patrem intelligit duorum populorum genitorem: per maiorem filium qui in domo remansit paterna, eum qui in vnius Dei permansit cultura: per minorem verò eum, qui relicto patre ad
C colenda idola festinauit, tantóque à Dei gratia recessit, quãtò plus in opere prauo deliquit, sic autem profectus ornamenta naturæ consumpsit, in regionẽ longinqua fame veritatis verbi laborauit, principi mundi huius adhæsit, porcos pauit operando ea quibus immundi spiritus gaudent, siliquasque doctrinæ secularis, vt ventrem impleret, concupiuit. In se autem reuersus, surrexit, & qui à patre recesserat ad patrem iuit, à Patre misericordiarum misericorditer excipitur, verbo gratiæ & spe veniæ consolatur, charitatis osculo salutatur, iamque in Ecclesia constitutus peccata confiteri incipit, facta confessione stola innocentiæ induitur; anulus fidei ad manum

manum ei datur, vt fides per operá clarescat; cœlestibus desideriis tanquam calceamentis munitur, vt super serpentes ac scorpiones securus incedat; corpore & sanguine Christi satiatur, & spiritali alacritate cum Deo & Angelis lætatur. Cætera de maiore filio, Iudæo videlicet indignante, exponuntur. *Tom. 7. Hom'l. quadrag. homil. Sabbat. post Remini'cere col. 143. ad col. 148.*

S. BERNARDINI SENENSIS de filio prodigo, sermo; ex cuius consideratione probatur I. Animam peccatricem 1. per tres cœcitates à Deo separari, sc. libertatis ambitionem, acceptionem, executionem: 2. in peccatum prolabi per vilem carnalitatem, paupertatem, insatiabilitatem: 3. in profundum diuinæ obliuionis descendere, per miserabilem subiectionem, occupationem, defraudationem. II. Hominem resurgere à peccatis per gratiam 1. præuenientem, quæ facit repensare mala commissa, bona omissa, damna inuenta: 2. consequentem, quæ generat in anima Dei cognitionem, cordis contritionem, mentis humiliationem: 3. subsequentem quæ facit opus resurrectionis, confessionis, satisfactionis. III. Amaram esse inuidiam, molestam indignationem, paternam affectionem patris prodigi. *Ex quadrag. de Christ'ana religione, tom. 1. à pag. 135. col. 2. ad pag. 141. col. 2.*

Idem, sermone de sacra religione demonstrat I. Religionem commendabilem 1. ex libertate, ratione donationis, æstimationis, adiunctionis, approbationis: 2. ex vouentis liberalitate ratione præfigurationis, subiectionis intentionis, coniunctionis: 3. ex stabilitate in viâ Dei, ratione firmationis, adhæsionis, confusi mis, subiectionis II. Discretionem 1. ad intrantes religionem, qui debent habere voluntatem bonam, honestam vitam, naturam sensatam, ætatem discretam: 2. ad recipientes, vt considerent societatem bonam, prælatorum curam, loci conuenientiam, regularem vitam: 3 ad dubietates. III. oppositionem. *Ex quadragel de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 578. col 2 ad pag. 596. col. 2.*

A Eiusdem sermo, quo ostenditur 1. conflictum inducere, disiunctionem animorum, armorum priuationem, sique per ea homines debellari: 2. viros debellatos in conflictu in magno opprobrio remansisse 3. Summam esse habendam sapientiam & constantiam, ne frangatur animus propter amissum bellum, sed statim vires refirmandas. Spiritualiter homo 1. vincitur separatione à Deo, & expoliatione gratiæ: 2. victus repletur opprobrio: 3. ab his malis liberatur pœnitentia per Dei misericordiam. Hæc tria in Euang. ostenduntur. *Ex quadrag. ante hac non impresso, tom. 3 à pag. 115. col. 1. ad pag. 116. col. 2.*

Eiusdem, de amore amplexante, sermo, I. Homo labitur in peccatum dum B appetitum propriæ sequitur voluntatis, & in ea perseuerat; gratias à Deo datas dissipat, & in omni malo proficit. II. Releuatur & redit ad patrem, per præteritæ vitæ considerationem, emendationem & pœnitentiam, paternalem amplexum, & virtutum ornatum. III. Mundus talem auersatur & odio prosequitur conuersionem, Diabolus inuidet & tristatur. *Ex quadrag. Seraphin tom. 3. a pag. 262. col. 2. ad pag 266. col. 8.*

S. P. CHRISOLOGI sermo primus de duobus filiis Prodigo & Frugi. Quid sub hac parabola Christus intelligere voluerit, paucis declarat: causam aperit cur adolescentior filius portionem substantiæ petierit; facultates, vnitatem C scindere, parentumque charitatem violare probat, & ex Euangelio colligit, vitam voluptatibus deditam, non vitam, sed mortem nominat; Prodigi post substantiæ dissipationem miserabilem statum, crudeléque ministerium describit ac lamentatur. Denique ad honorem obsequiumque parentibus & propinquis exhibendum hortatur. *Serm. 1. col. 1. 2.*

Eiusdem sermo secundus de iisdem. Prodigi reditum, eiusque pœnitentiam egregiè prosequitur; conuersionis eius, & confessionis singula verba examinat, & varia in ipsis mysteria deprehendit; voluntarium quid possit ieiunium, ex inuita Prodigi fame, ostendit;

Cc

Dei viuentis & omnia videntis vbiqui-tatem & præsentiam comprobat; Postremò suos monet, ne bonum patrem, genitoremque pium deserentes, ad mundi longinqua & nimis peregrina tendant, salutisque substantiam dissipent. *Serm. 2. col. 3. 4. 5.*

Eiusdem sermo tertius vnde suprà. Patris occursum, bonitatem, & ineffabilem erga filium luxuriosum misericordiam declarat, & vt ad talem patrem tali inuitati redeamus exemplo, prouocat. *Serm. 3. a col. 5. ad col. 8.*

Eiusdem de eisdem sermo quartus, præcedentium continuatio, senioris filii malum pandit zelum, & dolet inuidiam: inuidię mala exactè dinumerat, in inuidos grauiter agit, & vim amoris paterni miratur. *Serm. 4. a col. 8. ad col. 10.*

Eiusdem sermo quintus; Historicum parabolæ sensum, ad mysticam & singularem Deitatis intelligentiam attollit, hoc modo, Homo Dominus noster, duos habuit filios, populos duos, Iudæum & Gentilem tanquam seniorem, & iuniorem: illis pater substantiam diuisit seniori quinque legis libros distribuit, iuniori quinque naturæ beneficia largitus est, habitum videlicet, sermonem, scientiam, rationem & iudicium, quæ hominem præ cæteris animantibus contingunt. Iunior iste, portione accepta, abiit in longinquam dæmonis regionem idolorum patriam, vbi dissipauit substantiam in vanis desideriis, & sæcularis scientiæ, nec-non eloquentię curiositatibus; tandemque fame veritatis cognoscendæ afflictus, in villam multarum superstitionum missus est, vt porcos seu dæmones pasceret thure, victimis, & sanguine, ac de porcorum siliquis, corporis voluptatibus, ventrem concupiscentiæ suæ repleret. Verùm in se reuersus; redit ad patrem confitetur se in cœlum peccasse quia sidera adorauit, sed pater occurrit in filio qui de cœlo descendit, super collum eius cecidit cùm carnem nostram assumpsit, deosculatus est eum, cùm iustitia & pax osculatæ sunt; insuper stolam immortalitatis recepit, &

A annulum fidei, & calceamenta in præparationem Euangelij. At frater senior Iudæus indignè ferens, & symphoniam Dauidicam, Propheticam, concentumque populorum audiens, Ecclesiam, patris domum ex inuidia non vult intrare, nec dulcissimi parentis monita audire: quare & patris gaudia, paternasque epulas dignus est non habere. *Serm. 5. a col. 10. ad col. 14.*

S. I. CHRYSOSTOMI in parabolam de filio prodigo sermo. Totum explanat Euangelium, vt ex eo discamus, quomodo ad eum accedendum sit, quid est inaccessibilis, & delictorum venia petenda. Statum autem peccatoris per peccatum à Deo discedentis, & ad Deū
B per pœnitentiam redeuntis fusè & egregiè describit. Summi Dei ineffabilem sapientiam, religiosam prouidentiam, paternamque misericordiam miratur, cùm & peccatoris est misertus; & iusto seniori filio est adulatus, vt non caderet qui stabat, & eum qui ceciderat, excitaret; Vbi habes pro corporis Christi in Eucharistia realitate insignem locum. *Tom. 6. serm. 37. a pag. 369. ad pag. 379.*

Eiusdem homilia decima de pœnitentia legatur, ibi enim parabolam prodigi in pœnitentiæ exemplum adducit, & explicatione illustrat, quò sciamus & peccatorum quæ post baptisma contrahuntur, remissionem esse, si attenda-
C mus; in medium autem hanc similitudinem profert, non vt ad inertiam compellat, sed vt peccatores à desperatione reuocet. *tom. Homil. ad popul. Antioch. Homil. 59. a pag. 718. ad pag. 721.*

S. ELIGII NOVIOMENSIS homilia in die cœnæ Domini de filio prodigo, ad pœnitentes. Parabolam breuiter perstringit, ac de peccatore interpretatur, qui postquam partem substantiæ sibi contingētem, sensum nempe rationalem per peccatum consumpsit, per pœnitētiam ad Deum reuertitur. Hortatur insuper suos, vt grauia facinora cū gemitibus ac suspiriis lugeāt, minora verò & quotidiana eleemosynis & orationibus deleant. Denique

Quadrageſimæ tempus, totius anni decimationem nuncupat, & pauca de tremendo Iudicio proponit. *Tom. 2. Bibl. Patr. Hom. 13 S. Elig. a col. 167. ad col. 169.*

GVERRICI ABBATIS ſermo de parabola prodigi filij ad patrem reuerſi. I. Humilis confeſſionis vim & efficaciam oſtendit. II. Diuinam miſericordiam præconiis celebrat. III. Humilitatem omnium virtutum maximam, cùm tamen virtutem ſe eſſe neſciat, prædicat. *Serm. 2. quadr. a pag. 163. ad pag. 168.*

Eiuſdem ſermo vnde ſupra imprimis quatuor ſtatus conuerſionem noſtram præcedentes enumerat; Primus ſtatus dicitur cùm anima eſt ſub ſeipſa propriam ſequens voluntatem, ac libertate perniciosa gaudens, ſicut prodigus qui bona naturæ tanquam portionem ſubſtantiæ, à Deo per peccatum elongatus, diſſipat, viuendo luxurioſè cum carnis concupiſcentiis; Secundus eſt cum anima ſub principe tenebrarum captiua tenetur nec volens, nec nolens, quod conuenit ante vſum rationis, ob originale peccatum. Tertius eſt cum volens ipſi ſubditur, peccatis voluntariè conſentiendo. Quartus verò, cùm nolens homo dæmonibus ſubiacere, ſed reſipiſcere, tamen peccati conſuetudine obligatus, in ſordibus iacens, ſordeſcit adhuc; in his autem ſtatibus prodigus laboraſſe videtur. Deinde alios quatuor ſtatus refert quibus homines ſub Deo ſtant. Primo tanquam mercenarij ſub patrefamilias, Secundò tanquam ſerui ſub Domino, Tertiò tanquam paruuli ſub pædagogo. Quartò tanquam viri robuſtæ ætatis ſub patre optimo *Serm. 3 de ſcript. vtilit. à pag 395. ad pag. 404.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 17. circa Euangelium initio ſcopum proponit hiſtoriæ, deſcriptionem miſeriæ generis noſtri per iuniorem filium adumbrati: Angelos autem per ſeniorem ſignificari docet & explicat. 2 De bonorum patris in vtrumque partitione agit. 3. Quid iuniori euenerit ex ipſa littera Euangelij declarat. 4. His donis aſſectatores voluptatem remune-

A rare differit. 5. De eiuſdem agit pœnitentia. 6. tandem quàm benignè à Deo ſuſcipiatur, deſcribit. *a pag. 100. ad 111.*

DOMINICA TERTIA *Quadrageſimæ.*

✠B. ALBERTI MAGNI ſermo 5 ad hæc verba. *Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, &c. Luc. 11.* Obſeruat I. Immundum ſpiritum eſſe diabolum, quia immundis delectatur, & immundos facit. II. Per loca inaquoſa, ſignificari Religioſos & verè pœnitentes, quos callidè, ſed inutiliter tentat. III. Domum quam repetit, notare purgatos à peccatis, ſed vacuos operibus ſatisfa-

B ctorijs, quos facit recidiuare. IV. Septē ſpiritus nequiores quos ſecum ſumit, eſſe, iactare ſe de peccato: peccatum commiſſum iuramento negare: peccatum ſuum in innocentem reijcere: cauſam peccati in Deum retorquere: peccati pondus annulare: peccati deteſtatores impugnare: vt pro ſe oretur refutare. *Tom. 12. ſerm. 31. de temp. pag. 62. & 63.*

✠ SANCTI ANTONII DE PADVA ſermo, Primo Ex his verbis, *omne regnū in ſeipſum diuiſum, &c.* diſcordiam corruptionem facere, concludit. Secundò. Multis rationibus non in Beelzebud, ſed digito Dei Dæmonia eijcere Chri-

C ſtum, ex Euangelio probat. Tertiò. Moraliter Euangelium tractans, quid faciat Dæmon in anima incommodi & quomodo ſit expellendus, docet. *à pag. 178. ad pag. 181.*

Eiuſdem ex alio quadrag. Dom. ſermo. Ioſeph Patriarchæ venditionem & incarcerationem: Peccatoris à diabolo poſſeſſionem & detentionem adumbrare demonſtrat. I. Dæmoniacum hodiernum in tribus ſenſibus læſum, eſſe figuram oſtendit peccatoris in tribus animæ ſuæ nobilioribus ſenſibus à Dæmone obſeſſi; deinde eundem, Ioſepho à fratribus nudato, in ciſternam miſſo, & vendito, ſimilem facit. II. Fortem armatum, allegoricè Diabolum, quem per Goliath repræſentat, deſi-

gnare; & per Ioseph, Christum meretrici Synagogæ non consentientem; moraliter vero spiritum superbiæ, cuius arma sunt cornua excelsa, quibus impugnat totum mundum. III. Fusè hæc verba. *Cum fortis armatus, &c.* moraliter explicat. *a pag. 244. ad pag. 253.*

Eiusdem ex alio quadragesimali Do. sermo in Epist. Vas animæ & corporis sanctificandum propter Dominicum præceptum, offerendo pœnitentiæ hostiam Deo, in remissionem peccatorum, & vltionem diuinam Vasa hæc aufert Diabolus in quantum potest, de paradiso & templo Dei. Deus peccata scribit digito suo, hoc est, sapientiâ discernit, iustitiâ determinat & sententiat, potentiâ punit & flagellat. *a pag. 281. ad pag. 281.*

S. V. BEDÆ homilia, Euangelium hodiernum litteraliter, & moraliter explicat suo more. *Tom. 7. in hom. quadragesimalib. col. 248. & sequent.*

✝ S. BERNARDINI SENENSIS sermo I. in quo 12. impiæ partialitatis fructus amaros, numerat, quorum 1. est, Iustitiæ interitus, quia propter partialitates affectio mutatur & ratio excæcatur: 2 Bellorum suscitatio, & fomentum: Destructio patriarum: 4. stultia. summa & consummata: 5. Iniqua crudelitas: 6. Pestilens malum: 7. Multiplicatio scelerum: 8. Fidei abnegatio, & proditio contrà Christum: Impœnitens culpa, vel malum: 10. Damnatio sempiterna: 11. Priuatio ecclesiasticæ sepulturæ: 12. Silentium orationum ecclesiasticarum. *Ex quadrages. de Christiana religione tom. 1. a pag. 141. col. 2. ad pag. 157. col. 1.*

Eiusdem sermo 2. de partialitatum insigniis I. quæ sunt signa 1. imitationis idololatriæ: 2. adorationis diaboli corde & opere: 3. diabolicæ vindicationis. II. Quæ tenere, est cōtinuè impœnitenter ad inferos properare; impœnitentes primi sunt, operatores, qui pingunt, sculpunt, & faciunt talia signa; secundi, qui in illis malignos spiritus colunt: tertij, qui partialitatibus adhærent. III. Ex quorum cultu, 1. per aspectum, anima ad eorum amorem excitatur, habituatur sibi vna ex pluribus pars, partialitatum ignis fouetur: 2. inflata causatur superbia; 3. abusiua & temeraria insania originem habet. *Ex quadrages. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 141. col. 1. ad pag 152. col. 2.*

Eiusdem, de partialitatibus sermo, 1. Primo. Cuicumque partialitati consentire, mortale peccatum est, ratione 1. Dei, nam diuina charitas triplicem habet effectum partialitati cōtrarium; mortua viuificat, viuificata congregat, congregata multiplicat: 2. Christi, qui nostrū est caput: 3. proximi, quia est ex obligatione diligēdus. Secūdò. Se Guelphum, vel Gebellinum, vel aliter partialem dicere, mortalem esse culpam probatur 1. ratione, quia siue verum siue falsum dicat, contra Dei præceptum, & proximi ædificationem est, &c. 2. auctoritate, psal. 58. *Ad nihilum deduces omnes gentes*, id est, diuisas. Tertiò. Ex partialitate terribilia sequuntur opera, prohibitiones, proditiones, homicidia, incendia, tyrannides, discordiarum seminationes, innocentum oppressiones, impiæ diffamationes, rancores, odia, accusationes falsæ, iniustitiæ, officia indignis data, diuisio amicorum, consanguineorum, compatrum, parentum & filiorum, diuisiones castrorum, &c. *Ex quadr. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 596. col. 2. ad pag. 601. col. 2.*

Eiusdem, sermo 2. vnde suprà. I. Partiales 1. equis assimilantur, quia bestiales, superbi, & crudeles, sunt: 2. tot dæmoniis pleni sunt, quot impietatum auctores & patratores sunt: 3. ita sunt colligati, & concatenati, vt à patriis eijci non possint. II. Ex partialium ore 1. egreditur ignis, id est comminationes ignitæ, verba odiosa & scandalosa: 2. procedit fumus hoc est, iactantia verba, fumo superbiæ plena: 3. exit sulphur, id est, abominabiles infamiæ, mendacia, detractiones, &c. III. Nocent sibi & alijs partiales, corde, ore, opere. *Ex quadrag. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 602. col. 2. ad pag 605. col. 2.*

Eiusdem sermo, in Euang. de aciei ordinatione. Acies quinque modis ordinabatur 1. erant in figurâ rotundâ benè

condenſati, ne ab hoſtibus poſſent ſeparari: 2. Cuneus erat, vt inimicorum aciem frangere poſſent: 3. Forfex, quando hoſtes nolebant diuidere, ſed concludere: 4. Serra, quando vtraque pars publicè & ordinatè ad inuicem prælíabatur: 5. Globus, cum milites abundabant, eligebantur aliqui, ex quibus vna acies ſeparata fiebat. Hæc ſignant numeros quinque ſpiritualium bellatorum; pugnamus enim 1. cum reſiſtentiâ & conſtantiâ, quando tentationibus non conſentimus: 2. cum ſapientiâ, quando mundi gloriam non quærimus 3. cum iuſtitiâ, quando populum de captiuitate liberamus: 4. cum potentiâ, dum potenter vndique expellimus aduerſarium: 5. cum prouidentiâ, quando neceſſaria prouidemus. Eadem in Euang. notantur. *Ex quadr. ante hac non impreſſo. tom. 3. à pag. 116. col. 2. ad pag. 118. col. 1.*

Idem, ſermone in Euangel. de amore ſanctificatiuo; diſſerit de tribus conſiderationibus in matrimonio concurrentibus, & dicit matrimonium eſſe debere I. In carne regulatâ, vt cum fræno reguletur, obedientiâ exerceatur, prouidentiâ diſcretâ cuſtodiatur, &c. II. In carne ſanctificatâ, cum obedientiâ regulatâ; mulier enim in tribus periculis obedire marito non tenetur, quando 1. obediendo marito perdit charitatem Dei: 2 peccat mortaliter: 3. perdere pudicitiam timet, III. In carne honoratâ, cum prudentiâ diſcretâ, quia mulier data eſt ſocia in adiutorium, non propter luxuriam, ſed propter fornicationem euitandam. *Ex quadrag. Seraphin. tom. 3. à pag. 266. col. 1. ad pag. 271. col 1.*

S. Bonaventuræ ſermo primus in Euangelium, de quatuor diaboli eiectionibus, videlicet, de cœlo, de impio, de poſſeſſo, de mundo; de cœlo per pugnam & prælium ibi factum, de impio, per pœnitentiam; de poſſeſſo, per iuſſionem Chriſti; de mundo, per aduentum Domini. *Tom. 3. in ſerm. de Tem. pag. 72.*

Eiuſdem ſermo ſecundus in quo agit. I. de diaboli malitia erga hominem. II.

A de diuina potentia contra hanc malitiam. III. de vtilitate diuinæ miſericordiæ, quæ omnia ex Euangelio deſumit. *Ibidem.*

Eiuſdem ſermo tertius, tria complectitur, in illud. *Aſſumit ſeptem alios ſpiritus, &c.* I. Docet ſeptem peccata mortalia, eſſe ſeptem ſpiritus. II. Eos qui poſt conuerſionem peruertuntur, fieri peiores, & pluribus vitiis ſubiici quàm antè III. Sex modos ſpiritus iſtos eiiciendi qui ſunt prædicatio, Dominica Paſſio, exemplum bonum, inſpiratio occulta, oratio, & ieiunium, quod teſtimoniis ſcripturæ ſacræ confirmat. *Ibidem pag. 73. 74.*

B Eiuſdem ſermo quartus in illa Euangelij verba, *Beatus venter qui te portauit.* In quo oſtendit quomodo quatuor portare debemus, videlicet, Chriſtum in corde, per dilectionem; crucem Chriſti in corpore per mortificationem; nomen Chriſti, in ore per prædicationem; coronam Chriſti in capite, per glorificationem. *Ibidem.*

Dionysii Carthusiani ſermo in Epiſt. *Eſtote imitatores Dei ſicut filij chariſsimi. Epheſ 5.* vbi. Primo. Inuitamur aſſimilari Deo in regno cœleſti excellentiſſimè per lumen gloriæ & viſionem beatificam; in hoc mundo per bonitatem, veritatem, miſericordiam, communicabilitatem, ſanctitatem, perfectionem, ſapientiam, ſecundùm C menſuram capacitati noſtræ conuenientem. Secundò. Auarus vocatur idololatra: quia 1. plus diligit nummum, quàm Deum: 2. plus facit pro nummo, quàm pro Deo: 3. plus confidit in pecuniâ, quàm in Deo: 4. plus reneretur nummos quàm creatorem. Tertiò. Hominem alienorum peccatorum reum effici, conſulendo, applaudendo, laudando, fauendo, conſentiendo, cooperando, &c. *In ſerm. de temp. à fol. 127. ad fol. 128.*

Eiuſdem, in Euang. ſermo primus, Peccator ſpiritualiter mutus & cæcus immò & ſurdus vocatur: quia 1. Diabolo eſt ſubiectus: 2. Omne peccatum mortale eſt ſimile magnæ grauique moli, quæ ſenſuum organa implet, læ-

dit, & à suis sensationibus impedit: 3. peccata in seipsis sunt turpitudines quædam ac tenebræ, animam obscurantes, ac dæmonibus assimilantes: 4. Peccatum est quædam diuisio & interpositio inter Deum & peccatorem. *Ex sermonib. de temp. a fol.* 130. *pag.* 1. *ad fol.* 131. *pag.* 1.

Eiusdem, sermo secundus, In Euang. Verbum Dei audire ac custodire debemus cum omni diligentiâ, reuerentiâ, obedientiâ; propter, Primò, Dei dignitatem, cuius excellentia est penitus infinita. Secundò. Dignitatem ministrorum Dei sc. prælatorum & prædicatorum per quos nobis Deus loquitur. Tertiò Multiplicem vtilitatem nobis inde prouenientem, est enim verbum Dei spirituale medicamentum quo vulnera animarum nostrarum curantur & expelluntur. Quartò: Vitanda damna & pericula quæ oriuntur ex verbo Dei malè audito & custodito, sc. maiestatis diuinæ vilipensionem, indurationem, excæcationem, obstinationem in peccatis. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 131 *pag.* 2. *ad fol.* 132. *pag.* 1.

I. Gersonii sermo in illud Euangelij. *Omne regnum in seipsum, &c.* de Regno spiritali animæ concionatur, & de diuisione eius, ingressu dæmonis, facta. Partitur autem in tria membra, quorum primum agit de dæmoniacis, & quatuor affert rationes cur Deus permittat creaturam humanam à dæmone vexari videlicet, ob peccati correctionem & punitionem, propter humiliationem, ad probationem, & propter damnationem. Secundum quatuor considerationibus de regni spiritalis diuisione tractat. Tertium differit de verbo Dei in illa Euangelij verba. *Beati qui audiunt verbum Dei, &c.* Docétque verbum Dei dare auditoribus suis & se custodientibus viuificationem, fortificationem, & consolationem. *Tom.* 2. *part.* 4 *à col.* 444 *ad col.* 452.

Gvielelmi Parisiensis sermo 1. in Epistolam ad Ephes. 5. *Estote imitatores Dei sicut filij carissimi, &c.* Per quem nos ad Dei imitationem hortatur, imitandus ergo Deus ab homine. Primò. Quia, nullum iustius imitari habet cum sit ab eo, cum deliberatione tanquam res magna creatus, omnibus creaturis prælatus, ad similitudinem suam factus siue naturæ, siue gratiæ, siue gloriæ; nullum tutiùs, cum ipse errare non possit; nullum gloriosiùs, quia est Deus; nullum vtiliùs, propter mercedem quam dat eis qui ipsum imitantur. Secundò. In lumine sapientiæ ad quod debemus habere magnum amorem exemplo Dei, sanctitate, dilectione, largitate, misericordiâ, pacis amore, patientiâ. *à pag.* 64. *ad pag.* 66

Eiusdem, sermo 2. in eadem quæ superius. Sunt tria propter quorum imitationem specialiter à Deo aliquis reputatur filius. Primùm est. Dilectio inimicorum sicut Deus facit. solem suum oriri super bonos & malos, & malis alienis non perturbatur ita non tantum amicos sed & inimicos debemus diligere, vt autem inimicum diligamus attendamus 1. inimici statum qui quasi spiritualiter mortuus & insanus est, 2 iniuriæ illatæ vtilitatem, 3. quod non possumus inimico nocere quin primò nobis noceamus, 4. qui iniuriatur, magis Deo quam nobis iniuriam facit. Secundùm. Pacificatio discordium. Tertiùm. Misericordia siue subuentio miserorum. *à pag.* 66. *ad pag.* 67.

Eiusdem, sermo 3. In quo plura Epistolæ citatæ verba percurrens probat I. Hominem Dei filium esse per similitudinem quam habet ad Deum; per hoc quod naturalem filium pro homine morti posuit, in mensa altaris pane filiorum nos pascit, Angelos ad custodiam destinauit. II. Eundem hominem Deo esse filium carum quia est vnicus, infimus, vltimo genitus. III. Tribus de caussis amittere aliquem patrem istum cœlestem 1. quia negat eum, negatur ab eo, 2. quia indignè agit, 3. quia correctionem eius tenuit. IV. Christum in cruce suauem dedisse odorem, quia vt in igne positus, attritus, & effusus fuit. *A pag.* 67. *ad pag.* 69.

Eiusdem, sermo quartus, in quo. 1. Innuitur diaboli machinatione effici

vt à confeſſione peccatorum ſuorum aliquis obmuteſcat. II. Triplex ſpiritus immundus in homine deprehenditur, per carnis concupiſcentiam, & oculorum, per ſuperbiam vitæ. III. Peccata longiùs releganda probatur. IV. Cauſæ octo aſſignantur quæ faciunt nouiſſima hominis peiora prioribus, 1. eſt. Debilitas ad reſurgendum: 2. ruptio fœderis cum Domino initi, in ſacramento pœnitentiæ 3. quod Dominus inimicis ſuis reddit inquantùm in ſe eſt, 4. ſubſannatio diuinæ miſericordiæ, crudelitas in animam propriam, contriſtatio Spiritus ſancti, ingratitudo veniæ & gratiæ iam datæ, iteratio paſſionis Chriſti. V. Maria commendatur, quia Chriſtum geſtabat in ventre, ſed longè ampliùs quia in mente. *A pag. 329. ad pag. 332.*

Eiuſdem, ſermo primus in Euangel. quod litteraliter percurrit, & nomina Deorum ſiue idolorum recenſet: Probatione directa & indirecta probare Dominum ſe non expellere Dæmones in principe dæmoniorum manifeſtat; Salomen quoſdam exorciſmos Iudæis tradidiſſe quibus eijciebant dæmones à corporibus poſſeſſis, declarat: Manum Dei dici filium, digitum vero Spiritum ſanctum; ſeptenarium multiplicem, bonum & malum, probat. *A pag. 320. ad pag 323.*

Eiuſdem, ſermo ſecundus, in quo nobis proponit. Primò Patientis hodierni & peccatoris miſeriam; qui dæmonium habent à quo vexantur, cœci & muti fiunt, muti ad ſui accuſationem, Dei laudem, proximi ædificationem: Septem hominem reddunt mutum ad confuſionem, pudor, dilatio ſpe recuperandi, diffidentia perſeuerandi in pœnitentia, hypocriſis vel vana gloria, timor pœnitentiæ non aſſuetæ, fictio, negligentia malæ conſuetudinis. Secundò. Vtile eſſe homini vt agnoſcat ſuam miſeriam dum eſt in peccato, & magnam miſericordiam Dei quæ eſt in liberatione ab ipſo. Tertiò. Septem valde periculoſa miniſtris Eccleſiæ. *à pag. 323. ad pag. 325.*

Eiuſdem, ſermo tertius, 1. Saluator
A dæmonem eijcit de cælo, de corporibus obſeſſis, de mundo, ab animabus. II. Spiritualiter eijcitur diabolus ab homine, auditu verbi diuini, aquâ benedictâ, oratione, ieiunio, virgâ diſciplinæ, clamoribus & increpationibus, cum actus peccati exterior deſeritur. *à pag. 325. ad pag 326.*

Eiuſdem, ſermo quartus, ex quo 1. Septem dæmonia, de quibus facit mẽtionem ſcriptura, ad ſeptem vitia poſſunt referri, 1. eſt Beelzebud ad quem pertinet ſuperbia, 2. illud quod inuaſit Saul, inuidiam, 3. hodiernum, iram, 4. filiæ Chananææ, accidiam, 5. id quo vexabatur lunaticus auaritiam 6. Dæmonium Marc. 5. cui nomen legio & porcos in mare præcipitauit, gulam, 7.
B Aſmodæus, luxuriam, repræſentant. Septem poſſunt inducere peccatores ad pœnitentiam & confuſionem peccatorum ſuorum, magnitudo periculi in quo ſunt, facilitas remedij, tenuitas impedimenti, bonum quod ex confeſſione ſequitur in præſenti bonum quod ex ea ſequitur in futuro, malum quod ex ea taciturnitate ſequitur in præſenti, malum quod ex ea ſequitur in futuro. *à pag. 326. ad pag. 329.*

D. Innocentii Pap. III. ſermo in Euangelium; Quærit. I. de locis aquoſis in quibus requieſcit ſpiritus immundus, quænam ſint. II. Agit de tribus ſcopis compunctionis, confeſſionis, & ſatisfactionis, quibus conſcientiæ do-
C mus mundatur. III. De triplici ornamento, donorum, virtutum, & operum quibus ornatur. IV. De ſeptem vitiis capitalibus per ſeptem ſpiritus deſignatis. *Serm. in Domin. 3. quadrag. Tom. 1. a pag. 40 ad pag. 42.*

✠ Ioannis Thavleri ſermo vnicus, in quo expendit verba Chriſti ad Iudæos, de libertate diſſerẽtis Ioan. 8. 31. & ſeq. Dicitque I. proponi duos fundos, vnum falſum, qui non Deum, ſed ſeipſum quærit: alterum verum, qui in ſolum Deum tendit II. Si quid bono fundo mali inciderit, tolli per confeſſionem, contritionẽ, dignamque pœnitentiam. III. Quæ vtrique fundo cõueniant, proponit. *a p. 159. vſq; ad 162.*

✠ NICOLAI DE CVSA sermo, in Epist. Vt filij lucis ambulate Ephes. 5. in quo vt ad imitationem Christi nos prouocet his motiuis vti videtur I. Doctrina Christi non in solo verbo consistit, sed in operatione. II. Etsi solus Christus sit secundum diuinitatem solus æqualis. Patri consubstantialiter, tamen is nobis proponitur imitandus, vt immortalitatem quæ Deus, in immortalibus virtutibus, imitemur. III. Qui vult esse filius Dei debet ex dilectione se facere hostiam, & offerre se Deo in odorem suauitatis. IV. Scientia Dei illa est quæ conuertitur cum voluntate, vt id sciat homo quod vult; & cum potentiâ; vt sit actu, id quod potest esse. Participare hanc scientiam est delectatio immortalis. V. Verbum Dei est lux illuminans, vt sciamus discernere bonum à malo, &c. *Excitat. lib. 9. a pag. 655 ad pag. 656.*

✠ RABANI MAVRI homilia, in qua tractat de assiduitate vigiliæ & orationis in Ecclesia. II. Contra eos qui terrenis negotijs, aleis aut venationi dediti sunt, inuehitur & pauperes negligunt. *Tom. 5. pag. 585. col. 2. & 586. col. 1.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in Apost. lectionem Ephes. 5. *Estote imitatores Dei sicut filij charissimi*, homilia quam in duas diuidemus partes. Prima. Imitationem Dei nobis proponet, ad quam tenemur sicut filij charissimi boni patris; non eius imperium vsurpando & auctoritatem, sed ei in virtutibus respondendo. Secunda. Imitationis huius modum docet qui est; vt faciamus, eo quod ipse fecit pro nobis; quæ odio habuit, odio habeamus; quæ diligit, diligamus. *à fol. 131. pag. 1. ad fol 133. pag. 2*

Eiusdem in Euang. Luc. 11. *Erat Iesus eijciens dæmonium & illud erat mutum*, homilia in qua videtur Christus Primo, Secundum Historiam dæmoniacum curare; surdo auditum reddere, muto loquelam restituere, detractores confutare & erudire, quid negligentibus contingat demonstrare cum dicit, *Dum immundus spiritus &c.* mulierem se laudantem corrigere. Secundò, In quatuor nos instruere 1. vt diabolica fraude irretitis compatiamur & eos liberemus & domino lucremur: 2. vt timeamus & vigilemus ne tentationibus diaboli molestemur aut illis consentiamus: 3. quomodò erga detractores nostros nos habeamus & quid eis respondere debeamus: 4. quomodo erga laudatores & adulatores nostros nos habeamus & quid eis debeamus respondere. Tertiò. Mysticè in multis facere quod fecisse legitur in vno dæmoniaco; peccatori necessaria est pœnitentia, quæ fit corde, per contritionem, quam format pudor, timor, dolor: ore, per confessionem, veram, apertam, integram, non diminutam, non diuisam: opere, per satisfactionem. *à fol. 133 pag. 2. ad fol. 139. pag. 1.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo vnicus in Euangelium. Tria complectitur. I. Diaboli eiectiones potestate Dei & Christi factas. II. Dæmonis eiecti nequitiam. III. eiectionis vtilitatem. Pro I. septem enumerat eiectiones, de cœlo, de paradiso terrestri, de monte, de animabus, de corporibus, de mundo, & in infernum. Pro II. triplex malum, quod dæmon per peccatum, animæ infert. Pro III. triplicem vtilitatem ex peccati eiectione subsequentem, & prouenientem, quæ omnia figurata fuerunt in dæmoniaco præsentis Euangelij à Christo domino liberato. *In serm. Dom. fol. 9. col. 3. & 4. Tom. 16.*

C

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio ad ea verba. *Cùm eiecisset dæmonium locutus est mutus. Luc. 11.* Institutum statim aperit. Cùm Ecclesia intendat expellere dæmonem, & hoc per pœnitentiam, de tribus eius partibus hâc & sequentibus dominicis dicit se acturũ. Et hâc quidem de confessione: de qua tria. I. quid opus fuerit confessione ad peccati remissionem. Ad quam tria requiri facillima à Michæa Propheta docet: facere iudicium; diligere misericordiam; & solicitum ambulare cum Deo. Iudiciũ, vt nos peccatores agnoscamus & confiteamur. Vbi tractat de confessione homini facienda & non solum Deo. *à fol. 57. col. 4. vsque ad 59. col 3.*

col. 3. Secundum & tertium punctum de confessione scilicet, de vtilitatibus illius & conditionibus, ad Domin. 4. remittens.

FERIA SECVNDA infra Dominicam tertiam Quadragesimæ.

SANCTI ANTONII DE PADVA sermo, in quo vana Iudæorum petitio, dum non est in fide fundata: iusta Christi nolentis ipsorum vanæ postulationi annuere; denegatio; iniusta eorundem persecutio, & prudens Christi declinatio, potest animaduerti. Deinde verba hæc. *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, &c.* sunt verba Iudæorum tentantium & inuidorum; siue Christi ad bonum, Animam præoccupantis; siue moraliter, diaboli dissuadentis pœnitentiam, & ad mundi seu carnis gloriam inducentis, quod probatur. *a pag. 181. ad pag. 183.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium varia quærit. I. Quare Christus in carne apparens fabri filius, imò fabrum appellari voluerit? II. Cùm sit medicus, quonam vtatur genere medicandi? III. Cur Christus in patria sua non sit dignè exceptus? IV. Exempla à Christo in medium producta, litteraliter & mysticè exponit. V. Quosdam homines dæmonibus ipsis peiores esse ostendit. *Tom. 7. Homil. quadrag. à col. 252. ad col. 254.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo in Euang. in quo duodecim ponit impedimenta, quare homo non credit: quorum 1. est. Ignorantia mensuræ & capacitatis intellectus. 2. Credendorum subtilitas 3. Longinquitas mentis ab ipsis credendis rebus: 4. Malitiâ qua homo auertit intellectum à credendis: 5. Negligentia. cum adiutorium Dei non quærit: 6. Curiositas, in inquisitione probationum: 7. Culpa. seu impia vita: 8. Superbia, qua non vult credere expertis & probis viris: 9. Stultitia: 10. Insania, dum per tenebras vult lucem videre: 11. Bestialitas: 12. Affectio

A inordinata. quæ omnia credit, ad quæ transit affectus eius. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 151. col. 2. ad pag. 158. col. 1.*

Idem sanctus, serm. in Euang. loquitur de confessionis, Primò. Auctoritate; quæ dignoscitur ex eius 1. quidditate; alia est enim in foro conscientiæ, alia in foro iustitiæ, alia in foro pœnitentiæ: 2. dignitate, à triplici enim auctoritate originem sumpsit, sc. Euangelicâ, Apostolicâ, & Ecclesiasticâ. 3. potestate, quâ crimina delentur, obstaculum introeundi in cœlum tollitur, Christi meritâ dispensantur. Secundò. Necessitate, quia 1. non est retardanda: 2. iteranda est, quando sacerdos nos potuit absoluere, confessor ignarus est, accessit pœ-

B nitens cum voluntate peccandi, aut scienter retinuit aliquod peccatum; negligit peccator facere pœnitentiam sibi iniunctam 3. honestanda est, per conscientiæ examinationem. Tertiò. Vtilitate, duodecim autem sunt fructus confessionis, 1. est mentis illuminatio: 2. misericordiæ impetratio: 3. à morte suscitatio: 4. à dæmone liberatio: 5. animæ purgatio: 6. Dei pacificatio: 7. conscientiæ alleuatio, seu assecuratio: 8. diaboli confusio: 9. pro peccatis satisfactio: 10. gratiæ augmentatio: 11. peccatorum remissio: 12. Dei glorificatio. *Ex quadragesimali de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 605. col. 2. ad pag. 617. col. 1.*

C Eiusdem, de armis pugnatorum; Arma tàm equitum, quàm peditum, alia sunt offensiua; quibus nocemus aliis; vt sunt cultelli, lanceæ, &c. alia, defensiua, quibus nos ipsos defendimus & tegimus, vt galeæ, scuta, loricæ, &c. Spiritualiter per arma offensiua, intelliguntur opera virtuosa, quibus aduersus diabolum colluctamur: per defensiua Ecclesiastica sacramenta, quibus omnibus saluti nostræ contrariis resistimus. Hæc in Euangel. à Christo commendantur. *Ex quadrages. ante hac non impresso, tom. 3 à pag. 118. col. 1. ad pag. 19 col. 2.*

Eiusdem sermo, de amore purgatiuo, siue de confessionis I. Qualitate; de-

bet enim esse humilis, pura, fidelis, frequens, nuda, discreta, voluntaria, verecunda, integra, secreta, lachrimabilis, accelerata, fortis, accusans. II. Necessitate, necessaria est quia 1. nullus sine ea saluari potest peccator, si per annum non confiteatur, vel sine ea moriatur: 2. patres & matres tenentur inducere filios, & Domini famulos, & patrini filiolos, ad annualem: 3. non confitentes semel in anno, non debent sepeliri in loco sacro, &c. III. Vtilitate, de quâ dicet alibi. *Ex quadrages. Seraphin, à pag. 272. col. 1. ad pag. 275. col. 2.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo in Euangelium, & de inuidia. I. Probat inuidiam excæcare & tenebrare mentem. II. Benignitatem ac humilitatem Domini demonstrat. III. Iudæorum liuorem detestatur. IV. Quomodo Christus verè sit fabri filius, explicat. V. Varios inuidiæ effectus dinumerat. *Serm. 48. à col. 124. ad col. 127.*

Eiusdem sermo alter vnde suprà. Ex Euangelio, Christi vera humanitas comprobatur, mens Iudaica ad discutiendum semper promptior, quàm credendum, reprehenditur, vana curiositas circa diuina redarguitur, Christus verus fabri filius demonstratur, B. V. Maria vnici filij mater declaratur. *Serm. 49. à col. 127. ad col. 129.*

FERIA TERTIA infra Dominicam tertiam Quadragesimæ.

SANCTI ANTONII DE PADVA sermo, Correctio fraterna facienda, dum occurrit infirmitas in proximo, & peccatum, cum charitate; non autem à quocumque, sed ab illis tantùm quibus incumbit, vel ratione auctoritatis, scilicet officij sicut sunt prælati & superiores, vel ratione antiquitatis, vel ratione familiaritatis & societatis: facienda autem cum discretione, lenitate, charitate, vtilitate. *A pag. 183. ad pag. 185.*

S. AVGVSTINI sermo in Euangelium. I. Omnem hominem Dei debitorem esse commonstrat. II. Debitoribus nostris dimittendum docet non solum vsque septuagies septiès, sed toties quoties, sicut & Christus nobis omnia donauit. III. Huius formulæ loquendi, *Septuagiès septies*, vim & efficaciam declarat, & in ipsa magnum reperit mysterium, remissionis omnium peccatorum IV. Modum tradit ignoscendi peccantibus; & delinquentibus correctionis remedium adhibendi. *Tom. 10. serm. 15. de verbis Domini fol. 14. 15.*

Eiusdem sermo alter de fraterna concordia, & offensionis relaxatione. Hortatur, vt quicumque habet quærelam aduersus alium, finiat ne finiatur; iniuriarum remissionem pluribus persuadere conatur; Qualiter homo in reconciliatione se gerere debeat erga seruum, aut humilem personam quam iniustè offendit: & erga eum à quo læsus fuit, qui & veniam petere nolit, modum facilem tradit, & à scrupulis alienum. *Tom. ib. lib. 50. Homil. Homil. 40. fol. 114.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. Duo insinuat, vnum, transgressorem monendum, corripiendum, & increpandum esse: alterum, toties quoties in nos peccantibus misericorditer indulgendum. *Tom. 7. Homil. quadrag. col. 255.*

S. BERNARDINI SENENSIS de indulgentia inimicorum, sermo. Primo. Ad indulgendum tria nos inducunt 1. præceptum & mandatum Dei: 2. retributio æterna: 3. offensio fraterna; primum est honestum, secundum vtile, tertium delectabile; non indulgens proximo iniuriam sibi factam, peccat in oratione dicendo, *dimitte nobis debita nostra, &c.* Secundò, Deus indulgenti, indulget: indultio peccatorum, quâ Deus peccatoribus parcit, plus isti indultionis actui tribuitur, quàm cæteris actibus virtuosis permittitur repetere sua in bonis, non in iniuriis. Tertiò. Indulgentia, alia 1. larga & bona tantum, cum libenter indulgemus corde, ore, opere: 2. largior & melior, cum subito corde, ore & ope-

re indulgemus: 3. largissima & perfectissima, cum offendentē præuenimus, substantiam dimittimus, iniuriantem corde diligimus. *Ex quadr. de Christ. relig. to. 1. à p. 158. col. 1. ad pag. 162. col. 2.*

Eiusdem, in Euang. de correctione fraterna, sermo; cuius considerabimus I. Obligationem, ex parte 1. corrigentis qui debet, certò scire proximi sui culpam; mansuetus, & aptus esse ad talem correctionem: 2. delinquentis, in quo esse oportet, spem probabilem de futurâ correctione, culpam mortalem, temporis opportunitatem: 3. omittentis correptionem; omitti potest propter charitatem, & hoc virtuosum; sensualitatem, quod veniale; tepiditatem, id mortale. II: Ordinationem, 1. est fraterna, id est æqualis ad æqualem: 2. filialis, minoris ad maiorem: 3. paterna, maioris ad minorem. III. Conditionem, 1. non tantum iustus, sed quilibet peccator debet corripere delinquentem, ex præcepti iniunctione, peccati cognitione proximi dilectione: 2. peccatum præcedens præstat impedimentū in correptione propter nequitiā, malitiā, superbiam: 3. corrigendo proximum, peccator non peccat; cum peccatum eius est occultnm, vel corripiendo ingemiscit. *Ex quadr. de Fn. æter. to. 2. à p. 617. c. 2. ad p. 626. c. 1.*

Idem, sermone, in hodiernum Euangel. docet nos tria facienda esse deuictis hostibns. 1. Non eos ad desperationem inducere; quia homo desperatus, pro modico ducens vitam, acriùs se morti opponit, & robustiùs se defendit: 2. Proprium exercitum in vnitate seruare; non enim modicum periculum inde consueuit euenire: 3. cum ipsis hostibus liberalitate vti, & non nimis contrà eos crudeles existere. Hæc tria in christiano desiderantur 1. non debet manifestè confundere, nam homo apertè confusus reprehensione, non ita emendatur: 2. seruare tenetur vnitatem, à charitate non recedendo: 3. semper parcere, vt Deus parcat. Ista expressè ponuntur in Euangel. *Ex quadr. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 119 col. 2. ad pag. 120. col. 2.*

[A] Eiusdem, sermo, de amore discreto, qui debet attendi circà tres confessiones, quarum Prima est. Excusatiua, in tribus casibus potest se excusare pœnitens, & alios nominare; quando 1. aliter peccatum manifestare non potest: 2. confessor est aptus eos corrigere: 3. videt se aptum recadere, nec potest aliter euadere illam ruinam. Secunda. Diminutiua, confessio facta propter obedientiam, & non causa deferendi peccatum, valet ad vitandum peccatum, non ad remediū, &c. Tertia. Humiliatiua, quia nos obligat conscientiā cōfessario detegere, & ab eo pœnitentiā iniunctā acceptare. Confessio antem, purgat, illuminat, diabolū fugat, Deum pacificat, vitia disgregat, dæmonem con- [B] fundit, iudicem placat, cœlum aperit, conscientiam reintegrat, pœnam purgat, orationem impetrat. *Ex quadr. Seraph. to. 3 à pag. 275. col. 2. ad p. 279. col. 1.*

S. P. Chrisologi sermo de remittendo fratri debito. Sua non vidēs, & alienis curiosè intendens reprehenditur. Modus proximi defectibus charitatiuè compatiendi traditur. Remittere delicta & iniurias, durum non esse, probatur. Septimus numerus amplissimus dicitur sacramento, qui paruus est calculo; vnde non ad numerum inimicis remittendum, sed toties quoties aderit occasio. *Ser. 139 col. 355. 356. 357.*

S. I. Chrysostomi sermo ad eos qui reprehenderunt eum ob præmio- [C] rum prolixitatē, & quod vtile sit æquo animo ferre reprehensiones; facili negotio huic Euangelio aptandus. Varia autem complectitur. I. Laudare si quid fiat vt debet, reprehendere autem si peccatum fuerit amici esse officium, & curam agentis. II Oscula inimici, vulnera esse, & amici vulnera, oscula. III. Quod quomodocumque reprehensio contingat, semper sit patienter sustinenda, ac tanquam vtile, magnumque bonum cum gaudio excipienda. IV, Quòd stultus sit qui grato animo non suscipit reprehensiones. V. Quod omnes indigeant consiliario, & quòd fratres nostros charitatiuè corripere debeamus; & hæc de correptione. Deinde

tres causas prolixitatis præmiorum affert. Postremò de mutatione nominis, Sauli in Paulum, & de nominum impositionibus differit. *Tom. de diuers. noui Testamenti locis serm.* 13. *à pag.* 181. *ad pag.* 198.

S. Gregorii Nysseni oratio aduersus eos qui castigationes ægrè ferunt. Rationem homini diuinitus collatam miris celebrat elogiis: Exinde agit in peccatores, qui donum tam insigne diuini benefactoris, ventre, libidine, ocio ac somno produnt: & in eos, qui reprehensiones Episcopi & Sacerdotum ægrè ferunt, & contra ipsos murmurant conuitiisque lacessere non cessant. Denique exemplis comprobat è scriptura desumptis, Episcopos & Sacerdotes ob id ab excommunicationibus, castigationibus, & paternis reprehensionibus non cessare debere, nec ægrè ferre si contumeliis ob hanc causam afficiantur, cùm semper discipulis quos reprehendunt, inuisi sint veritatis amatores & magistri sed patienter sustinere. *Tom.* 2. *à pag.* 743. *ad pag.* 749.

FERIA QVARTA
infra Dominicam tertiam Quadragesimæ.

✠ S. Antiochi Lauræ Monachi hom 108. tota est de honore parentum; & initiò docet id varijs præcipi rationibus. 2. explicat quid præsertim parentibus præstandum sit. 3. Vtilitates & damna ex obseruantia hac aut neglectu prouenientes. *Tom.* 2. *Bibl. PP. edit.* 3. *Parisf. colum.* 309. & 310.

✠ Sancti Antonii de Padva sermo, Prima pars. Superstitionem Iudæorum in mensa, siue superstitiosam traditionem declarat. Secunda. Christum Pharisæorum prauæ operationi, & cordis malitiæ respondentem, explicat. Tertia. Digestionem moralem ex naturali colligit; dicitque, primam in ore fieri, & hæc est meritorum discussio; secundam in stomacho, hoc est, in voluntate, vbi fit bonorum intentio,

A & peccati repulsio; tertiam in cista fellis, id est, amaritudine culpæ transactæ. Quarta. Peccatorum distinctionem docet, dum homo peccat; corde, tripliciter, in seipsum per acediam, in Deum per superbiam, in proximum per odium & inuidiam; ore dupliciter, vel contra Deum, vel contra proximum; operè multipliciter. Quinta. Consensum duplicem in opus & delectationem, probat. *à pag.* 185. *ad pag.* 187.

S. V. Bedæ homilia in Euang. Iudæorum superstitiones reprehenduntur, eorum stultitia demonstratur, Pharisæorum sacrilega auaritia condemnatur, & textus euangelicus litteralibus commentariis illustratur. *Tom.* 7. *Homil. quadr. col.* 255. & *sequentibus.*

B ✠ S. Bernardini Senensis sermo, de honore parentum; parentes corporales, spirituales, & temporales honorare debemus; quia I. Participant principium, sapientiam, & bonitatem diuinam. II. Obligamur eos diligere, timere, reuereri, consolari, & eis obedire, seruire, & subuenire. III. Præmium certum est huic honori. *Ex quadrages. de Christiana religione, tom.* 1. *à pag.* 162. *col.* 2. *ad pag.* 167. *col.* 2.

Eiusdem, de detractione, sermo; cuius attendit conditionem, sc. malitiam, superbiam, crudelitatem. Operationem, id est, modum occultatiuum, negatiuum, depranatiuum, venenatiuum, publicatiuum, aggrauatiuum, inflam-

C matiuum. Contaminationem, non credentes detractionibus præseruantur; vacillantes defensantur; credentes contaminantur & pereunt. *Ex quadr, de Euang. æterno, tom.* 2. *à pag.* 626. *col.* 1. *ad pag.* 635. *col.* 2.

Eiusdem, sermo, quo præcipitur victoribus post adeptam victoriam, 1. Diuinus cultus quoad Deum: 2. Dilectio proximi, quoad proximum: 3. Modus viuendi quoad seipsos. Ita Christianus debet, Deo, obedientiam humilitatis; parentibus, pietatis clementiam; sibi, puritatis munditiam. Quæ notantur in Euangel. *Ex quadrages. ante hac non impresso tom.* 3. *à pag.* 110. *col.* 2. *ad pag.* 122. *col.* 1.

Idem, de amore correctiuo, differens, A ferm. in Euang. dicit triplicem esse correctionem. 1. fraternalem, æqualis ad æqualem; 2. paternalem, maioris ad minorem; 3. filialem, minoris ad maiorem, hæ præcipiuntur correctiones. *Ex quadr. Seraphin, tom. 3. à pag. 279. col. 1. ad pag. 282. col. 1.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo de discipulis illotis manibus prandentibus. Christi sermonem fulguri assimilat; Iudæorum superstitiones carnis non animæ curam facientes condemnat; Inimicorum hominis absque numero multitudinem miratur; Hominum conditionem in hac vita deplorat, cùm nouo bellandi genere, *ab intus exeunt de corde,* de homine contra hominem gentes exeant bellaturæ; vt à vitiorum, quæ Euangelium enumerat, sordibus emundemur intrinsecus, hortatur. *Serm 171. col. 430. & sequentibus.*

FERIA QVINTA
infra Dominicam tertiam Quadragesimæ.

SANCTI ANTONII DE PADVA sermo in quo videtur I. Curatio socrus Petri ante occasum Solis, post occasum vero multorum; & hoc non vacare mysterio demonstratur. II. Totius huius & morbi & curationis moralis sensus, vbi multiplex febris peccatorum, in cogitatione, opere, consuetudine attentiùs consideratur, & multiplicia mala ex eis orta. *à pag. 187. ad pag. 189.*

S. BERNARDINI SENENSIS de timore triplici Dei, sermo; quorum primus est conscientiæ, qui septem gratias secum portat, 1. est firmans, quæ malos gressus animæ ne in crimina ruat sistit: 2. humilians, quæ lucem animæ præstat, vt clara criminum commissorum discussione humilietur: 3. lachrymans, quæ consideratione bonitatis diuinæ, mentem compungit: 4. timorans, cum non solum de malis commissis, sed & de malis omissis timemus: 5. serenans. 6. inflammans, quâ anima non solum per dilectionem fit ardens, sed & per fortitudinem constans: 7. declarans, & aperiens conscientiæ librum. Secundus. Iustitialis, cum anima maiori lumine illustrata, iustitiam Dei lucidiùs incipit contemplari, quomodo vnicuique reddit secundum opera eius. Tertius. Iudicialis, quo anima concutitur, timens ne seueritas diuini iudicis aliquid in conscientiâ cernat, quod oculos suæ maiestatis offendat. *Ex quadr. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 167. col. 2. ad pag. 172. col. 2.*

Eiusdem, sermo. Primò. Detractor, 1. excæcatur in intellectu practico, & si non in speculatiuo: 2. ex temeritate iudicat aliena: 3. voluntatem suam & cor obdurat. Secundò. Permittit Deus iustis detractores aduersari, vt 1. ampliùs illuminentur: 2. in iustitiâ roborentur: 3. ampliùs inflammentur. Tertiò. Remedia detractionis sunt 1. perseuerantia in recta vitâ: 2. nulla crudelitas vel adhærentia: 3. ignorantia, ex Dei permissione: 4. patientia: 5. defensio: 6. testificatio: 7. exemplatio: 8. compassio: 9. opportunitas: 10. necessitas, vt per viam virtutum, cautiùs incedant: 11. honorabilitas: 12 magnanimitas; despiciendæ enim sunt detractiones. *Ex quadr. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 635. col. 2. ad pag. 643. col. 1.*

Idem, sanctus, sermone pro Euangel. C hodierno, in ciuibus quinque conditiones quærit, ne expugnabiles reddantur; 1. Humilitatem, ne vnus alteri præesse velit: 2. Liberalitatem, ne cupiditati & auaritiæ intendant: 3. Benignitatem, vt mens alteri subueniat, & non immisericordes inter se existant: 4. Æquitatem ne iustitia odio vel amore peruertatur: 5. veritatem; Christiani similiter debent esse humiles, sine superbiâ: liberales, sine auaritiâ: benigni, sine duritiâ: iusti, sine nequitiâ: veri, sine fallacia. Quæ in Euangel. in se ostendit Dominus fecisse. *Ex quadrag. ante hac non impresso, tom. 3 à pag. 122. col. 1. ad pag. 123. col. 2.*

Eiusdem, de amore sanatiuo, sermo, siue de contritione; cuius meditatur.

I. Quidditatem, eam ita definiendo, contritio est dolor voluntariè assumptus de peccatis, cum proposito confitendi & satisfaciendi. II. Necessitatem, confessio est adeo necessaria, quod sine illâ peccator non potest saluari; quia sine eâ non potest haberi gratia concurrente cõtritione, nec lumen haberi potest sine expulsione tenebrarum. III. Qualitatem, septem debet habere conditiones confessio, debet enim esse repensata, secreta, integra, ordinata, appropriata, amaricata, intrinseca. *Ex quadrag. Seraphin tom. 3. à pag. 282. col. 1. ad pag. 286. col. 1.*

S. P. Chrysologi sermo de socru Petri. Varia quærit & explicat I. Quare vniuersi Conditor & Restaurator terrenas & seruiles intrauerit mansiones. II. Cur Christus socrum Petri sanaturus, eius manum tenuerit? III. Quàm sit excellens & efficax Christi medicina? IV. Quid in Euangelica lectione, intelligentiæ spiritalis lateat? (vbi Christi incarnationem & aduentum exponit per ingressum eiusdem in domũ Petri) *Serm. 18. à col. 45. ad col. 48.*

D. Innocentii Pap. III. sermo in Euangelium. Virtutes Christi commendantur. Per domum Simonis vniuersalis Ecclesia intelligitur: sicut per socrum eius, Synagoga; quæ à Domino derelicta magnis cœpit febribus erroris, & inuidiæ detineri. Insuper quatuor febrium genera enumerantur, simplicis, duplicis, continuæ, & interpolatæ, quæ moraliter sic explicantur, vt simplici febre laboret, qui vnico vitio molestatur: duplici, qui multis vitiis detinetur; continuâ, qui in vitio perseuerat; interpolatâ, qui mox pœnitet de peccato, moxque ad illud reuertitur. Deinde loquitur de mentis variis ægritudinibus, in diuersis corporis infirmitatibus designatis. Postremò docet Christum tribus de causis prohibuisse dæmonia dicere veritatem, & prædicationem etiam veritatis, hæreticis esse prohibendam. *Tom. 1. serm. quadrag. à pag. 42. ad pag. 45.*

A

FERIA SEXTA infra Dominicam tertiam Quadragesimæ.

S. Ambrosii sermo hac die habitus, de virtute aquæ baptismatis, & eleemosyna, ex verbis Euangelij Ioannis 4. *Aquam, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ &c.* De duobus misericordiarũ fontibus baptismo videlicet, & eleemosyna disserit, qui & vitam tribuunt & peccata condonant; Ostendit insuper quomodo mulieris Samaritanæ sordes melius vnda Christi diluerit, quam Samariæ aqua purgarit: mundiùs, misericordia quàm puteus maculas detergat. B Per mulierem autem Samaritanam, Ecclesiam intelligit de Gentibus congregatam, quæ fonte aquæ salientis in vitam æternam in baptismate purificata: immaculata extitit. Denique eleemosynam quodammodo lauacro assimilat. *Tom. 5. serm. 42. à col. 59. ad col. 61.*

✶ S. Antonii de Padva sermo. I. Samaritana Christum cognouit in loquela & vestibus, à quo satiata est vt non sitiret iterum temporalia. II. Eius historia moraliter explanatur. III. Dies peccatoris habet sex horas, suggestionem, cogitationem, delectationem, consensum, propositum, perpetrationem operis: Dies Dei totidem, C naturalem productionem, baptismalem ablutionem, salutarem inspirationem, singularem comminationem, paternalem castigationem, finalem reprobationem. IV. Sitit Christus ad salutem, dũ sitimus ad damnationem. V. Donũ Dei efficax ad eripiendum à periculis & subueniendũ. *à pag. 189. ad pag. 191.*

S. Avgvstini sermo in Euangelium, & de non differendo baptismo. Quòd Christus sit mysticus Ioseph, cui Iacob prædium dedit. Quòd peccata nostra Christum fatigent. Quòd Dominus noster sit fons vitæ. Obiter autẽ textum breui expositione perstringit, & quædam mysteria paucis declarat. *Tom. 10. serm. 92. de Temp. fol. 174.*

Eiusdem discursus in quo Euangelium mysticè interpretatur. In putei profunditate tenebrosa errorem mundi & eius infimas partes agnoscit, ad puteum venit Christus hora sexta, cum sexta humani generis ætate, senectutem hominis in peccatis inueterati sanaturus, per incarnationis mysterium aduenit: fatigatus autem venit, quia carnis nostræ imbecillitatem suscepit; à muliere aquam petiit, fidem enim eorum sitiebat, pro quibus & sanguinem effundere volebat. Per quinque Samaritanæ viros, quinque carnales sensus intelligit, & per sextum spiritum rationalem; mulier autem illa errore adhuc, peccatoque detenta, & tota carnalis complexu adulterino à diabolo possidebatur, nec spiritalem aquam intelligere nec haurire valebat; sed Christus illam monuit vt vocaret virum, rationem & spiritum videlicet, quo spiritalia posset intelligere; quæ benè dixit virum non habeo, quia non erat in ipsa spiritus qui Deum cognosceret; Dominus verò misericordiâ motus & errorem quo tenebatur expulit, & se verum Messiam declarauit: cui statim Samaritana adhibens, relicta hydria cupiditatis sæcularis, non solum credidit ad iustitiam, sed etiam ad salutem ore confessa est quod credidit, & prædicare incœpit. *Tom. 4. lib. 83. quæst. quæst. 64. fol.* 131. 132. 133.

S. Bernardini Senensis sermo, de mendacio. Primò. Mendacium, aliud oris, quod propriè sumptum est; aliud operis, & sic sumitur pro peccato duplicitatis; aliud criminis, sicque communissimè sumitur. Secundò. Mendacium malum in se est, respectu ad exemplar primum, dicentis, dicti, audientis, ad commune pactum voluntatis, ad conuersationem communem. Tertiò. Mendaces puniuntur à Deo in spiritualibus, corporalibus, æternis. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 171. col. 2. ad pag. 177. col. 2.*

Eiusdem, sermo, in Euang. Ad cœlestia animam ducere volens Christus. I. Eam illuminat, lumine fidei per in- A carnationem, conuersationem, & consummationem suam. II. Eam expugnat flammâ sitiente, largiente, desiderante, euocante, reuelante, irradiante, transformante. III Considerare facit amorem ardentem in Samaritanâ, comburentem in Christo, incendentem in Apostolis, feruentem in Samaritanis. *Ex quad. de Euang. æterno, à pag. 643. col. 1. ad pag. 651. col. 1.*

Eiusdem, sermo, vnde supra. Dux ciuitatis debet habere 1. Cum ciuibus cõformitatem: 2. Sollicitudinem, vt eos custodiat: 3. In viuendo excellentem dignitatem: 4. In loquendo vilitatem. Sic Christus habuit, cum fidelibus similitudinem, circà salutem sollicitudinem, in se dignitatem mirabilia operando, vilitatem in loquendo. Hæc B patent ex Euang. *Ex quadrages. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 123. col. 2. ad pag. 125 col. 2.*

Eiusdem sermo, in Euang. de amore inflammatiuo, quo Deus I. Visitat animam, eam implendo, & inflammando. II. Eam trahit, amore suo inflammando. III. Eandem promptam & velocem reddit, ad salutem, ei salutis remedia quærenda. *Ex quadrages. Seraphin, tom. 3. à pag. 286. col. 1. ad pag. 290. col. 2.*

S. I. Chrysostomi sermo in Samaritanam, & in illud Euangelij, *Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur. Sy-* C *char.* Samaritanam, quam vocat meretricem, & Apostolam, luxuriosam, & fidelem, encomijs celebrat. Textum Isaiæ cum verbis Ioannis Euangelistæ dicentis Christum fatigatum ex itinere sedisse concordat. Qua de causa idem Euangelista & locũ, & horam, & absentiam discipulorum indicauerit, cum Samaritana aduenit, perquirit; vbi Christus piscatori egregiè assimilatur. Quare Christus qui Samaritanæ aquam volebat dare, ab ipsa aquam postulauerit, causam exponit & probat Deum consueuisse nobis dare, quod à nobis expetit. Christi benignitatem erga mulierem, & in responsis sapientiam humilem miratur Quomodo Dominus noster Samaritanæ animam

sensim ad spiritualia, & in cœlum euexit, attentè considerat. Rursus Samaritanam laudibus extollit. Denique vt eius exemplo peccata confiteri non erubescamus, adhortatur. *Tom. 6. à pag. 409 ad pag. 422. serm. 43.*

✠ *Tribuitur hic sermo ab alijs Ioanni Nepoti Sylu. Hierosol. & inter opera eius refertur: Tom. 1. à pag. 489. vsque ad 493. in Ioannem tertia.*

S. P. EPHRÆM SYRI discursus de diuina gratia, huic Euangelio conuenientissimus quicquid enim de aqua dicitur in ipso, de gratia intelligendum venit. Ostendit autem quid diuina gratia operetur, quantumque eius studio teneri debeamus; vbi multa in eius commendationem præclara habentur. *Tom. 1. à pag. 76. ad pag. 79.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 38. agit I. De intentione Domini euntis per Samariam, à Iudæa in Galilæam. 2. de Samaritis quid scripturæ doceant proponit. 3. contextum ipsum ad litteram, & ad sensum allegoricum explanat: & quædam anagogicè ac moraliter. *A pag. 264. ad 274.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio de Samaritana, ad hæc verba: *Qui biberit ex aqua hac sitiet iterum &c. Ioan 4.* Proponit dicere de duobus: De aqua mundana quæ sitim non sedat. De aqua Dei, quæ est animæ spiritualis cōsolatio, quæ sitim explet. Pro I. dicit hanc mulierem animam mundanam exprimere; & vnde tanta siti terrenorum vexetur, quia quinque viris nupsit, id est sensibus. II. Ad virgines Christi conuertitur, quibus paratam docet aquam celestem. III. Spiritum sanctum, eiusque gratias esse eiusmodi aquam, quam Christus omnibus offert. IV. Hortatur vt hanc aquam semper & solicitè in quiramus. *A fol. 59. col. 4. vsque ad fol 61. col. 3.*

SABBATO INFRA
Dominicam tertiam Quadragesimæ.

✠ SANCTI ANTONII DE PADVA sermo. Adulteræ peccatum à Pharisæis accusatur, à Christo condonatur. Christus ergo ad Pharisæorum confusionem & peccatricis veniam multiplici ratione inclinat se in terram, scribit, scribit digito, scribit autem teste Aug. *qui sine peccato est vestrum, &c.* erigit se, solus remanet. Tota hæc historia moraliter percurritur. *A pag. 191. ad pag. 193.*

S. AVGVSTINI sermo in Euangelium, de muliere deprehensa in adulterio, Iudæorum in Christum odium & malignitas notantur; Christi veritas, mansuetudo & iustitia declarantur; eius in respondendo sapientia consideratur; quare lex scripta in lapidem, & cur Christus digito scripserit in terram, ratio affertur. Christum peccatis non fauere, cùm adulteram non condemnauit, ostenditur, damnauit enim peccatum, non hominem, iniquitatem destruxit, & animam liberauit. Vt non tantum Christi misericordiam, sed etiam iustitiam consideremus monemur. In pœnitentiam procrastinantes grauiter agitur. De sua salute desperantes, eriguntur. *Tom. 10. serm. 47. de verbis Domini fol 39. 40.*

Eiusdem sermo ad mensam. S. Cypriani habitus, de eo quod sciptum est in Psalmo, *Erudimini qui iudicatis terram,* & de muliere adultera. Quid sit terram iudicare? Conditiones iusti Iudicis quales? Quòd Christus iudicat iustitias & Iudices, vt ex Euangelio comprobatur. Quòd peccatum sit damnandum, homo verò absoluendus, & liberandus, docet. Denique pro iudicibus varia traduntur documenta. *Tom. 10. serm. 94. de Temp. fol. 174. 175.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS sermo in Euangel. Duplicitas triplex. Prima, Cordis quæ est contrà, 1. Deum

Eccle

Eccles. 1. ne accesseris ad eum duplici corde: 2. seipsum, dum quis vult placere Deo & mundo, in nullo enim prosperatur; 3. proximum, *Hier. 9. In ore pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias*. Secunda. Oris, quæ est 1. sancta vel inspirata, vt sunt mendacia multorum sanctorum mystica: 2. permissa, quia est licita & honesta, vt celare veritatem, recto fine: 3 prohibita, quia semper peccatum est. Tertia. Operis, quæ est simulatio, vel cautelæ; sicut fuit in Iehu qui se finxit cultorem Baal; vel doctrinæ, quæ licita est, quando habet veritatem altam & vtilem in suâ significatione, summam sinceritatem in intentione, auctoritatem celebrem in actione, pietatem in affectione, decentes congruentias in modo agendi; vel B fallaciæ, & hæc habet rationem mendacij, nec fit sine peccato. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 177. col. 2. ad pag. 183. col. 1.*

Eiusdem, de origine dominiorum, sermo; quo videtur tradere Primò. In statu innocentiæ, omnia fuisse communia: præceptum legis naturæ de habendo omnia communia, reuocatum: per legem positiuam distincta esse omnia dominia rerum, vt hoc de iure sit meum, & illud tuum. Secundò. Ab omni iure præscriptionẽ & vsucaptionem originem ducere: omne Ius naturale & legale, distinctum esse in præscriptione & vsucaptione; discordare ius canonicum, & ciuile. Tertiò. Translationem rerum fieri 1. auctoritate priuatâ, per actum merè liberalem, in quâ transferens nullam expectat redditionem: 2. per actum secundùm quid liberalem; quando pro eo quod quis transfert, expectat aliquid ei reddi æquiualens: 3. debere esse sine fraude, vt seruetur in commutatione valoris æqualitas, &c. *Ex quadragesim. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 651. col. 1. à pag. 660. col. 1.*

Idem, sermone, de quo supra; quærit in rectore ciuitatis 1. Perfectam scientiam in admonendo: vt sciat quæ præcipere debet, & quæ debeant ciues facere: 2. Propriæ conditionis reminis- A centiam, in dominando: 3. Discretam iustitiam, in iudicando: vt puniat punienda, parcat parcenda, dissimulet dissimulanda. Quæ tria debent esse in omnibus prælatis, principibus, dominis & sacerdotibus; sc. lumen sapientiæ, in docendo: culparum propriarum reminiscentia, seipsos considerando, & humiliando: discretio iustitiæ, in iudicando. Hæc aduerte in Euang. *Ex quadr. ante hac non impresso. tom. 3. à pag. 125. col. 2. ad pag. 127. col. 1.*

DOMINICA QVARTA *Quadragesimæ.*

B B. Alberti Magni sermo, ad ea verba: *Accepit Iesus panes, & cum gratias egisset &c. Ioan. 6.* Docet nos I. Per quinque millia virorum, quemlibet Christianum intelligi, qui per quinque virtutes, quarum singulæ multiformes sunt; & multæ mercedis, hunc explent numerum: Deuotam dilectionem: sanctam cogitationem: vtilem locutionem: bonam operationem: piam compassionem. II. Per quinque panes designari, pœnitentialem satisfactionem; sanctam prædicationem: mortis recordationem: Sanctorum imitationem: Dominici corporis & sanguinis participationem. C Per duos pisces, spem Diuinæ pietatis, & dulcedinem charitatis. III. Per 12. cophinos plenos, figurari 12. præmia & gaudia, quæ ex eiusmodi panibus & piscibus reportantur. *Tom. 12. serm. 32. de temp. pag. 63. & 64.*

S. Ambrosii sermo hec die dictus; Populum hortatur quòd sicut ad Quadragesimæ medium patienter peruenit, sic alacri animo ad finem tendat; monet eos, qui huc vsque in peccatis vixerunt, vt deinceps resipiscant, & medicinam spiritalem requirant; mortem animæ magis timendam esse quàm corporis internecionem efficaciter ostendit: & ad benè operandum dum tempus datur, prouocat. *Tom. 5. serm. 43. col. 61.*

✝ Sancti Antonii de Padva ſermo in quo Euangelij litteralis & moralis datur intelligentia; & Chriſti perfecta charitas apparet, dum per miſericordiam ſuam nos intuetur, expectat, beneficiis ditat, & noſtris neceſſitatibus ſubuenit; & hoc quantum ad litteralem ſenſum. Moraliter Mons eſt Chriſtus ad quem poſtquam Tiberiadis mare, hoc eſt huius mundi tranſierimus, debemus aſcendere, Genezareth, id eſt generans auras, ſubleuandi oculi, nos in propriam conſiderationem reducentes: reliquæ euangelij partes pari modo tractantur. *à pag.* 193. *ad pag.* 195.

Eiuſdem, ſermo ex alio quadrageſimali Domin. in hæc verba, *De quinque panibus & duobus piſcibus ſatiauit Dominus quinque millia hominum.* Quæ allegoricè & moraliter diſcurruntur, I. Quinque panes ſunt quinque libri Moyſis, in quibus animæ refectiones reperiuntur: 1. eſt peccati exprobratio in contritione: 2. peccati denudatio in confeſſione, 3. ſui ipſius humiliatio in ſatisfactione, 4. zelus animarum in prædicatione. 5. cœleſtis patriæ dulcedo in contemplatione. II. Quinque, panes ſunt quinque myrrhæ cubiti; iſti ſunt quinque fratres Iudæ, de quibus ſigillatim. III. Duo piſces ſunt intellectus & memoria; quibus debent condiri quinque libri Moyſis. IV. Quinque millia hominum, ſunt quinque conuentus in cœlo & terra celebrati. *à pag.* 253. *ad pag.* 255.

Eiuſdem ſermo ex alio quadrageſimali Domin. in epiſtolam. Primò. Peccati deformitatem attendens, aduertit quod tenebra, occupat decorem, concitat horrorem, expellit pudorem, inducit torporem. Secundo. Conuerſionem formoſam eſſe; & ante Deum luce fulgere aſſeuerat. *à pag.* 282. *ad p.* 284.

S. Avgvstini diſcurſus allegoricus de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio, Dominum turbas in monte pauiſſe de quinque panibus, &c. Quinque panes veterem legem ſignificant, quæ in quinque libris per Moyſen data eſt; duo piſces qui ſaporem ſuauem pani dabant duas perſonas quibus Iudaicus populus

A regebatur, regiam ſcilicet & ſacerdotalem: quæ Dominum noſtrum præfigurabant, & quas ſolus ſuſtinuit, & propriè impleuit, ipſe enim Rex ſimul & Sacerdos; fœnum ſuper quod turba diſcubuit, ſpem carnalem & temporalem in qua collocati erant ipſi Iudæi, propter regnum temporale; fragmentorum reliquiæ in cophinis duodecim, de legis adapertione (quam Iudæi reliquerant & deſeruerant,) repletionem diſcipulorum in quibus duodenarius numerus principatum tenet. *Tom.* 4. *lib* 83. *queſt. queſt.* 61. *fol.* 130. 131.

S. Basilii Selevciæ in quinquies mille homines, quinque panibus paſtos oratio. Auditorum incitatum deſiderium laudat; Chriſti benignita-
B tem & humanitatem ex Euangelio demonſtrat; Dominus panes benedictione multiplicaturus, quare in cœlum conſpexerit, cauſas exponit; Multiplicationis panum miraculum egregiè deſcribit; Sacra myſteria reliquiarum panis multiplicati aperit, & differentiam antiquæ legis & nouæ ex hodierno miraculo oſtendit. *Orat.* 33. *à pag.* 175. *ad pag.* 178.

S. V. Bedæ homilia in Euangelium. Quid in præſenti Chriſti miraculo myſticum perpendere debeamus inquirit & I. per mare Tyberiadis ſæculum intelligit. II per multitudinem Chriſtum ſequentem, nationum cre-
C dentium in ipſum vniuerſitatem. III. per aſcenſionem in montem, doctrinæ & chariſmatum Chriſti, iuxta percipientium capacitatem, diſtributionem & accommodationem. IV. per oculorum ſubleuationem diuinæ pietatis & præuenientis gratiæ indicium; V. per quinque panes hordeaceos, quinque Moyſis libros auſteritate legis refertos; VI. per duos piſces, pſalmiſtarũ ſcripta, & Prophetarum; VII. per puerũ quinque panes & duos piſces habentem, populum Iudæorum; VIII. per fœnum, carnis concupiſcentiam quam calcare debemus; IX. per quinque millia virorum, perfectionem eorũ qui verbo vitæ reficiuntur; X. per reliquias fragmentorum, arcana diuinorum eloquiorum

quæ vulgi ſenſus non capit; XI. & vltimò per duodecim cophinos, ſpiritualium doctorum congregationem. *Tom. 7. homil. quadr. a col. 258. ad col. 261.*

S. Bernardini Senensis de reſtitutione, ſermo I. ad reſtitutionem obligantur, 1. Raptores, & quidquid in bello iniuſto rapuerunt aut depopulati ſunt, reſtituere tenentur: 2. Fures ad modum raptorum: 3. Vſurarij, cum ex impietate vſuraria aliquid extorſerunt: 4. Qui dant occaſionem rapinis, ſi dent eis cauſam efficacem, non aliter: 5. Qui furti occaſionem præſtant, ſi ei efficaciter contribuant. 6. Qui vſurariis aliquod præſtant patrocinium, ſi ad lucrum efficaciter concurrant, aliter non, ex opinione probabiliori. *Ex quadrag. de Chriſtiana religione, tom. 1. à pag. 183. col. 1. ad pag. 188. col. 2.*

Eiuſdem, ſermo 2. reſtituere tenentur qui rapinis & furtis cauſam dant efficacem 1. auxilio ſiue facto, 2. ſcripto, 3. conſilio, 4. ſtatuto, 5. iuſſione, 6. comminatione, 7. detractione, 8. adulatione, 9. falsâ procuratione, 10. falsâ ſententiatione, 11. falsâ accuſatione, 12. falsâ teſtificatione, 13. non defendendo: 14. non obuiando, 15 non manifeſtando, 16. iniuſtè grauando, 17. receptatione, 18. conſeruatione, 19. ne reddatur impeditione 20. emptione: 21. ſigno indicatiuo. 22. modo inductiuo 23. dicto incitatiuo, 24. facto animatiuo, 25. tacendo, 26. conſentiendo, 27. obuiando, 28. participando. *Ex quadrageſ. de Chriſtiana religione, tom. 1. à pag. 188. col. 2 ad pag. 195. col. 1.*

Idem, ſermone in Epiſt. examinat mercationis. Primò, Licitam exercitationem, & aſſerit licitam, via naturæ, quia vtilis eſt generaliter, ſpecialiter, particulariter: via ſcripturæ, non enim expreſsè ex ſcripturâ prohibetur; via gratiæ, tépore enim gratiæ mercatores ſub cõgruâ menſurâ lucrantes, nunquã damnantur. Secundò. Impiam abuſionem, quia fit illicita ex circunſtantia 1. perſonæ, vt Eccleſiaſtici, 2. cauſæ, 3. temporis, feſtorum, 4. loci, diuino cultui dicati; 5. conſortij, cum res cariùs

A alienis quàm dumeſticis venditur, 6. damni, 7. modi: quæ omnia fuſiùs expenduntur. Tertiò, Reformationem debitam: mercator enim has circunſtantias repenſare debet, vt ab illis abſtinere conetur. *Ex quadr. de Euang. æterno, tom. 2. a pag. 660. col. 1. ad p. 669. col. 2.*

Eiuſdem, in Euang ſermo, de temporis venditione. I. Regulam triplicem pro temporis venditione attende, 1. tempus proprium venditoris ab eo licitè poteſt vendi, quando temporis, vtilitatem temporali prætio appretiabilem, in ſe includit: 2. ius rerum pro futuro tempore, poteſt licitè minus vendi, quàm ſi omnes illæ res emptori præ-

B ſentialiter traderentur: 3. licet propter tempus rem plus vendere, & minus emere quàm valeat, quando ex propriâ natura contractus id procedit. II. abſque vſuræ vitio licitum eſt emere ad vitam redditus prædiales, ratione veri dominij, periculi, iuſti pretij: licet hæreditates prædiales hæreditariè emere, dummodo ſeruetur iuris æquitas: emere pecuniarios redditus hæreditariè ſeu ad vitam, licet ex Alex. de Ales. III. Penſatio valoris vſualium rerum, vix aut nunquam à nobis poteſt fieri, niſi ſecundum probabilem opinionem: Pretium augmentatum ex ſolutionis dilatione, vſura eſt: Pretium rei venditæ magno pretio, & ſtatim minori receptæ & emptæ vſura eſt. *Ex quadrag. de Euang.*

C *æterno, tom. 2. à pag. 669. col. 2. ad pag. 679. col. 2.*

Eiuſdem, ſermo, in Euang. ciuitatis fortitudo conſiſtit, 1. In bonitate loci: 2. Neceſſariorum vbertate: 3. ædificiorum munitate. Ita Eccleſia debet eſſe in loco altiſſimo, in nutrimento abundantiſſima, in ædificio fortiſſima. *Ex quadrag. ante hac non impreſſo. tom. 3. à pag. 127. col. 1. ad pag. 128. col. 1.*

Eiuſdem, de amore aculento, ſermo, vbi de vſura I. Vſura eſt contrà naturam, probatur lege naturæ, ſcripturæ, gratiæ, ſacræ Eccleſiæ. II. Vſurarius, pauperis extrahit viſcera fur eſt, charitatem deſtruit, omnes nutrit malignitates, eſt crudelis, proditor eſt,

III. Diabolus infernalis, qui dicitur mammona, dæmon vsurariorum est, qui ducit ipsos ad inferos. *Ex quadrag. Seraphin, tom. 3. a pag. 190. col. 2. ad pag. 196. col. 2.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in Euangelium; Tractat de ægritudinis animæ sanitate, & in tres ordinatur partes. Prima agit de recursu ad medicum per voluntariam despectionem terrenæ cupiditatis, per veram deiectionem profundæ humilitatis, & per continuam macerationem propriæ carnis. Secunda verò de infirmitatum ostensione ex inæqualitate & inordinatione affectionum prouenientium, videlicet inconstantiæ & desperationis, quæ causatur ex pusillanimitate timoris & diffidentiæ: inuidiæ & rancoris ex gaudio & exultatione afflictionis alienæ auaritiæ & cumulationis ex inordinato sæcularis prosperitatis amore. Tertia denique de diuina bonitate in nostrarum miseriarum curatione, quæ per tria signa declaratur; fecit enim signum pietatis, in gratuita condonatione, contra infirmitatem diffidentiæ; fecit signum charitatis, in propriæ carnis exhibitione, contra rancoris ægritudinem; fecit & signum paupertatis voluntariæ, contra morbum auaritiæ. *Tom. 3. serm. 1. Dom. 4 in quadrag. à pag. 74. ad pag. 76.*

Eiusdem sermo secundus in illud Euangelij, *Est puer vnus hic quinque panes hordeaceos, &c.* Per puerum Christum intelligit, qui quinque panes suis porrigit, naturæ videlicet, doctrinæ, pœnitentiæ, Eucharistiæ, & gratiæ; habet etiam puer iste diuinus duos pisces, lætitiam conscientiæ, & misericordiam. *Ibidem pag. 76. col. 1. 2.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. Docet panes hordeaceos significare austeras refectiones, quas habet anima fidelis de doctrina legali, de pœnitentia medicinali, de disciplina, siue continentia sensuali, de pœna dominicali. Doctrinæ panes sunt quinque verba, quibus tota scriptura comprehenditur, crede, fuge, age, time, appete. Pœnitentiæ panes, contritio, confessio, oratio, A ieiunium, eleemosina Panes disciplinæ quinque sensuum mortificationes Panes verò pœnarum Christi, quinque vulnera eiusdem Domini. *Ibidem serm. 3. pag. 76. 77.*

Eiusdem sermo quartus in illud Euangelij. *Hic est verè Propheta, &c.* Ponderat illud verbum, *Verè*, & docet sacram scripturam sub attestatione veritatis nobis insinuare quatuor; nimirum, humanam fragilitatem, angelicam charitatem, diuinam authoritatem, & diabolicam importunitatem. *Ibidem serm. 4. pag. 77.*

Eiusdem sermo quintus & sextus in illa Christi verba, *Colligite quæ super auerunt fragmenta &c.* Per quinque panes hordeaceos, quinque Christi vulnera B intelligit, & per duodecim fragmentorum cophinos, duodecim passionis Christi circunstantias & conditiones considerandas. Attendenda enim est quæ persona patitur, quam pœnam sustinet, qua parte, qua culpa, quibus ministris, quibus socijs, quibus solatiis, quibus instrumentis, quo loco, quo tempore quo fructu, & quo modo. In super quælibet circunstantia subdiuiditur & distribuitur in tria fragmenta, pulchrè admodum. *Ibidem serm. 5. & 6. in die Parasceues pag. 90. col. 1. 2.*

S. I. CHRYSOSTOMI homilia de ieiunio, & in apostolicum dictum, *Gaudete in Domino semper* huic dominicæ conuenientissima, & vt arbitror hac die C habita. I. Quosdam de ieiuniorum profligato dimidio gaudentes reprehendit, & vt considerent si peccatorum profligatum sit dimidium hortatur, & sic exultent. II. Licet omnes lætitiam ament, assequi tamen eam omnes non posse, docet. III. Varias ex aliorũ sententia, lætitiæ causas refert, & refellit. IV. Clarè & efficaci argumento eum solum vero potiri gaudio, qui in Domino lætatur, demonstrat. V. Fidelem non posse non frui continua voluptate & perpetuo gaudio probare nititur. VI. Bonis, etiam ipsammet tristitiam, consolationem & lætitiam afferre ostendit. VII. Aduersus eos, qui calamitatis publicæ obliti, ad fluuium lauandi cupi-

ditate concurrebant, & laſciuiis operam dabant, grauiter agit. *Tom. Homil. ad Pop. Antioch. Homil. 18. a pag. 225. ad pag. 236.*

✤ Dionysii Carthusiani ſermo, pro Epiſt. hodierna: in quo I. Per Hieruſalem intelligit, 1. allegoricè, Eccleſiam; quæ non eſt libera perfectè, quia exteriorem & corporalem patitur in hoc ſæculo ſeruitutem; tentationibus malignorum ſpirituum extat expoſita; in membris & filiis ſuis diuerſis, quotidie peccatis ſubijcitur: 2. tropologicè, animam contemplatiuam; in qua pacis eſt viſio, id eſt, cœleſtis fœlicitatis contemplatio: 3. anagogicè, triumphantem Eccleſiam; quæ habitatione, fœlicitate & gloria ſurſum eſt; atque perfecta pollet gaudetque libertate. II. Virtutem infuſam ſeu charitatem vel gratiam; contrarios à peccato habere effectus dicit, 1. enim peccatum tollit ab anima, & liberat eam à morte ſpirituali: 2. coniungit & conformat animam Deo: 3. facit hominem Deo amabilem: 4. animam Chriſti ſponſam efficit: 5. hominem futuræ fœlicitatis hæredem reddit: 6. Dei filium adoptiuum hominem facit. *In ſermonib. de temp. fol. 135. a pag. 1 ad pag. 2.*

Eiuſdem pro Euang. ſermo 1. ex quo aduerte; quinque panibus Deum animas, ſuorum fidelium reficere, 1. Panis eſt Deitas beatiſſima, ſeu contemplatio & dilectio eius: 2. Sacramentalis, vt pote corpus ſaluatoris 3. Sacra vtriuſque teſtamenti ſcriptura: 4. Gratia gratum faciens, cum ſpiritualibus bonis ſibi annexis, quæ ſunt virtutes theologicæ, ſeptem dona Spiritus ſancti, ac cæteræ virtutes infuſæ: 5. Futuræ fœlicitatis promiſſio. Panibus his adduntur duo piſces, ſc. 1. guſtus internus ſeu experientia diuinæ dulcedinis: 2. abſorptio mentis in Deo, qua à nobis ipſis deficimus, ab omnibus creatis alienamur, atque in Deo creatore immenſo fœliciter abſorbemur, & in ipſo obdormimus. *In ſermonib. de temp. a fol. 138. a pag. 1. ad pag. 2.*

Idem, ſermone 2. pro Euang. quinque alios panes enumerat, quibus anima reficitur: primus, eſt pœnitentialis, ſiue lachymarum, quo enutritur anima quæ peccando fuerat mortua: ſecundus, deſiderium proficiendi in virtute: tertius, quæcumque operatio virtuoſa, ſeu diuinorum obſeruantia præceptorum: quartus, deuota oratio, quæ exauditur à Deo, promeretur fœlicitatem æternam, mentem reficit: quintus, laudatio Dei, & Deo de omnibus gratiarum actio facta. *In ſermonib. de temp. fol. 139. a pag. 1. ad pag. 2.*

I. Gersonii ſermo in Euangeliũ. Imprimis aduerſus diuinam prouidentiam negantes paucis diſputat. Exinde ad moralitatem deflectit, & quinque fames malas recenſet videlicet vanæ glorię: diuitiarum: ſcientiæ, & cognitionis. corporalis requiei, quietis ſpiritualis: immundarum tentationum. Panis autem Angelorum quinque panes propoſuit vt tolleret prædictas fames, nimirum doloris, miſeriæ & paupertatis, deuotæ ſimplicitatis, corporalis infirmitatis, & ſpiritualis frugalitatis, Per duodecim verò cophinos intelligit totidem conſiderationes de panibus laboris excipiendas, ad nos paſcendos cùm opus fuerit. *Tom. 2. part. 4. à col. 452. ad col. 455.*

✤ Gvillelmi Parisiensis ſermo 1. in Apoſtolica dicta Galat. 4. *Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt quæ eſt mater noſtra.* Per quę Hieruſalem cœleſtem commendat Primò. A ſitu, in alto eſt ſita quia munda, ſana, ſecura eſt. Secundò. A pace, in ea enim eſt pax triplex perfecta; quia ad voluntatem Dei in nullo diſcordabimur, nihil quod diſpliceat videbimus, corporibus noſtris hæc pax perfectè dominabitur. Tertiò. A libertate quæ erit à ſeruitute, tyrannica, creaturarum, & peccati, à corporis carcere, miſeria huius exilij. Quartò. A maternitate, mater noſtra eſt ideò amat nos & amari à nobis debet. *a pag. 69. ad pag 71.*

Eiuſdem, ſermo 2. In quo ex his verbis, *Lætare ſterilis quæ non paris, &c.* occaſionem ſumit de lætitia Eccleſię hodierna differere & Primò. Dicit ad hanc moneri, 1. in figura veræ lætitiæ quam

habebunt animæ in septima ætate, 2. ad ostendendum quod Deus vult sibi seruiri cum lætitia, 3. vt doceatur quod dolor de commissis continuus non debet esse quin quandoque lætitia de spe præmij admisceatur. Secundò. Septem esse probat de quibus gaudere potest Ecclesia tempore isto 1. quod eius sterilitas cessat, 2. pestilentia filiorum suorum finem accipit, 3 opprobrium Christi aliquantulum cessat, 4. de conuersione illorum quos tempore isto recuperat, 5. de lucro multiplici quod facit, 6. de diuinâ præsentiâ in conuersis, 7. de hoc quòd sunt in via paradisi. *a pag. 71. ad pag. 73.*

Eiusdem sermo vnicus in Euang. ex quo multa discenda I. Euang Litteraliter exprimitur. II. Christus non fuit propheta, cum prophetæ viderent per rerum similitudines, ipse per speciem propriam. III. Conuiuium istud quinque millia hominum refecit, sed eius recordatio multò plures reficit; hæc autem conuiuia nostra ordinat, respectu Dei, nostri, & proximi. IV. Bis Saluator refecit turbam 1. ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus, 2. ex septem panibus & paucis pisciculis; designant autem doctrinam veteris & noui Testamenti. V. Panes Saluatoris exterius habent asperitatem, interius suauitatem, panes vero diaboli econtrà. VI. Panes hordeacei sunt tribulationes pisces consolationes. VII. Refectio corporalis figura est refectionis spiritualis, &c. *à pag. 332. ad pag. 337.*

Hvgonis a S. Victore sermo in medio Quadragesimæ habitus, de Hierusalem pro sancta Ecclesia per allegoriam sumpta, in illud, *Lætare Hierusalem & conuentum facite, &c.* Agit autem de Ecclesia sponsa Christi triumphante in cœlis, & militante in terris, cui belligeranti dicitur, *Lætare Hierusalem.* Deinde tractat de conuenticulis faciendis in monasterio, & de conuenticulis euitandis in claustro, Vbi multa aduersus Religiosos suæ regulæ, & professionis immemores. *Tom. 2. Institut. monast. serm. 44. pag. 335. 356 357.*

D. Innocentii Pap. III. sermo in Euangelicam lectionem; Christi potentia sapientia & benignitas commendantur, in miraculo, in mysterio, & in officio. Duo miracula multiplicationis panum quomodo differant, declaratur. Vtrumque miraculum explicatur, de vita contemplatiua & actiua, de Iudaico populo & Gētili, ac de duobus testamentis. In quinque panibus hordeaceis, quinque legis libros agnoscit: in duobus piscibus, duas legis scriptæ tabulas: in puero, Moysen: fregit antem Dominus & panes & pisces, quando aperuit discipulis sensum vt intelligerent sciptnras: duodecim cophini cumulantur fragmentis, quia spiritales viri sensum capientes duodecim Prophetarum, de subtilioribus legis mysterijs replentur. Et hæc pro primo miraculo. Quoad secundum, per septem panes, septem dona præcipua Spiritus sancti, intelligit & per pisciculos paucos; alias virtutes minores: cæteras autem circunstantias eodem modo interpretatur. *Tom. 1. serm. 1. Domin. 4. in Quadrag. pag. 45. 46. 47.*

Eiusdem sermo alter, Dominica Lætare, siue de rosa habitus, in illud, *Lætare Hierusalem, & conuentum facite, &c.* Rationem profert, cur Romanus Pontifex in hac Dominica florem aureum fidelibus populis repræsentet, & cur in Basilica S. Crucis videndus ostenditur; vbi habes floris aurei tres proprietates, Rosæ triplicem materiam eiusque mysteria, Christumque verum florem esse. Deinde quadruplicem ciuitatis Hierusalem significationem aperit, & ad lætitiam spiritalem hortatur. *Tom. 1. serm. 2. Dom. 4. in quadrag. pag. 48. 49. 50.*

✠ Ioannis Thavleri sermo 1. in illud *Ioan. 8 Ego sum lux mundi.* Initio proponit quæstionem cum Christus sit lumen verum sine quo in tenebris sumus, quid est quod ad illum non tendat homo. II. quidnam impedimento sit, quo minus ad Deum pertingamus. III. qualiter ad Deum redeundum sit, qua via, quo ve modo. Vbi multa de veris & falsis amicis. *A pag. 162. ad 166.*

Eiuſdem ſermo 2. in illud. *Ioan. 7. Tempus meum nondum aduenit.* I. Duplicem diſtioguit ſolemnitatem, vnam futuri æui, alteram præſentis temporis. II. Illius tempus ſemper nobis eſſe paratum, & ad eius ſolemnitatem Chriſtum aſcendere. III. ſolum Deum intendere nos debere: & ad hoc externos cultus tendere. IV. quæ ſit vitæ pœnitentialis veritas & eſſentia. Et ad hanc ſpecialiter vocatos eſſe Religioſos. *à pag. 166. ad. 170.*

Eiuſdem ſermo 3. in illud Euangelij Ioann 6. *Accepit Ieſus panes, & cùm gratias egiſſet &c.* ſub titulo Dom. 25. poſt Trinit. Vbi. I. docet Deum paſcere nos Diuini amoris pane, quem ſemper optare debemus. II. Vt verus amor à falſo poſſit dignoſci tria quædam requiri: ſeu in tribus conſiſtere; in voluntate; in intentione; in deſiderio. III. Talem amorem otia neſcire tradit, ſed ſemper ad Deum purè, abdicatis omnibus tendere, vt nec in temporalibus, nec in æternis bonis ſeipſam quærat anima. *à pag. 516. ad* 518.

✠ Nicolai de Cvsa ſermo 1. in Epiſt. lectionem. *Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem, &c. Galat.* 4. Quatuor deſiderat homo quoad vitam: 1. Contemplatiuam, ſapientiam: 2. ciuilem, honorificentiam, famam: & temporalia: 3. voluptuoſam, delectationem & conſeruationem: 4. negotioſam, diuitias. *Excit. lib. 7. pag.* 576.

Eiuſdem, ſermo 2. in ſequentia Epiſt. verba, *Non ſumus ancillæ filij, &c.* ex quibus probat fidem. Primò. In Abraham terminatam fuiſſe, in generatione ſterilis, quæ illi peperit filium promiſſum à Deo, cui credidit. Secundò. In Virgine Mariâ, fuiſſe terminatam in filij Dei generatione, cui ipſa credidit, &c. *In lib. 10. excitat pag.* 658.

Eiuſdem, in Euang. Ioann. 6. *Vnde ememus panes, &c.* ſermo primus, in quo ita ſubtiliter ratione horum verborum ratiocinatur. Sicut pater effluxum à ſe puerum amore naturali diligit. & per hunc amorem illum conſeruat & nutrit: Ita Deus qui dator animæ creditur & vitæ eius, datam vitam conſeruat

A & paſcit. *Ex lib. 7. excitat. pag.* 559.

Eiuſdem, ſermo ſecundus, in Euangel. *Accipit Ieſus panes, &c.* In quo I. Admirabile hodiernum miraculum prædicat, quia fecit Ieſus partem millesimam æqualem toti, fecit id ipſum eſſe actu, non ſolum quantitate auctâ, ſed ſubſtantiâ, quæ tamen non recipit magis nec minus. II. Cibum triplicem diſtinguit, i. eſt corpus, anima enim cibum calore digerit, ſubtiliat & conuertit in mebra quæ viuificat: 2. Deus, nam Deus pater mediante charitate, digerit, ſubtiliat & conuertit cibum in membra Chriſti: 3. anima, ſpiritus enim interioris hominis mediante amore, cibum conuertit in membra animæ. *Ex lib. 6. excitat. à pag. 513. ad pag.* 515.

B Eiuſdem, ſermo tertius, pro Euangel. *Hic eſt verè propheta, &c.* Deus amat I. Corpus noſtrum paſcendo corporalem & ſenſibilem vitam. II. Animam, cibando illam ſuo verbo. III. Non ſolùm particularem hominem, ſed & totam ſpeciem. IV. Proprium bonum non ſolùm ſecundùm quod eſt in ſe, ſed ſecundùm quod eſt in ſuâ ſimilitudine. V. Nos, vt bonum nobis influat, &c. *Excitat. lib. 5. à pag. 486. ad pag.* 487.

✠ Rabani Mavri homilia. Hortatur hoc tempore miſericordiam ſectari, vt noſtri Deus miſereatur. 2. Seruos odedire Dominis, Dominos in charitate imperare. 3. delinquentibus in nos remittendum eſſe. *Tom. 5 pag. 586.*
C *col. 1. & 2.*

✠ Radvlphi Ardentis in homilia quâ Epiſt. hodiernam quæ ita incipit, *Abraham duos habuit filios vnum de ancillâ & vnum de liberâ, &c. Galat.* 4. ſic exponit. Abraham eſt Deus pater omnium creaturarum; duos filios habuit, id eſt, duos populos quos de eadem maſsâ creauit, vnum in reprobationem, alterum in electionem. Per ancillam caro ſignificatur; per liberam, gratia cœleſtis; carnalis generatio prius in mundo abundauit; ſpiritualis vero regeneratio diu ignota ſterilis permanſit. Filij carnis & mundi, filios ſpiritus & cœli perſequuntur malo exemplo, ſuggeſtione ſubdolâ, apertâ

persecutione: Filij ancillæ, quia tantum terrenam hæreditatem desiderant, à cœlesti diuino iudicio sunt seiuncti; Populus verò electus, hæres patris constituitur. *à fol. 139. pag. 1. ad fol. 142. pag. 2.*

Eiusdem, circa Euang. expositio I. Litteralis quâ Christum veram humanitatem & veram diuinitatem habere docemur; humanitatem, dum esurientibus compatitur; diuinitatem, quando infirmos solo nutu sanat & quinque panibus & duobus piscibus quinque hominum millia sanat. II. Tropologica, nobis in Christo imitanda proponit sc. maris transfretationem, in montem ascensionem, miserationem humanæ tentationis, abiectionem, eleemosynam; quam, quomodo, quo fine, eam facere debemus tradit. III. Mystica, docet Christum fide & amore sequendum; & reliquas euangelij partes ad Ecclesiam aptat. *à fol. 142. pag. 2. ad fol. 148. pag. 1.*

B. Theodori Studitæ, sermo cath. Dominicâ quarta ieiunij habitus; Paucis tractat de animoiè sancta transeunda Quadragesima. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patr. sermonib. 68. col. 1405.*

S. Thomæ Aquinatis sermo in Euangelium. I. Docet Christum tria circa mare fecisse, illud placauit, per ipsum ambulauit sicco pede, & transmeauit: eadémque circa mundum operatum esse; placauit enim eũ Deo Patri reconciliando; ipsum siccis pedibus perambulauit, nihil mundanum diligendo transmeauit, ad cælum ascendendo. II. In montibus septem peregisse, siquidem in ipsis diabolum superauit, discipulis prædicauit, se trans figurauit, frequenter orauit, suis apparuit, turbas pauit, & inde cœlum conscendit. III. Duodecim panes mysticos enumerat, quibus Christi vestigiis inhærentes in hac vita pascuntur. *Tom. 16. fol. 10. col. 1. 2.*

✠ B. Thomæ a Villanova concio: resumit propositum Dominicæ præcedentis, & tractat de fructibus confessionis, quos septem enumerat. I.

A est, æternæ vitæ aliqualis certitudo. II. est, quies animæ extincto verme & remorsu intus redente. III. facilitas veniæ. IV. Euitatio culpæ sequentis, ad quam trahit peccatum non deletum. V. Examinatio conscientiæ facilis, dum frequens est confessio. VI. Conseruatio meritorum ex operibus factis in gratia post confessionem. VII. Augmentatio gratiæ ex susceptione sacramenti. Deinde rationem reddit, cur multi ex frequenti confessione fructus istos non percipiunt. Vndè ostendit qualis debeat esse confessio, ad ea verba *Psal. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino.* 1. quod sit præmeditata, in scrutinio conscientiæ, in dolore peccatorum, in proposito non

B peccandi. 2 quod sit clara, nuda, aperta 3 quod sit accusatoria propriorum delictorum. Denique cum fieri Domino dicitur, petitur vt sit integra, lacrymosa, secreta. Et talem confessionem esse peccati remissiuam. *à fol. 61. col. 3. ad fol. 63. col. 2.*

FERIA SECVNDA infra Dominicam quartam Quadragesimæ.

C ✠ Sancti Antonii de Padva sermo moralis I. Per boues, deditos delectationibus mundi figurans, qui solum de consolationibus curant corporis, animam negligentes. II. Per oues verò hypocritas, qui pascunt in nemore peccati, non in prato ecclesiæ. III. flagellat Deus, vel vt parcat, vel quando homo ex correctione non emendatur. *à pagin. 195. ad pag. 196.*

S. Avgvstini discursus in lectionem Euangelicam; Agit de modestia in Ecclesia domo Dei exhibenda: de peccatorum nostrorum faniculis, quibus flagellatur Christus, & quibus flagellabimur: de columbas & boues in Ecclesia vendentibus: de zelo bono & discreto,

& discreto; denique de templo mystico corporis Christi. *Tom. 9. Tract. 10. in Ioan. fol. 20. 21.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo, in quo loquitur I. de his qui causam efficacem præstant vsuris, vsurarium adiuuantes: hi sunt, ad vsuram mutuum accipientes, censales, scribæ seu tabelliones, vsurarum testes, socij vel factores, vsurariorum famuli, seruitores eorum, tutores filiorum ipsorum. II. de his qui vsuræ causam efficacem præstant, dum pro vsurariis reacquirunt fœnus; hi sunt tutores, viduæ matres, vsurarios sociantes, eorum famuli vel factores, aduocati, & procuratores, mutuum gratuitum impedientes, communitates ad vsuram mutuantes, principes vsuræ fauorem dantes. III. De his qui efficaciter impediunt vsuræ satisfactionem: hi sunt, vsurariorum vxores, filij & familia, nuptæ filiæ & earum mariti, hæredes, famuli, consanguinei, seruitores & mercenarii, vsurariis denarios mutuantes, vsurariorum eleemosynas acceptantes, oblationes recipientes, parochiales, prælati suscribentes, domos ad exercendum fœnus locantes eos manifestos ad confessionem indebitam admittentes, notarij, & testes eorum testimoniis indebitè assistentes, eos sepelientes, testamentorum eorum executores hæreditatum defensores, piarum domorum gubernatores, rei emptæ de pecuniâ funebri retentores. *Ex quadr. de Christiana religione tom. 1. à pag. 195. col. 1. ad pag. 204. col. 2.*

Eiusdem sermo, de æstimatione rerũ venalium Primò. Quæritur an res plus vendi aut minus emi quàm valeat possint, pro resp. 1. nota duplicẽ valorem, vnum naturalem, alterum vsualem; pensandam esse rei venalis virtuositatẽ, raritatem, cõplacibilitatem: 2. res non possunt licitè vendi plusquàm valent; nec etiam minus emi, pensato eorum valore, in respectu ad vsum nostrum, & ad probabile iudicium humanæ æstimationis mensurantis valorem rei infrà limites latitudinis competentis. 3. triplici respondetur obiectioni seu dif- A ficultati quam hic exponere nimis longum esset. Secũdò. Nequitia est taxare pretium rerum, secundum vtilitatem quam conferunt illis qui eis vtuntur: iniustitia & contra commune bonum; taxare res & obsequia secundum vtilitatem quam conferret: pretia rerum taxanda sunt secundum variam rationem, iuxta modum æstimationis à cõmunitatibus ciuilibus communiter factæ. Tertio triplex defectus sc. in substantiâ, quãtitate, qualitate: falsæ mixturæ corruptiones in rerum venditione examinari debent. *Ex quadrag. de Euang. æterno tom. 2. à pag. 679. col. 2. ad pag. 685. col 1.*

Eiusdem sermo, in Euang. Obsessi propriâ culpa perdunt quia eos, 1. Ni-B mia securitas pigros facit: 2. simplicitas nimia facit incautos: 3. Nemia tepiditas reddit inrobustos, Dæmones animam damnant per pigritiam in bono opere, confidentiam in prosperitate, nimiam tristitiam in aduersitate. Hoc nos docuit Christus in Euang. hodierno. *Ex quadrages. ante hac non impresso, tom. pag. 128. col. 2. ad pag. 129. col. 2.*

Eiusdem, de amore irato, sermo: in quo tria damna distinguit, quæ proximo fieri possunt. Primum est. Spirituale ipsum, scandalizando, iofamando, ad faciendum malum inducendo. Secundum. Corporale, vel feriendo, vel membrum mutilando, vel occidendo. Tertium. Temporale. Quæ C omnia damna modo conuenienti restituere debemus. *Ex quad. Seraphin, tom. 3. à pag. 296. col. 2. ad pag. 300. col. 2.*

FERIA TERTIA INFRA Dominicam quartam Quadrages.

S. Anastasii Sinaitæ ex sermone de sancta communione fragmentum, huic Euãgelio in quo dicitur. *Nolite iudicare secundũ faciem &c.* coaptãdum; siquidem docet neminẽ esse tẽpus iudicandum, præcipuè autem Sacerdotem, cum ouis non sit suum iudicare pastorem. *Tom. 1. Bibl. Patr. col. 284.*

✠ S. Antonii de Padva sermo.

Paucis multa continens I. Quare Iesus festo mediante in templum ascendit, inquirit. II. Quomodo vera sunt hæc verba, *mea doctrina non est mea*, multiplici ratione probat. III. Increpãtem Christum Iudæos & de legis transgressione, & de cœca perturbatione profert. IV. Quadruplicem eis legem à moyse traditam deprehendit, scil. timoris & subiectionis erga Deum, amoris & dilectionis erga proximum, rigoris & reprehensionis erga carnẽ, horroris & deiectionis erga hostem *a p. 196. ad p. 19*5.

✠ S. Bernardini Senensis sermo, in Euang. ad restitutionem obligamur, dum damnum inferimus proximo. Spirituale, ipsum 1. scandalizãdo, verbo iniurioso, facto, id est opere iniurioso, siue, corporali, siue temporali signo; 2. ad malum inducendo locutione, operatione, nouitatum inuentione: 3. malo exemplo peruertendo, auaritia, luxuria, superbia. Corporale, ipsum vulnerando, scil. irremediabili modo, mutilando quod irremediabile damnũ est, occidendo. Temporale ipsum diffamando, manifestando occultum malum, negando verum scil. cum crimen verum, sed occultum in publico tamen sibi impositum negat, imponendo sibi falsum. Qualiter autem hæc fieri debeãt restitutiones vide. *In quadrages. de Christiana religione, tom. 1. a pag. 204. col. 2. ad pag. 212. col. 2.*

Eiusdem sermo, de vsura. Primò Vsura deffinitur, 1. ab Amb. 14. q. c. 3. quodcumque forti accedit, vsura est: 2. ab Host. quodcumquem solutioni rei mutuatę accedit, ipsius rei vsus gratiã. pactione interpositã. 3. à magistris, vsura est lucrum ex mutuo principaliter intentum. Secundò. Vsura contrahitur, 1. in contractu mutui 2. illis rebus quibus mutuum interuenire potest, siue in his quæ consistunt in numero. pondere, & mensurã. Tertiò. Quindecim excusationes quibus quidam nituntur excusare vsuram proponuntur & soluuntur. *In quadrag. de Euang. æterno, tom. 2 a p. 685. col. 1. à p. 692 col 2.*

Eiusdem, in Euang. sermo, obsidentes ad subiugandum obsessos, eos fallũt, 1. Per proditionem? ciuitas enim quæ expugnari non potest, per proditionem capitur 2. victus sustentationem auferendo: 3. mortis pauorem inducendo, Hæc tria faciunt dæmones nos obsidentes, fallunt, 1. per proditionẽ, vitia sua specie virtutis occultando. 2. auferendo vitæ sustentationem, cum nos charitatem dimittere sollicitant: 3. inducendo mortis pauorem, cum ex timore malo ad falsum loquendum inclinant. Eadem possunt in hodierno Euang. deprehendi. *In quadr. ante-hac non impresso, tom. 3. a pag. 129. col. 2. ad pag. 131. col. 1.*

Eiusdem, de amore conuentuato, siue non conformi, sermo in quo docet nos, triplex esse iudicium Primum est Curiosum, quod habet quatuor radices, scil. actum in quo apparet, nullum bonum & omne malum, modicum bonum & multum malum, multum bonum & paucum malum, omne bonũ & nullum malum. Secundum. Criminosum, quod fit per modum periculosum, præsumptuosum, malitiosum, superstitiosum, perniciosum, ponderosum, curiosum. Tertiũ. Periculosum, pericula septem sunt in iudicando proximum; euriositas, vagabundositas, præsumptuositas, crudelitas, rapacitas, iniquitas, peruersitas. *Ex quadrags. seraphin. tom. 3. a pag. 300. col. 2. ad pag. 305. col. 1.*

S. P. Chrysologi sermo in Euangelium; De mystica Ascensione Domini in cordis nostri templum differit: & Iudæorum cæcitatem repræsentat. *serm. 85. col. 225. 226.*

S. Ephrem Syri parænesis de temerario iudicio non ferendo. Quod à dæmone terreri non oporteat: sed neque languescere & pigressere in tentationibus. Quódque potestatem nullam inimicus habeat, absque Dei permissione. *Tom. 2. parænesi. 30 p. 386. 387.*

✠ Leontii Episcopi Neapolis Cypri extat discursus in diem festum Mediæ pentecostes. Initio exponit quodnam fuit festum istud Medie pentecostes, & ad quid institutum. 2. assumit Euangelium huius diei & per partes explanat. 3. Hortatur ad medium festum celebrandum; vbi quæ-

dam de medio, profert. *Auctuarij noui Biblioth. Patrum Græco-Latinæ. colum. 702 ad 718.*

✠ Leontii Presbiteri Constantinopolitani oratio in eandem diem mediampentecostem. Initio quàm iustè festus dies agatur ostendit. 2. Exprobrat Iudæis quod in festis lætantibus Christianis, ipsi in suis confundantur. 3. Releuat ab opprobriis Iudæorum Christum Dominum; quem dæmoniacum & peccatorem calumniati sunt: 4. Proponit ad hoc Christi miracula, quæ extollit: 5. Transit ad hodiernum argumentum, & Euangelium huius feriæ explanat. 6. aggreditur historiam Petri in carcerem missi, & ab Angelo liberati, quam elucidat. *Auctuarij noui Biblioth. Patrum Græco-lat. col. 719. ad 738*

FERIA QVARTA INFRA *Dominicam quartam Quadragesimæ.*

✠ S. Antonii de Padva sermo: ex quo hæc habentur. Infirmitas omnis pœna est peccati originalis. Homines, quinque de causis molestiis affliguntur; propter gloriæ augmentationem, gratiæ conseruationem, culpæ punitionẽ, futuræ pœnæ inchoationem, diuinæ gloriæ manifestationem. Miraculi siue curationis cæci nati modus & series expenditur. Tandem per hunc cœcum multiplex peccator signatur; Quidam enim excæcantur abundantia rerum temporalium, alij honoribus, alij ex proprio ortu & genere, &c. *à pag. 198. ad pag. 200.*

S. Avgvstini homilia de illuminatione cæci nati, ac totius mundi cæcitate Imprimis cæcitatem mentis pœnam nostram hæreditariam nominat. Ex verbis Euangelij sumit occasionem aduersus Arianos dimicandi, & fusè probat Filij cum Patre consubstantialitatem, atque æqualitatẽ validissimis argumentis è promptuario scripturarum desumptis; Quo pacto Deus peccatores exaudiat ostendit; Vt peccatores ab oratione non cessent, eos hortatur; postremò omnes homines etiam iustiores aliquando peccasse pluribus

A declarat. *Tom. 10. lib. 50. Homil. Hom. 43. fol. 116. 117.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo de tẽporalium restitutione, debet restitui. 1. Alienũ, non licitè acquisitũ; 2. Alienum, licet sit licitè acquisitum; 3. Licitè acquisitum quod alteri debetur; 4. Quod in contractibus turpiter quis lucratur; 5. Lucrum ex præcepto ludi prohibiti, vt taxillorum & alearũ: 6. Lucrum mentalis vsuræ; 7. Acquisitum per errorem; 8. Condemnatio & pœna instè à iudice sententia; 9. Omne acquisitũ à dante, non habente legitimam auctoritatem dandi; 10. Lucrũ illicitum siue alienum ratione incertitudinis. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 212. col. 2. ad pag. 221. col. 2.*

B Eiusdem sermo, de datione mutui. Primo. De rectâ mutuatione agens, dicit 1. mutuum dici, quasi meum & tuũ: 2. Solùm in contractu mutui veri & interpretatiui committi vsuram: 3. in locatione, & non mutuo, posse hominem aliquid accipere vltrà sortem. Secũdò. Dare mutuum tenentur, 1. his qui sunt extremâ necessitate, qui habent facultatum penuriã non extremã: 2. habentibus necessitatem arctam etsi non extremam, & habentibus extremam, qui facultatum habent sufficiẽtiam: 3. omnibus prædictis ex præcepto, qui habent facultatis abundantiam. Tertiò. Charitas est causa mutui, mutuum spei, spes mutui. *Ex quadr. de Euang. æterno, tom. 2. à*

C *pag. 692. col 2. ad pag. 699. col. 2.*

Eiusdem, in Euang. sermo, absessi in ciuitate debili tria debent facere, 1. Bonũ ducem eligere qui ciuitatem defẽdat: 2. Arma defensiua assumere: 3. Intrepidè perseuerare; constãtia enim est in omnibus cõmendanda. Spiritualiter positi in hoc mundo tanquam in malo loco, debemus. 1. Christũ in nostrum capitaneum eligere, quia ipse fidelissimus: 2. Baptismum, vel confessionem assumere tanquam armaturã defensiuam: 3. Cõstanter perseuerare, quia in ipsa perseuerantia est fructus. Hæc tria perfectè comprehendi possunt in hodierno Euãgelio. *Ex quadrag. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 131. col. 1. ad pag. 132. col. 2.*

Idem sanctus, sermone vnde suprà, de amore illuminato, tres regulas pro restitutione profert. I. Rem alienam quam habes debes restituere quam primùm potes. II. Quando aliquis est in aliquâ necessitate, vel non potest restituere sine suo damno, debet petere licentiam à Domino Episcopo. III. Varia contractuum genera consideranda, vt quis sciat quando sit restituendum. *In quadrag. Seraphin, tom. 3 a pag. 305. col. 1. ad pag. 309. col. 2.*

§. I. CHRYSOSTOMI sermo de zelo & pietate, & de cæco à natiuitate. Multa præclara habet. I. Quòd Verbum Dei sit fons luminis, cuius splendor apud Deum licet sit vnus, ad nos tamen transmissus, diuersos operatione sua producit fulgores, h. c. varia & diuersa dona. II. Quòd sicut se habet lux visibilis ad corpora, sic se habeat verbum Dei erga animas: quòdque tenebræ sunt in nocte, hoc in animabus sedualis ex ignorantia. III. Quòd discrimen locorum non efficiat vt meliores euadamus. IV. Quòd Ecclesia sit sponsa Christi, & magnus paradisus. V. Quòd zelus animarum sit habendus. VI. Quòd sancti, & viri pij sint Dei defensores. VII Cæcinati & illuminati zelum pro Christo demonstrat, & totum Euãgelium breui interpretatione perstringit. VIII. & vltimò de latrone in cruce Christum confitente disserit. *Tom. 6. serm 44. à pag. 423. ad pag. 441.*

I. GERSONII sermo de cæco nato, in illud Euangelij, *Tu discipulus eius sis.* Cuius hæc est summa. Christus summus omnium magister, cathedram habet in cœlo de qua corda docet: eius submagister, subtilis est intellectus qui sex habet discipulos, quinque corporis sensus, & cor hominis, qui edoceri debent, vt Christi sint discipuli: isti discipuli ab infantia proni sunt ad malum, quapropter virga disciplinæ opus est, vt eorum auferatur ignorantia & stultitia, & ne in magistrum consurgant, rationique contradicant, quod sæpissimè accidit. Vt autem intellectus noster docere suos & ad perfectum adducere possit, debet. I. cognoscere veritatem per rectam illuminationem. II. defendere veritatem per stabilem assertionem III. adoraro & honorare veritatem per operationem: sic fecit & cæcus natus postquam fuit à Christo illuminatus; & iuxta hanc triplicem magistri conditionem, tripartitur eius sermo, totumque Euangelium percurrit; In prima parte quadruplicem ex Euangelio colligit considerationem moralem: videlicet, tribulationem non semper accidere propter aliquod peccatum personale · stultum esse expectare bona agere donec veniatur ad mortem, cæcitatem ignorantiæ per gratiam expelli: opus miraculosum simplicem creaturam turbare. In secunda totidem, nimirum, quòd homo sæpenumero magnam in se sentit inspirationem, nesciens vnde veniat, aut quo pacto elabitur: quòd pharisæis complures hodie sunt similes qui de leuibus sibi conscientiam formant, & de grauioribis peccatis, non curant: quòd Iudæis miraculum illuminationis cæci nati non credentibus assimilantur, hi, qui benè viuendi consilium quærunt, & cum illud inuenerint reiiciunt: quòd qui inuiti veritatem audiunt, libenter concionatorum vitam reprehendunt. In tertia verò eodem modo prosequitur, agit que de augmento & defensione diuinæ legis, de credendorum iusta interrogatione, de prostrationibus & inclinationibus faciendis, ac de humili adoratione Christo exhibenda, & gratiarum actione Deo pro collatis beneficijs reddenda. Insuper modum docendi discipulos istos mysticos tradit, & vnicuique lectionem præscribit: & ne excusationes aut prætextus causentur, interroganda quolibet die erit conscientia, quæ ob synderesim discipulos indisciplinatos accusabit, & quicquid in occulto egerint, submagistro intellectui, manifestabit. Denique qualiter sit mundanda animæ nostræ schola paucis declarat. *Tom. 2. part. 4. à col. 455. ad col 466.*

FERIA QVINTA
infra Dominicam quartam Quadragesimæ.

S. ANTONII DE PADVA sermo, de adolescente suscitato in ciuitate Naim. Mater plorat filium quia, defunctus, vnicus, & ipsa vidua alium non sperans. Christus desolatæ & flenti compatitur. Tangit loculum & mortuum suscitat. Circunstantes timore reuerentiæ inuaduntur ex stupore miraculi. Tota huius defuncti suscitatio allegoricè & moraliter exaggeratur. *A pag. 201. ad pag. 203.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo; in quo pro tempore restitutionis dantur tres regulæ. Prima. Ita subdiuiditur 1. strictè quilibet obligatur statim satisfacere alienum illicitè acquisitum: 2. debita ex licitis contractibus facta debito tempore discretè tamen interpretato, restitui debent: 3. licentia triplex est necessaria his qui non debito tempore restituunt alienum sc. obtenta, quæsita, interpretata. Secunda. Homo non tenetur restituere res temporales, si ipse & sui indè incurrant 1. infamiam: 2. notabilem corporis læsionem, vel mortem: 3. mortalem culpā. Tertia. Impossibilitas restituendi triplex 1. est vera, quæ excusat: 2. imperfecta, quæ ad tempus excusat: 3. ficta seu falsa, quæ perdit & damnat. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 221. col. 2. ad pag. 228. col. 1.*

Eiusdem sermo, in Euang. Vsura est contra legem I. Naturæ quia facit 1. rem superualere naturæ suæ: 2. quod res mutuata quæ non generat fructum, faciat lucrum: 3. quod illa quæ habent eundem valorem, vnum eorum per alterum crescat in valore: 4. quod res mutuata ad aliquod finale, per abusum trahatur ad quod nec principaliter nec communiter ordinata est: 5. quod pecunia plus vendatur, quàm appretiabilis est: 6. quod de dubiâ re & incertâ, sumatur securum & certum: 7. vendere proximo quod propriè suum est: 8. inuito domino accipere: 9 pro æquali plus exigere, quàm æquale: 10. dare sub spe mercedis indigenti, quod gratis dare obligatur: 11. vt liberalitas & gratia venundentur: 12. fraternam charitatem violare. II. Scripturæ sacræ in quâ expressè prohibetur, repugnant Iudæi; eorum opinio soluitur rationibus. III. Ecclesiæ, eam enim impugnāt, 1. Decreta; 2. Ecclesiæ doctores tàm noui quàm antiqui; 3. Leges imperiales, sicut videre potes. *In quadr. de Euang. æterno tom 2. à pag. 699. col. 2. ad pag. 709. col. 3.*

Eiusdem sermo, quo deprehenditur crudelitas hostium in obsessos captâ ciuitate, dum eos, 1. Debilitant, ne vlterius rebellare valeant; bonis omnibus expoliant, aliquando in membris corporis minuunt, ne apti sint ad bellum; aliquando occidunt: 2. De ciuitate expellunt. Ita in nos sæuiunt diaboli, nos 1. Bonis operibus exuendo, siue enim sint naturalia, siue gratuita, ea accipit: 2. De bonorum societate expellendo, & omni bono consortio priuando. Patent in Euang. diaboli crudelitas, & Christi benignitas. *Ex quadrag. ante-hac non impresso, tom. 3. à pag. 131. col. 2. ad pag. 133. col. 2.*

Idem, sermonem de amore desolato, in partes quatuor distinguit. in Primâ. Mercaturam licitam naturaliter, vtilem, & necessariam; accidentaliter probat esse illicitam ex malo vsu. in Secundâ. Mercatorem debere attendere valorem rerum vsualem in venditione rerum demonstrat, quia res æstimabilis est, secundùm 1. suam virtutem, 2. raritatem, 3. suam affectionem, 4. cupiditatem, &c. in Tertiâ. Interuenire in mercaturâ vsuram, quando 1. accipitur vsura propter tempus: 2. tu emis frumentum in herbâ pro meliori foro, Quàm valet tempore recollectionis: 3. mutuantur denarij supra vnâ domo, vt gaudeant domo: 4. datur modicum pretium respectu sui valoris, sed sit pactum de retrouendendo, ostendit. In Quartâ. Euangelium moraliter considerat & expendit. *In quadr. Seraphin.*

tom. 3. à pag. 309. col. 2. ad pag. 314. col. 1.

S. P. Chrisologi sermo de filio viduæ à mortuis excitato, deque corporum resurrectione. Vocem Dei tubæ assimilat, quæ de corde Patris, ore Filij, vitalem simul & inferis & superis dat clamorem: quæ in principio mundum vocauit ex nihilo, quæque in nouissimo mundum reuocabit ex perdito, Vniuersi ordinem & œconomiam egregiè describit. Resurrectionem corporis nostri probat, ex eo quod homini omnia sua ex morte reuiuiscant. Tandem vt altare Christi vacuum non relinquamus adhortatur, sed muneribus repleatur. *serm.* 103. *a col.* 271. *ad col.* 273.

✠ Theophanis Cerамei hom. 6. Post luctum in demortui fratris laudem exhibitum. Primo edocet quod sit beneficium hominem laboriosæ vitæ vinculis ex solutum, in eandem iterum reuocari. Quod vbi genere executus est proponit ex demortuo filio vnico viduæ matris, calamitatis grauitatem. Tum etiam ciuitatis luctum; Matris iterum lamentationes Dein historiam suscitationis præclarè illustrat. Tandē totam narrationem ad moralem considerationem traducit. *à pag.* 31. *ad* 38.

FERIA SEXTA infra Dominicam quartam Quadragesimæ.

✠ Sancti Antonii de Padva sermo. Diuinam gratiam dicit roborare stabilius; reuocare salubrius; conseruare perfectius. Et id patêre in Lazaro hodierno. De quo quatuor tractat: I. Ipsam proponit calamitatem. II. Orationis sororum eius, & Christi responsionis tenorem examinat. III. Dilationem Christi & aduentum eius considerat. IV. Accessum ad monumentum. Ad quæ plura circa litteram obseruat. V. Moraliter historiam explanat de peccatore à Christo resuscitato; & de reluctatione peccatoris. *A pag.* 203 *col.* 1. *ad* 204. *col.* 2.

S. Avgvstini sermo de resuscitatione Lazari quatriduani. Miraculū hodiernum supra quæcumque alia extollit, insirmitatem Lazari describit, sororum eius lamenta repræsentat, Christi Domini præsentiam commendat, Lazari miserabilem in sepulchro statum accuratè depingit, & eius miraculosam è sepulchro & inferis suscitationem paucis explicat. *Tol.* 5. *serm.* 52. *de verbis Domini fol.* 44 45.

Eiusdem sermo alter; Ostendit: I. Christum in hoc miraculo suam declarasse potentiam. II. in suscitatione Lazari duplicem Christi virtutem, visibilem vnam, inuisibilem alteram, Lazaro enim mortuo vitam donauit, vt incredula corda Iudæorum de morte peccati suscitaret in vitam; III. mortis obsequium ad vocem Domini; IV. Christum de Lazari morte & gauisum fuisse & fleuisse, & quare. V. lachrymarum eius efficaciam, VI. mysteria in eiusdem verbis inclusa, cum dixit, *quia non ibi eram* & cum interrogauit, *Vbi posuistis eum*; VII. vocis Christi virtutem, & totum Euangelium breui illustratione declarat. *Tom.* 10. *serm.* 104. *de temp. fol.* 179. 180.

✠ S. Bernardini Senensis sermo, quo inquirit quibus restitui debent res quæ 1. Cum iusto titulo & recto, iusto non recto, nec iusto nec recto possidentur? 2. Cum culpâ dantis, accipientis, vtrinsque dantur? 3. incertæ, certæ, priores sunt tempore? horum solutionem vide. *In quad. de Christiana relione. tom* 1. *à pag.* 228. *col.* 1. *ad pag.* 235. *col.* 2

Eiusdem sermo in Euang. I. Quærit quando in contractu dubium vel periculum ab vsurâ excusat? & respondet. II. In variis contractibus per mutuum palliatum vsuram committi solere asserit & probat. III. De cambiis artificialibus, realibus, casualibus & fortuitis sermonem instituit. *In quadrag de Euang. æterno, tom.* 2 *a pag.* 709. *col.* 1. *ad pag.* 721. *col.* 1.

Eiusdem sermo, vbi supra. Instrumenta ad expugnandas ciuitates sunt, 1. Cuniculus, 2. Aries, 3. Testudo, 4. Turris lignaria: remedia sunt con-

tra 1. fouea alia, 2. aliquid molle, 3. a lienus murus. 4. comburere per proditionem. Spiritualiter sunt peccata cogitationis, locutionis, operationis, obstinationis; remedia habent contritionem, confessionem, satisfactionem, humiliationem. *Ex quad. ante hac non impresso, tom 3. a pag. 133. col. 2. ad pag. 135. col. 1.*

Idem sermone, in Euang. quærit 1. An homo sibimet possit soluere? 2. Quare aliquid restituere debemus? 3. Quomodo fauens vsurario teneatur restituere? & his omnibus respõdet. *In quadr. Seraphin, tom. 3. a pag 314. col. 1. ad pag. 317. col. 3.*

S. P. Chrysologi sermo de Lazaro à mortuis suscitato. Imprimis resurrectionis aspectũ in Lazaro contemplatur, & tanquam signum signorum eius suscitationem miratur. Deinde facti altitudinem penetrat, & lectionem euangelicam percurrens. I. rationem reddit cur Christus qui solo nutu languorem Lazari remouere poterat, mortilicentiam dederit, vt in ipsum insurgeret. II. Quare de morte Lazari Christus gaudio exultauerit. III. Colloquiũ Christi & Marthæ refert, & docet Christum, qui ad Lazarum venerat, sic occupatum fuisse in martha, vt ante ista in fide surgeret, quàm ille in carne resuscitaretur. *Serm. 63. à col. 164. ad col. 167.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra; Euangelium prosequitur, Martham Christo occurrentem commendat, mulier enim currebat pro morte, quæ cucurrerat prima ad mortem. Lachrymarum Mariæ, Marthæ, Iudæorum, & Christi originem requirit & demõstrat. Christum iure stantes interrogasse, vbi posuerant Lazarum, ostendit, quia quẽ in paradiso posuerat, eundem in infernopeccata reposuerant, Iudæorum denique cæcitatem. & cordis indurationem depingit. *Serm. 64. a col. 167. ad col. 170.*

Eiusdem sermo tertius de eodem. Varias questiones circa Lazari resurrectionem proponit, & soluit, videlicet, Cur Christus mortuũ suscitaturus rursus fremuerit? Cur in spelunca collocatus

A fuerit Lazarus? Quid significet lapidis ablatio; Quare Christus oculos sursum eleuauerit, Patrique gratias egerit? vbi de Saluatoris nostri apud Patrem pro nobis aduocatione. *Serm. 65. a col. 170. ad col. 174.*

S. I. Chrysostomi in quatriduanum Lazarum sermo. I. Aduersus hæreticos ex Euangelio hodierno Patri similem non esse Filium probare cõtendentes fortiter dimicat, & efficaciter demonstrat non ideò Filium minorem esse Patre secundum Diuinitatẽ, quod preces fuderit. Patremque peccatus fuerit Lazarũ resuscitaturus. II. Contra Iudæos Diuinitatem Christi planè negantes ex eo quod miraculum factu-

B rus dixerit, tanquam nesciens *Vbi posuistis eum?* authoritatibus sacræ scripturæ acriter disputat. III. Rursus cum ijs confligere aggreditur, qui Christum dicunt propter imbecillitatem orasse, cùm Lazarum suscitaret, proprijsque armis aduersarios confodit, æqualitatem Filij cum Patre verbis euangelicis demonstrans, (vbi ostendit Christum medicum, prout se habent infirmorum voluntates, ipsis medelam adhibere.) IV. Quare mortuum nominatim vocauit, rationem affert. *Tom. de diuersis noui Testamenti locis, serm. 11 a pag. 160. ad p. 166.*

✠ Theophanis Cerame i hom. 25. Præmitit breue elogium huius historiæ suscitati Lazari. Tum ipsum tex-

C tum Euangelicum à principio ad finem præclare illustrat, tã ad litteram quàm ad mysterium. Interque hæc dubia soluit; cur lacrymatus sit Iesu. Cur iusserit aliis lapidem tollere. Quanta fuerit vis vocis Christi. Tandem historiam ad mores trahit. *a pag. 158 ad 183.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio, ad hæc verba: *Voce magna clamauit Lazare veni foras. Ioan. 11* Historiam hodierni Euangelij primò ad litteram successiuè exponit. II. Eandem moralibus obseruationibus illustrat, & suscitatione peccatoris interpretatur. III. data occasione de absolutionis efficacia tractat. *A fol 63. col. 3. ad fol. 67. col. 2.*

S. Zenonis Veronensis ser-

mo de Lazaro suscitato. Eiusdem Lazari infirmitatem, mortem, & resurrectionem viuo colore depingit; quatuor causas lachrymarū Christi apperit: & miraculi excellētiam prædicat. *Tom. 2. Biblioth. Patr. col. 733. & sequentibus.*

SABBATO INFRA Dominicam quartam Qudragesimæ.

✠ SANCTI ANTONII DE PADVA sermo. In quo I. Ostendit Christū verè esse lumen mundi. Ad quod tria docet I. quod sit lux expellens peccati tenebras. 2. quod sit lux mūdi quadruplicis: artifici in mente Diuina: Extra producti; minoris: qui est homo: Et vniuersi. 3. quod sicut lux, est inflammatiuus caloris; excitatiuus vigoris: generatiuus caloris: Fœcundatiuus valoris. II. Imitandum esse Christum ad ea verba: Qui sequitur me, &c. Sicut sequimur lucem non præcedimus. III. Quàm sit vtilis consecutio Christi. *A pag. 204. col. 2. ad 206. col. 2.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS sermo, in quo inuestigatur. I. Quo loco res alienæ sunt restituendæ; resp. 1. cum ille cui restitutio facienda, tantum distat, vt expensæ itineris rem restituendam debeant excedere; vel restituenda ad illum non possint peruenire, restitutio non est necessaria: 2. ad consilium boni & discreti viri est standū. 3 incerta communia, & criminalia ad restitutionē obligant, non particularia. II. Quomodo? si debitum non potest reddi, domino sciēte absque periculo, reddatur illo inscio: remedia dantur, quibus homo vti debet vt in restituendo scandalū vitet: omne debitū quod à creditore liberè indulgetur vel datur, pro reddito vel soluto habetur. III. Quare? quia 1. id præcepit lex diuina: 2. deceptiones dæmonum vitandæ: 3. suasiones ad restitutiones inducentes sequendæ sunt; has vide. *In quadrag. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 235. col 2. ad pag. 244. col. 2.*

Idem, sermonem instituens, de soccidis animaliū loquitur. Primò. De soccidis ouium & animalium aliorum minutorum, pro quibus casus licitos, illicitos, & licitos ponit. Secūdò. De boum & animalium grossorum soccidis, & similes proponit casus. Tertiò. De soccidis quæ possūt fieri vario modo, de ouibus & de bobus. *Ex quadrag. de Euang. æterno. tom. 2. à p. 271. col. 1. ad p. 275. col. 1.*

Eiusdem sermo, in quo docet ciuitates ab hostibus inopinatè captas, propter, 1. Suspectæ partis aggressionem: 2. Fluuii deriuationem: 3. Auxiliorum destitutionem. Sic damnantur animæ, per vitium elationis superbiæ, carnalis concupiscentiæ, temporalis auaritiæ. Quæ in Euangelio notantur hodierno. *Ex quadages. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 136. col. 1. ad pag. 136. col. 2.*

Item eiusdem, de amore euisceratо, sermo; in quo tractat, I. De Lazari resurrectionem præcedētibus; in quā notandi septem amores, qui non deserunt animam vsque ad mortem 1. est annuncians, 2. retardans, 3. sequens, 4. supplicans, 5. compatiens, 6. admirans, 7. approximans. II. De ipsa resurrectione, in quā attenditur oratio Christi, exclamatio, resurrectio. De sequentibus eā, sc. gratiā. *Ex quadrag. Seraphin, tom. 3. à pag. 319. col. 2. ad pag. 324. col. 1.*

DOMINICA PASSIONIS.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad ea verba. *Ioan 8. Abraham Pater vester exultauit vt videret diem meum &c.* Animaduertit I. Abrahamum duos dies Christi vidisse, incarnationis, & æternitatis. Imò & passionis, qua redempti sumus. II. Diem redemptionis vidisse, cum iussu Dei filium suū immolare disposuit. Et explicat hanc figuram III. Tria à nobis requiri, qui diem passionis & resurrectionis vidimus 1. Vt à vitiis caueamus, præsertim, inobedientiā, auaritiā, gula, 2. Vt Christo iugiter gratias agamus 3. vt ei vicem bonorum operum rependamus. *Tom. 12. serm. 33. de temp. pag. 65. & 66.*

SANCTI AMBROSII sermo in Euāgelium; Quòd quisque eius filius esse conuincitur, cuius opera imitatur: vt mendacium

mendatium vitetur, & patientia exerceetur, monet; Quid sit, mysticè loquendo, Iesum lapidare, ostendit: Vbi de quotidianis Christi persecutoribus. *Tom.* 5. serm. 44. *col.* 62. 63.

SNCTI ANTONII DE PADVA sermo I. Pharisæi Christum audire nolentes ne eius verbis crederent aures ad veritatem quam annunciabat obturant II. Deinde eius dictis respondere non valentes, in contumeliam iniquo affectu prorumpunt. III. Excœcatio eorum tanta est, vt Christum verum Deum dæmonem esse & dæmonem habere probare conentur. IV. Inde collige miseram peccatoris conditionem Redemptori credere nolentis; siue eius deplorandum statum, dum diabolus in eius irruit animam, vt eam multis plagis percutiat. V. Moralē huius Euangelij intelligentiā disce. *a pag.* 207. *ad pag.* 210.

Eiusdem sermo ex alio quadragesimali Domin. sex capitibus constans. I. Christus argui de peccato non poterat, qui peccata relaxare & vitam æternam dare venerat II. Ex Deo est qui Deum timet, & qui Deum timet, verba Dei audit; verba Dei audire signum est prædestinationis, non audire reprobationis. III. Iudæi Christū blasphemare volentes Samaritanū vocāt: & verè est, dū vigilat & custodit. IV. Seruanti verbū Christi promittitur vita æterna. V. Pater clarificauit filiū in natiuitate, flumine, monte, resurrectione Lazari, sua resurrectione & Ascēsione. VI. Abrahā exultauit vt videret diem Domini qui triplex, Natiuitatis, Passionis & Resurrectionis, &c. *a pag.* 256 *ad pag.* 259.

✠ S. BERNARDINI SENENSIS de horribilitatibus blasphematorū, sermo 8. quorum horribilis est, 1. Intentio, 2. Delectatio, 3 Comprehensio, 4 Offensio, 5. Vilificatio, 6 Ingratitudo, 7. Distinctio, 8 Malignatio, 9. Stupefactio, 10 Maledictio, 11. Punitio legalis, imperialis, municipalis, spiritualis, infidelis, diuinalis, infernalis; 12. Obligatio, sunt enim culpabiles ante Deum. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom.* 1. *à pag.* 244. *col.* 2. *ad pag* 251. *col.* 2.

Eiusdem, sermo 2. contrà alearum

A ludos I. Diabolus, admodum Ecclesiæ Christi, instituit Ecclesiam malignantium, per ludum, vt perdat animas; & in eā ordinat, 1. officia & beneficia lusoribus data, sc. Papas, Cardinales, Episcupos, &c. 2. instrumenta & paramenta, sc. tabularia ad ludendum, &c. 3. Missarum solemnia; introibo, erit lusorum inductio, &c. hinc collige ludos ex diabolicā inuentione esse. II. Malignitates in ludo sunt, desiderium lucrandi, voluntas spoliandi, vsura, mendacia, blasphemiæ, corruptio iuuentutis, scandalum iustorum, contemptus prohibitionis Ecclesiæ, amissio temporis, fraudes, iræ, desperatio, idololatria, otij nutrimentum, infamis vita. III. Participant impietates
B ludi, lusores, lusorum filij, parentes, domos ad ludum accommodantes, &c. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom.* 1. *à pag.* 251. *col.* 2. *ad pag.* 256 *col.* 1.

Eiusdem sermo, in Epist. de impositis Venetorum, & monte Florentinorum, &c. I. Ostenditur 1. coactionem voluntatis in mutuo factam, excusare aliquid accipere vltrà sortem: 2. coactū mutua dare, ratione emergentis damni, posse recipere aliquid vltrà sortem: 3. coactos mutuare, licitè posse aliquid accipere vltrà sortem ratione cessantis lucri. II. Disce, 1. eum qui in feruentis charitatis intentione, mutuat suæ communitati liberè sibi oblata; ab eā
C vltrà sortem licitè posse recipere: 2. spontè ponentem denarios ad præstita, ex intentione cupiditatis, nihil indè recipere posse: 3. de impræstitis spontè positis, non licere aliquid accipere vltrà sortem. III. Probatur 1. ementes talia impræstita cum lucri intentione, illicitè agere: 2. non rectè ratiocinari qui cōtrarium dicunt: 3. non licere talia impræstita emere cum intentione lucri, similitudine multiplici probatur. *Ex quadragef. de Euang. æterno, tom.* 2. *à pag.* 725. *col.* 1. *ad pag.* 741. *col* 1 *ad pag* 741 *col.* 1.

Eiusdem, in Euang. sermo, de acceptione vltrà sortem, in quo Primò, Probat, ratione interesse, id est, damni euitandi, licere in varijs casibus acciperę

vltrà sortem: Secundò, Quærit quando licet accipere vltrà sortē, ratione lucri cessantis? & quæsito respondet per multos casus. Tertiò Propter triplex debitum hominem posse accipere vltrà sortem demonstrat, & non esse ibi vsuram *Ex quadrag. de Euang. æterno, tom. 2. a pag. 741. col. 1. ad pag. 750. col. 1.*

Eiusdem sermo, de bello nauali in quo 1. Nauta debet esse fidelis in operatione, vt operetur fideliter; verax in locutione; humilis in auditione. 2. Nauis debet esse in extremitatibus stricta, in medio aperta; huius materia lignum durum. Hæc fuerunt in Christo; qui in opere fidelissimus, in sermone verissimus, in conuersatione humilis, in gubernatione sollicitus, in doctrinâ expertissimus fuit: Eius crux fuit quasi nauis. *Ex quadragesimali ante hac non impresso, tom. 3 à pag. 136. col. 2. ad pag. 138. col. 2.*

Eiusdem sermo, in Euang. cuius tres sunt partes, in quibus differit Primò De lusoribus taxillorum, & alterius ludi vetiti: & eorum manifestat 1. peccatum, & eius magnitudinem; siue duodecim iniquitates: 2. stultitiam & fatuitatem, quæ in duodecim patet: 3. malitiam, quæ quadruplex esse inuenitur, &c. Secundò. De blasphematoribus qui lapidant Christum: quorum examinat, 1. malignitatem in intentione, delectatione, ingratitudine; 2. in offendendo Dei bonitatē, per malignitatem, in fine quem habent & intuentur. Tertiò. De his qui festa non obseruant. *Ex quadrag. Seraphin tom. 3. a pag. 324 col. 1. ad pag. 340. col. 1.*

S. Bonaventuræ sermo 1. in illud Apostoli, *Si sanguis hircorum & taurorum, &c.* Probat Christum per suum sanguinem fuisse operatum, mundi purgationem, inferni spoliationem cœli reserationem, & iudicij euasionem. *Tom. 3 pag 78.*

Eiusdem sermo secundus in illa Euangelij verba, *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Cùm homines soleant credere iuramento, sigillo, promisso, & testimonio: ostendit Christo fidem esse adhibendam propter iuramentum pa-

A ternæ veritatis, propter sigillum maternæ virginitatis, propter promissum æternæ fœlicitatis, & propter testimonium propheticæ authoritatis. *Ibidem pag 78. 79.*

Eiusdem sermo tertius in illud, *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.* Animam arbori comparat, quæ recipit radij solaris influentiam, producit fructuum abundantiam, super quam, ne fructus eius pereant, hortulanus diligentem adhibet custodiam. Mysticè autem radius solaris est sermo diuinus, illuminans rationem, per fidei intelligentiam: inflammans appetitum concupiscibilem, per charitatis Christi beneuolentiam: &

B roborans irascibilem partem, per spei perseuerantiā; Vnde & anima sic illustrata ac disposita fructum bonæ operationis producit, puritatem conscientiæ, mundum contemnendo; latitudinem beneuolentiæ, Deum diligendo; & firmitatem patientiæ, malum tolerando. Præseruantur autem isti fructus & hæc mystica arbor à morte originalis culpæ, per baptismi gratiam; à morte iniquitatis propriæ, per pœnitentiam; & à morte pœnalitatis æternæ per gloriam deiformem. *Ibidem pagin. 79. 80.*

Eiusdem sermo quartus in illa verba, *Tulerunt lapides Iudæi, &c.* Agit de iactibus sagittarum verbi Dei in prædi-

C cando, seminum bene operando, onerum superfluis renunciando, & lapidum alios scandalizando. *Ibidem pag. 80. 81.*

S. Cæsarii Arelatensis admonitio, vt pro salute animæ aspera prædicatio non solum non respuatur, sed etiam ardenti desiderio requiratur; ægrotis siquidem medicamenta prouidet, sanisque ornamenta componit; vt sacerdotes ab officio prædicationis non desistant, vt prædicatores, vitiosos acriter redarguant. Deinde peccatorum excusationes prodit, ac reijcit; & concionatores verbi diuini medicis assimilat. *Tom. 2 Bibl. Pa r. Homil. 15. col. 603. & sequentibus.*

S. I. Chrysostomi sermo huic

Euangelio coaptandus, in quo docet. I. rem eſſe periculi plenam cùm iis qui dicunt, tum iis qui audiunt ad gratiam concionari; atque vtile eſſe, & iuſtitiam maximâ propria incuſare peccata. II. Concionatorem aliquando auditores exhortari· conſolationibuſque adiuuare debere, aliquando autem ne in negligentiam incidant, increpare. III. Quid ſit reum eſſe corporis & ſanguinis Domini, explicat: & indignè communicantes, iis qui Chriſtum crucifixerunt, comparat. IV. Chriſtianæ reprehenſionis conditionem refert, V. Officium prædicatoris deſcribit. VI. Pœnam non mediocrem imminere concionatori tacenti, oſtendit. VII. Demonſtrat, ſatius eſſe temporariam compunctionem cum æterna voluptate commutare, quàm breui hac vitâ ridendo tranſactâ immortali ſupplicio plectendos in infernum abire. VIII. Ad peccatorum confeſſionem noxio pudore depoſito, pronocat. IX. Noſtrorum rectè factorum obliuionem, & humilem peccatorum recordationem ſuadet. X. Examen conſcientiæ conſulit. XI Et vltimò, diuinam clementiam ſacris comprobat teſtimoniis, & Deum inferre ſupplicium, non vt præteritorum criminum pœnas exigat, ſed vt in futurum emendet, demonſtrat. *Tom. de diuerſis noui Teſtamenti locis, ſerm. 60. à pag. 765. ad pag 777.*

✠ Dionysii Carthvsiani ſermo, in lectionem Epiſt. *Sanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram. Heb. 9.* Primò. Chriſtus vocatur Pontifex & Sacerdos quia ad Sacerdotem & Pontificem pertinet, 1 inter Deum & populum mediare, & ea quæ Dei ſunt populo exhibere: 2. excommunicatos abſoluere: 3. Eccleſias inſtaurare & dedicare: 4. clericos ordinare & ſacerdotes facere: 5. beneficia dare 6. virgines velare & conſecrare: 7. chriſma conficere. Secundò, Sanguis Chriſti 1. monet & excitat peccatorem ad pœnitendum de ſuis malitiis· 2. à pœnitentibus deſperationem excludit 3. monet & excitat confidentes ad pugnandum fortiter contrà tentationes: 4. pugnantes mo-

A net ad contemplationem cœleſtium præmiorum: 5. introducit contemplantes ad præmium fœlicitatis æternæ. *In ſermonib. de temp. à fol. 142. pag. 2. ad fol. 143. pag. 1.*

Idem ſermone 1. pro Euang. duodecim numerat ſtultitias eorum qui peccant quarum 1 eſt. Sibi maius damnum inferre, quàm ſi omnia temporalia bona diſſiparent: 2. Rationem & intellectum excæcare: 3. A ſummo ſuo amatore ſe abſtrahere: 4. in ſe manus cruentas inijcere: 5 Se magis odire, quàm quod maximè nocet: 6. Se odibiles Deo reddere. 7. Se magno emptos pretio, paruipendere: 8. Peſſimi conſiliarij acquieſcere conſiliis: 9. Animas ſuas

B filio Dei nuptas, dæmonibus proſtituere polluendas: 10. Inſipientiſſimè eligere: 11. Contrà Deum pugnam aſſumere: 12. Æterna fœlicitate ſe priuare. *Ex ſermonib. de temp. à fol. 145. pag. 1. à fol. 146. pag. 1*

Idem ſermone 2. pro Euang. triplicem diſtinguit mortem. Prima eſt. Corporalis omnibus hominibus communis, ex originali peccato procedens, eſt que illius pœna: metuenda eſt, quia 1. in ſe amara eſt & afflictiua: 2. incerta eſt hora eius 3 in ea homines grauiùs tentantur: 4. magnum periculum eſt ei annexum; nam qualis quis moritur; talis in æternum manet. Secunda. Spiritualis. quæ non eſt aliud quàm pec-

C catum mortale; hæc mors peior eſt & formidabilior morte primâ, quia ſeparat nos à Deo, & vnit Diabolo. Tertia. Infernalis, quæ eſt ſecunda reſpectu mortis culpæ, tertia verò, reſpectu mortis naturæ. Ab hac triplici morte liberauit nos Chriſtus ſua paſſione & morte, quia ſatisfecit pro peccato originali, & omni actuali, & immortalitatem nobis promeruit. *Ex ſermonib. de temp à fol. 146. pag. 1. ad fol. 147. pag. 1.*

I. Gersonii ſermo in Euangelium tripartitus, Prima pars docet audiendum eſſe verbum Dei bona intentione & humilitate. Secunda deuotè credendam verbi Dei veritatem. Tertia cuſtodiendum ſollicitè Dei verbum, operéque complendum: hæc autem om-

nia ex Euangelio colligit, pluribus explicat, & varia documenta tradit. *Tom. 2. part. 4. a col. 466. ad col. 476.*

S. Gregorii Magni homilia hac die ad populum habita. Euangelium suo more commentatur eiusque singula verba perpendit. Verbum Dei audientium diuersitatem profert. Hominum superbiam confundit. Patientiam Christi exemplo suadet. Dominum, furorem inimicorum se abscondendo declinantem, considerat, & miratur. *Tom. 3. Homil. 18. col. 50. & sequentibus.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo 1. in Epist. Hebr. 9. *Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius &c.* Ex quo disce Primò. Dominicam istam, Dominicam in Passione vocari quia 1. in Euangelio tanguntur, præludia Dominicæ Passionis & in Epistola agitur de Christi Passione, 2. Postquam Ecclesia, reliquo tempore ad aggrediendam pœnitentiam animauit, nunc ad sanctitatem & reuerentiam, exemplo efficacissimo inuitat. Secundò. Dominicæ Passionis memoriam, tempore pœnitentiæ esse necessariam: quia dat audaciam aggrediendi, & spem impetrandi: Illis vero qui iam pœnitentiam sunt aggressi mala pœnæ dulcorare: Iis denique qui in statu pœnitentiæ proficiunt, ad augmentum dilectionis valere. *a pag. 73. ad pag. 75.*

Eiusdem sermo 2. Vbi ex prædictis, Apostolum quatuor nos docere demonstrat: quorum, Primum est Quod Christus patri suo intercessor assistit pro nobis, & futurorum bonorum largitor; quod pertinet ad eum inquantùm est homo, & dicitur contra pusillanimes & diffidentes de regno Dei: vt autem intercedat, orat verbo, sanguine, lachrymis. Secundum. Qualiter Christus intrauit in regnum cœlorum, sc. per proprium sanguinem: & hoc dicitur contra eos, qui nihil asperum volunt sustinere vt possint intrare in regnum cœlorum. Tertium. Quod Christus semel tantùm passus est pro peccatoribus, vt virtute suæ passionis semel remitte-

A rentur peccata hominibus sine aliquâ pœna exteriori, scilicet in baptismo. Quartum. Debemus attendere quam carè à Christo empti sumus, vt vili foro diabolo nos non vendamus; intelligamus nos merito à solo Christo possideri; non sit nobis graue si carè emamus eum. *a pag. 75. ad pag. 76.*

Eiusdem sermo 1. in Euang. quod litteraliter & mysticè pertractat. Christum non dedignari ratione ostendere se non esse peccatorem, miratur: Iudicium aliud condemnationis, aliud discretionis dicit: Christum maiorem Abraham ostendit, &c. *a pag. 337. ad pag. 339.*

B Eiusdem sermo 2. I. Sex necessaria sunt alios instruere volentibus; irreprehensibilitas, doctrinæ veritas, humilitas, mansuetudo, charitas, prudentia. II. Sex ad peruersitatem Iudæorum pertinent; quod non acquiescunt veritati, auditum negauerunt Deo loquenti, Dæmonium habebant, maledictionem qua Saluatori maledicunt benedictionem asserunt, de beneficio peiores fiunt, Saluatorem lapidare volunt, cum sint ipsi lapidandi. *a pag. 339. ad pag. 341.*

Eiusdem sermo 3. tribus instructus partibus; in quarum Primâ. Tria homini volenti saluare animam suam, necessaria asserit; sc. verbum Dei libenter audire, illud firmiter credere, &
C verbum auditum custodire memoriter retinendo & opere implendo, in Secunda. In prædicatore irreprehensibilitatem, siue veritatem vitæ, & veritatem doctrinæ, desiderat. in Tertiâ. Duodecim quæ passus est Saluator enumerat: sunt autem, fames, sitis, fatigatio ex labore, defectus hospitij, tentatio, fletus, vigilia, insidiatio, obseruatio, irrisio, opprobria: detrahebant enim eius potestati, nobilitati, veritati, sapientiæ, bonitati. attentio ad occidendum. *a pag. 341. ad pag. 343.*

✠ Ioannis Thavleri sermo 1. in illud: *Ioan. 8. Qui ex Deo est verba Dei audit.* I. Sequendum esse Christum ad passionem euntem ostendit: eundemque nos duobus modis præcessisse,

II. Deſcendit ad Euangelicæ lectionis conſiderationem, & expendit quomodo quiſque ſcire poſſit vndè ſit. III. De verbi Dei in animam proceſſu. IV. quid agendum ſit, vt hoc verbum audire liceat. V. Debere nos quadruplici ratione, viciſſim pro Chriſto ſanguinem fundere. *A pag. 170. ad 174.*

Eiuſdem ſermo 2. ad eadem verba. Deducit. I. quantum proſit ardens verbi Diuini deſiderium. II. De perfecta reſignatione in Deum, & voluntatem eius tractat. III. quomodo ſe habeat Deus nobiſcum pueris, & prouectioris ætatis. *A pag. 174. ad 176.*

✠ NICOLAI DE CVSA ſermo, ad ea verba · *qui ex Deo eſt verba Dei audit. Ioan. 8.* Probat. I. animam hominis eſſe immortalem quia ex Deo eſt immediatè: quia operatur virtutes immortales præmio immortali donandas: quia anima ſpiritualis eſt. non habens contrarium: quia corpus eſt inſtrumentum animæ, & non perit inſtrumento pereunte. quia operatio animæ non ſubeſt tempori, ergo nec anima: quia eſt media inter ſpiritus, & corpora. II. Docet animam, quia à Deo eſt immediatè, non poſſe ſubſiſtere, niſi ſuo fonti originali adhæreat · quod per verbum Dei obtinet, per quod purgatur denſitas & opacitas mediante fide Vbi agit de fame cibi ſpiritualis, & eius inquiſitione. *Exercitat. lib. 5 a pag. 488. ad 490.*

✠ RABANI MAVRI homilia: 1. Oſtendit fidei neceſſitatem. 2. Encomia ſymboli Apoſtolorum profert. 3. Ipſas ſymboli ſententias ſucceſſiuè exponit. *Tom. 5. pag 586. col. 2. & 587. col 1.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in Epiſt. homil. *Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum. &c. Hebr. 9.* Pontificium Chriſti adumbratur in legis pontificio. Debebat legalis pontifex eſſe ſine maculâ integer & ſanus quod in Chriſto eſt per veritatem: Erat in medio id eſt, inter hominem & Deum participatione & affectione, ſic Chriſtus temporalium & carnalium ſacramentorum erat miniſter & eorum ſolum erat miniſter nos adiutor; Chriſtus vero pontifex eſt
A futurorum bonorum id eſt ſpiritualium & cœleſtium & eorum non miniſter, ſed auctor & largitor: Semel in anno ſeptimo menſe ſacrificabat, Chriſtus etiam ſemel in tempore ſemetipſum pro ſalute mundi ſacrificauit. *à fol 148. pag. 1. ad fol. 150. pag. 1.*

Eiuſdem, homil. in hodiernū Euang. Primo. Dominus inimicis ſuis offert reconciliationem & pacem cum dicit, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* quaſi diceret plurima bona vobis facio, nihil mali quare non me diligitis. Secundo. Conuiciantium contumeliis Chriſtus reſpondet benigne, *Ego dæmonium non habeo.* Tertiò. Iudæi malitioſi, bona domini verba, ſiniſtro deprauant intellectu. Quartò. Dominus perſecutorum
B cedit iniuriis fugiendo vt oſtendat ſe veram habere humanitatem, conſilium de fugiendâ perſecutione confirmet, exemplum det perſecutoribus cedere etſi poſſimus eis præualere. *A fol. 150. pag. 1. ad fol. 154. pag. 2.*

B. THEODORI STVDITÆ ſermo catechet. huic Euangelio conueniens, docet ſiquidem in ipſo ſacras literas ſeriò eſſe audiendas. *Tom. 2. Auctarij Biblioth. Patrum ſerm. 78. col. 1354-1355.*

S. THOMÆ AQVINATIS ſermo primus in illud, *Chriſtus aſſiſtens Pontifex, &c.* Quatuor complectitur I. Chriſtum probat Pontificem. II Eius pontificatum commendat. III. Pontificis
C iſtius oblationem indicat. IV. Oblationis eius effectum, ſiue vtilitatem demonſtrat. *Tom. 16. fol. 11. col. 3.*

Eiuſdem ſermo ſecundus in Euangelium. Sanctorum gloriam & ſapientiam notat. Reproborum verò ſtultitiam ac miſeriam declarat. Quantùm ad I. docet ſanctos tribus modis dici eſſe ex Deo, per creationem, ſicut effectus ex cauſa: per iuſtificationem, ſicut ſplēdor ex luce: per imitationem ſicut exemplum ex exemplari. Quantùm ad II. triplex verbum Dei, quod libenter audiunt ſancti enumerat, æternale, mentale, & vocale. Quantùm ad III. non audientes verbum Dei, ſtultos duabus ex cauſis comprobat Quantùm ad IV. oſtendit quòd non eſſe ex Deo ma-

gna ſit miſeria. *Ibidem. col.* 3. 4.

Eiuſdem ſermo tertius, in illa Euangelij verba, *Si quis ſermonem meum ſeruauerit, &c.* In duas diſtribuitur partes, quarum prima ſex modos ſermonem Domini ſeruandi tradit, in intellectu, per cognitionem: in voluntate, per dilectionem: in memoria, per meditationem: in aure, per auditionem: in ore, per loquutionem: & in manu, per operationem. Secunda autem octo refert vtilitates ex obſeruatione verbi Dei manantes, nimirum, ſanitatem, munditiam, lætitiam, diuinam inhabitationem, illuminationem, in bono conſeruationem, à morte æterna liberationem, & gloriæ permanentis aſſequutionem. *Ibidem. fol.* 11. *col.* 4. *fol.* 12 *col.* 2.

✠ B. Thomæ a Villanova concio, ad hæc verba *Ioan.* 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato.* I. docet bonum eſſe nobis argui de peccato: ſed præſertim ſi ipſi nos reprehendimus, quod fit per contritionem. De qua vt promiſit, ſtatuit tractare. II. Definitionem contritionis proponit, & per partes examinat. III. Ex hac definitione elicit quinque conditiones veræ contritionis ex parte doloris. 1. vt ſit dolor purus, totaliter propter Deum, vel principaliter. 2 vt ſit pius. 3. quod ſit maximus appretiatiuè 4. quod ſit perpetuus, & quomodo. 5. quod ſit particularis de quolibet peccato mortali, & quomodo. IV. Probat eiuſmodi contritione verè deleri peccata, & paratiſſimum eſſe remedium. V. hortatur vt illi inſtemus ſeriò. VI. Vult vt ſi nec amore Dei, nec commodis noſtris flectimur, ad orationem, per quam cor emolliatur, conuertamur. *A fol.* 67. *col.* 2. *ad fol* 69. *col.* 3.

FERIA SECVNDA INFRA Dominicam Paſsionis.

✠ Sancti Antonii de Padva ſermo. I. Saluatorem oſtendit inimicorum malitiam benignitate ſuperantem II. Peccata lapidare Chriſtum; & hic per Principes, ſuperbiam: per Phariſæos, inuidiam ſignificari, quibus ſalus perimitur quorum miniſtros recenſet. III. Chriſtum ex ſex conſiderationibus ad pœnitentiam prouocare. IV. Sine ſubſidio gratiæ, ad Deum perueneri non poſſe docet. Ideo de ſiti agit, 1. de peſſima delectationis terrenæ, quam non dat Chriſtus: ſed 2. aquæ viuæ quam præſtat: quæ inſtar fluminis, eſt ſonora, larga, rapida, proeliuis, recurua. *A pag.* 210. *col.* 2. *ad* 212. *col.* 1.

S. Avgvstinvs hodiernum Euangelium interpretatur tractatu trigeſimo primo & trigeſimo ſecundo in Ioannem. Tranſitum Chriſti à Iudæis ad Gentes pluribus exprimit. Hominem interiorem & exteriorem ad ſe inuicem confert. Fontem interiorem & ſitim ſpiritualem exponit. Cauſam denique inquirit cur Chriſtus ſtatuerit non dare ſpiritum ſanctum, niſi cùm eſſet glorificatus. *Tom.* 9. *vbi ſupra fol.* 55. 56.

✠ S. Bernardini Senensis de mandato diuinæ dilectionis ſermo, quo probatur. Primò. Mandatum de diuinâ dilectione eſſe maximum, ratione, 1. excellentiæ; excedit enim cæteras virtutes, quia eſt actus ſufficientiſſimus, nobiliſſimus, ſuauiſſimus: 2. efficaciæ; quia præ cæteris roborat ſubiectum, plus eleuat affectum, plus attingit obiectum. 3. indeficientiæ, quoad habitum, actum, modum. Secundò. Hoc mandatum debere ſeruari, ratione 1. punitionis; timendus eſt enim Deus: 2. retributionis, per amotionem omnium malorum, aſſociationem omniũ ſanctorum, impletionem omniũ deſideriorum: 3. impletionis ſiue vtilitatis; per Dei viſionem, poſſeſſionem, dilectionem. Tertiò. Animam amare debere Deum dulciter, conſideratione indulgentiæ, gratiæ, gloriæ; prudenter, inſidias præuidendo, eas euitando, in his ſtrenuè perſeuerando; fortiter, vt expellatur timor, labor, dolor & pudor. *Ex quadr. de Chriſtiana religione. tom.* 1. *à pag.* 256. *col.* 1. *ad pag.* 263 *col.* 1.

Eiusdem sermo, de vsurâ. Primò. A Vsurarius 1 in intellectu Deum non credit: 2. sperans de mundo desperat de Deo 3 cum voluntate non Deum diligit. Secundò. Vsurarius attribuit nummo 1 potentiam Patris: 2. sapientiam filij Dei: 3. clementiam Spiritus sancti. Tertiò. Vsura generat in anima sæuam blasphemiam contrà Deum; contra opinionem eorum qui dicunt, ciuitatem stare non benè posse sine vsurario manifesto. *Ex quadrag. de Euang. æterno, tom. 2. a pag. 750. col. 1. ad pag. 757. col 2.*

Eiusdem sermo, in Euang. quo instruimur in naui ad bellum nauale necesse reperiri, 1. vela, vt tempore venti per ea nauis ducatur: 2. Remos, ad supplendum ventorum defectum: 3. victualia, ad vitæ & fortitudinis conseruationem: 4. nauis inuenta est, vt de vnâ parte ad aliam fieret transitus Spiritualiter in mari magno huius mundi debemus, habere velum temperantiæ, in prosperis: remos patientiæ in aduersis, esse in naui Ecclesiæ, diuinam gratiam, quâ omnes pascimur habere. Hæc quatuor habuit Christus vt notatur in Euangelio. *Ex quadr. ante hac non impresso, tom. 3 a pag. 138. col. 2 ad pag. 140 col. 1.*

Eiusdem, de amore restituente, sermo; siue de restitutione pro quâ tres dantur regulæ. Prima. Quilibet debet sati facere & restituere illi, qui de iure debet habere. Secunda. Si habes restituere rem alicui de longinquo considera rei valorem, & si iniustè venit in manus tuas, si propter culpam & negligentiam non restituisti Tertia Non obligatur quis restituere si quatuor interueniant, 1 non remittat dare petenti per timorem 2. remissio non sit propter verecundiam 3 si inducitur ad remittendum propter desperationem 4 si ex illo remisso speres habere aliquod seruitium, vel renumarationem. *Ex quadrag. Seraphin, tom. 3. a pag. 340. col. 1. ad pag. 344. col. 1.*

FERIA TERTIA INFRA Dominicam Passionis.

SANCTI ANTONII DE PADVA sermo. In quo Christi humilitas aduertitur, dum I. Persecutionem Iudæorum & Pharisæorum declinat. II. Parentum gloriam & vanitatem, ad quam inducitur, fugit. III Tempus suum nondum paratum ad persecutionem & passionem asseuerat. IV Eorum mentem intuens enarrat quadruplex malum quod illi parabant. V. Verba hæc Euangelij, *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam*, mora-B liter expeduntur. *a pag. 212 ad pag. 215.*

S. AVGVSTINI tractatus in Euangelium I. Dat rationem, cur Christus aliquando latebat, aliquando se, tanquam ne occideretur, occultabat. II. Celebritatem scenopegiæ explicat. III. Consanguineos Domini, fratres eius dici more iudaico, ostendit. IV. Quare fratres Christi in eum non crediderint, aperit. V. Tempus veræ gloriæ non modo aduenisse, demonstrat, sed afflictionis & laboris VI. Festum diem iustorum indicat. VII. Causam & mysterium requirit, cur Christus ad diem festum ascenderit, non manifestè, sed quasi in occulto & Christianos populo C Israëlitico assimilat *Tom. 9. Tractat. 28. in Ioann fol. 52. 53.*

S BERNARDINI SENENSIS sermo, pro Euang hodierno, vbi videtur I. Odium Dei contrà mundanas curiositates: quarum 1 est in materiâ, cum sc. in vestibus est preciositas magna: 2. in formâ, quæ non conuenit honestati, & statui talia deferentis 3 in diligentiâ, quæ circa exteriora exercetur. II Ratio, quare Deus odit vanitates 1. ratione intentionis quæ respicit vanitatum principium 2 habitationis 3. infœlicis exitus que habent. III: Odium Dei contrà superfluitates; quia sunt 1 falsæ additiones, 2 multis plenæ abusionibus, 3. multiplices. *Ex*

quadrag. de Christiana religione tom 1. a pag. 263. col. 1 ad pag. 269 col. 2.

Eiusdem, de iniquitatibus quibus vsurarius proximo nocet sermo. 1. Vsura est eradicatio charitatis, seu extinctio dilectionis fraternæ 2. Fons proprij amoris. & veræ amicitiæ corruptela: 3. Mater illegalitatis & deceptionum: 4. Legalis proditio, & domesticum furtum, 5. Dolosa pietas: 6. Pauperum homicidia, 7. Impia in propinquos, 8. Proditiosa in proximos suos: 9. Destructio patriarum, 10. Inquietus cancer, 11. Contagiosus morbus, 12. Illaque innumerabilium animarum. *In quadrag. de Euangelio aeterno tom. 2. a pag. 757. col. 2. ad pag. 763. col. 1.*

Eiusdem sermo. de bello nauali, in quo desideratur ex parte Maris 1 temporis serenitas, vt mare non sit turbatum: 2. maris profunditas, vt non frangatur ad littus nauis: ex parte Nautarum, 1 magnificentia, vt officiales nauis sie sint armati, compti, non inexperti 2. experientia, quæ ad victoriam multum valet. In christiano debet esse tranquillitas pacis, quæ serenitati comparatur; charitatis profunditas, quæ maris profunditati respondet; liberalitas voluntatis; perplexitas in aduersis. Hæc notat in Euang. *Ex quadrag. antehac non impresso, tom. 3. à pag. 140. col. 1. ad pag. 141. col. 2.*

Idem sermone, in Euang agit de contritionis I. varietate, distinctio est inter atritionem & contritionem, attritione displicet malum crasso modo, contritione verò minutim, &c. II. Quantitate, tanta debet esse contritio quanta sint peccata. *Ex quadrag. Seraphin, tom. 3. a pag. 344. col. 1. ad pag 349. col. 1.*

FERIA QVARTA
infra Dominicam Passionis.

✠ SANCTI ANTONII DE PADVA sermo. In hoc festo dedicationis mense Decembri facto, inuidiam I. versipellam Iudæorum detegit. II. A Christus ostendit ex operibus se esse Messiam III. De omnibus, quibus vitam præstat, tres conditiones aperit, sinceritatem innocentiæ Intimitatem amicitiæ: Stabilitatem perseuerantiæ. IV. Ex occasione Iudæorum, docet obstinatos lapidare Christum. V. Varia obseruat circa prædicta. VI. Ad moralitatem notat, 1. In quibus conscientijs Deus ambulet, 2. quinam eijcientes à se Iesum, ipsum lapidant. 3. per frigus statum peccatorum significari. 4. Templum nostrum per gulam destructum, per Christum restitutum fuisse. *à pag. 215. col. 1 ad 217. col. 1.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium hodiernum; Textus euangelicus explanatur; Trinam fuisse templi Sa-B lomonis dedicationem diuersis temporibus celebratam, ostendit; Templi eiusdem constructio, & Ecclesiæ dedicatio coaptantur. *Tom. 7. in Homil. aestiual. de SS. Homil. 2. in dedicat. à col 174. ad col 178.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS. sermo, de iuramenti I. Discretione, 1. prohibitum est iurare: 2 permissum est iuramentum in multis casibus, sc. pro re licitâ & honestâ: 3. iuramentum aliud assertorum, aliud promissorum. II. Abusione; septem enim sunt iuramenta corrupta & abusiua, 1. diminutum, non habens veritatem, iudicium, & iustitiam 2. falsum, quod est contrà C veritatem: 3 coactum, in quo deficit iustitia. 4. fractum, vnde in periurium cadit, quia deficit etiam ibi iustitia, 5. incautum, in quo iudicium deficit, 6. dubium, in quo etiam iudicium deficit, 7 occasionatum, cum datur occasio periurandi. III. Punitione; punitur enim pœnâ, 1. spirituali, sc. odio Dei, derelictione in manu diaboli, ruinâ peccati, 2. temporali, in foro pœnitentiæ, iudiciali, diuinali; 3. æternâ. *Ex quadrag. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 269. col. 2. ad pag. 275. col. 2.*

Eiusdem, de vsuræ prauitatibus, sermo, quarum 1. est. Terrenorum appetitus inextinguibilis: 2. Cæcitas mentis, 3 Seruitus miseranda, 4. Cordis angustia, 5. Opprobrium vitæ, 6. Illaqueatio

quæ tio diaboli: 7. Damnationis certitudo: 8. Impœnitens malum, propter indurationem, indiſpoſitionem, obſtinationem: 9. Horribilitas mortis, ratione derelictionis à Deo, deſperationis, perſecutionis à Beatis, Angelis, Cœlis, & aliis omnibus rebus creatis. *Ex quadrag. de Euangel. æterno, tom. 2. a pag. 763. col. 1. ad pag. 770. col 1.*

Eiuſdem ſermo. in Euang. à naualibus bellis homines liberè euadunt, propter 1. Boni portus inhabitationem: 2. Inſidiarum præcognitionem: 3. Boni ducis gubernationem: 4. Pugnantium ſagacem operationem. Portus bonus eſt Eccleſia, extrà quam non eſt ſalus: Inſidiæ quæ nobis fiunt, poſſunt dici; vana gloria, quæ inſidiatur benè agentibus: Dux bonus, eſt Chriſtus: Sagax pugna, eſt operatio ſpiritus & bona. Hæc quatuor poſſunt notari in Euang. hodierno. *Ex quadrag. ante hac non impreſſo, tom. 3. à pag. 141. col. 2. ad pag. 143. col. 1.*

Idem ſerm. vndè ſuprà, de triplici ſpecie dominarū proloquitur: quarū Primæ ſunt. Honeſtæ, pudicæ, modeſtæ, & multoties habent maritos, qui ſunt minimè digni habere tales dominas; & vbi ſunt tales dominæ. bona ſemper augentur, & mala conculcantur. Secundæ. Vanæ, amictæ lunâ. id eſt, vanitatibus, & ſub pedibus habent ſolem, ſc. ſplendorem virtutum. Tertiæ. Saltatrices, garrulæ, & vagæ, & de his triſtitiam habent mariti; ſtultitiæ earum expanduntur. *In quadrageſimali Seraphin tom. 3. à pag. 349. col. 1. ad pag. 354. col. 2.*

FERIA QVINTA
infra Dominicam Paſsionis.

✠ SANCTI ANTONII DE PADVA ſermo. I. Mariæ Magdalenæ transgreſſiones fiunt multiplices ſatisfactiones, dum per eadem conuertitur per quæ peruerſa fuerat. II. Phariſæus reprehendendus de iudicio falſo & temerario, de incompaſſione, de infidelitate, de temeritate in ſui ſuperioris reprehenſione. III Chriſtus per parabolam iudicium præſumptuoſum & iniuſtum reprehendit. VI. Moraliter conuerſio Magdalenæ eſt forma conuerſionis peccatoris, vt poſſit indulgentiam percipere de peccatis. *à pag. 217. ad pag. 219.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS de vanitatum malis effectibus, nocent I. Parentibus, propriis viris, artificibus laborantibus illis, adiutricibus ſuis, idque particulariter. II Specialiter, ſociantibus illas; iuuenibus, & omnibus quicumque propter tales vanitates in earum concupiſcentiam inardeſcunt, aliis mulieribus ad vanitatem pronis, creditoribus indigentibus vel deuoratis. III. Generaliter, ſpiritibus, ſiue animabus, corporibus, temporalibus, iudicialibus. *Ex quadrag. de Chriſtiana religione, tom. 1 à pag. 275. col. 2. ad pag. 281 col. 2.*

Eiuſdem in Euang. ſermo, in quo tractat de Mariæ Magdalenæ. Primò. Offenſionis ſtatu, ſecundùm quem in ea oſtenditur fuiſſe peccatorum, 1. magnitudinem, 2. certitudinem, 3. multitudinem, in deliciarum cultu, infe[illegible]uiſoris oſculis & affatu, vano capillorum ornatu, laſciuo oculorum aſpectu, ſuperbo totius corporis inceſſu & geſtu, inuerecundo luxuriæ actu, &c. Secundò. Conuerſione conuertit enim eam ad ſe Deus, 1. per ſplendorem veritatis, in intellectu: 2. ardorem charitatis in affectu, 3. vigorem ſtrenuitatis in conatu. Tertiò. Satisfactione ſeptemplici. 1. fuit vigor mentalis, 2. pudor virtualis, 3. reuerentialis timor & humilis, 4. dolor cordialis, 5. ſplendor intellectualis 6. ardor affectualis, 7. rigor corporalis. *Ex quadrag. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 770. col. 1. ad pag. 780. col. 2.*

Eiuſdem ſermo, bellum nauale ſic committitur: I. Ignis, quem incendiarium vocant, paratur, 2. Quoddam ferrum curuatum habetur, quo funes velorum inciduntur, 3 Amplæ ſagittæ, cum quibus vela hoſtium ſcinduntur, 4. Vaſa plena, calce puluerizatâ ad proijciendum in nauim 5 Vnci fer-

rei fortes, ad accipiendas naues: 6. Lignum quoddam longum, ex vtrâque parte ferratum, quo percutiuntur nautæ & nauis: 7. Vasa plena molli sapone, vt loca nauis fiant lubrica: 8. Instrumenta quibus nauis perforetur. Spiritualiter loquendo octo sunt vitia quæ damnant animam, sc. superbia, vana gloria, ira, gula, luxuria, accidia, auaritia, inuidia, quæ his quæ dicta sunt respondent. *In quadrag. autē hac non impressis, tom. 3. à pag. 143. col. 1. ad pag. 144. col. 1.*

Eiusdem sermo, de amore incarnantе, Incarnatio desideratur. Primò: Ab Angelis, magno cum desiderio. Secundò: A Sanctis Patribus, petentibus & dicentibus, *salutare tuum da nobis*. Tertiò A beatâ virgine gloriosâ dicente, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus. Ex quadr. Seraphin, tom. 3. à pag. 354. col. 2. ad pag. 360. col. 1.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo in meretricem & Pharisæum. B. Mariæ Magdalenæ conuersionem repræsentat, elegantique stylo describit; eadem præteritæ vitæ peccata deflentem, ad Christum accedentem, cum seipsa ratiocinantem, & vnguentorum venditorem, vt vnguentum emeret, adeuntem, depingit. *Tom. 6. serm. 41. à pag. 395. ad pag. 401. Quidam autem dicunt hunc sermonem esse S. Ephrem Syri, & inter eius opera habetur, Tom. 3. à pag. 718. ad pag. 721. Gerardo Vossio interprete.*

Eiusdem de Pharisæo homilia huic Euangelio coaptanda. Christi factis docet diuites, vt pauperum mensas non despiciant: & iustos, vt à peccatorum mensa non abhorreant. Christum domum Pharisæi ingredientem, assimilat Regi pella lorica maiestatem obtegenti, soli radios nube obuelanti, pastori sub agno se abscondenti. Corpora exornantes, animas autem deformantes reprehendit, & aduersus mulieres floridis coloribus facies suas pingentes inuehitur. *Tom. 6. à pag. 560. ad pag. 563. Notandum tamen venit hunc Pharisæum de quo præsens loquitur homilia alterum esse ab illo de quo in Euang. hodierno tractatur.*

A Eiusdem homilia siue catechesis ad illuminandos huic diei conuenientissima, de mulieribus se intortis crinibus, & auro ornantibus: & de sectantibus vaticinia, vel ligaturas, vel incantationes; quæ cuncta à Christianitate sunt aliena. Docet autem. I. quid sit homo, iuxta scripturæ sacræ definitionem quæ differt à definitione communi Philosophorum. II. Varia ad pietatem & perfectionem motiua enumerat, quibus homo allicitur, III. Gratiam lumini comparat. IV. Quali deuotione, quanta reuerentia, qualique fructu sacram Eucharistiam sumere debeat Christianus, pluribus ostendit. V. Quòd Christianum & fidelem in anima possit lædere nemo, nec ipse diabolus. VI.

B Aditum salutis facillimum esse demõstrat. VII. Mulieres hortatur, vt non margaritis, aut aliis monilibus ornent facies suas sed modestiâ & honestate; Vbi multa de superuacaneo cultu margaritarum, de pompa satanica, & de vanitate. VIII. & vltimò suos monet, vt frequenter in ore habeant verba in sacro baptismatis fonte coram Deo & Angelis prolata; *Abrenuncio tibi satana, & pompæ tuæ. Tom. homil. ad pop. Ant. Hom. 21. à pag. 263. ad pag. 275.*

S. EPHRÆM SYRI sermo de iis, qui animas ad impudicitiam pelliciunt, cùm dicant nihil mali esse. Contra impudicos grauiter agit; non solùm peccata carnis vitanda docet, sed &

C peccatorum occasiones ac laqueos & quæcumque ad malum inclinant animam, declinanda esse, suadere conatur. *Tom. 1. à pag. 110. ad pag. 114.*

Eiusdem sermo sequens legatur; tractat siquidem, de abstinendo à cupiditatibus carnalibus, à motibus indecoris, à molli veste, ab odoramentis, & ab aliis impudicitiam redolentibus. *Ibid. pag. 115. & seq.*

Eiusdem discursus aduersus improbas mulieres. Probat mulierem nequam, omni bestia crudeliorem, omni malo peiorem, & delictorum esse mercedem. *Ibid. pag. 120. & seq.*

S. GREGORII NYSSENI oratio de fugienda fornicatione, in illud

Apoſtoli; *Omne peccatum quod feceris homo, eſt extra corpus: qui autem fornicatur, peccat in proprium corpus.* Multa autem complectitur. I. Carnis tentationes fugiendo vitandas & vincendas. II. Fornicationem habere in ſe aliquid magis timendum, quàm alia ſcelera. III. Impudicum & fornicatorem in ſeipſum peccare, ſuamque ignominiam operari. IV. Mala fornicatorem obruentia. V. Ioſephi continentiam: eiuſque certamen cum muliere Ægyptiaca: cuius exemplo ad caſtimoniam pronocat. *Tom. 1. a pag. 961. ad pag. 963.*

Eiuſdem oratio in Euangelium, ad eos qui duriùs & acerbiùs alios iudicant, atque condemnant, quique conuerſione indigent, & pœnitentia. Proximos temerariè iudicantes, peccatoreſque dedignantes, ægrotos vocat, quibus hodie D. Lucas animorum magis quàm corporum medicus euangelicam narrationem, tanquam medicinam ſalutarem, & appoſitam exhibet; Exinde oſtendit, Deum ſaluatorem, puriſſimum ac iuſtiſſimum cum perditis atque damnatis miſericorditer verſantem, charitatem, benignitatemque erga omnes præferentem, cum peccatoribus recumbentem, atque ipſis debita condonantem: hæc autem omnia variis ſcripturæ exemplis comprobat, & efficacibus argumentis confirmat. Inſuper Sacerdotes hortatur, vt aliorum caſus commiſereantur, vt à recta viuendi ratione deflectentes, in viam reducere conentur. Deinde peccatores alloquitur, eiſque pœnitentiæ profert exemplum, in muliere peccatrice ac de peccatis præteritis pœnitentiam ad pedes Ieſu agente. Poſtremò fictam ſui temporis pœnitentiam condemnat: quomodo vitia curentur, docet: quid ſit pœnitentia, explicat: & confeſſionem coram Sacerdote ſuadet. *Tom. 1. A pag 964. ad pag. 969.*

FERIA SEXTA INFRA Dominicam Paſſionis.

SANCTI ANTONII DE PADVA ſermo, quem tria conficiunt. Authores concilij de morte Chriſti procuranda fuerunt Pontifices & Phariſæi; ideo periculoſa ſunt concilia, & periculoſæ iniquorum allegationes. Ex his verbis, *Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, &c.* hunc hominem eſſe Chriſtum; & expediiſſe vt moreretur, multis rationibus cōcluditur. Infœlix peccator tàm ſigna quàm mirabilia, quæ ad eius conuerſionem facit Chriſtus, non cogitans, dicere poteſt, *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?* Et timere ne Romani, id eſt, Angeli executores diuinæ iuſtitiæ, tollant locum ſuum, hoc eſt, Animam & corpus vitam & opera. Deindè examinat ſigna quæ præſtat Chriſtus ad conuerſionem peccatoris; quorum aliqua ſunt amoris; alia rigoris. *A pag. 219. ad pag. 221.*

S. BERNARDINI SENENSIS ſermonem hunc pronunciauit contrà fucatas, & Primò probat. Vanitates, Deum offendere, nec non proximum, inducendo errorem ex certâ ſcientiâ. Et earum auctorem, quia iniuriatur propriæ naturæ. Secundò. In caudas italicas, & earum duodecim abuſiones proponit. Tertiò. Vanæ mulieris caput deſcribit; & earum duodecim ſtultitias aperit; quarum 1. eſt tumor ſuperbiæ: 2. babylonica turris: 3. vexillum diaboli: 4. deriſio Chriſti: 5. luxuriæ ſignum; 6. duplicitas cordis: 7. ſanctificatio crinium ſeu diadema horroris: 8. lucifuga animarum: 9. Dæmonum laqueus: 10. diabolicum monſtrum: 11. ſedes Sathanæ: 12. remuneratio paſſionum; hæc omnia ſunt ornamenta capitis. *Ex quadrag. de Chriſtiana religione, tom. 1. a pag.* 281. *col.* 2. *ad pag.* 288. *col.* 1.

Idem Sanctus, ſermone in Euang. deſcribit vanitatem mulierum. Et I. Naturaliter ſimiles locuſtis probat, per

octo conuenientias siue proprietates. II. Figuraliter, in quâ figurâ ostenduntur earum malignitates: quarum 1. est improuidentia, 2. debilitas, 3. tumiditas, 4. fragilitas, 5. insatiabilitas, 6 turbulentia, 7. malitia, 8. falsitas, 9. carnalitas, 10. mordacitas, 11. necessitas 12. leuitas, 13. bestialitas, 14. crudelitas, 15. insensibilitas, 16. seruilitas. III. Vanitatem esse iniquam, contra cælum propter correptionem, vanitatem cordis, fornicationem confusionem, derisionem, afflictionem, transgressionem; contra proximum, quem decipit; contra subiectum proprium. *Ex quadr. de Euang. æterno, tom. 2. a pag. 780. col. 2. ad pag. 790. col. 1.*

Eiusdem de bellis iniustis, sermo 1. B Bella iniusta fiunt per cupiditatem & inuidiam, 2. Mali hostes intendunt principalem interficere, quia eo interempto triumphant de toto exercitu: 3. Viri sapientes in pugnis, locum tutum eligunt, fidelium sociorum copiam inueniunt. Hostis noster diabolus nos impugnat inuidiâ & cupiditate; nec aliud intendit quàm Christi fidem & charitatem occidere in nobis: Nobis autem expedit ab Ecclesiâ non recedere, sanctorum comitatu muniri. Hæc in Euangel. hodierno aduerte. *Ex quadrag. ante-hac non impresso tom. 3. a pag. 144. col. 2. ad pag. 146. col. 2.*

Eiusdem sermo, de amore præparante; quando Virgo beata annunciata C fuit, erat cum septem domesticis, 1. erat domina clausura, 2. timor, 3. taciturnitas, 4. honestas, 5. prudentia, 6. humilitas, 7. obedientia. *Ex quadr. Seraphin, tom. 3. a pag. 360. col. 1. ad pag. 362. col. 2.*

S. P. CHRYSOSTOMI in Euangel. sermo. Concilium. I. Iudæorum aduersus Iesum Dei filium, malum prædicat, & à Diabolo collectum. II Iudæorum duritiam, sæuitiam, inuidiam, mentemque amentem, miratur. III. Inuidiam detestatur, eamque cædis matrem esse, mortisque parentem pluribus comprobat. *Tom. 6. ferm. 39. a pag. 385. ad pag. 388.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA A concio in hac verba. *Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium Ioan. 11.* I. Euangelicam historiam examinat & inuehitur contra Iudæorum vanum timorem concilium crudele, edictum Caiphæ. II. multis exaggerat huius concilij defectus; quod impatientes fuerint correptionis; quod vanè timuerint suis rebus, & ne Christus ex eorum manibus laberetur; quod pertinaces fuerint in malitia. III. Horum omnium causam ostendit fuisse inuidiam; cuius peruersitatem proponit & fugiendam docet; quod sit peccatum diabolicum, infame & vile, periculosum. IV. Canendum vult ne contra Iesum conspiremus. V. In omni negotio tria esse consideranda; an Deo placeat; quod illud nostris viribus præstare non valemus; & quicquid acciderit beneuolè acceptemus, tanquam nobis vtilius. *A fol. 69. col. 3. ad fol. 71. col. 3.*

SABBATO INFRA *Dominicam Pafsionis.*

✠ SANCTI ANTONII DE PADVA sermo. In quo animaduertitur Primò Iudæos Lazarum interficere cogitasse vt stuporem & gloriam ex miraculo facto sopirent, sed frustrà vt probat Chrysost. multiplici ratione. Secundo. Hominum clarificationem esse alicuius immunditiæ vel rubiginis peccati amotionem &c. Christi vero econtrà. vbi de varia hominis clarificatione agitur. Tertio. Christum esse granum cadens in multiplicem terram. Quarto. In illa verba, *Collegerunt Pontifices, &c.* Diabolum illum cogitare interficere per culpam quem Dominus suscitanit per gratiam. *à pag. 221. ad pag. 223.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS sermo, de Dominâ honestâ: quæ I. Virtutibus Theologicis ornatur, sc. splendore fidei, vigore spei, charitatis calore. II. Modestiis honoratur, nam mundana vanitas sub pedibus eius, id est, sub affectibus, conculcatur

III. Gratiis coronatur 1. enim est diuinaliter ordinata, 2. sacramentaliter desponsata, 3. exemplariter amata, 4. virtualiter appretiata, 5. naturaliter dilecta, maritaliter consolata, parentaliter separata, spiritualiter delectata, pretioso fructu fœcundata, à fragilitate defensa, à charitate adiuta, per contrarietatem vnita. *Ex quadr. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 288. col. 1. ad pag. 292. col. 1.*

Eiusdem sermo, de laudibus virginitatis, I. Virginitas, 1. matrimonio præfertur, quia est prior, societatem habet Angelorum, in paradiso locatur, antiquior est, à peccato nos liberat, coniunctionem Christi & Ecclesiæ significat, benedicta est, ordinatur ad animæ bonum, in eâ Christus est assiduus, rara est, durabilis, fructuosa: 2. duodecim domicellas habet sc. clausuram, audientiam, verecundiam, prudentiam, timiorem, honestatem, diligentiam, pudicitiam, obedientiam, ancillitatem, desideriosam, eredentiam. II. Virgines beatæ gloriâ cælesti præmiantur & beatificantur. *Ex quadr. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 790. col. 1. ad pag. 798. col. 2.*

Eiusdem sermo, de omnibus bellis, in bello I. Obsessiuo, opportuna & sollicita custudia est necessaria. II. Campestri, audacia desideratur. III. Nauali, experta prudentia requiritur. Pugna carnis est quasi ciuilis, quæ perficitur per carnalium desideriorum deiectionem: Cum diabolo campestris, vincitur per superbiæ depressionem: Cum mundo nauàlis, vincitur per auaritiæ detestationem. Hæc comprehenduntur in Euang. *Ex quadr. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 146. col. 2 ad pag. 148. col. 1.*

Eiusdem sermo, de amore conuertente, in quo videtur modus conuersionis, qui est Primò: Animam euellere à peccato. Secundò. Animam à peccatis contrariis defendere. Tertiò. Animam firmam in amore Dei inflammare, & in eo perseuerare. *Ex quadragesim. Seraphin, tom. 3. à pag. 362. col. 2. ad pag. 369. col. 1.*

A

DOMINICA IN PALMIS.

✠ B. Alberti Magni sermo ad ea verba *Adduxerunt pullum ad Iesum, &c.* Docet I. Discipulos soluentes pullnm esse misericordiam & veritatem. II. Asinum, notare crucem. Stabat in biuio, quia vtrumque populnm saluat. Antè ianuam, quia Crux aperit ianuam cæli. Ligatus, quia nullus morte sua hominem saluabat. III. Vestimenta imposita, significabant duplex gaudium propositum Christo ex redemptione, & ex gloria resurrectionis. IV. Vestimenta viam sternentia, corpora

B

nostra figurant: quæ varia à variis sanctis prostrata sunt Christo. Quod & facere debemus. V. frondes iactæ eleemosinas notant. VI. Laudes exhibitæ Christo, à bonis Christianis soluendas significant. *Tom. 12. serm. 34. de temp. pag 66. & 67.*

Albini Flacci Alcvini discursus in ramis palmarum; Christi ingressum in Hierusalem cum palmis & acclamationibus mysticè exponit de victoria, quâ erat Dominus mortem moriendo superaturus, & per crucis trophæum de diabolo triumphaturus. Huius Dominicæ varia vocabula explicat: & processionis ordinem palmarumque ceremoniam, eo modo quo suo tempore peragebatur, describit.

C

Tom. 1. Auctar. Bibl. Patrum, col. 245. 246.

Sancti Ambrosii ex verbis Euangelij sermo; Palmarum ac oliuarum sacramentum paucis declarat: & canticum Osanna interpretatur. *Tom. 5. serm. 45. col. 63.*

Eiusdem sermo alter vnde supra; Docet, Ecclesiam visibilibus signis, quod in Hierusalem hodie actum est, nunc adhuc celebrare, vt id & in nobis fiat inuisibiliter, & spiritaliter; Deinde ingressus Christi circumstantias pandit, mysticéque explicat, quatenus & illud innobis spiritu peragatur, quod corporeâ Iudæis hac solemnitate celebratum est. *Ibid. serm. 46. col. 64. 65.*

✠ Sancti Antonii de Padva

sermo. Per quem triumphus Christi in vrbe Hierusalem, 1. Litteraliter, 2. Allegoricè, 3 Moraliter exhibetur. *a pag. 224. ad pag 227.*

Eiusdem sermo ex alio quadragesimali Domin ex quo quatuor ad triumphum Christi hodiernum in Hierusalem pertinentia soluuntur, vel potius moraliter exponuntur. Primum est. Christi benignitas in Hierusalem visitatione, quare Strutioni Solomonis similis esse perhibetur. Secundum. Eiusdem auctoritas in discipulorum missione. Tertium. Humilitas in asini sessione. Quartum. Turbæ iucunditas in Christi receptione. *a pag. 259. ad pag. 261.*

S. Athanasii Alexandrini sermo in Euangelium; à rebus perditis, quærendis, & inueniendis sumit exordium; Exinde deuenit ad Christum cœlitus descendentem, tantoperè nostri curam gerentem, vt hodie amandet discipulos suos in pagum, ad inueniendum hominem ob peccata iumentis insipientibus assimulatum, & sub asina ac pullo figuratum. Discipulorum autem Christi est ipsum soluere, & è diaboli compedibus, quibus implicatur, liberare: quare & in pagum ex aduerso mittuntur, vt inuenirent hominem, olim ex paradiso deliciarum à Domino eiectum, & in locum ex aduerso constitutum. Huius verò pulli complures assignantur Domini, dæmones siquidem ipsum vinculis detinebant constrictum, tanquam crudeles & efferati Domini, Christus verus Dominus soluere & saluare venerat pullum ligatum: vnde & conturbabantur in se aduersariæ potestates, veri Domini iussum audientes, dicebantque quid soluitis pullum? Vbi multa præclara, de vinculis peccatorum; Denique hortatur, vt nos ipsos examinemus, num sint soluta vincula nostra, & in melius proficiamus. *Tom. 1. a pag. 775. ad pag 781.*

S. V. Bedæ homilia in Euangel. Dominicâ primâ Aduentus habita; Narrat gestum hodiernum, & prodit mysterium, per discipulos à Domino missos, doctores intelligens, qui populum nationum tanquam pullum inuenientes perfidiæ vinculis irretitum, funibusque peccatorum constrictum: & synagogam Iudæorum in asina figuratam, prædicatione sua, ad Christum vtrumque duxerunt. Quid sit autem mysticè, vestimenta substernere paucis, exponit. *Tom. 7. Homil. hyemal. de Temp. Homil. Dom. 1. Aduent. col. 183. & sequentibus.*

Eiusdem homilia altera, vnde supra; Imprimis quædam mysteria ingressus Christi in Hierusalem pandit; deinde perfidorum Iudæorum cæcitate declinata, fidelium Christo occurrentium, ipsumque concomitantium mysticum iter, mystica interpretatione scrutatur hoc modo: Asina & pullus, vterque est populus, Iudæus & Gentilis, funibus peccatorum circumplexus, ac sub dominio principis tenebrarum positus ad quem soluendum misit Christus discipulos, quia non suis meritis, sed sola Dei gratia ad Iesum peruenit; Adductus autem prædicatione & conuersione ad Dominum, ipse Dominus eum à noxia libertate suo frænans imperio, ad visionem supernæ pacis, velut in Hierusalem, perducit. Insuper Euangelij reliquum explanat, & per filiam Sion, Ecclesiam intelligit: per vestimenta discipulorum, opera iustitiæ: per plurimam turbam, innumerabilem martyrum exercitum: per ramos arborum, dicta & exempla patrum. Denique canticum Hosanna interpretatur, & vt ad promissam nobis patriam tota mentis deuotione per varias tribulationes tendamus, cohortatur. *Tom. 7 Homil. quadr. Hom. Dom. palm. à col. 261. ad col. 264.*

Eiusdem sermo in die palmarum, breuiter modum tradit, quomodo fideles Christi imitando hodie debeant venire in Hierusalem per aureas portas, ramos portantes, vestimentaque proijcientes. *Tom. 7. serm. de diuers. serm. vltimo col. 369.*

S. Bernardi sermo primus in Dominica ramorum, de tribus ordinibus Christo obsequentium; Processionis hodiernæ & passionis coniunctionem

miratur; & primò quid sæcularibus hæc coniunctio conferat, docet: Secundò quid eadem tribuat spiritualibus. Quantùm ad primũ, animaduertere debet anima sæcularis, mundi, eiusque gloriæ temporalis inconstantiam, quoniam extrema gaudij luctus occupat. Quantùm ad secundum, Religiosa & deuota anima contemplari habet in processione cœlestis patriæ gloriam, & in passione viam ad ipsam conducentem. Vbi de triplici obsequio in hac processione saluatori exhibito, à iumento videlicet, ab iis qui vestimenta sternebant, & ab his qui de arboribus ramos cædebant; Mysticè autem primum obsequium à religiosis defertur, secundum à sæcularibus illis qui de corporali substantia eleemosynas largiuntur, tertium verò à Prælatis cum de sanctorum virtutibus euangelizant. *Serm. 1. Dom. in ram. palm. col. 133. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, de passione & processione, & quatuor processionis ordinibus. I Eamdem materiam de coniunctione processionis & passionis prosequitur, docetque eam ob causam Patres passionem addidisse processioni, vt discamus in nulla lætitia huius sæculi habere fiduciam; vbi præclara de prosperitate & aduersitate vitæ præsentis. II. In hodierna processione quatuor considerat ordines, præeuntium, sequentium, Christi lateribus adhærentium, & animalium. III. Quadruplicem istum ordinem mysticè explicat de bonis prudentibus, de bonis simplicibus, de contemplatiuis & spiritualibus, ac de parùm deuotis, durisque cordibus, *Ibidem, col. 135. & sequentib.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra; De quinque diebus differit, hodiernæ videlicet, processionis, refectionis, passionis, requietionis, & refectionis. Vbi ingressum Christi in Hierusalem paucis describit. *Ibidem col. 137. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus, vel ipsi adscriptus; Imprimis allegoricè, deinde moraliter Euangelium interpretatur. A Quantùm ad allegoriam per discipulos missos, duos intelligit ordines prædicatorum, ad circumcisionem & præputium: per vestimenta iumento imposita, fidei sacramenta: per vestes suas sternentes, sanctos Martyres: per ramos cædentes, Doctores. Quantùm verò ad moralitatem, in ingressu Christi in ciuitatem Hierusalem, eiusdem aduentum in animam agnoscit, debemus autem illi occurrere, triplici via incedendo, confessionis videlicet, obedientiæ, & misericordiæ, per Bethphage, Bethaniam, & montem Oliueti designata. Porrò castellum contra positum, peccatrix est anima, turrim habens elationis, & murum obstinationis, B ad quam mittit Dominus timorem & amorem, tanquam duos discipulos, quorum ope possit à vinculis absolui, interueniente si quidem amore, simplicitas in asina figurata, à prauo pudore velut à vinculo liberatur, & mediante timore bono libertas per pullum designata, ab inerti soluitur timore, sicque ad Dominum & simplicitas, & libertas adducuntur, ac variis virtutibus, tanquam discipulorum vestibus, ornantur. *A col. 1371. ad col. 1377.*

Eiusdem sermo, in ea verba, Cant. 2. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem, &c.* vbi probatur Christum vbique esse regem quia est: in exilio, rector morum, mansuetus & amabilis: In C iudicio, discretor meritorum, iustus & terribilis: In regno, distributor præmiorum, gloriosus & admirabilis, &c. *Ex paruis & rariis sermonib. serm. 6. col. 443. 444.*

S. Bernardini Senensis sermo, quo probatur contemnendum esse mundum propter. Primò. Naturam 1 diuitiarum, in quibus labor, timor, dolor: 2. delitiarum, quæ decipiunt, fastidiunt, transeunt: 3. magnificentiarum, in quibus seruitus, dolor, timor. Secundò. Culpam 1. diuitiarum quæ animam obcæcant, inquinant, obliuiosam reddunt. 2. delitiarum, quæ in anima generant pronitatem seu fragilitatem, carnalitatem, insensibilitatem: 3. magnificentiarum, ex

quibus oritur distractio, inebriatio, infatuatio. Tertiò. Pœnam, quæ est spiritualis tenacitas, debilitas, tenebrositas. *Ex quadr. de Christiana religione. tom. 1. a pag. 292. col. 1. ad pag. 298. col. 1.*

Eiusdem sermo, de nominis Iesu virtutibus est. 1. Refugium peccantium, contrà malum culpæ. 2. Vexillum præliantium, contrà malum pugnæ: 3. Remedium infirmantium, contrà malum concupiscentiæ: 4. Solatium patientium, contrà malum pœnæ 5. Honor credentium: 6 Splendor prædicantium: 7. Meritum operantium. 8. Adiutorium deficientium: 9. Suspirium meditantium, & memorantium: 10. Suffragium orantium, & postulantium: 11. Gustus contemplantium: 12 Gloria triumphantium, erit enim in prima imaginis reformatio consummata, vbi nullus obliuionis locus viuentibus in æternitate. *Ex quadrag. de Euang. æterno tom. 2. a pag. 798. col. 2. ad pag. 811. col. 1.*

Eiusdem sermo, in Euang. parcendum docet inimicis ratione I. Dei, 1. qui hoc præcipit, 2. quem ità honoramus, 3 quia hoc eius instituit iustitia, 4. cui conformamur. II. Sui, propter 1. propriam vtilitatem, 2. magnam honestatem, 3. magnanimitatem meram, 4. excessiuam charitatem. III. Proximi, propter 1. vnitatem naturæ, 2. gratuitatem belli, 3 bonitatem misericordiæ, 4 vtilitatem exemplaritatis bonæ. *Ex Quadrag. de Euang. æterno, tom 2. a pag. 811. col. 1. ad pag. 820. col 1*

Eiusdem sermo, de triumphis Triumphus 1. est exultatio de victoriâ: 2 Fiebat, vt allicerentur corda hominum ad benè pugnandum pro bono communi. Christo triumphus est exhibitus in curru, & sede beatorum, in purpurâ, & veste virtutum, in virgâ, sceptro regali iustitiæ & in coronâ & diademate naturæ. *In quadrages. ante hac non impresso, tom. 3. a pag. 148 col 1. ad pag. 149. col. 2.*

Eiusdem sermo, ad ea Ioann. 12. *Domus impleta est &c.* tres sunt domus siue status, 1. Domus naturæ. & ista est anima nostra, 2. Gratiæ, hæc est Ecclesia: A 3. Gloriæ, hæc est paradisus. Nouem autem sunt gratiæ, 1. altitudo creationis, 2. cum thesauro comparatio, 3. custodia animæ, 4. à lapsu leuatio, 5. quæritur anima à Deo, 6. perdita est, 7 introitus paradisi, 8. redemptio, 9. gloria. *Ex quadr. Seraphin, tom. 3. a pag. 379. col. 1. ad pag. 375. col. 2.*

S. BONAVENTURÆ sermo primus in illud, *Ecce Rex tuus venit tibi &c.* Quatuor motiua Christi aduentus ostendit, venit enim hominibus propinquare per naturam, sanare eos per gratiam, reconciliare per pœnitentiam, & remunerare per gloriam. *Tom. 3. Serm. 6. Dom. 1. Aduent. pag. 6.*

B Eiusdem sermo secundus in illa Euangelij verba *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Quatuor in Christi aduentu attentè considerat, Patris videlicet, autoritatem, qua Dominus venit ad nos, Filij humilitatem, Spiritus sancti charitatem, & generis humani vtilitatem. *Ibidem serm. 7. Dom. 1. Aduent. pag. 6. & 7.*

Eiusdem sermo tertius, in illud Cant. *Egredimini, & videte Regem Salomonem, &c.* Ad tria cohortatur. I. Ad desertionem propriæ deformitatis, quæ fit egrediendo à tenebris erroris & ignorantiæ, ab illecebris carnalis concupiscentiæ, & à præsidentiis diabolicæ crudelitatis. II. Ad contemplationem speciositatis diuinæ, & Maiestatis regiæ in Christo, quæ consideratio completur veritati eius infallibili firmiter credendo, C benignitatem clementiæ ipsius sinceriter diligendo, eiusque humilitatem profundæ abiectionis cōformiter imitando. III. Ad honoris erga Dominum exhibitionem, vbi notat Christum fuisse coronatum carneo diademate à Virgine matre Maria, spineo à matre synagoga, splendido honoris & gloriæ à diuina iustitia *Ibidem. serm. 1. Dom. in ramis palmar. pag. 81. 82*

Eiusdem sermo quartus in Euangelium. Iuxta honorem quadruplicem hodie Christo exhibitum: tractat de quatuor causis, in quibus maximè Deus honoratur, nimirum in conuersione peccatoris, in expositione corporis, in operi

operis exhibitione, & in oris glorificatione. *Ibidem serm. 2. Dom. in ram. Palmar. pag. 82. 83.*

Eiusdem sermo quintus in illud, *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, &c.* Probat Dominum libenter sedere super tria mystica animalia super asinam, camelum, & equum; (id est) incipientem, proficientem, & perfectum. *Ibid. serm. 3. Dom. in ram. Palm. pag. 83*

Eiusdem sermo sextus in lectionem euangelicam; De palmis mysticis, bonis videlicet operibus disserit, quibus honorandus est Iesus; declaratque quomodo per has spiritales palmas fides nostra consummatur in mundo, mens nostra securatur in extremo, vita nostra approbatur in iudicio, & gloria nostra augmentatur in cœlo. *Ibidem serm. 4. Dom. in ram. Palm. pag. 84.*

S. Brunonis sermo primus, in ramis palmarum; Docet omnia in ingressu Christi in Hierusalem sic actualiter gesta fuisse, vt tamen aliquid spiritaliter significarent; & per montem oliueti mysticè Christum interpretatur: per asinam & pullum, duos populos, Iudæos & Gentes qui sub iugo peccati tenebantur constricti; per duos discipulos à Domino missos, duos discipulorum ordines: per vestimenta sua prosternentes, sanctos Martyres: per ramos de arboribus cædentes, gloriosos Confessores: & per Hosanna clamantes, omnes iustos Dominum collaudes. *Tom. 3. pag. 89. 90.*

Eiusdem sermo alter, vnde supra; Festiuitatem Paschalem, non Iudæorum modo, sed Christianorum celebritatem esse demonstrat; quam diebus septem, hoc est, omnibus celebrare debemus, à seruili opere peccatorum abstinentes, & à fermento malitiæ. Qui autem sic Paschalia festa peragunt; cum palmis, victoriis videlicet de vitiis reportatis, Christo Domino obuiam pergant. Sedet autem Dominus super humilem animam, virtutum vestimentis ornatam; ipsum turbæ præeunt, & sequuntur; quia Christus in medio positus & salutem operatus, habuit præce-A dentes, antiquæ legis fideles, habuit & subsequentes nouæ legi credentes. *Ibid. pag. 90. & seq.*

✠ S. Cyrilli Alexandr. homilia. I. Excitat cunctos ad festa celebranda, cùm id quod semel Hierosolimis actum est, iterum reuocetur. II. Venire ad nos Christum beneficum non vltorem. III. Explicat Zachariæ de ingressu Christi Prophetiam. IV. Tùm verba Euangelistæ exponit. V. Ex puerorum occursu & acclamatione, Iudæos reuincit, Christum Deum esse negantes. VI. Ostendit Deum factum hominem vt pati posset; & Christum sola carne passum & crucifixum fuisse. VII. Attributa vtriusque naturæ in Christo discernit. VIII. Hortatur auB ditores, vt audito festiuitatis encomio exultent, vt cum Lazaro resurgant: Cum Apostolis pullum soluant. IX. Acclamationes Angelorum eum nascceretur Christus, & inferna penetraret, confert cum puerorum hodierna acclamatione. X. Persuadet vt cum illis nos quoque resonemus, & obuiam eamus Domino. *Tom. 5. à pag. 391. ad 403.*

B. P. Damiani homilia in Dominica palmarum. Iudæorum cæcitatem exprobrat; Christo ad mortem voluntariè eunti compatitur, ipsumque alloquitur; Euangelium interpretatur. I. Allegoricè, ita vt castellum sit mundus, qui contra Dominum, & Discipu-C los eius fuit: asina, Iudaicus populus iugo legis subiectus: pullus lasciuiens, & effrænis, Gentilitas secundum desideria carnis incedens: Discipuli missi, duorum Testamentorum prædicatores. II. Moraliter, per castellum enim, animum intelligit obstinatum: per discipulos, spem, & timorem: per animalia, humilitatem, ac simplicitatem: per asinæ & pulli solutionem peccatorum confessionem. *Tom. 2. serm. 7. pag. 165.*

✠ Dionysii Carthvsiani in Epist. sermo; in quo, vt veri simus Christiani, hortatur nos sequi & imitari Christum. I. Humilitatem, considerantes qualiter se humiliauit, 1. in incarnatione, naturam humanam à suæ diuinitatis excellentiâ in infinitum di-

ſtantem ſibi coniungendo, 2. in tota ſua conuerſatione in ſæculo iſto, 3. in paſſione, in quâ ſe exinaniuit. II. Obedientiam, ipſe enim factus eſt Patri ſuo obediens vſque ad ignominioſiſſimam crucis mortem *Ex ſerm. de temp. a fol.* 150. *pag.* 1 *ad fol.* 151. *pag.* 2.

Eiuſdem circâ Euang. ſermo 1. Conſiderare debet Chriſtianus paſſionem Chriſti. Primò. Ad imitandum, quia per aduerſitatem in regnum cælorum oportet intrare. Secundò. Ad admirandum ipſe enim rex regum, & vniuerſorum Dominus paſſus eſt. Tertiò. Ad exultationem, quia de Chriſti paſſione debemus gloriari, in quâ eſt ſalus, vita & reſurrectio noſtra. Quartò. Ad ſuam informationem, cõſiderans cum quantâ manſuetudine, patientiâ, charitate conſtantiâ, humilitate, Chriſtus ſuſtinuit vniuerſa quæ paſſus eſt. Quintò. Ad contemplandum etenim Deus incarnatus, in cruce ſuſpenſus, altiſſimum eſt totius contemplationis obiectum. Sextò. Ad inflammandum & excitandum ſe ad amorem Dei talia pro ſua ſalute patientis. *Ex ſermonib. de temp. a fol.* 153. *a pag.* 1. *ad pag.* 2.

Idem ſermone 2. circâ Euangel. rationes quare Chriſtus ante paſſionem honorari acclamationibus & triumphali receptione voluit, profert. Deinde totum Euang. de Chriſti in vrbem Hieruſalem triumpho, & glorioſo introitu ſpiritualiter & moraliter exponit. *In ſermonib. de temp. a fol.* 153. *pag.* 2. *ad fol.* 154. *pag.* 2.

D. Epiphanii in die feſto palmarum ſermo. I. Huius ſolemnitatis præconia celebrat: II. Chriſtum ad mortem properantem miratur. III. Chriſti hodiernum in Hieruſalem ingreſſum, egreſſui Lazari è ſepulchro pridie ſuſcitati opponit. IV Eccleſiam paradiſo voluptatis aſſimilat. V. Rurſus huiuſce celebritatis gratiam pandit, pangit & gloriam. VI. Ad laudes Chriſto triumphatori canendas cunctos hortatur. VII. Pueros Chriſti victorias conclamantes, cum ipſorum patribus crucem Domino parantibus, confert. *Tom.* 2. *à pag.* 251. *ad pag.* 258.

A Eiuſdem in feſto palmarum orationis fragmentum: Humilitatem aduentus Chriſti prædicat, & arcana hodiernæ ſolemnitatis myſteria interpretatur. *Ibidem pag.* 301. *& ſequentibus.*

I. Gersonii ſermo primus in Euãgelium quod imprimis breuiter iuxta litteram exponit: deinde morali declaratione illuſtrat hoc modo: Anima in ſtatu innocentiæ, fortunata erat ciuitas, aderat in ea pax rationis ad voluntatem, voluntatis ad ſenſualitatem, & totius hominis ad Deum. Peccatum ciuitatem hanc expugnauit, gulâ cœpit, vinculis prauarum affectionum, peruerſorumque deſideriorum funiculis conſtrictam in captiuitatem redegit. Dominus autem miſericordia motus venit vt diſſolueret opera diaboli, diſcipulos miſit, qui captiuam liberarent. Vbi pluribus, mala quæ gula infert, dinumerat, & quo pacto aduentum Dei in animam paſſibus dignoſcere oſtendit. *Tom.* 2 *part.* 4. *ſerm. Dom.* 1. *Aduent. à col.* 304. *ad col* 310.

B

Eiuſdem ſermo ſecundus: inceptam proſequitur materiam, & facta ſuppoſitione ex ſupradictis priori ſermone, quòd gula impediat aduentum Chriſti in nos, tria facit. I. Gulæ mala declarat. II. Gulam eſſe mortiferam probat III. Contra ipſam tria profert remedia. *Ibidem ſerm.* 2. *Dom.* 1. *Aduent. à col.* 310 *ad col.* 316.

C Eiuſdem ſermo tertius in ramis palmarum, in illud Apoſtoli, *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu.* Docet, ſentire in nobis debere, iuxta ea quæ hodie Chriſtus peregit in ſuo triumphali ingreſſu, humilitatem & mundi contemptum, libertatem, & paupertatem, patientiam & æquanimitatem, magnificentiam, & Deo debitum honorem, præſertim autem obedientiam, quæ in duobus conſiſtit, in innocentia & pœnitentia, de quibus fusè pertractat: & ea hodierno Euangelio coaptat, vbi bona obedientiæ, quæ fit Deo per euitationem peccati, ac innocentiæ conſeruationem, refert: & quomodo per pœnitentiam peccatum deleatur, declarat. *Ib. ſerm.* 1. *Do. in ram. pal. a col.* 476. *ad* 483.

Eiusdem sermo quartus, vnde supra, in illa Euangelij verba, *Ecce Rex tuus venit tibi, &c.* Rationes profert quare Deus suorum orationes non statim exaudiat, & cur qui hodie dicitur mansuetus, multis terribilis appareat. *Ibidem serm. 2. Dom. in ram. palm. a col.* 484. *ad col.* 490.

Gverrici Abbatis sermo primus Domin. in ramis palmarum, in illud Pauli, *Hoc sentite in vobis, &c.* De forma serui quam filius Dei accepit, disserit, ostenditque quomodò cùm esset homo factus, vt suo seruiret Creatori, confregerit à sæculo iugum, vincula disruperit, dixeritque non seruiam: misericors verò Deus, vt seruum redimeret, formam serui acceperit, Creator suæ creaturæ seruierit. Dominus seruo ingrato ministrauerit, humillimaque præstiterit Deus homini obsequia. Exinde hortatur vt demus manus in vincula Christi, ipsiusque iugo suaui ceruices nostras libenter supponamus. *Serm. 1. in pal. a pag.* 224. *ad pag.* 228.

Eiusdem sermo secundus vnde supra, Virtutes crucis, Passionis & Crucifixi prædicat; ad carnem nostram cum vitiis & concupiscentiis cruce mystica mortificationis crucifigendam efficaciter prouocat. *Ibidem a pag* 228. *ad pag.* 235.

Eiusdem sermo tertius in eadem die: Vt inoffenso pede tam per prospera, quàm per aduersa sequamur Christum. ipsum repræsentat in processione gloriosum, in passione ærumnosum, & in vtraque, (licet in vna mirabilem,) desiderabilem, & amore dignum. *Ibidem à pag.* 235. *ad pag.* 242.

Eiusdem sermo quartus in illud Euangelij, *Hosanna filio Dauid.* Agit de laudibus Christi ab omnibus decantatis; de gaudio ineffabili Christi passione in cordibus iustorum suscitato de Iudæorum malitia, de Christianorũ tempore & infidelitate. & de mysticæ petræ foraminibus, Christi scilicet vulneribus. *Ibidem a pag* 242 *ad pag.* 248.

Gvillelmi Parisiensis sermo 1. in illa Epist. Philippens. 2. verba. *Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu.* Quæ attentiùs considerans, & officium hodiernum intendens, Ecclesiam processionem & passionem coniungere probat. Vt I. Nos instruat in nullâ iniquâ huius sæculi lætitiâ fiduciam habere; prosperitatem quando eam habemus aduersitatis memoriâ temperare; fatuitate laborare, qui gloriam & gaudium huius mundi sequuntur; tribulationem, viam esse ad gloriam. II. Ostensâ Christi sublimitate inquantum Deus est: eius nobis ostendat descensum; qui fuit quadruplex 1. fuit seruilis formæ assumptio, 2. mortalitatis & passibilitatis sumptio, 3. charitatis vniformitas. 4. humilis obedientia, &c. *à pag.* 76 *ad pag.* 79.

Eiusdem sermo 2 In quo eadem quæ superius discutiens, ad sentiendum quod fuit in Christo patiente monet. Primò. Per compassionem; quæ sumi debet, ex doloris magnitudine, amoris violentiâ, innocentiâ, passione pro culpâ nostrâ, patientis nobilitate, eiusdem benignitate, pietate, compatientium exemplo. Secundò Per effectus participationem, quod fit intelligendo ex Christi passione, quantum cauendum sit peccatum. Tertiò. Per mutationem, siue imitationem Christi in humilitate, charitate, obedientiâ, patientiâ. *à pag.* 79 *ad pag.* 81.

Eiusdem, sermo primus in Euang. quod litteraliter examinat, & terminos in eo præcipuos; scilicet, Betphage, turris Dauid, castellum, asina. Osanna, explanat. *à pag.* 343. *ad pag.* 344.

Eiusdem sermo secundus, illorum verborum occasione, *Cum appropinquaret Iesus Ierosolymam, &c.* plurima considerat. I. Discipulos missos ad Asinam quærendam & adducendam; locus vnde missi sunt est mons Oliueti, in quo significatur eminentia dilectionis Christi, qua venit in Ierusalem pro nobis passurus; Duo missi sunt ad commendandam dilectionem Dei & proximi; vel scientiam veritatis & puritatem operis; locus ad quem sunt missi est castellum oppositum, id est mundus, despiciendus, quia transitorius, cruciato-

rius, cruciatus æterni meritorius; Missi sunt ad soluendum asinam quæ septem vitiis capitalibus ligata est, quæ soluũtur per septẽ dona Spiritus sancti. II. Quod filij Israël septẽ vicibus circuierunt Iericho, denotat circuitũ ad expugnationem mundi necessarium; qui fit per septem considerationes septem malorum quæ sunt in hoc mundo, 1. est labor amatores mundi fatigans, 2. negligentia meliorum, 3. vanitas, 4. fugacitas bonorum mundi, 5. periculum. 6. mutabilitas, 7. vulnus occultum. III. Tria velle Spiritum sanctum ostendi Ecclesiæ de rege suo, sc. eius charitatem mansuetudinem, humilitatem. IV. Christum super asinam sedisse, vt se in mansuetis quiescere ostenderet, exemplum mansuetis daret, in quo statu erat homo in aduentu suo manifestaret. *à pag.* 343. *ad pag.* 347.

Eiusdem sermo tertius. I. Tres processiones facit Ecclesia solemniores aliis, in quibus tria commendantur fidelibus valdè necessaria ad salutem, prima est cum luminibus in purificatione, in qua lumen sapientiæ: secunda cum ramis palmarum & floribus in die palmarum, in qua exemplum societatis bonæ: tertia cum vexillis & crucibus in Ascensione, in qua amor crucis pœnitentiæ commendatur. II. Septem attendenda sunt facta hac die, 1. quod Deus venit voluntariè & tempestiuè ad locum vbi, pro nobis pateretur: 2. veniens ad mortem honorem suscepit quem aliàs recusauit 3. honorem illum humiliter suscepit. 4 multiplex obsequium iumento portanti illum exhibitum: 5. lætitia Ierosolymitarum fletu mixta. 6 quòd ad extirpandam cupiditatem quæ causa erat malorum pro quibus flebat, tanto zelo exarsit: 7. quòd vsurarios de templo eiecit, & latrones iudicauit. *à pag.* 347 *ad pag.* 349.

Eiusdem sermo quartus, in Euang. per quod duplex recolitur processio Saluatoris hodie in Ecclesia: vna quæ fuit à monte Oliueti in Ierusalem cum honore & reuerentia, in qua triplex Christo obsequium ex Bernard. exhibitum, 1. à iumento cui insidet, 2. ab iis

A qui vestimenta prosternunt, 3. ab his qui ramos de arboribus cædere perhibentur: Altera quæ fuit à Ierusalem ad locum crucifixionis cum mœrore & verecundia. *pag.* 349.

Eiusdem, sermo quintus in quo honor exhibitus Saluatori ad locum passionis venienti ostenditur. I. Fuit exhibitus ille honor à turba, sc. à personis pauperibus, simplicibus, & abiectis; non à diuitibus, sapientibus & potentibus. II. Exhibentes honorem vestimenta in via sternunt, ramos vel frondes de arboribus cædunt, & in via ponunt & clamando orant & benedicunt: quæ omnia ad morum instructionem exponuntur. *à pag.* 349. *ad pag.* 350.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo

B 1. assumit dictum Caiphæ *Ioan.* 11. *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo.* & I. qua occasione ea dicta sint aperit. II. Tribus modis docet Deum trahere hominem. III. Vnicuique sibi ipsi esse moriendum. IV. Quid agendum sit homini vt sibi moriatur. *à pag.* 176. *ad* 179.

Eiusdem sermo 2. sumit Euangelium de eiectione vendentium & ementium in templo. Matth. 21. Et ostendit Deum templum habere velle, & in eo demorari: & I. templum illud esse animam. II. qui sint emptores & venditores è templo eiecti. III. Templo euacuato, tantùm lucis accidere, vt Dei similitudinem præ se ferat. IV. loqui

C tùm Deum in anima tria quædam. *à pag.* 179 *ad* 182.

B. IVONIS CARNOTENSIS sermo in ramis palmarum. Cõmendat Christi virtutes, præsertim autem humilitatem, & patientiam, quibus veluti potentioribus armis se accinxit, mundum vicit, diabolum strauit, & nos de eius potestate liberauit Hodierna verò die super asinam sedens, humilitatis insigne præbuit fidelibus exemplum, quod imitari debent, qui sunt ex participsius. *Tom 1. Auctar. Biblioth. Patr. sermonib.* 16. *de rebus ecclesiasticis col.* 817. *& sequen.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo de ramis palmarum; Imprimis Christum, Deum Regemque agnoscit,

regnum eius demonstrat, vnde & hodie coronâ populorum stipatus, principe mundi, eiusque potestatibus deuictis, palàm triumphat, & tanquam ei, qui cunctos Reges excellebat dignitate, nouæ venerationis præstantur obsequia, vt ab vniuersis discerneretur specialis reuerentiæ forma. Deinde suadet, vt quod ab Ecclesia mysticè hodierna die agitur, à nobis spiritaliter exhibeatur; vestimenta, Christi vestigiis subijciantur, eleemosynam pauperibus erogando, temporalium facultatum affectum reijciendo, & carnem propriam mortificando: rami deuotionis in manibus teneantur: & canticum Hosanna diuinis laudibus decantetur. Vbi quædam de religiosa paupertate obseruanda, ac de excommunicatione multùm pertimescenda. *Part. 2. serm. de ram. Palm. à pag.* 703. *ad pag.* 707.

✠ Leonis Avgvsti Imp. Orat. 5. in hunc diem I. Dauidem olim ex præuisione spiritus festum hunc diem celebrasse, & à nobis quoque lætissimo eiusdem spectaculo exhilaratos, laudandum; quod se præstare velle, insinuat. 2. Hierosolimam ingredi docet quasi mortem accelerare vellet, & indè consecuta beneficia. 3. ostendit Christi miraculis, iræ fomitem Iudæis ministratum. 4. Id etiam dùm infantes Deum deprædicant. 5. Inuehitur in Iudæorũ inuidiam, & deserendos prædicit & gentes assumendas. 6. Cur saluatorem arguant Iudæi, & non pueros laudatores, aperit. 7. Prædictam hanc laudem à Dauide deducit: & rectè benedictum dici Dominum. 8. Hortatur pueros illos, vt iam liberè cum Ecclesia synagoga reiecta, laudes celebrent & concinnent. 9. Christi potestatem exaltat; & demisse vt filius Dei opus salutis nostræ perageret 10. Quomodo venisse dicendus est filius Dei, declarat. *Auct. noui Biblioth. PP. Græco Lat. tom.* 1. *à col.* 1657 *ad* 1676.

✠ Rabani Mavri homilia. 1. Enarrat breuiter seriem Euangelij. 2. historiam allegoricè interpretatur. 3. Hortatur vt beneficio redemptionis dignè vtamur. 4. Hanc hebdomadam

A præ cæteris mysterijs refertam ostendit. *Tom.* 5. *pag.* 587. *col.* 2. *&* 588. *col.* 1.

✠ Radvlphi Ardentis homilia in Epist. Philipp. 2. *Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu, &c.* Per tria vitia facta est ruina humani generis; per tres virtutes contrarias facta est eius raparatio. Primò. In homine primo superbia fuit quadrifaria 1. æquare se voluit suo superiori; 2. voluit se extollere super suum æqualem, scilicet angelum: 3. secundùm legem suam non Dei voluit viuere: 4. peccatum suum conatus est defendere: Has superbias humilitate quadruplici voluit Christus delere: 1. quod habuit per naturam, non præsumpsit per rapinam: 2.

B suis inferioribus, sc. angelis minoratus est: 3. voluntatem patris quæsiuit facere, non suam: 4. peccata cum non haberet propria, portanit aliena. Secundò. Adam obedire noluit creatori suo in bonum suum, sed diabolo inimico suo obediuit in malum suum: Christus vero factus est obediens patri vsque ad mortem, non in suam, sed hominum redemptionem; & non obediuit diabolo in suam præcipitationem. Tertiò. Impatiens fuit Adam mitissimum Dei iugum nolens pati, vt viuens mortem euitaret: Christus patiens fuit durum Patris mandatum portans, vt moriens mortuos ad vitam reuocaret, &c. *à fol.* 154. *pag.* 2. *ad fol.*

C 157. *pag.* 1.

Eiusdem, in Euang. Matth. 21. homilia duobus sensibus conclusa. Primò. Historico, quo docemur 1. Christum imminente passione apertè de eâ fuisse loquutum, vt demonstraret se quando oportuit spontaneam subire passionem: 2. Dominum solitum fuisse duos discipulos mittere vel ad prædicandum, vel ad hospitium quærendum; quoniam in duobus ostenditur veritatis testimonium, & charitatis exemplum: 3. veram diuinitatem ostendisse quando futura tanquam præsentia narrauit: 4. vehiculum hac vice quæsiuisse, cum anteà iret pedes; quia appropinquauerat tempus, quo ipse erat exaltandus: 5. consentire veteris & nouæ legis adim-

pletionem. Secundò. Mystico videntur quæ & quanta fecerit Christus pro Iudæis primùm, deinde pro Gentibus. *a fol. 157. pag. 1. ad fol. 160. pag. 1.*

S. THOMÆ AQUINATIS sermo in illud Euang. *Ecce Rex tuus venit tibi, &c.* Tria considerantur in ipso, dignitas, videlicet, aduenientis: aduentus vtilitas: & adueniendi modus. Quantum ad I. ostendit Christum esse Regem clementem, iustum, bonum, sapientem, terribilem, omnipotentem, æternum. Quantùm ad II. Septuplicem refert aduentus Christi vtilitatem; nimirum, mundi illuminationem, inferni expoliationem, cœli reparationem, peccati destructionem, diaboli superationem, hominis cum Deo reconciliationem, & creaturæ rationalis beatificationem. Quantùm ad III. Christum dicit venisse mansuetum ob quatuor, vt malos facilius corrigeret, vt omnibus se amabilem exhiberet, vt omnes ad se traheret, & vt mansuetudinem doceret. *Tom. 16. serm. 3. Dom. 1. Aduent. fol. 1. col. 3. & 4.*

Eiusdem sermo hac die habitus in illa Apostoli verba, *Qui cum in forma Dei esset, &c.* disserit de Christi maiestate, de ipsius humilitate, ac de humilitatis eius vtilitate. *Ibid. sermon. Dom. in ram. palm.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 26. Initium facit à beneuolentia Imperatoris præsentis, ob quem hoc festum & Diuinum esse asserit, & Imperatorium. 2. edocet cur hac pompa Dominus Hierosolimam intrauerit. 3. transfert totum hunc apparatum & ingressum, ad anagogiam, & singula in hunc scopum refert. 4. hortatur vt ex his plantis doctrinam rationemque viuendi decerpamus, aliaque æmulemur quæ hic peracta sunt. *à pag. 183. ad pag. 187.*

A

FERIA SECUNDA Maioris Hebdomadæ.

SANCTI AMBROSII sermo in Euangelium. Iudæ Iscariotis peccata recensentur. Vis dominicæ pecuniæ declaratur. Sanguinis Christi efficacia demonstratur. Baptismus sepultura mystica dicitur. *Tom. 5. serm. 47. col. 65. & seq.*

S. V. BEDÆ homilia. Ex hodierno Euangelio tria colligit, & docet. I. Virtutis deuotionem ad exemplum amatorum Christi addiscendam. II. Perfidiam Christum & quæ eius sunt persequentium considerandam. III. Post ipsius considerationem prudenter declinandam. Textum autem Euangelij, suo more, exponit. *Tom. 7. ser. 2. palm. a col. 264. ad col. 267.*

B

✠ S. BERNARDINI SENENSIS de animæ dignitate, sermo, in quo demonstrat I. Hominem posse ad cognitionem dignitatis animæ peruenire, 1. per doctorum instructionem & eruditionem: 2. per creatorum speculationem, & ascensionem: 3. per diuinam illustrationem. II. Deum ostendere dilectionem suam in nos, 1. per carnis assumptionem: 2. Christi peregrinationem seu conuersationem: 3. Christi passionem. III. Beneficium glorificationis, ex diuinâ dilectione animæ esse præparatum. *Ex quadrag. de Christ. relig. tom. 1. à pag 298. col. 1. ad pag. 305. col. 2.*

C

Eiusdem sermo, de animæ dignitate, in quo videtur. Primò. Deum 1. animæ ingratitudinem mirari circa creationis beneficium: 2. æstimasse animam rationalem, de quo ipsa ingrata est: 3. animas suorum electorum custodire magna cum diligentiâ. Secundò. Christum ingemuisse pro animâ, propter, 1. eius amissionis dolorem: 2. inquisitionis laborem: 3 admirationis stuporem. Tertiò. Animam debere intelligere se esse 1. pretio mortis Christi redemptam: 2. reinuentam, tanquam ouem perditam: 3. pro præmio glorifican-

dam, & de iis beneficiis esse gratam. A *Ex quadrag. de Euang. aeterno, tom. 2. a pag. 820. col. 1. ad pag. 826. col. 1.*

Eiusdem sermo, de passione Domini. Christus pati voluit, 1. Tali mundi aetate, vt praecedentium aetatum peccata aboleret: 2. Tali viri aetate, quia tali aetate fuit factus Adam: 3. Tali tempore anni, quia fuit primus qui pro salute generis humani pati voluit: 4. Tali horâ diei, vt euidentior esset mors sua: 5. Sub talibus signis coeli, quia Deus erat & creator omnium: 6. Sub talibus mundi dominis, quia princeps vnus erat in terrâ & coelo. *Ex quadrag. antehac non impresso, tom. 3. à pag. 149. col. 2. ad pag. 151 col. 1.*

Eiusdem sermo, de duodecim radiis solis nominis Iesu, 1. est refugium peccatorum: 2. auxilium bellantium: 3. remedium infirmantium: 4. solatium patientium: 5. honor credentium: 6. dulcedo praedicantium: 7. adiutorium proficientium: 8. sustentatio deficientium: 9. suspiratio meditantium: 10. suffragium postulantium: 11. gustus contemplantium: 12. gloria perseuerantium. *Ex quadrages. Seraphin, tom. 3. a pag. 375. col. 2. ad pag. 384 col. 1.*

✠. IOANN. NEPOTIS SYLV. HIEROS. homilia in Euangelium hodiernum quae est 14. in Marcum. Docet I. quomodo dictum sit Christum nescire diem illum. Ne quid sinistrum de eo, in quem per baptismum credituri sumus, suspicemur. II. Euangelicum explanat contextum; & reducit ad vocationem & vnitionem renatorum per baptismum. III. Hoc vnguentum trecentis potuisse venundari denarijs: quod ad crucis mysterium applicat. IV. Christum esse venditum triginta denariis. *Tom. 1. pag. 473. & seq. falsò tribuitur D. Chrysostomo, & inter eius opera refertur. Tom. 2. col. 995. & seq. edit. Parisien. an. 1614.*

FERIA TERTIA ET quarta maioris Hebdomadae.

Agat hisce diebus Euangelicus Concionator de confessione, & poenitentia.

SANCTI BASILII MAGNI homilia de poenitentia. Acriter agit in eos qui poenitentiam abrogare volebant, indulgentiamque peccatorum etiam post susceptum baptismum, cum ex veteri, tum ex nouo Testamento efficaciter comprobat: non vt homines ad peccandum impellat, sed vt à peccatis animas reuocet, iacentes erigat, & de B sua salute desperantes consoletur. *Tom. 1 Homil. 28. a pag. 611. ad pag. 619.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS sermo, in quo attendit conscientiae. I. Quidditatem, 1. per quatuor animalia Ezechielis designatam: 2. ex Basil. est naturale iudicatorium faciendi vel non faciendi; ex Damasc. est lex intellectus nostri naturalis, oposita peccato, &c. 3. conscientia est opinio habita de agendis cum deliberatione firmatâ. II. Formositatem; est enim 1. titulus religionis, 2. templum Salomonis, 3. ager benedictionis, 4. hortus deliciarum, 5. aureum reclinatorium, 6. gaudium Angelorum, 7. arca foederis, 8. thesaurus regis, 9. aula Dei 10. habitaculum Spiritus Sancti, 11. liber clausus C & signatus, 12. liber conscientiae, in die iudicij aperiendus. III. Deformitatem; est enim titulus irreligionis, templum confusionis, ager maledictionis, hortus malitiarum, reclinatorium anxietatum & amaritudinum, gaudium daemoniorum, arca fraudis, thesaurus regis Babylonis, aula Sathanae, habitaculum spiritus nequioris, liber clausus & signatus plenus vitiis, & in die iudicij aperiendus ad summam confusionem. *Ex quadr. de Euang. aeterno, tom. 2. à pagin. 826. col. 1. ad pag. 838. col. 1.*

Eiusdem sermo, de passione Domini quoad figurae veritatem. Christus 1. venditur à Iuda causâ cupiditatis, & auaritiae; emitur, à sacerdotibus, causâ

dolositatis, & inuidiæ. 2. Irridetur 1. in captione, 2. in percussione per alapam, 3. in induitione vestis albæ, 4. in spinarum coronatione. 3. A discipulis derelinquitur 4 Crux eius formatur & quatuor habet partes, latitudinem altitudinem, longitudinem, profunditatem. 5. Pœnis multis afficitur 1. in vestium expoliatione & denudatione 2. in mannum & pedum perforatione, 3. in lateris aperitione. 4. in fellis & aceti potatione. 6. Signa apparent, sol obscuratur, velum templi scinditur, petræ scinduntur, sepulchra aperiuntur, terra mouetur, &c. *Ex quadrages. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 151. col. 1 ad pag. 152. col 2.*

Eiusdem sermo, de amore pauido; in quo considerans peccatum, tria tempora meditatur. Primò. Præteritum, & peccati maledictiones, 1 enim animam volnerat, 2 bonis animæ spoliat, 3. animã deturpat, 4. in inferno obligat, 5. conscientiam amaricat, 6. cor indurat, 7. insensibilitatem inducit. Secundò. Præsens, siue peccatorum morientium dolores qui sunt delectationum priuatio, bonorum spoliatio, cum diabolo similitudo, peccata commissa, peccati iniquitas, dæmonum visio, à diabolo raptio. Tertiò, Futurum, quia si benè fecerimus debemus sperare gaudia paradisi, si malè certa est damnatio, nisi in hoc mundo dignam fecerimus pœnitentiam. *Ex quadrag. Seraphin, tom 3. à pag. 384. col. 1. ad pag. 385. col. 2.*

S. Bernardini Senensis sermo, in quo malæ conscientiæ triplicem aduertit statum. Primò. Animæ, 1. clauduntur ne peccata sua videant sigillis septem, quæ sunt, negligentia, superbia, singularitas, pusillanimitas, ignorantia, affectio propria, perplexitas: 2. nimis largæ vel strictæ sunt, id est conscientiæ: 3. serenitate & claritate illustrantur & reformantur; siue aperiuntur eius sigilla gratiis septem sc. strenuitate, humilitate, communitate, magnanimitate, luminositate, amorositate, claritate; reformantur verò spe & timore. Secundò. Synderesis arguit

A erroneam conscientiam, quoad suum principium, processum, terminum. Tertiò. Synderesis statuit contrà conscientiam malam, peccata cordis, oris, operis. *Ex quadr. de Euang. æterno. tom. 2. à pag. 738. col. 1. ad pag. 847. col. 1.*

Eiusdem sermo, in quo Iudæorum peccatum occidentium Christum exaggeratur, 1. Ex personâ eorum qui debebant reddere bonum pro bono, nõ malum: 2. Ex eius dignitate in quem sæuierunt; fuit enim Christus filius Dei: 3. Ex causâ, quæ fuit leuis, quia Christus de vitiis eorum eos arguebat: 4. Ex modo, nam hoc egerunt falsos testes inducendo: 5. Ex pecuniâ per quam discipulum eius corruperunt: 6 Ex falsis persuasionibus & allegationibus, per
B quas ad eam occisionem Pilatum induxerunt: 7. Ex verbis quibus turbam persuaserunt vt peteret Barabbam dimitti, & Christum crucifigi: 8 Ex loco in quo hæc fecerunt, sc. in ciuitate sanctâ Hierusalem. 9 Ex flagellatione, illusione, crucifixione. *Ex quad. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 152. col. 2. ad pag. 153. col. 2.*

Eiusdem sermo, de amore sanatiuo; I. Tres memorias voluit Christus nobis relinquere in sacramento altaris 1. suæ dilectionis, 2. nostræ mirabilis transformationis, 3. acerbæ suæ passionis. II. Dei apparet in huius sacramenti, 1. institutione, mirabilis sapientia; 2. transubstantiatione, immensa poten-
C tia; 3. communione & assumptione, clementia. *Ex quadr. Seraphin, tom. 3. à pag. 388. col. 2. ad pag. 393 col. 2.*

S. Cæsarii Arelatensis homilia siue admonitio; Vt pro capitalibus criminibus, sine aliqua dissimulatione, (fortè dilatione) ad medicamentum pœnitentiæ recurratur. Vt peccator sic quærat misericordiam, vt timeat iustitiam: sic iustitiam contremiscat vt de misericordia confidat. Vt pœnitentiam non differat, ne de multitudine peccatorum desperatio nascatur. *Tom. 2. Biblioth. Patr. Homil. 13. col. 399. & sequent.*

Eiusdem homilia, vnde supra. Hortatur suos, vt de Dei misericordia non

desperent,

desperent, sed citò de malo iniquitatis consurgant, ne consuetudine peccandi: in ipsis se ruinis suis sepeliant. *Ibidem Homil.* 14 *col.* 601. *& sequentibus.*

Eiusdem admonitio de libris sanctorum antiquorum Patrum excerpta; Vt qui se crimina capitalia fecisse cognoscit ad pœnitentiæ medicamenta confugiat. Vt de peccatis confessionem faciat. Vt caueat peccator, ne procriminibus eleemosynam tribuat, & crimina ipsa non relinquat. *Ibidem. Homil.* 17. *col.* 607 608.

S. Ephraem Syri discursus, in eos qui quotidie peccant, & quotidie pœnitentiam agunt (vel, vt habet alia lectio,) & rarò pœnitentiam agunt. Ad pœnitentiam citò agendam, & ad peccata imposterum vitanda prouocare conatur. *Tom.* 1 *pag.* 23 24.

Eiusdem sermo primus de pœnitentia. Peccata, vulnera dicit; Deum, verò medicum ad quem confugiendum, vt à peccatorum vulneribus curari possimus. Huius diuini medici præconia celebrat. Differentiam ponit inter medicamenta humana & diuina. Peccatoris, qui de suis peccatis pœnitentiam agere negligit, cæcitatem ostendit. Dei benignitatem erga peccatores ad ipsum reuertentes fusè demonstrat. Hanc vitam pœnitentiæ dicatam, cum futura in qua nullus pœnitendi locus, antithesi grauissimâ confert. Iudicium vltimum pertimescendum docet. Pauperes spiritu & voluntate, Christum sequentes multùm commendat. Mundana tanquam vana contemnit. Magnam sanctorum in die iudicij iubilationem vtcumque exprimit. *Tom* 1. *a pag.* 144. *ad pag.* 147.

Eiusdem sermo secundus vnde supra; Ad pœnitentiam, & in bono perseuerantiam hortatur. Insignia pœnitentiæ exempla refert; allegoriis, sententiis, variisque antithesibus discursum suum pulchrè exornat. *Ibid. pag.* 148. 149.

Eiusdem sermo tertius, de pœnitentia & conuersione. Docet Deum animarum medicum ad omnem plagam peccati, nobis dedisse pœnitentiæ salutare remedium. *Ibid. pag.* 150.

A Eiusdem sermo quartus, de pœnitentia & patientia. Ex consideratione vitæ huius fugitiuæ, pœnitentiam, & à peccato abstinentiam suadere conatur. Deinde ad patientiam cohortatur. Denique consilium vtile, & facile ad salutem animæ consequendam præbet. *Ibid. à pag.* 150. *ad pag.* 152.

Eiusdem parænesis, de pœnitentia, ad fratrem qui excidit. Multùm facit ad vitam in melius commutandam, ad lapsum reparandum, & ad resurrectionem spiritalem cunctorum, in peccatis iacentium. Docet autem præcipuè qualiter monachus vitam instituere habeat, quomodo quis ad seipsum redire debeat, quòd à peccato & diabolo B sit fugiendum, & in conscientia pura ad Deum recurrendum. *Tom.* 2. *Parenes.* 42. *a pag.* 418. *ad pag.* 421.

Eiusdem sermo de pœnitentia subsimus Miro artificio, & iudicio, veræ pœnitentiæ naturam, circumstantias, effectus & vtilitates expandit: insuper hæreticorum falsa contra pœnitentiam dogmata recenset, reiicit, & confutat. *Tom.* 3. *à pag.* 561. *ad pag.* 584.

D. Evsebii Emissensi homilia ad pœnitentes; Ipsos consolatur, & vt pœnitentiam, quæ est extremum remedium, tanquam primum semper teneant, & vt solum post peccatum, ad salutem adipiscendam, indesinenter custodiant, *fol.* 133. 134.

C Hvgonis a S. Victore sermo de confessione facienda, & votis reddendis. Varia pertractat quæ autem ad confessionem pertinent, hæc sunt. Duplicem distinguit confessionem, vnam criminis, alteram laudis. Quantùm ad primam, eius necessitatem ostendit, diuersisque Patrum comprobat testimoniis: materiam declarat: modum pœnitendi tradit & quasdam confessionis sacramentalis circumstantias annotat. Quantùm verò ad secundam, docet, qualiter Deus sit à nobis digne laudandus; vbi de votis stultorum, de votorum differentiis, & commutationibus. *Tom.* 2. *Institut. monast. serm.* 53. *pag.* 367. *& sequent.*

S. Lavrentii Ivstiniani sermo

exhortatorius ad conuerſionem, & ad emollienda obdurata corda; in illud Ioel. *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, &c.* I. Salutem animarum quantùm Deus exquiſierit, pluribus demonſtrat. II. Parabolam hominis illius ab Hieruſalem in Hiericо deſcendentis, qui incidit in latrones, exponit. III. Chriſtum medico aſſimilat, qui pro noſtrorum medela facinorum ſanguine ſuo antidotum fecit. IV. Quales gratias ſuo authori & Saluatori rependere debeat homo, inquirit V. Ad conuerſionem hortatur. VI. Peccatoris obſtinati & indurati dementiam, conſiderat, ciuſque in inferno futuram pœnam. *Tar. 2 à pag. 707. ad pag. 710.*

FERIA QVINTA
in Cœna Domini.

✠ B. ALBERTI MAGNI in Cœna Domini ſermo, ad hæc verba *Ioan. 13. Vos vocatis me magiſter & Domine, &c.* Oſtendit I. Ieſum vocari magiſtrum, quia docet nos verbis & factis. Et in hoc tria ſunt. 1. exemplum admirandæ humilitatis, cum lauat pedes ſuorum. 2. Paſcha facit cum diſcipulis eximiæ charitatis, per recordationem ſuę paſſionis, per quam charitatem excitat. 3. Vocat animam quadrupliciter, vt operetur; vt in ipſo meditetur; vt coronetur; vt in ipſo delicietur. II. Cur Ieſus magiſter vocetur, ad alium locum remittit. *Tom. 12. ſerm. 35. de temp. pag. 67. & 68.*

ALBINI FLACCI ALCVINI diſcurſus de ſacris huius diei ceremoniis, extinctione videlicet candelarum, confectione chriſmatis, lotione pedum reſeruatione Euchariſtiæ, altarium denudatione, & quibuſdam aliis. *Tom. 1. Auctar. Biblioth. Patrum à col. 147. ad col 250.*

✠ SANCTI ANTONII DE PADVA ſermo: ex quo inſinuatur, Pane multiplici hominem à Deo paſci. Primò quidem Naturæ, qui homini poſt lapſum primorum parentum in recompenſa- A tionem pomi ligni vitæ datus eſt. Secundò Sapientiæ & doctrinæ, quo cibatur vir fidelis humilis, mundi contemptor, Dei amator. Tertiò. Euchariſtiæ qui eſt cœlicus, Angelicus, beatus; quem didit Chriſtus Apoſtolis in cœna hac ſacratiſſima. Quartò. Gloriæ, qui vt reficiens, ſufficiens & indeficiens, beatis & electis diſtribuitur. *à pag. 227. ad pag. 230.*

S. AVGVSTINI ſermo in cœna Domini, de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio, *Surgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, &c.* I. Agit in eos, qui nobilitatis, & natalium cauſa, dedignantur ſe inclinare vſque ad Sanctorum veſtigia, & pedes eorum lauare. II. Humilitatem commendat, humilitatis Chriſti in Eucha- B riſtia teſtimonio. III. Quomodo ſine Dei adiutorio nihil facere poſſumus, B. Petri mira hac die promittentis nec poſtea implentis, comprobat exemplo. IV. Ad pœnitentiam, perſeuerantiam, cōſcientiæ diſcuſſionem, cordis puritatem, aliaſque virtutes hortatur. *Tom. 10. ſerm. 117. de Tempore fol. 191. 192.*

S. V. BEDÆ homilia in cœna Domini. I. Quid myſticè Paſchæ nomen ſignificet, aperit. II. Chriſti humilitatem, quam hodie in pedum lotione demonſtrauit, miratur. III. Euangelicam lectionem tam ad litteram, quàm ad myſticum ſenſum interpretatur. *Tom. 7. Homil. quadr. Hom. vlt. à col. 287. ad col. 290.*

C S. BERNARDI ſermo primus in cœna Domini, de baptiſmo, Sacramento altaris, & ablutione pedum. Quantùm ad I. docet baptiſmum animas à peccatis lauare, non tamen carnis concupiſcentias omnino extinguere. Quantùm ad II. duo oſtendit quæ ſacramentum Euchariſtiæ operatur in nobis. minuit enim ſenſum in minimis, & in grauioribus delictis tollit prorſus conſenſum. Quantùm deniquè ad III. in lotione pedum, peccatorum venialium remiſſionem ſiue ablutionem intelligit, & de ipſa pertractat. *Col. 144. & ſequentib.*

Eiuſdem ſermo ſecundus, vnde ſupra, in illud, *Sediſti ad menſam diuitis.*

Diues ille potentissimus, Dominus noster est, Rex virtutum, eius mensa, incarnationis mysterium, in qua fercula præparata deliciosa, solida, & efficacia à fidelibus sumuntur; Ferculum primum obedientia dicitur, habens humilitatem in corde, patientiam in ore, & perseuerantiam in bono opere. Ferculum secundum, paupertas spiritualis, quam tria constituunt, depositio & contemptus rerum, vilitas & abiectio sui ipsius, abdicatio propriæ voluntatis in omnibus. Ferculum tertium, mors Christi reuerenda, ad quam tria præsertim respiciunt, iniuriarum videlicet illatio, manuum ac pedum confixio, sepulchri ac sepulti sub militum excubiis obseruatio. Hæc verò omnia apponuntur, vt & talia præparemus, & in his omnibus configuretur & conformetur vita Christiani. Hortatur autem ad beneficia passionis recolenda, ac de Christi crucifixi doloribus & tormentis spirituale conficit pigmentum ad festiuam conuiuantium exhilarationem. *A col. 146 ad col. 149.*

Item sermo tertius, ad sacerdotes, illi adscriptus, vnde supra in illud, *Panem Angelorum manducauit homo*; Hominis in peccato miseriam enarrat; Verbi Diuini in humanitate, & sacramento Eucharistiæ, humilitatem atque dignationem considerat; Sacerdotum potestatem efficacem, in corpore Christi conficiendo, miratur; Eucharistiæ nomen elucidat; Christi mortem prius profuisse quàm fuisse, asserit; Sacramenti formam, corporis & sanguinis Christi efficaciam, communionemque exponit; Bonorum & malorum in communicando differentiam notat; Mortem Christi, mortisque eius memoriam multùm commendat; Deuotionem, quam debet habere sacerdos inter diuina sacramenti altaris mysteria, contemplatur; Incruenti sacrificij altaris mirabilia commemorat; Missæ ceremonias mysticè interpretatur; Tandem sacerdotes vt iustè & sacerdotaliter viuant, adhortatur. *A col. 1678 ad col. 1684.*

Eiusdem quindecim numero sermo- A nes in Cœna Domini, quorum,

Primus, Euangelium hodiernum exponit, tractatque de non timenda morte: de fiducia in Deo habenda, afflictionis præsertim tempore: de Christi amore erga homines, & de Christo sine modo diligendo: de Iuda proditore, eiusque pessimis imitatoribus.

Secundus, de eo quod dicitur in Euangelio *Omnia dedit ei Pater in manus*: de Christi exitu à Deo, & eiusdē reditu ad Patrem: de mystica expositione eorum, quæ Dominus gessit hodie in ablutione pedum: de mystica pelui, & aqua in ipsam infusa: de Christi exemplari humilitate, & insolenti hominum superbia: de animarum morali lotione: de Prædicatorum imperfectionibus aqua B orationum lauandis: de anagogica recubitus Christi post discipulorum ablutionem, significatione. de humilitatis Domini Iesu imitatione: de fraterna correctione: nec non de Iudæ proditoris vestigia miserè insequentibus.

Tertius, de Christum, in pauperibus siue ad hospitium, siue ad mensam siue ad aliud misericordiæ opus deuotè suscipientibus: de duplici perturbatione carnis & spiritus: de pane intincto Iudæ traditori porrecto, vbi de multiplici panis in scriptura acceptione, nec non de mystica buccellæ interpretatione: denique de Christi verborum Iudæ dicentis, *Quod facis, fac citius*, clara intelligentia.

C *Quartus*, de duplici clarificatione, Christi Domini à suo Patre, & Patris ab hominibus sanctis: de eo, quod Christus Apostolos suos filiolos appellauerit: ac de passione saluatoris, ab ipso, *modicum*, nuncupata.

Quintus de dilectionis mandato, quod variis assimilatur rebus: de nouitate mandati: de malo, & bono amore: de modis diligendi Deum, proximum: ac de laudibus charitatis.

Sextus, de Petri acerbo dolore ob prædictam Christi Domini passionem; de eiusdem trina negatione, de discipulorum mœstitia propter magistri discessum, necnon de Domini cum ipsis colloquio, quo, eos consolabatur, ac

dexternæ fœlicitatis promissa mansione.

Septimus, de eo quod dicitur, *Ego sum via, veritas, & vita*, & quomodo de Christo verè intelligatur, variè exponitur: de Filij Dei cum Patre æquali similitudine: de multiplici significatione vocabuli *Amen*: de eo quod legitur, *Qui credit in me opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*: de tentationibus patienter sustinendis, fortiter expugnandis, & gloriosè superandis: de petitione in nomine Christi facienda, æternaque filiorum Dei hæreditate expetenda & expectanda.

Octauus de probatione dilectionis erga Christum, per exhibitionem operis, dignoscenda: de efficacissimis Christi ad Patrem pro nobis orationibus: de mœrentium ex Paracliti aduentu consolatione: de modo facili creaturam simul & Creatorem diligendi ac de animabus in quibus inhabitare dignatur Spiritus sanctus.

Nonus de Christi absentia, & dolore ex ipsa concepto, quem deuota anima patitur de Dei visione optanda: de mundo maligno, qui Deum non videt: de amore Dei, & mundi: de Dei erga nos dilectione de Deum diligentis remuneratione: de perfecti religiosi Deum amantis virtutibus, quas breuiter perstringit de dilectione proximi: de domo Dei à charitate fabricata: de lachrymis iustorum, siue ob amorem, siue ob timorem effusis de Christi sermonibus, qui sui dicuntur, non sui nec non de duabus Domini mansionibus, in via, & in patria.

Decimus, de verbi Dei mira dulcedine amantibus, negligentibus verò fastidiosa amaritudine: de mœstitia discipulorum, passionis Domini hora sine mora instante de pace tunc ipsis data, & relicta: de ficta mundi pace de mystica vinea, & fidei acceptione varia.

Vndecimus, de verbi Dei efficacia: de Christi dignatione, & pietate hominisque sublimitate: de cruce & passione Domini, quam medicinæ assimilat. de mansione Christi in nobis, & nostra in Christo de peruersa commutatione viA ri sancti in virum iniquum de quadruplici differentia mansionis, in Christo, cum Christo, iuxta Christum, procul à Christo; vbi de nostri abnegatione, qua Deo placemus.

Duodecimus, de mansione verborum Christi in nobis: de stadio Christianorum de bonorum operum fructificatione varia: de amore Christi erga homines, hominumque erga ipsum: ac de dilectione Patris æterni erga vnigenitum suum filium.

Decimus tertius, de mira diuinæ dilectionis excellentia: de eo quod Christus morti proximus suis dixit Apostolis, *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in mea dilectione: sicut Patris mei præcepta seruaui*, B *& maneo in eius dilectione*; vbi particulam, *sicut*, interpretatur: de motiuis Deum & Christum super omnia diligēdi: ac de gaudio spirituali ex ipsa dilectione profluenti.

Decimus, quartus, de leui, suaui, & dulci charitatis præcepto, quod est Christi nouum mandatum: de duplici Christi erga homines dilectione, & hominis erga Deum, & proximum simili charitate.

Decimus-quintus, de vero amore proximi: de perfecta dilectione Dei: de Christi erga homines ineffabili dignatione: ac de veris amicis Domini. In istis autem quindecim concionibus, sermo Christi post cœnam ad vndecim A-C postolos hac nocte habitus mysticis & deuotione refertis expositionibus illustratur. *A col. 1316. ad col. 1363.*

☙ S. BERNARDINI SENENSIS sermo 1. de Dominico sacramento, in quinque articulos distributus. I. Sacramentum hoc, est memoriale dilectionis acerbissimæ passionis Christi, & nostræ sanationis. II. Mirabilis est huius sacramenti institutio, quantum ad conuersionem seu transsubstantiationem, extensionem, locationem. III. In sacramenti huius institutione apparet sapientia Dei, quia 1. dedit corpus suum in cibum, 2. sub accidentibus sic velatum, 3. sic occultum atque excelsum. IV. Apparet in hoc sacramento Dei, 1. largitas quantum ad magnitudinem

dati, 2. benignitas, & largitas, quantùm ad magnitudinem dantis, 3. seuera iustitia, quantum ad ingratitudinem recipientis. V. Hæc esca delectabilis est voluntati quia 1. liberat voluntatem sumentis à triplici malo, præterito, præsenti, & futuro. 2. per eam fidei meritum augetur, spei fiducia subleuatur; charitatis deuotio inflammatur; 3. illuminat animam rationalem, corroborat irascibilem, delectat concupiscibilem. *Ex Quadrag. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 847. col. 1. ad pag. 861. col. 2.*

Eiusdem sermo 2. de variâ sumptione corporis Christi. sumitur Primò. Sacramentaliter tantùm, taliter sumunt eum voluntate peccandi 1. maleuoli, qui ideo à Deo separantur, peccatum aggrauant, augmentationem damnationis merentur, 2. hypocritæ, qui incurrunt proditionem, confusionem, damnationem; 3. præsumptuosi qui plectuntur malis spiritualibus, corporalibus, temporalibus. Secundò. Spiritualiter tantùm; taliter sumentes sunt incipientes, proficientes, perfecti, qui esuriunt, masticant, delectantur, & remissionem peccatorum; ab æternâ morte saluationem, æternam salutem consequuntur. Tertiò Sacramentaliter & spiritualiter; hic modus destruit peccata, bona auget spiritualia, cum Christo perfectè vnit. *In quadrages. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 861. col. 2. ad pag. 871. col. 1.*

Eiusdem sermo. Christi patientis apparet bonitas, 1. In ardentissimâ charitate: 2. Fructuosissimâ communicabilitate: 3. Perfectissimâ operabilitate 4. Profundissimâ humilitate: 5. Mirabili potestate: 6. Doctrinæ clarissimâ veritate. *Ex quadrag. an e-hac non impresso, tom. 3. à pag. 153. col. 2. ad pag. 155. col. 1.*

Eiusdem sermo, in quo agit I. De conuiuio in quo datur cibus suauitatis, auiditatis ebrietatis. De præparatione ad illud. III De fructibus illius qui videntur comparatione ad maledictiones indignè sumentium. *Ex quadrag. Seraphin, tom. 3. à pag. 393. col. 2. ad pag. 401. col. 1.*

S. Bonaventvræ sermo primus

A in Cœna Domini, in illud, *Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem, &c.* Ostendit Christum electis suis dilectionem exhibere in hoc mundo quadrupliciter; videlicet, mundando per veniam, reconciliando per hostiam, illuminando per sapientiam, consolando per gratiam. *Tom. 3. pag. 84. 85.*

Eiusdem sermo secundus, in illa Euangilij verba, *Si non lauero te, non habebis, &c.* De quadruplici lotione pertractat, qua Christus nos lauat, nimirum, aquâ baptismi lachrymâ pœnitentiali, vino Sacramentali, sanguine triumphali. *Ibidem. pag. 85.*

Eiusdem sermo tertius in illud, *qui lotus est non indiget nisi vt pedes, &c.*

B Loquitur de affectuum purgatione, per lotionem pedum figurata eamque probat vtilem nobis esse ad deuotionem & gratiæ augmentum, ad communionem dignè sumendam ad defensionem, victoriamque habendam, & ad beatificationem. *Ibidem pag. 85. 86.*

Eiusdem sermo quartus, in illa Christi verba. *Hoc facite in meam commemorationem.* Docet mysteria corporis & sanguinis Domini in Ecclesia celebrari, ob quadruplicem commemorationem, passionis, videlicet, propitiationis, dilectionis, & vnionis, *Ibidem pag. 86 col. 1. 2.*

Eiusdem sermo quintus & sextus in illud Sapientiæ, *Paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore, &c.*

C Agit de Eucharistiæ mirabilibus, iuxta octo mirabilia circa panem in veteri Testamento exhibita, quæ sunt, mirabile productionis, multiplicationis, ministrationis, consumptionis, subuersionis, confortationis, delectationis, & transmissionis; quorum mirabilium fecit Deus memoriam in venerabili altaris sacramento, in quo verus panis supersubstantialis in veritate sumitur. *Ibidem pag. 86 87.*

S. Brvnonis sermo in cœna Domini, in duas distribuitur partes; Prima de agni paschalis comestione differit, vbi per diem decimam mensis, vetus testamentum intelligit, tunc enim tollebatur agnus: per quartam decim

mam, nouum, in quo verè fuit immolatus sine macula agnus Dei qui abstulit peccata mundi; per hœdum ab omni multitudine immolatum, cruentum crucis sacrificium: per agnum immolatum & comestum, sanctũ & incruentum Missæ sacrificium: per lactucas agrestes, cordis compunctionem: per agni caput Deum: per pedes, carnem: per intestina, mysteria profunda: per integram comestionem, fidem perfectam: per renes accinctos, continentiæ cingulum: per calceamenta in pedibus, peregrinationis nostræ agnitionem: per baculos in manibus, virtutes: cæteràsque eiusmodi cæremonias, eodem modo interpretatur. Secunda verò pars, de pedum ablutione, & Sacramenti altaris institutione, nec-non mirabilibus Eucharistiæ, appositè pertractat. *Tom. 3. à pag. 92. ad pag. 96.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo in proditionem Iudæ, & in Pascha, & in traditionem mysteriorum, & quòd non oporteat iniuriarum meminisse, hac die habitus. Varia tractat, plurimaque docet. I. Christum traditum pro traditore suo doluisse & lachrymasse. II. Nō eos qui mala patiuntur, sed eos qui mala committunt esse lugendos. III. Malum esse, mala facere, sed non mala pati. IV. In aduersarios non irascendum. V. Nobismetipsis consulere & prodesse, cùm inimicis nostris peccata laxamus. VI. Tempus, quando Iudas abiit Dominum suum traditurus. VII. Fiduciam nimiā, & desperationem, vtramque periculosam. VIII. Iudæ proditoris nequitiam, & auaritiam. IX. Deum non inuitum trahere, sed volentem amplecti: nec tamen caussam esse malitiæ. X. Iudæ proditoris & aliorum discipulorum disparitatem. XI. Paschæ Iudæorum, & Christianorum differentiam. XII. Sacrificij & sacramenti Eucharistici veritatem, & realitatem. XIII. Ad sacram synaxim & communionem, necessariam dispositionem. XIV. Iniuriarum pro amore Dei remissionem. *Tom. de diuersis noui Testamenti locis serm. 32. & iuxta errorem Typographi, 30. à pag. 455. ad pag. 465.*

A ✠ D. CYRILLI ALEXAND. homilia. I. Ostendit nihil esse iucundius quàm Deo frui. II. Christum hodie nos conuiuio excipere, in quo Dei agnus mactatur. III. Ad hoc Christum inuitare sub mysticis Salomonis verbis exponit, & inuitantem introducit, propositis vtilitatibus. IV. Attollit verba ipsa institutionis sacramenti. V. Descendit ad lectionem pedum, cuius historiam examinat. VI. Tùm exaggerat verba Christi iterum mensæ assidentis, ad discipulos. VII. Ex mirabilibus huius sacramenti, concludit contra Hæreticos Diuinitatem Christi negantes *Tom. 5. à col. 370. ad 379.*

S. CYRILLI HIEROSOLYMITANI Catechesis mystagogica quarta, de corB pore & sanguine Christi. Corporis & sanguinis Domini in Eucharistiæ sacramento realitatem apertè & efficaciter demonstrat, Mensam in qua Christum sumimus, mensæ dæmoniorum opponit. Præparationem ad dignè communicandum debitam suadet; Vbi olei sancti & sacri Chrismatis fit mentio. *Cath. mystagog. 4. à pag. 528. ad pag. 532.*

B. P. DAMIANI sermo in cœna Domini. Ex hodierna solẽnitate varia documenta, plurimaque virtutũ cælestiũ colligit sacramenta. Ex pedũ lotione, humilitatem, & operum simul ac cogitationũ nostrarũ purificationē. Ex noui Sacramenti Paschatisque institutione, veteris fermenti expurgationem, & C nouam spiritalis hominis regenerationem. Ex sacri chrismatis confectione, sancti Spiritus vnctionem; Vbi multa de Sacramento confirmationis, de chrismatis nostri figuris, nec-non de septem Spiritus sancti donis. Tandem regiam Christianorũ dignitatem paucis declarat, & vt à seruitutis diabolicæ laqueis resipiscant, adhortatur. *Serm. 10. pag. 169. & sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in cœna Domini, sermo pro Epist. quo ad dignam Eucharistiæ sumptionem nos inuitat. I. Suadendo, vitare duo extrema, sc. præsumptuosum & audacem accessum; pusillanimem & formidolosum recessum; & obseruare reue-

rentialem & deuotum aggressum. II. Ad sacram communionem quatuor nobis necessaria proponendo, 1. conscientiæ discusionem coram Deo: 2. tanti sacramenti considerationem: 3. causarum institutionis huius sacramenti inspectionem: 4. eorum attentionem quibus hoc offertur sacramentum. III. Inquirendo quomodo homo possit dici dignus ad communicandum? respondet 1. si non solum ex charitate sed Spiritu sancto mouente communicet: 2. si debitè conscientiam discussit: 3. si in charitate existit, seque pro posse disponit. *Ex sermonib. propriy Sanct. à fol. 111. pag. 1. ad fol. 112. pag. 2.*

Eiusdem sermo primus, pro Euang. in quo mirabilia quæ Christus in nouissimâ cœnâ egit enarrat. I. enim. In eâ sapientiam suam ostendit, discipulos suos de multis ad salutem necessariis erudiendo. II. In eâ suam omnipotentiam demonstrauit, panem & vinum in corpus & sanguinem suum conuertendo, & characterem ordinis sacerdotalis Apostolis suis imprimendo. III. Multa in eâ saluberrima dedit Apostolis & vniuersis credentibus documenta, &c. *Ex proprio de Sanct. à fol. 113. pag. 1. ad fol. 1114. pag. 1.*

Idem, sermone secundo pro Euang. Probat verum esse illud dictũ de Christo Quicquid de nostro accepit hoc totum conuertit ad nostrum profectum, subsidium, & salutem in cœna 1. Corpus suum & sanguinem quod de nostro accepit ex Virgine illibatâ, nobis rependit dando illud discipulis in cibum & potum viuificum: 2. Illa pro nobis expendit in pretium nostræ redemptionis, quia in mortem tradidit corpus suum, & sanguinem suum effudit: 3. Indesinenter nobis impendit eadem, omni die & ad libitum nostrum. *In Sanctorum proprio, fol. 114 à pag. 1. ad pag. 2.*

S. Eligii Noviomensis homilia in cœna Domini, de eo quod Christus lauit pedes Apostolorum, & de pœnitentium reconciliatione. Euangelium exponit: rationem nominis Paschatis assignat: Christum agno legali assimilat: excellentiam transitus Domini ex hoc mundo ad Patrem prædicat: ea quæ in lotione pedum actu corporeo gesta sunt, spiritali intellectu docet esse scrutanda, & ad passionem appositè refert: iniuriarum remissionem, Christi exemplo peccata condonantis, suadet: veram reconciliationem peccatorum per pœnitentiam, à falsa discernit: reconciliationis authorem & ministros demonstrat: confessionem exprimit: peccatorum variam exhibet medicinam: & pœnitentiam multùm commendat. *Tom. 2. Bibl. Patrum Homil, 4 à col. 141. ad col. 146.*

Eiusdem homilia in Cœna Domini, de sacrificio Abrahæ & Isaac. Per Abraham, æternum Patrem intelligit: sicut & per Isaac, coæternum eius filium; ostendit que hoc in Christo completum fuisse, quod in Isaac erat designatum. *Ibid. col. 146 Homil. 5.*

Eiusdem homilia eodem die habita, de non procrastinando in agenda pœnitentia. Docet pœnitentiam & compunctionem omnibus Christianis esse necessariam: non solùm in fine, sed in tota vita. & ideò valdè periculosum esse, ipsam vsque ad mortem prolongare. *Ibidem. Homil. 6. col. 146. 147.*

Eiusdem homilia vnde supra, ad publicè pœnitentes; vt seriò pœniteant: vt manus dextras in signum veræ pœnitentiæ sursum erigant. Ad cæteros verò, vt de illorum reconciliatione gratias Deo agant. *Ibidem Homil. 7. col. 147. 148.*

Eiusdem homilia in eadem solemnitate, ad Clerum, plebem, & publicè pœnitentes. I. Sacramenta dominicæ Cœnæ & metuenda esse dicit, & desideranda. II. Mortem animæ & mortem corporis: sicut & resurrectionem vtriusque explicat. III. Sacerdotes & Parochos, vt forma sint gregis dominici, hortatur. IV. De duobus eleemosynarum generibus donatione videlicet & condonatione loquitur. V. Quadragesimalis ieiunij mysterium pãdit. VI. Duo charitatis præcepta commendat. VII. Eleemosynam non prodesse docet adhuc peccare volentibus. VIII. Ignem purgatorii ex scripturis colligit.

IX. Agit de vita animæ, & morte spirituali vitiorum per mortificationem & contemplationem. X. Publicè pœnitentes alloquitur, vt non fictè pœniteant, vt in sinistra adhuc Ecclesiæ parte stantes dextras in signum vitæ melioris erigant, vt in bono perseuerent, vt prodigum in exemplum habeant, (vbi parabolam miro modo interpretatur) & vt fiduciam in conditoris misericordia reponant. XI. Verum pœnitendi modum tradit. XII. Quæ in die cœnæ Domini, in Ecclesia fieri solita erant, recenset, & mysticè exponit. XIII. Corporis & sanguinis Christi in Eucharistia veritatem comprobat. XIV. Sacramenti altaris frequentem communionem approbandam esse, an reprobandam inquirit. XV. & vltimò, animæ iudicium in tribunali conscientiæ accuratè describit. *Ibidem Homil. 8. a col. 148. ad col. 157.*

Eiusdem homilia in cœna Domini. Agit de mysteriis huius diei, quæ ad mores refert; de vocabulis cœnæ Domini, & natalis calicis, de carcerum reserarione, & de latronibus hodie per indulgentiam dimissis. *Ibidem Homil. 10 col. 159.*

Eiusdem homilia vnde supra ad populum & ad pœnitentes. I. Spem, fidem, & charitatem commendar. II. Charitatis quatuor gradus enumerat. III. Attenrionem in orationibus, & Missæ sacrificio habendam efficaciter demonstrat. IV. Orationem frequenrem consulit. V. Eleemosynam orationibus adiungendam esse, docet VI. Ieiunij veri varios effectus recenset. VII. Quid sit, sibi ieiunare, explicat. VIII. Eleemosyna spiritalis in quo cõsistat, exponit. IX. Confessionis negligentes reprehendit, ad cordis compunctionem, & in virtutibus perseuerantiam cohortatur. *Ibidem Homil. 11. à col. 160. ad col. 166.*

Eiusdem homilia in die cœnæ Domini, de vera charitate ad populum. Charitatem veram commendat, breuitatem nominat, & pani assimilat; fictam verò reprobar. *Ibid. Homil. 12 col. 166. 167.*

A Eiusdem homilia vnde suprà, de filio prodigo, ad pœnitentes. Ipsos consolatur, parabolam prodigi mysticè interpretatur, & pœnitentibus accommodat; peccata minora à grauioribus distinguit; qualis debeat esse timor Dei, docet; pœnitentiam suadet; Quadragesimam totius anni decimationem nuncupat. *Ibidem Homil. 13. à col. 167. ad col. 169.*

Eiusdem homilia vnde suprà; Tractat de vtriusque agni Paschalis esu, & quæ carnaliter à Iudæis in comestione agni obseruabantur, ad Christianos, vt eadem spiritaliter agant, appositè transferr. *Ibidem. Homil. 14. a col. 169. ad col. 172.*

B Eiusdem homilia vnde suprà. Realitatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia demonstrat; ad pœnitentiam & compunctionem cunctos prouocat, publicè pœnitentium vulnera ostendit; ipsis remedium adhibet: & Christum in agno Paschali agnoscit. *Ibidem Homil. 15. à col. 172. ad col. 175.*

Eiusdem homilia vnde suprà; Christi nominis excellentiam pangir, eiusque mysterium pandir; pœnitentiam commendat, morum emendationem insinuat, & lacrymarum vim exprimit. *Ibid. Homil. 16. à col. 175. ad col. 178.*

I. Gersonii sermo in cœna Domini factus, in illud Euangelij, *A Deo exiuit & ad Deum vadit.* Diuiditur autem C in duas partes; Prima agit de triplici Christi exitu à Deo, & regressu ad Deũ: est enim primus exitus ipsius à Deo per æternam generationem, regressus per Spiritus spirationem; Secundus exirus per humanitatis assumptionem, regressus per corporis glorificationem; tertius exitus per animæ creationem, regressus per contemplationem; Vbi de nostro morali regressu ad diuinum principium. Secunda verò pars tractat de mortali animæ exitu à Deo per superbiam, & de fœlici eiusdem exiru per humilitatem ab eodem. Triplici autem consideratione præassumptam de humilitate materiam absoluit, hoc modo.

Prima

Prima consideratio.

Humilitas ius tradit animæ ad omnia quæ conatur possidenda, non quidem ciuili lege, sed diuina: quod probat artificioso & efficaci modo,

Secunda consideratio.

Vbi vera humilitas, ibi vera existit sapientia, licet à stultis mundi amatoribus dicatur insipientia,

Tertia consideratio.

Quantùm anima exit à diuina bonitate, & perfectione, in suam vilitatem, deiectionem, & imperfectionem; tantò est nobilior ac perfectior. *Tom. 1. part. 2. a col.* 559. *ad col.* 572. *Reliquum autem sermonis huius, in quo tractat de signis humilitatis habetur Tom. 2. part. 4. col.* 98. 99. *Vide hic infra sermonem de regressu animæ ad Deum, in illud. Ad Deum vadit, & habetur. Tom. 2. part. 4 col.* 81. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo de pœnitentia, hac die habitus, in illud Euangelij. *Si non lauero te non habebis partem mecum.* Imprimis, quæ sit pars illoti, & loti à Christo pulchrè declarat; Deinde peccatorum ablutionem explicans, contritionem aquæ comparat quæ debet esse calida, munda, amara, & viua: confessionem ablutionem nominat, quæ fieri debet opportunè, integrè, non fictè, & à debita persona iurisdictionem habente: satisfactionem denique extersioni pedum assimilat, & ei quatuor assignat proprietates, asperitatem, videlicet, rationabilitatem, claritatem, & celeritatem. *Tom. 1. part. 2. à col.* 571. *ad col.* 584.

Eiusdem sermo de dominio euangelico, in illud Euangelij, *Omnia dedit ei Pater in manus* hodierna die factus. Agit primò de vniuersali Christi Monarchia quæ consurgit ex triplici titulo, iure videlicet, hæreditario diuinæ filiationis, iure mutuæ dilectionis eius ad Patrem, iure victoriosæ debellationis. Secundò docet quò pacto quilibet Christianus Christi frater & amicus, possit esse princeps omnium; (vbi de omnipotentia participata.) Tertiò titulos nostri moralis Monarchatus examinat: at cùm sit lata & nimis diffusa materia, de solo primo titulo, aliis duobus omissis dis-

A serit, & quatuor considerationibus absoluit, sequenti modo.

Prima consideratio.

Ablutis per gratiam omnia sunt communia; probat efficaciter, ostenditque Deum suum communicasse dominium creaturis rationabilibus.

Secunda consideratio.

Pulchrior est dominatio, fœcundior atque diuinior, quæ ex titulo gratiæ, quàm ea quæ ex titulo ciuilis aut politicæ iustitiæ oritur & accrescit.

Tertia consideratio.

Vnus & idem homo, ratione huius dominij participati, est in vnum diues & pauper, nihil habens & omnia possidens.

Quarta consideratio.

B Monarchatus ex titulo gratiæ consurgens fuit restitutus per Christi passionem extensiùs & vberiùs, quàm fuisset ante peccatum. *Tom. 1. part. 2. a col.* 584. *ad col.* 596. Huius autem sermonis reliquum habetur. *Tom. 2. part. 4. col.* 81. *& sequent.* & hic infra abbreuiatur.

Eiusdem sermo eodem die habitus ad Ecclesiasticorum cautelam, & eruditionem, in illud, *Tradidit Iesum Iudas Simonis Iscariotis.* Cùm proditor dicatur ille, qui simulat officium, & affert detrimentum ostendit aliquem posse simulare tripliciter, in statu & professione in gestu & operatione, in affatu seu loquutione; vnde & probat Iudam Iscariotem verè esse proditorem. Primò,
C quia amicitiam obsequiosam prætendebat in statu, quam longè proiecerat ab effectu. Secundò, quia osculando Christum, signum Iudæis dedit Tertiò quia Dominum nomine Rabbi salutando, Iudæis ipsum tradidit. Quantùm ad moralitatem sequentes profert considerationes.

Prima consideratio.

Ad exemplum Iudæ proditor est Ecclesiasticus, qui spreta parte sua ditissima, egenam auaritiam consectatur.

Secunda consideratio.

Ad imitationem Iudæ proditor est Ecclesiasticus, qui corporaliter etiam adscriptus ad consortium Ecclesiarum que Sanctorum, deserit illos corde

rius, cruciatus æterni meritorius; Missi sunt ad soluendum asinam quæ septem vitiis capitalibus ligata est, quæ soluitur per septē dona Spiritus sancti. II. Quod filij Israël septē vicibus circuierunt Iericho, denotat circuitū ad expugnationem mundi necessarium; qui fit per septem considerationes septem malorum quæ sunt in hoc mundo, 1. est labor amatores mundi fatigans, 2. negligentia meliorum, 3. vanitas, 4. fugacitas bonorum mundi, 5. periculum. 6. mutabilitas, 7. vulnus occultum. III. Tria velle Spiritum sanctum ostendi Ecclesiæ de rege suo, sc. eius charitatem mansuetudinem, humilitatem. IV. Christum super asinam sedisse, vt se in mansuetis quiescere ostenderet, exemplum mansuetis daret, in quo statu erat homo in aduentu suo manifestaret. *a pag.* 343. *ad pag.* 347.

Eiusdem sermo tertius. I. Tres processiones facit Ecclesia solemniores aliis, in quibus tria commendantur fidelibus valde necessaria ad salutem, prima est cum luminibus in purificatione, in qua lumen sapientiæ: secunda cum ramis palmarum & floribus in die palmarum, in qua exemplum societatis bonæ: tertia cum vexillis & crucibus in Ascensione, in qua amor crucis pœnitentiæ commendatur. II. Septem attendenda sunt facta hac die, 1. quod Deus venit voluntariè & tempestiuè ad locum vbi, pro nobis pateretur: 2. veniens ad mortem honorem suscepit quem aliàs recusauit 3. honorem illum humiliter suscepit. 4 multiplex obsequium iumento portanti illum exhibitum: 5 lætitia Ierosolymitarum fletu mixta. 6. quòd ad extirpandam cupiditatem quæ causa erat malorum pro quibus flebat, tanto zelo exarsit: 7. quòd vsurarios de templo eiecit, & latrones iudicauit. *a pag.* 347 *ad pag.* 349.

Eiusdem sermo quartus, in Euang. per quod duplex recolitur processio Saluatoris hodie in Ecclesia: vna quæ fuit à monte Oliueti in Ierusalem cum honore & reuerentia, in qua triplex Christo obsequium ex Bernard. exhibitum, 1. à iumento cui insidet, 2. ab iis A qui vestimenta prosternunt, 3. ab his qui ramos de arboribus cædere perhibentur: Altera quæ fuit à Ierusalem ad locum crucifixionis cum mœrore & verecundia. *pag.* 349.

Eiusdem, sermo quintus in quo honor exhibitus Saluatori ad locum passionis venienti ostenditur. I. Fuit exhibitus ille honor à turba, sc. à personis pauperibus, simplicibus, & abiectis; non à diuitibus, sapientibus & potentibus. II. Exhibentes honorem vestimenta in via sternunt, ramos vel frondes de arboribus cædunt, & in via ponunt & clamando orant & benedicunt: quæ omnia ad morum instructionem exponuntur. *a pag.* 349. *ad pag.* 350.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo B 1. assumit dictum Caiphæ *Ioan.* 11. *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo*, & I. qua occasione ea dicta sint aperit. II. Tribus modis docet Deum trahere hominem. III. Vnicuique sibi ipsi esse moriendum. IV. Quid agendum sit homini vt sibi moriatur. *a pag.* 176. *ad* 179.

Eiusdem sermo 2. sumit Euangelium de eiectione vendentium & ementium in templo. Matth. 21. Et ostendit Deum templum habere velle, & in eo demorari: & I. templum illud esse animam. II. qui sint emptores & venditores è templo eiecti. II'. Templo euacuato, tantùm lucis accidere, vt Dei similitudinem præ se ferat. IV. loqui C tùm Deum in anima tria quædam. *a pag.* 179 *ad* 182.

B. IVONIS CARNOTENSIS sermo in ramis palmarum. Cōmendat Christi virtutes, præsertim autem humilitatem, & patientiam, quibus veluti potentioribus armis se accinxit, mundum vicit, diabolum strauit, & nos de eius potestate liberauit. Hodierna verò die super asinam sedens, humilitatis insigne præbuit fidelibus exemplum, quod imitari debent, qui sunt ex parte ipsius. *Tom* 1. *Auctar. Biblioth. Patr. sermonib.* 16. *de rebus ecclesiasticis col.* 817. *& sequen.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo de ramis palmarum; Imprimis Christum, Deum Regemque agnoscit,

regnum eius demonstrat, vnde & hodie coronâ populorum stipatus, principe mundi, eiusque potestatibus deuictis, palàm triumphat, & tanquam ei, qui cunctos Reges excellebat dignitate, nouæ venerationis præstantur obsequia, vt ab vniuersis discerneretur specialis reuerentiæ forma. Deinde suadet, vt quod ab Ecclesia mysticè hodierna die agitur, à nobis spiritaliter exhibeatur; vestimenta, Christi vestigiis subijciantur, eleemosynam pauperibus erogando, temporalium facultatum affectum reijciendo, & carnem propriam mortificando: rami deuotionis in manibus teneantur: & canticum Hosanna diuinis laudibus decantetur. Vbi quædam de religiosa paupertate obseruanda, ac de excommunicatione multùm pertimescenda. *Part. 2. serm. de ram. Palm. à pag.* 703. *ad pag.* 707.

✠ Leonis Avgvsti Imp. Orat. 5. in hunc diem I. Dauidem olim ex præuisione spiritus festum hunc diem celebrasse, & à nobis quoque lætissimo eiusdem spectaculo exhilaratos, laudandum; quod se præstare velle, insinuat. 2. Hierosolimam ingredi docet quasi mortem accelerare vellet, & indè consecuta beneficia. 3. ostendit Christi miraculis, iræ fomitem Iudæis ministratum. 4. Id etiam dùm infantes Deum deprædicant. 5. Inuehitur in Iudæorũ inuidiam, & deserendos prædicit & gentes assumendas. 6. Cur saluatorem arguant Iudæi, & non pueros laudatores, aperit. 7. Prædictam hanc laudem à Dauide deducit: & rectè benedictum dici Dominum. 8. Hortatur pueros illos, vt iam liberè cum Ecclesia synagoga reiecta, laudes celebrent & concinnent. 9. Christi potestatem exaltat; & demisse vt filius Dei opus salutis nostræ perageret 10. Quomodo venisse dicendus est filius Dei, declarat. *Auct. noui Biblioth. PP. Græco Lat. tom. 1. à col.* 1657 *ad* 1676.

✠ Rabani Mavri homilia. 1. Enarrat breuiter seriem Euangelij. 2. historiam allegoricè interpretatur. 3. Hortatur vt beneficio redemptionis dignè vtamur. 4. Hanc hebdomadam

A præ cæteris mysterijs refertam ostendit. *Tom. 5. pag.* 587. *col. 2. &* 588. *col. 1.*

✠ Radvlphi Ardentis homilia in Epist. Philipp. 2. *Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu &c.* Per tria vitia facta est ruina humani generis; per tres virtutes contrarias facta est eius raparatio. Primò. In homine primo superbia fuit quadrifaria 1. æquare se voluit suo superiori; 2. voluit se extollere soper suum æqualem, scilicet angelum: 3. secundùm legem suam non Dei voluit viuere: 4. peccatum suum conatus est defendere: Has superbias humilitate quadruplici voluit Christus delere: 1. quod habuit per naturam, non præsumpsit per rapinam: 2.
B suis inferioribus, sc. angelis minoratus est: 3. voluntatem patris quæsiuit facere, non suam: 4. peccata cum non haberet propria, portauit aliena. Secundò. Adam obedire noluit creatori suo in bonum suum, sed diabolo inimico suo obediuit in malum suum: Christus vero factus est obediens patri vsque ad mortem, non in suam, sed hominum redemptionem; & non obediuit diabolo in suam præcipitationem. Tertiò. Impatiens fuit Adam mitissimum Dei iugum nolens pati, vt viuens mortem euitaret: Christus patiens fuit durum Patris mandatum portans, vt moriens mortuos ad vitam reuocaret, &c. *à fol.* 154. *pag. 2. ad fol.*
C 157. *pag.* 1.

Eiusdem, in Euang. Matth. 21. homilia duobus sensibus conclusa. Primò. Historico, quo docemur 1. Christum imminente passione apertè de eâ fuisse loquutum, vt demonstraret se quando oportuit spontaneam subire passionem: 2. Dominum solitum fuisse duos discipulos mittere vel ad prædicandum, vel ad hospitium quærendum; quoniam in duobus ostenditur veritatis testimonium, & charitatis exemplum: 3. veram diuinitatem ostendisse quando futura tanquam præsentia narrauit: 4. vehiculum hac vice quæsiuisse, cum anteà iret pedes; quia appropinquauerat tempus, quo ipse erat exaltandus: 5. consentire veteris & nouæ legis adim-

pletionem. Secundò. Mystico videntur quæ & quanta fecerit Christus pro Iudæis primùm, deinde pro Gentibus. *a fol.* 157. *pag.* 1. *ad fol.* 160. *pag.* 1.

S. Thomæ Aqvinatis sermo in illud Euang. *Ecce Rex tuus venit tibi, &c.* Tria considerantur in ipso, dignitas, videlicet, aduenientis: aduentus vtilitas: & adueniendi modus. Quantum ad I. ostendit Christum esse Regem clementem, iustum, bonum, sapientem, terribilem, omnipotentem, æternum. Quantùm ad II. Septuplicem refert aduentus Christi vtilitatem; nimirum, mundi illuminationem, inferni expoliationem, cœli reparationem, peccati destructionem, diaboli superationem, hominis cum Deo reconciliationem, & creaturæ rationalis beatificationem. Quantùm ad III. Christum dicit venisse mansuetum ob quatuor, vt malos facilius corrigeret, vt omnibus se amabilem exhiberet, vt omnes ad se traheret, & vt mansuetudinem doceret. *Tom.* 16. *serm.* 3. *Dom.* 1. *Aduent. fol.* 1. *col.* 3. & 4.

Eiusdem sermo hac die habitus in illa Apostoli verba, *Qui cum in forma Dei esset, &c.* differit de Christi maiestate, de ipsius humilitate, ac de humilitatis eius vtilitate. *Ibid. sermon. Dom. in ram. palm.*

✠ Theophanis Cerameı hom. 26. Initium facit à beneuolentia Imperatoris præsentis, ob quem hoc festum & Diuinum esse asserit, & Imperatorim. 2. edocet cur hac pompa Dominus Hierosolimam intrauerit. 3. transfert totum hunc apparatum & ingressum, ad anagogiam, & singula in hunc scopum refert. 4. hortatur vt ex his plantis doctrinam rationemque viuendi decerpamus, aliaque æmulemur quæ hic peracta sunt. *a pag.* 183. *ad pag.* 187.

A

FERIA SECVNDA
Maioris Hebdomadæ.

Sancti Ambrosii sermo in Euangelium. Iudæ Iscariotis peccata recensentur. Vis dominicæ pecuniæ declaratur. Sanguinis Christi efficacia demonstratur. Baptismus sepultura mystica dicitur. *Tom.* 5. *serm.* 47. *col.* 65. & *seq.*

S. V. Bedæ homilia. Ex hodierno Euangelio tria colligit, & docet. I. Virtutis deuotionem ad exemplum amatorum Christi addiscendam. II. Perfidiam Christum & quæ eius sunt persequentium considerandam. III. Post ipsius considerationem prudenter declinandam. Textum autem Euangelij, suo more, exponit. *Tom.* 7. *ser.* 2. *palm. a col.* 264. *ad col.* 267.

B

✠ S. Bernardini Senensis de animæ dignitate, sermo, in quo demonstrat I. Hominem posse ad cognitionem dignitatis animæ peruenire, 1. per doctorum instructionem & eruditionem: 2. per creatorum speculationem, & ascensionem: 3. per diuinam illustrationem. II. Deum ostendere dilectionem suam in nos, 1. per carnis assumptionem: 2. Christi peregrinationem seu conuersationem: 3. Christi passionem. III. Beneficium glorificationis, ex diuinâ dilectione animæ esse præparatum. *Ex quadrag. de Christ. relig. tom.* 1. *a pag* 298. *col.* 1. *ad pag.* 305. *col.* 2.

C

Eiusdem sermo, de animæ dignitate, in quo videtur. Primò. Deum 1. animæ ingratitudinem mirari circà creationis beneficium: 2. æstimasse animam rationalem, de quo ipsa ingrata est: 3. animas suorum electorum custodire magna cum diligentiâ. Secundò. Christum ingemuisse pro animâ, propter, 1. eius amissionis dolorem: 2. inquisitionis laborem: 3 admirationis stuporem. Tertiò. Animam debere intelligere se esse 1. pretio mortis Christi redemptam: 2. reinuentam, tanquam ouem perditam: 3. pro præmio glorifican-

dam, & de iis beneficiis esse gratam. A
Ex quadrag. de Euang. æterno, tom. 2. a pag. 810. col. 1. ad pag. 826. col. 1.

Eiusdem sermo, de passione Domini. Christus pati voluit, 1. Tali mundi ætate, vt præcedentium ætatum peccata aboleret: 2. Tali viri ætate, quia tali ætate fuit factus Adam: 3. Tali tempore anni, quia fuit primus qui pro salute generis humani pati voluit: 4. Tali horâ diei, vt euidentior esset mors sua: 5. Sub talibus signis cœli, quia Deus erat & creator omnium: 6. Sub talibus mundi dominis, quia princeps vnus erat in terrâ & cœlo. *Ex quadrag. antehac non impresso, tom. 3. à pag. 149. col. 2. ad pag. 151 col. 1.*

Eiusdem sermo, de duodecim radiis B solis nominis Iesu, 1. est refugium peccatorum: 2. auxilium bellantium: 3. remedium infirmantium: 4. solatium patientium: 5. honor credentium: 6. dulcedo prædicantium: 7. adiutorium proficientium: 8. sustentatio deficientium: 9. suspiratio meditantium: 10. suffragium postulantium: 11. gustus contemplantium: 12. gloria perseuerantium. *Ex quadrages. Seraphin, tom. 3. a pag. 375. col. 2. ad pag. 384 col. 1.*

✠. Ioann. Nepotis Sylv. Hieros. homilia in Euangelium hodiernum quæ est 14. in Marcum. Docet I. quomodo dictum sit Christum nescire diem illum. Ne quid sinistrum de eo, in quem per baptismum credituri sumus, suspicemur. II. Euangelicum explanat contextum; & reducit ad vocationem & vnitionem renatorum per baptismum. III. Hoc vnguentum trecentis potuisse venundari denarijs: quod ad crucis mysterium applicat. IV. Christum esse venditum triginta denariis. *Tom. 1. pag. 473. & seq. falsò tributur D. Chrysostomo, & inter eius opera refertur. Tom. 2. col. 995. & seq. edit. Parisien. an. 1614.*

FERIA TERTIA ET quarta maioris Hebdomadæ.

Agat hisce diebus Euangelicus Concionator de confessione, & pænitentia.

Sancti Basilii Magni homilia de pœnitentia. Acriter agit in eos qui pœnitentiam abrogare volebant, indulgentiamque peccatorum etiam post susceptum baptismum, cum ex veteri, tum ex nouo Testamento efficaciter comprobat: non vt homines ad peccandum impellat, sed vt à peccatis animas reuocet, iacentes erigat, & de sua salute desperantes consoletur. *Tom. 1 Homil. 28. a pag. 611. ad pag. 619.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo, in quo attendit conscientiæ. I. Quidditatem, 1. per quatuor animalia Ezechielis designatam: 2. ex Basil. est naturale iudicatorium faciendi vel non faciendi; ex Damasc. est lex intellectus nostri naturalis, oposita peccato, &c. 3. conscientia est opinio habita de agendis cum deliberatione firmatâ. II. Formositatem; est enim 1. titulus religiosus, 2. templum Salomonis, 3. ager benedictionis, 4. hortus deliciarum, 5. aureum reclinatorium, 6. gaudium Angelorum, 7. arca fœderis, 8. thesaurus regis, 9. aula Dei 10. habitaculum Spiritus Sancti, 11. liber clausus C & signatus, 12. liber conscientiæ, in die iudicij aperiendus. III. Deformitatem; est enim titulus irreligionis, templum confusionis, ager maledictionis, hortus malitiarum, reclinatorium anxietatum & amaritudinum, gaudium dæmoniorum, arca fraudis, thesaurus regis Babylonis, aula Sathanæ, habitaculum spiritus nequioris, liber clausus & signatus plenus vitiis, & in die iudicij aperiendus ad summam confusionem. *Ex quadr. de Euang. æterno, tom. 2. a pagin. 826. col. 1. ad pag. 838. col. 1.*

Eiusdem sermo, de passione Domini quoad figuræ veritatem. Christus 1. venditur à Iuda causâ cupiditatis, & auaritiæ; emitur, à sacerdotibus, causâ

dolositatis, & inuidiæ. 2. Irridetur 1. in captione, 2. in percussione per alapam, 3. in induitione vestis albæ, 4. in spinarum coronatione. 3. A discipulis derelinquitur 4 Crux eius formatur & quatuor habet partes, latitudinem, altitudinem, longitudinem, profunditatem. 5. Pœnis multis afficitur 1. in vestium expoliatione & denudatione 2. in manuum & pedum perforatione, 3. in lateris apertione, 4. in fellis & aceti potatione. 6. Signa apparent, sol obscuratur, velum templi scinditur, petræ scinduntur, sepulchra aperiuntur, terra mouetur, &c. *Ex quadrages. ante-hac non impresso, tom. 3. à pag. 151. col. 1 ad pag. 152. col. 2.*

Eiusdem sermo, de amore pauido; in quo considerans peccatum, tria tempora meditatur. Primò. Præteritum, & peccati maledictiones, 1 enim animam vulnerat, 2 bonis animæ spoliat, 3. animā deturpat, 4. in inferno obligat, 5. conscientiam amaricat, 6. cor indurat, 7. insensibilitatem inducit. Secundò. Præsens, siue peccatorum morientium dolores qui sunt delectationnm priuatio, bonorum spoliatio, cum diabolo similitudo, peccata commissa, peccati iniquitas, dæmonum visio, à diabolo raptio. Tertiò, Futurum, quia si benè fecerimus debemus sperare gaudia paradisi, si malè certa est damnatio, nisi in hoc mundo dignam fecerimus pœnitentiam. *Ex quadrag. Seraphin, tom 3. à pag, 384. col. 1. ad pag. 385. col. 2.*

S. Bernardini Senensis sermo, in quo malæ conscientiæ triplicem aduertit statum. Primò. Animæ, 1. claudnntur ne peccata sua videant sigillis septem, quæ sunt. negligentia, superbia, singularitas, pusillanimitas, ignorantia, affectio propria, perplexitas: 2. nimis largæ vel strictæ sunt, id est conscientiæ: 3. serenitate & claritate illustrantur & reformantur; siue aperiuntur eius sigilla gratiis septem sc. strenuitate, humilitate, communitate, magnanimitate, luminositate, amorositate, claritate; reformantur verò spe & timore. Secundò. Synderesis arguit

A erroneam conscientiam, quoad suum principium, processum, terminum. Tertiò. Synderesis statuit contrà conscientiam malam, peccata cordis, oris, operis. *Ex quadr. de Euang. æterno tom. 2. à pag. 738. col. 1. ad pag. 847. col. 1.*

Eiusdem sermo, in quo Iudæorum peccatum occidentium Christum exaggeratur, 1. Ex personâ eorum qui debebant reddere bonum pro bono, nō malum: 2. Ex eius dignitate in quem sæuierunt; fuit enim Christus filius Dei: 3. Ex causâ, quæ fuit leuis, quia Christus de vitiis eorum eos arguebat: 4. Ex modo, nam hoc egerunt falsos testes inducendo: 5. Ex pecuniâ per quam discipulum eius corruperunt: 6 Ex falsis persuasionibus & allegationibus, per

B quas ad eam occisionem Pilatum induxerunt: 7. Ex verbis quibus turbam persuaserunt vt peteret Barabbam dimitti, & Christum crucifigi: 8 Ex loco in quo hæc fecerunt, sc. in ciuitate sanctâ Hierusalem 9 Ex flagellatione, illusione, crucifixione. *Ex quad. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 152. col. 2. ad pag. 153. col. 2.*

Eiusdem sermo, de amore sanatiuo; I. Tres memorias voluit Christus nobis relinquere in sacramento altaris 1. suæ dilectionis, 2. nostræ mirabilis transformationis, 3. acerbæ suæ passionis. II. Dei apparet in huius sacramenti, 1. institutione, mirabilis sapientia; 2. transsubstantiatione, immensa poten-

C tia; 3. communione & assumptione, clementia. *Ex quadr. Seraphin, tom. 3. à pag. 388. col. 2. ad pag. 393 col. 2.*

S. Cæsarii Arelatensis homilia siue admonitio; Vt pro capitalibus criminibus, sine aliqua dissimulatione, (fortè dilatione) ad medicamentum pœnitentiæ recurratur. Vt peccator sic quærat misericordiam, vt timeat institiam: sic iustitiam contremiscat vt de misericordia confidat. Vt pœnitentiam non differat, ne de multitudine peccatorum desperatio nascatur. *Tom. 2. Biblioth. Patr. Homil. 13. col. 399. & sequent.*

Eiusdem homilia, vnde supra. Hortatur suos, vt de Dei misericordia non desperent,

desperent, sed citò de malo iniquitatis consurgant, ne consuetudine peccandi in ipsis se ruinis suis sepeliant. *Ibidem Homil.* 14 *col.* 601. *& sequentibus.*

Eiusdem admonitio de libris sanctorum antiquorum Patrum excerpta; Vt qui se crimina capitalia fecisse cognoscit ad pœnitentiæ medicamenta confugiat. Vt de peccatis confessionem faciat. Vt caueat peccator, ne pro criminibus eleemosynam tribuat, & crimina ipsa non relinquat. *Ibidem. Homil.* 17. *col.* 607 608.

S. Ephræm Syri discursus, in eos qui quotidie peccant, & quotidie pœnitentiam agunt (vel, vt habet alia lectio,) & rarò pœnitentiam agunt. Ad pœnitentiam citò agendam, & ad peccata imposterum vitanda prouocare conatur. *Tom.* 1 *pag.* 23. 24.

Eiusdem sermo primus de pœnitentia. Peccata, vulnera dicit; Deum, verò medicum ad quem confugiendum, vt à peccatorum vulneribus curari possimus. Huius diuini medici præconia celebrat. Differentiam ponit inter medicamenta humana & diuina. Peccatoris, qui de suis peccatis pœnitentiam agere negligit, cæcitatem ostendit. Dei benignitatem erga peccatores ad ipsum reuertentes fusè demonstrat. Hãc vitam pœnitentiæ dicatam, cum futura in qua nullus pœnitendi locus, antithesi grauissimâ confert: Iudicium vltimum pertimescendum docet. Pauperes spiritu & voluntate, Christum sequentes multùm commendat. Mundana tanquam vana contemnit. Magnam sanctorum in die iudicij iubilationem vtcumque exprimit. *Tom.* 1. *a pag.* 144. *ad pag.* 147.

Eiusdem sermo secundus vnde supra; Ad pœnitentiam, & in bono perseuerantiam hortatur. Insignia pœnitentiæ exempla refert; allegoriis, sententiis, variisque antithesibus discursum suum pulchrè exornat. *Ibid. pag.* 148. 149.

Eiusdem sermo tertius, de pœnitentia & conuersione. Docet Deum animarum medicum ad omnem plagam peccati, nobis dedisse pœnitentiæ salutare remedium. *Ibid. pag.* 150.

A Eiusdem sermo quartus, de pœnitentia & patientia. Ex consideratione vitæ huius fugitiuæ, pœnitentiam, & à peccato abstinentiam suadere conatur. Deinde ad patientiam cohortatur. Denique consilium vtile, & facile ad salutem animæ consequendam præbet. *Ibid. à pag.* 150. *ad pag.* 152.

Eiusdem parænesis, de pœnitentia, ad fratrem qui excidit. Multùm facit ad vitam in melius commutandam, ad lapsum reparandum, & ad resurrectionem spiritalem cunctorum, in peccatis iacentium. Docet autem præcipuè qualiter monachus vitam instituere habeat, quomodo quis ad seipsum redire debeat, quòd à peccato & diabolo

B sit fugiendum, & in conscientia pura ad Deum recurrendum. *Tom.* 2. *Parenes.* 42. *a pag.* 418. *ad pag.* 421.

Eiusdem sermo de pœnitentia fusissimus Miro artificio, & iudicio, veræ pœnitentiæ naturam, circumstantias, effectus & vtilitates expandit: insuper hæreticorum falsa contra pœnitentiam dogmata recenset, reiicit, & confutat. *Tom.* 3. *à pag.* 561. *ad pag.* 584.

D. Evsebii Emisseni homilia ad pœnitentes; Ipsos consolatur, & vt pœnitentiam, quæ est extremum remedium, tanquam primum semper teneant, & vt solum post peccatum, ad salutem adipiscendam, indesinenter custodiant, *fol.* 133. 134.

C Hvgonis a S. Victore sermo de confessione facienda, & votis reddendis. Varia pertractat quæ autem ad confessionem pertinent, hæc sunt. Duplicem distinguit confessionem, vnam criminis, alteram laudis. Quantùm ad primam, eius necessitatem ostendit, diuersisque Patrum comprobat testimoniis: materiam declarat: modum pœnitendi tradit & quasdam confessionis sacramentalis circumstantias annotat. Quantùm verò ad secundam, docet, qualiter Deus sit à nobis digne laudandus; vbi de votis stultorum, de votorum differentiis, & commutationibus. *Tom.* 2. *Institut. monast. serm.* 53. *pag.* 367. *& sequent.*

S. Lavrentii Ivstiniani sermo

Kk

exhortatorius ad conuersionem, & ad emolliendam obduratam corda; in illud Ioel. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c.* I. Salutem animarum quantùm Deus exquisierit, pluribus demonstrat. II. Parabolam hominis illius ab Hierusalem in Hiericho descendentis, qui incidit in latrones, exponit. III. Christum medico assimilat, qui pro nostrorum medela facinorum sanguine suo antidotum fecit. IV. Quales gratias suo authori & Saluatori rependere debeat homo, inquirit V. Ad conuersionem hortatur. VI. Peccatoris obstinati & indurati dementiam, considerat, eiusque in inferno futuram pœnam. *Tar. 2 à pag. 707. ad pag. 710.*

FERIA QVINTA in Cœna Domini.

✠ B. ALBERTI MAGNI in Cœna Domini sermo, ad hæc verba *Ioan. 13. Vos vocatis me magister & Domine, &c.* Ostendit I. Iesum vocari magistrum, quia docet nos verbis & factis. Et in hoc tria sunt. 1. exemplum admirandæ humilitatis, cum lauat pedes suorum. 2. Pascha facit cum discipulis eximiæ charitatis, per recordationem suę passionis, per quam charitatem excitat. 3. Vocat animam quadrupliciter, vt operetur; vt in ipso meditetur; vt coronetur; vt in ipso delicietur. II. Cur Iesus magister vocetur, ad alium locum remittit. *Tom. 12. serm. 35. de temp. pag. 67. & 68.*

ALBINI FLACCI ALCVINI discursus de sacris huius diei ceremoniis, extinctione videlicet candelarum, confectione chrismatis, lotione pedum reseruatione Eucharistiæ, altarium denudatione, & quibusdam aliis. *Tom. 1. Auctar. Bibliot. Patrum à col. 247. ad col 250.*

✠ SANCTI ANTONII DE PADVA sermo: ex quo insinuatur, Pane multiplici hominem à Deo pasci. Primò quidem Naturæ, qui homini post lapsum primorum parentum in recompensa-

A tionem pomi ligni vitæ datus est. Secundò Sapientiæ & doctrinæ, quo cibatur vir fidelis humilis, mundi contemptor, Dei amator. Tertiò. Eucharistiæ qui est cœlicus, Angelicus, beatus; quem didit Christus Apostolis in cœna hac sacratissima. Quartò. Gloriæ, qui vt reficiens, sufficiens & indeficiens, beatis & electis distribuitur. *à pag. 227. ad pag. 230.*

S. AVGVSTINI sermo in cœna Domini, de eo quod scriptum est in Euangelio, *Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, &c.* I. Agit in eos, qui nobilitatis, & natalium causa, dedignantur se inclinare vsque ad Sanctorum vestigia, & pedes eorum lauare. II. Humilitatem commendat, humilitatis Christi in Eucha-

B ristia testimonio. III. Quomodo sine Dei adiutorio nihil facere possumus, B. Petri mira hac die promittentis nec postea implentis, comprobat exemplo. IV. Ad pœnitentiam, perseuerantiam, cōscientiæ discussionem, cordis puritatem, aliasque virtutes hortatur. *Tom. 10. serm. 127. de Tempore fol. 191. 192.*

S. V. BEDÆ homilia in cœna Domini. I. Quid mysticè Paschæ nomen significet, aperit. II. Christi humilitatem, quam hodie in pedum lotione demonstrauit, miratur. III. Euangelicam lectionem tam ad litteram, quàm ad mysticum sensum interpretatur. *Tom. 7. Homil. quadr. Hom. vlt. à col. 287. ad col. 290.*

C S. BERNARDI sermo primus in cœna Domini, de baptismo, Sacramento altaris, & ablutione pedum. Quantùm ad I. docet baptismum animas à peccatis lauare, non tamen carnis concupiscentias omnino extinguere. Quantùm ad II. duo ostendit quæ sacramentum Eucharistiæ operatur in nobis. minuit enim sensum in minimis, & in grauioribus delictis tollit prorsus consensum. Quantùm denique ad III. in lotione pedum, peccatorum venialium remissionem siue ablutionem intelligit, & de ipsa pertractat. *Col. 144. & sequentib.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra, in illud, *Sedisti ad mensam diuitis.*

Diues ille potentissimus, Dominus noster est, Rex virtutum, eius mensa, incarnationis mysterium, in qua fercula præparata deliciosa, solida, & efficacia à fidelibus sumuntur; Ferculum primum obedientia dicitur, habens humilitatem in corde, patientiam in ore, & perseuerantiam in bono opere. Ferculum secundum, paupertas spiritualis, quam tria constituunt, depositio & contemptus rerum, vilitas & abiectio sui ipsius, abdicatio propriæ voluntatis in omnibus. Ferculum tertium, mors Christi reuerenda, ad quam tria præsertim respiciunt, iniuriarum videlicet illatio, manuum ac pedum confixio, sepulchri ac sepulti sub militum excubiis obseruatio. Hæc verò omnia apponuntur, vt & talia præparemus, & in his omnibus configuretur & conformetur vita Christiani. Hortatur autem ad beneficia passionis recolenda, ac de Christi crucifixi doloribus & tormentis spirituale conficit pigmentum ad festiuam conuiuantium exhilarationem. *A col. 146 ad col. 149.*

Item sermo tertius, ad sacerdotes, illi adscriptus, vnde supra in illud, *Panem Angelorum manducauit homo*; Hominis in peccato miseriam enarrat; Verbi Diuini in humanitate, & sacramento Eucharistiæ, humilitatem atque dignationem considerat; Sacerdotum potestatem efficacem, in corpore Christi conficiendo, miratur; Eucharistiæ nomen elucidat; Christi mortem prius profuisse quàm fuisse, asserit; Sacramenti formam, corporis & sanguinis Christi efficaciam, communionemque exponit; Bonorum & malorum in communicando differentiam notat; Mortem Christi, mortisque eius memoriam multùm commendat; Deuotionem, quam debet habere sacerdos inter diuina sacramenti altaris mysteria, contemplatur; Incruenti sacrificij altaris mirabilia commemorat; Missæ ceremonias mysticè interpretatur; Tandem sacerdotes vt iustè & sacerdotaliter viuant, adhortatur. *A col. 1678 ad col. 1684.*

Eiusdem quindecim numero sermo-A nes in Cœna Domini, quorum,

Primus, Euangelium hodiernum exponit, tractatque de non timenda morte: de fiducia in Deo habenda, afflictionis præsertim tempore: de Christi amore erga homines, & de Christo sine modo diligendo: de Iuda proditore, eiusque pessimis imitatoribus.

Secundus, de eo quod dicitur in Euangelio *Omnia dedit ei Pater in manus*: de Christi exitu à Deo, & eiusdē reditu ad Patrem: de mystica expositione eorum, quæ Dominus gessit hodie in ablutione pedum: de mystica pelui, & aqua in ipsam infusa: de Christi exemplari humilitate, & insolenti hominum superbia: de animarum morali lotione: de Prædicatorum imperfectionibus aqua B orationum lauandis: de anagogica recubitus Christi post discipulorum ablutionem, significatione: de humilitatis Domini Iesu imitatione: de fraterna correctione: nec non de Iudæ proditoris vestigia miserè insequentibus.

Tertius, de Christum, in pauperibus siue ad hospitium, siue ad mensam siue ad aliud misericordiæ opus deuotè suscipientibus: de duplici perturbatione carnis & spiritus: de pane intincto Iudæ traditori porrecto, vbi de multiplici panis in scriptura acceptione, nec non de mystica buccellæ interpretatione: denique de Christi verborum Iudæ dicentis, *Quod facis, fac citius*, clara intelligentia.

C *Quartus*, de duplici clarificatione, Christi Domini à suo Patre, & Patris ab hominibus sanctis: de eo, quod Christus Apostolos suos filiolos appellauerit: ac de passione saluatoris, ab ipso, *modicum*, nuncupata.

Quintus de dilectionis mandato, quod variis assimilatur rebus: de nouitate mandati: de malo, & bono amore: de modis diligendi Deum, proximum: ac de laudibus charitatis.

Sextus, de Petri acerbo dolore ob prædictam Christi Domini passionem; de eiusdem trina negatione, de discipulorum mœstitia propter magistri discessum, necnon de Domini eum ipsis colloquio, quo, eos consolabatur, ac

de æternæ fœlicitatis promissa mansione.

Septimus, de eo quod dicitur, *Ego sum via, veritas, & vita*, & quomodo de Christo verè intelligatur, variè exponitur: de Filij Dei cum Patre æquali similitudine: de multiplici significatione vocabuli *Amen*: de eo quod legitur, *Qui credit in me opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*: de tentationibus patienter sustinendis, fortiter expugnandis, & gloriosè superandis: de petitione in nomine Christi facienda, æternaque filiorum Dei hæreditate expetenda & expectanda.

Octauus. de probatione dilectionis erga Christum, per exhibitionem operis, dignoscenda: de efficacissimis Christi ad Patrem pro nobis orationibus: de mœrentium ex Paracliti aduentu consolatione: de modo facili creaturam simul & Creatorem diligendi ac de animabus in quibus inhabitare dignatur Spiritus sanctus.

Nonus. de Christi absentia, & dolore ex ipsa concepto, quem deuota anima patitur de Dei visione optanda: de mūdo maligno, qui Deum non videt: de amore Dei, & mundi: de Dei erga nos dilectione de Deum diligentis remuneratione: de perfecti religiosi Deum amantis virtutibus, quas breuiter perstringit de dilectione proximi: de domo Deiā charitate fabricata: de lachrymis iustorum, siue ob amorem, siue ob timorem effusis de Christi sermonibus, qui sui dicuntur, non sui nec non de duabus Domini mansionibus, in via, & in patria.

Decimus, de verbi Dei mira dulcedine amantibus, negligentibus verò fastidiosa amaritudine: de mœstitia discipulorum, passionis Domini hora fine mora instante: de pace tunc ipsis data, & relicta: de ficta mundi pace de mystica vinea, & fidei acceptione varia.

Vndecimus, de verbi Dei efficacia: de Christi dignatione, & pietate hominisque sublimitate: de cruce & passione Domini, quam medicinæ assimilat. de mansione Christi in nobis, & nostra in Christo de peruersa commutatione viri sancti in virum iniquum: de quadruplici differentia mansionis, in Christo, cum Christo, iuxta Christum, procul à Christo; vbi de nostri abnegatione, qua Deo placemus.

Duodecimus, de mansione verborum Christi in nobis: de stadio Christianorum de bonorum operum fructificatione varia: de amore Christi erga homines, hominumque erga ipsum: ac de dilectione Patris æterni erga vnigenitum suum filium.

Decimus tertius, de mira diuinæ dilectionis excellentia: de eo quod Christus morti proximus suis dixit Apostolis, *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in mea dilectione: sicut Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione*; vbi particulam, *sicut*, interpretatur: de motiuis Deum & Christum super omnia diligēdi: ac de gaudio spiritali ex ipsa dilectione profluenti.

Decimus, quartus, de leui, suaui, & dulci charitatis præcepto, quod est Christi nouum mandatum: de duplici Christi erga homines dilectione, & hominis erga Deum, & proximum simili charitate.

Decimus-quintus, de vero amore proximi: de perfecta dilectione Dei: de Christi erga homines ineffabili dignatione: ac de veris amicis Domini. In istis autem quindecim concionibus, sermo Christi post cœnam ad vndecim Apostolos hac nocte habitus mysticis & deuotione refertis expositionibus illustratur. *A col. 1316. ad col. 1363.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo 1. de Dominico sacramento, in quinque articulos distributus. I. Sacramentum hoc, est memoriale dilectionis acerbissimæ passionis Christi, & nostræ sanationis. II. Mirabilis est huius sacramenti institutio, quantum ad conuersionem seu transsubstantiationem, extensionem, locationem. III. In sacramenti huius institutione apparet sapientia Dei, quia 1. dedit corpus suum in cibum, 2. sub accidentibus sic velatum, 3. sic occultum atque excelsum. IV. Apparet in hoc sacramento Dei, 1. largitas quantum ad magnitudinem

dati, 2. benignitas,& largitas, quantùm ad magnitudinem dantis, 3. seuera iustitia, quantum ad ingratitudinem recipientis. V. Hæc esca delectabilis est voluntati quia 1. liberat voluntatem sumentis à triplici malo, præterito, præsenti, & futuro. 2. per eam fidei meritum augetur, spei fiducia subleuatur; charitatis deuotio inflammatur; 3. illuminat animam rationalem, corroborat irascibilem, delectat concupiscibilem. *Ex Quadrag. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 847. col. 1. ad pag. 861. col. 2.*

Eiusdem sermo 2. de variâ sumptione corporis Christi. sumitur Primò. Sacramentaliter tantùm, taliter sumunt eum voluntate peccandi 1. maleuoli, qui ideò à Deo separantur, peccatum aggrauant, augmentationem damnationis merentur, 2 hypocritæ, qui incurrunt proditionem, confusionem, damnationem; 3. præsumptuosi qui plectuntur malis spiritualibus, corporalibus, temporalibus. Secundò. Spiritualiter tantùm; taliter sumentes sunt incipientes, proficientes, perfecti, qui esuriunt, masticant, delectantur, & remissionem peccatorum; ab æternâ morte saluationem, æternam salutem consequuntur. Tertiò Sacramentaliter & spiritualiter; hic modus destruit peccata, bona auget spiritualia, eum Christo perfectè vnit. *In quadrages. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 861. col. 2. ad pag. 871. col. 1.*

Eiusdem sermo. Christi patientis apparet bonitas, 1. In ardentissimâ charitate: 2. Fructuosissimâ communicabilitate: 3. Perfectissimâ operabilitate 4. Profundissimâ humilitate: 5. Mirabili potestate: 6. Doctrinæ clarissimâ veritate. *Ex quadrag. an e-hac non impresso, tom. 3 à pag 155. col. 1. ad pag. 155. col. 1.*

Eiusdem sermo, in quo agit I. De conuiuio in quo datur cibus suauitatis, auiditatis ebrietatis. De præparatione ad illud. III De fructibus illius qui videntur comparatione ad maledictiones indignè sumentium. *Ex quadrag. Seraphin, tom. 3. à pag. 393. col. 2. ad pag. 401. col. 1.*

S. Bonaventuræ sermo primus A in Cœna Domini, in illud, *Cum dilexisset suos. qui erant in mundo, in finem, &c.* Ostendit Christum electis suis dilectionem exhibere in hoc mundo quadrupliciter; videlicet, mundando per veniam, reconciliando per hostiam, illuminando per sapientiam, consolando per gratiam. *Tom. 3. pag. 84. 85.*

Eiusdem sermo secundus, in illa Euangilij verba, *Si non lauero te, non habebit, &c.* De quadruplici lotione pertractat, quaChristus nos lauat, nimirum, aquâ baptismi, lachrymâ pœnitentiali, vino Sacramentali, sanguine triumphali. *Ibidem. pag. 85.*

Eiusdem sermo tertius in illud, *Qui lotus est non indiget: nisi vt pedes, &c.*
B Loquitur de affectuum purgatione, per lotionem pedum figurata eamque probat vtilem nobis esse ad deuotionem & gratiæ augmentum, ad communionem dignè sumendam ad defensionem, victoriamque habendam, & ad beatificationem. *Ibidem pag. 85. 86.*

Eiusdem sermo quartus, in illa Christi verba. *Hoc facite in meam commemorationem.* Docet mysteria corporis & sanguinis Domini in Ecclesia celebrari, ob quadruplicem commemorationem, passionis, videlicet, propitiationis, dilectionis, & vnionis, *Ibidem pag. 86 col. 1. 2.*

Eiusdem sermo quintus & sextus in illud Sapientiæ, *Paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore, &c.* Agit de Eu-
C charistiæ mirabilibus, iuxta octo mirabilia circa panem in veteri Testamento exhibita, quæ sunt, mirabile productionis, multiplicationis, ministrationis, consumptionis, subuersionis, confortationis, delectationis, & transmissionis; quorum mirabilium fecit Deus memoriam in venerabili altaris sacramento, in quo verus panis supersubstantialis in veritate sumitur. *Ibidem pag. 86 87.*

S. Brvnonis sermo in cœna Domini, in duas distribuitur partes; Prima de agni paschalis comestione differit, vbi per diem decimam mensis, vetus testamentum intelligit, tunc enim tollebatur agnus: per quartam-deci-

mam, nouum, in quo verè fuit immolatus sine macula agnus Dei qui abstulit peccata mundi; per hœdum abomni multitudine immolatum, cruentum crucis sacrificium: per agnum immolatum & comestum, sanctũ & incruentum Missæ sacrificium: per lactucas agrestes, cordis compunctionem: per agni caput Deum: per pedes, carnem: per intestina, mysteria profunda: per integram comestionem, fidem perfectam: per renes accinctos, continentiæ cingulum: per calceamenta in pedibus, peregrinationis nostræ agnitionem: per baculos in manibus, virtutes: cæterásque eiusmodi cæremonias, eodem modo interpretatur. Secunda verò pars, de pedum ablutione, & Sacramenti altaris institutione, nec-non mirabilibus Eucharistiæ, appositè pertractat. *Tom. 3. à pag. 92. ad pag. 96.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo in proditionem Iudæ, & in Pascha, & in traditionem mysteriorum, & quòd non oporteat iniuriarum meminisse, hac die habitus. Varia tractat, plurimaque docet. I. Christum traditum pro traditore suo doluisse & lachrymasse. II. Nō eos qui mala patiuntur, sed eos qui mala committunt esse lugendos. III. Malum esse, mala facere, sed non mala pati. IV. In aduersarios non irascendum. V. Nobismetipsis consulere & prodesse, cùm inimicis nostris peccata laxamus. VI. Tempus, quando Iudas abiit Dominum suum traditurus. VII. Fiduciam nimiã, & desperationem, vtramque periculosam. VIII. Iudæ proditoris nequitiam, & auaritiam. IX. Deum nun inuitum trahere, sed volentem amplecti: nec tamen causam esse malitiæ. X. Iudæ proditoris & aliorum discipulorum disparitatem. XI. Paschæ Iudæorum, & Christianorum differentiam. XII. Sacrificij & sacramenti Eucharistici veritatem, & realitatem. XIII. Ad sacram synaxim & communionem, necessariam dispositionem. XIV. Iniuriarum pro amore Dei remissionem. *Tom. de diuersis noui Testamenti locis serm. 32. & iuxta errorem Typographi, 30. à pag. 455. ad pag. 465.*

A ✠ D. CYRILLI ALEXAND. homilia. 1. Ostendit nihil esse iucundius quàm Deo frui. II. Christum hodie nos conuiuio excipere, in quo Dei agnus mactatur. III. Ad hoc Christum inuitare sub mysticis Salomonis verbis exponit, & inuitantem introducit, propositis vtilitatibus. IV. Attollit verba ipsa institutionis sacramenti. V. Descendit ad lectionem pedum, cuius historiam examinat. VI. Tùm exaggerat verba Christi iterum mensæ assidentis, ad discipulos. VII. Ex mirabilibus huius sacramenti, concludit contra Hæreticos Diuinitatem Christi negantes *Tom. 5. à col. 370. ad 379.*

S. CYRILLI HIEROSOLYMITANI Catechesis mystagogica quarta, de corpore & sanguine Christi. Corporis &
B sanguinis Domini in Eucharistiæ sacramento realitatem apertè & efficaciter demonstrat, Mensam in qua Christum sumimus, mensæ dæmoniorum opponit. Præparationem ad dignè communicandum debitam suadet; Vbi olei sancti & sacri Chrismatis fit mentio. *Cath. mystagog. 4. à pag. 528. ad pag. 532.*

B. P. DAMIANI sermo in cœna Domini. Ex hodierna solénitate varia documenta, plurimaque virtutũ cælestiũ colligit sacramenta. Ex pedũ lotione, humilitatem, & operum simul ac cogitationũ nostrarũ purificationẽ. Ex noui Sacramenti Paschatisque institutione, veteris fermenti expurgationem, &
C nouam spiritalis hominis regenerationem. Ex sacri chrismatis confectione, sancti Spiritus vnctionem; Vbi multa de Sacramento confirmationis, de chrismatis nostri figuris, nec-non de septem Spiritus sancti donis. Tandem regiam Christianorũ dignitatem paucis declarat, & vt à seruitutis diabolicæ laqueis resipiscant, adhortatur. *Serm. 10. pag. 169. & sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in cœna Domini, sermo pro Epist. quo ad dignam Eucharistiæ sumptionem nos inuitat. I. Suadendo, vitare duo extrema, sc. præsumptuosum & audacem accessum; pusillanimem & formidolosum recessum; & obseruare reue-

rentialem & deuotum aggressum. II. Ad sacram communionem quatuor nobis necessaria proponendo, 1. conscientiæ discussionem coram Deo: 2. tanti sacramenti considerationem: 3. causarum institutionis huius sacramenti inspectionem: 4. eorum attentionem quibus hoc offertur sacramentum. III. Inquirendo quomodo homo possit dici dignus ad communicandum? respondet 1. si non solum ex charitate sed Spiritu sancto mouente communicet: 2. si debitè conscientiam discussit: 3. si in charitate existit, seque pro posse dispo-nit. *Ex sermonib. propriȷ Sanct. à fol. 111. pag. 1. ad fol. 112. pag. 2.*

Eiusdem sermo primus, pro Euang. in quo mirabilia quæ Christus in nouissimâ cœnâ egit enarrat. I. enim. In eâ sapientiam suam ostendit, discipulos suos de multis ad salutem necessariis erudiendo. II. In eâ suam omnipotentiam demonstrauit, panem & vinum in corpus & sanguinem suum conuertendo, & characterem ordinis sacerdotalis Apostolis suis imprimendo. III. Multa in eâ saluberrima dedit Apostolis & vniuersis credentibus documenta, &c. *Ex proprio de Sanct. à fol. 113. pag. 1. ad fol. 114. pag. 1.*

Idem, sermone secundo pro Euang. Probat verum esse illud dictū de Christo Quicquid de nostro accepit hoc totum conuertit ad nostrum profectum, subsidium, & salutem in cœna 1. Corpus suum & sanguinem quod de nostro accepit ex Virgine illibatâ, nobis repende dit dando illud discipulis in cibum & potum viuificum: 2. Illa pro nobis expendit in pretium nostræ redemptionis, quia in mortem tradidit corpus suum, & sanguinem suum effudit: 3. Indesinenter nobis impendit eadem, omni die & ad libitum nostrum. *In Sanctorum proprio, fol. 114. à pag. 1. ad pag. 2.*

S. Eligii Noviomensis homilia in cœna Domini, de eo quod Christus lauit pedes Apostolorum, & de pœnitentium reconciliatione. Euangelium exponit: rationem nominis Paschatis assignat: Christum agno legali assimilat: excellentiam transitus Domi-

A ni ex hoc mundo ad Patrem prædicat: ea quæ in lotione pedum actu corporeo gesta sunt, spiritali intellectu docet esse scrutanda, & ad passionem appositè refert: iniuriarum remissionem, Christi exemplo peccata condonantis, suadet: veram reconciliationem peccatorum per pœnitentiam, à falsa discernit: reconciliationis authorem & ministros demonstrat: confessionem exprimit: peccatorum variam exhibet medicinam: & pœnitentiam multùm commendat. *Tom. 2. Bibl. Patrum Homil. 4. à col. 141. ad col. 146.*

Eiusdem homilia in Cœna Domini, de sacrificio Abrahæ & Isaac. Per Abraham, æternum Patrem intelligit: sicut

B & per Isaac, coæternum eius filium; ostendit que hoc in Christo completum fuisse, quod in Isaac erat designatum. *Ibid. col. 146 Homil. 5.*

Eiusdem homilia eodem die habita, de non procrastinando in agenda pœnitentia. Docet pœnitentiam & compunctionem omnibus Christianis esse necessariam: non solùm in fine, sed in tota vita. & ideò valdè periculosum esse, ipsam vsque ad mortem prolongare. *Ibidem. Homil. 6. col. 146. 147.*

Eiusdem homilia vnde supra, ad publicè pœnitentes; vt seriò pœniteant; vt manus dextras in signum veræ pœnitentiæ sursum erigant. Ad cæteros verò, vt de illorum reconciliatione

C gratias Deo agant. *Ibidem Homil. 7. col. 147. 148.*

Eiusdem homilia in eadem solemnitate, ad Clerum, plebem, & publicè pœnitentes. I. Sacramenta dominicæ Cœnæ & metuenda esse dicit, & desideranda. II. Mortem animæ & mortem corporis: sicut & resurrectionem vtriusque explicat. III. Sacerdotes & Parochos, vt forma sint gregis dominici, hortatur. IV. De duobus eleemosynarum generibus donatione videlicet & condonatione loquitur. V. Quadragesimalis ieiunij mysterium pādit. VI. Duo charitatis præcepta commendat. VII. Eleemosynam non prodesse docet adhuc peccare volentibus. VIII. Ignem purgatorii ex scripturis colligit,

Prima consideratio.

Humilitas ius tradit animæ ad omnia quæ conatur possidenda, non quidem ciuili lege, sed diuina: quod probat artificioso & efficaci modo,

Secunda consideratio.

Vbi vera humilitas, ibi vera existit sapientia, licet à stultis mundi amatoribus dicatur insipientia,

Tertia consideratio.

Quantùm anima exit à diuina bonitate, & perfectione, in suam vilitatem, deiectionem, & imperfectionem; tantò est nobilior ac perfectior. *Tom.* 1. *part.* 2. *a col.* 559. *ad col.* 572. *Reliquum autem sermonis huius, in quo tractat de signis humilitatis habetur Tom.* 2. *part.* 4. *col.* 98. 99. *Vide hic infra sermonem de regressu animæ ad Deum, in illud. Ad Deum vadit, & habetur. Tom.* 2. *part.* 4 *col.* 81. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo de pœnitentia, hac die habitus, in illud Euangelij. *Si non lauero te non habebis partem mecum.* Imprimis, quæ sit pars illoti, & loti à Christo pulchrè declarat; Deinde peccatorum ablutionem explicans, contritionem aquæ comparat quæ debet esse calida, munda, amara, & viua: confessionem ablutionem nominat, quæ fieri debet opportunè, integrè, non fictè, & à debita persona iurisdictionem habente: satisfactionem denique extersioni pedum assimilat, & ei quatuor assignat proprietates, asperitatem, videlicet, rationabilitatem, claritatem, & celeritatem. *Tom.* 1. *part.* 2. *à col.* 572. *ad col.* 584.

Eiusdem sermo de dominio euangelico, in illud Euangelij, *Omnia dedit ei Pater in manus* hodierna die factus. Agit primò de vniuersali Christi Monarchia quæ consurgit ex triplici titulo, iure videlicet, hæreditario diuinæ filiationis, iure mutuæ dilectionis eius ad Patrem, iure victoriosæ debellationis. Secundò docet quo pacto quilibet Christianus Christi frater & amicus, possit esse princeps omnium; (vbi de omnipotentia participata.) Tertiò titulos nostri moralis Monarchatus examinat: at cùm sit lata & nimis diffusa materia, de solo primo titulo, aliis duobus omissis dif- A serit, & quatuor considerationibus absoluit, sequenti modo.

Prima consideratio.

Ablutis per gratiam omnia sunt communia; probat efficaciter, ostenditque Deum suum communicasse dominium creaturis rationabilibus.

Secunda consideratio.

Pulchrior est dominatio, fœcundior atque diuinior, quæ ex titulo gratiæ, quàm ea quæ ex titulo ciuilis aut politicæ iustitiæ oritur & accrescit.

Tertia consideratio.

Vnus & idem homo, ratione huius dominij participati, est in vnum diues & pauper, nihil habens & omnia possidens.

Quarta consideratio.

B Monarchatus ex titulo gratiæ consurgens fuit restitutus per Christi passionem extensiùs & vberiùs, quàm fuisset ante peccatum. *Tom.* 1. *part.* 2. *a col.* 584. *ad col.* 596. Huius autem sermonis reliquum habetur. *Tom.* 2. *part.* 4. *col.* 81. *& sequent.* & hic infra abbreuiatur.

Eiusdem sermo eodem die habitus ad Ecclesiasticorum cautelam, & eruditionem, in illud, *Tradidit Iesum Iudas Simonis Iscariotis.* Cùm proditor dicatur ille, qui simulat officium, & affert detrimentum ostendit aliquem posse simulare tripliciter, in statu & professione in gestu & operatione, in affatu seu loquutione; vnde & probat Iudam Iscariotem verè esse proditorem. Primò, C quia amicitiam obsequiosam prætendebat in statu, quam longè proiecerat ab effectu. Secundò, quia osculando Christum, signum Iudæis dedit Tertiò quia Dominum nomine Rabbi salutando, Iudæis ipsum tradidit. Quantùm ad moralitatem sequentes profert considerationes.

Prima consideratio.

Ad exemplum Iudæ proditor est Ecclesiasticus, qui spreta parte sua ditissima, egenam auaritiam consectatur.

Secunda consideratio.

Ad imitationem Iudæ proditor est Ecclesiasticus, qui corporaliter etiam adscriptus ad consortium Ecclesiam que Sanctorum, deserit illos corde

nequam transiens ad synagogam peccantium.

Tertia consideratio.

Proditor est cum Iuda Ecclesiasticus prædicans & confitens Iesum verbis, operibus autem negans.

Quarta consideratio.

Proditor est Ecclesiasticus suscipiens sacrum Presbyteratus honorem & officium, si perditè viuendo exhibet se diabolo execrabile mancipium, quem oportuerat sanctis operibus esse Dei sacerdotem & ministrum.

Quinta consideratio.

Similes Iudæ sunt Ecclesiastici, qui comedentes patrimonium Iesu, eum in suis pauperibus spoliant, sumunt Eucharistiam, & eam venalem faciunt.

Sexta consideratio.

Similes Iudæ sunt Ecclesiastici, qui sacramenta conficiunt & ministrant, nec tamen à peccandi voluntate desistunt.

Septima consideratio.

Similes Iudæ sunt Ecclesiastici, qui sub titulo alendi pauperes, reditus vberrimos in loculos beneficiorum reconditos habent. *Tom. 1. part. 2. à col. 597. ad col. 611.*

Eiusdem sermo vel potius sermonis reliquum de Cœna Domini, in illud Euangelij, *Ad Deum vadit.* In duas tribuitur partes. Prima edocet quibus gradibus anima Christiana vadit ad Deum, per cognitionem, videlicet, & amorem: magis autem per amorem: Secunda verò: ad pergendum suadet, & animat. Vbi de dignè sumenda Eucharistia. *Tom. 1. part. 4. à col. 81. ad col. 90.*

Eiusdem sermo in Euangelium hodiernum; Tractat de scientia Christi, in illud, *Sciens Iesus quia venit hora eius*, & de eius erga suos amore, in illud, *Cum dilexisset suos, &c.* Vbi præter litteralem sensum, duas admonitiones promiscuè interserit; vnam pro scientia, ne erremus in intellectu: alteram pro charitate, ne tepescamus in affectu & voluntate. *Tom. 1. part. 4. à col. 191. ad col. 203.*

A HVGONIS A S. VICTORE sermo in festiuitate Paschali & corporis Christi hîc restituendus. Mysteria & sacramenta diei decimi quarti, quo Pascha celebrabatur, declarat. Quid sit, vorare caput, pedes, & intestina Agni Paschalis, mysticè & diuersimodè explicat. Modum dignè sumendi sanctissimum Christi corpus, tradit. Quæ in comestione Agni à Iudæis religiosè obseruabantur, ea ad Christianos moraliter transfert. De multiplici Paschate, h. e. transitu spiritali faciendo, differit, & quinque Phase enumerat, in percussione Ægypti, in passione Domini, in iustificatione impii, in morte iusti, in assumptione & glorificatione totius Ecclesiæ. *Tom. 2. serm. 27. Institut. Monast. pag. 335. & sequent.*

B D. INNOCENTII PAPÆ III. sermo in cœna Domini, in illud Euangelij, *Qui lotus est non indiget, nisi, &c.* Agit de triplici lauacro, in aqua per baptismum, in lachrymis per pœnitentiam, in sanguine per supplicium & Eucharistiæ sacramentum. Insuper sex distinguit lotionis species, quas hodie repræsentat Ecclesia, quæ sunt; lotio aquæ materialis, in ablutione pedum, ad humilitatis exemplum: lotio aquæ spiritualis, in refectione pauperum: lotio lachrymarum in reconciliatione pœnitentiũ: lotio chrismatis, per sacramentum: lotiones sanguinis, in cruce C iam effusi; ac in sacrificio Missæ, & Eucharistiæ sumptione. *Tom. 1. pag. 50. 51.*

B. IVONIS CARNOTENSIS sermo de cœna Domini. Tractat de pœnitentium reconciliatione, hac die fieri solita; de nouo sacerdotio, & veteris translatione; de affectuum mundatione, in lotione pedum designata; & de perseuerantia in bono, quam habere debent pœnitentes ad sacramentum reconciliationis hodie admissi. *Tom. 11. Auctar. Bibl. Patr. col. 829 830.*

✠ RABANI MAVRI sermo ad populum. In quo post declaratam necessitatem verbi Dei, explanat Euangelium huius diei successiuè & per partes. *Tom. 5. pag. 588. col. 1. & 2. & pag. 589. col. 1.*

RADVLPHI ARDENTIS in illud 1. Corinth. 11. *Conuenientibus vobis in vnum, &c.* homilia: in cuius parte 1. Reprehendit Apostolus Corinthios de abusione sacramenti altaris: 2. Tradit formam illius sacramenti 3. Demonstrat quomodo ad illud accedere debemus: 4. Ostendit quid indigne accedentes mereantur. Hoc vide: *a fol.* 160. *pag.* 1. *ad fol.* 164. *pag.* 2.

Eiusdem, homilia in lectionem Euangelicam cuius tres sunt partes. I. Demonstratur dominum, imminente sua passione, maius signum dilectionis suæ ostendisse. II. In quo? sc. proditorem sustinendo, cum potens & dominus omnium esset, ad pedes seruorum se humiliauit, officium expediti & deuoti vernaculi exhibens, & dans exemplum vt qui ministrat expeditè & deuotè ministret. III. Quare hoc fecerit? postquam causâ ostendendæ humilitatis se à dignitate cathedræ inclinauit; iterum ad officium cathedræ redit, vt in prælatis ex humilitate subditorum amorem, ex dignitate cathedræ reuerentiam & timorem desiderari probaret. *à fol.* 164. *pag.* 2. *ad fol.* 168. *pag.* 2.

FERIA SEXTA IN *Parasceue.*

ALBINI FLACCI ALCVINI discursus pro hac die, in quo solemnitas Parasceues tangitur: tripartita ratio Passionis dominicæ ostenditur: quare Christus crucis supplicio mori elegerit, docetur: magnum crucis mysterium demonstratur: lectiones & ceremoniæ hodie in Ecclesia fieri solitæ mysticè exponuntur: religiosa crucis adoratio depingitur: Mirabilia de cruce referuntur: tempus sepulturæ Christi examinatur: cur diem Passionis Christi in afflictione carnis, & contritione spiritus conueniat celebrari, cùm Sanctorum dies, quibus ab hoc sæculo transierunt, summis laudibus & magna recolamus alacritate, declaratur. *Tom.* 1. *Auctar. Bibl. Patrum a col.* 250. *ad col.* 256. *lib. de diuinis officijs.*

AMALARII FORTVNATI discursus de adoratione sanctæ crucis Magnalia crucis refert ex Patribus. Crucis adorationem laudat & exemplis comprobat. Adam nouum, cum veteri confert. *Tom.* 1. *Auctar. Bibl. Patr. à col.* 337. *ad col.* 340. *lib.* 1. *de Eccl. offic. cap.* 14.

S. AMBROSII sermo de cruce Christi Domini nostri, hac die habitus. Virtutem crucis prædicat, quòd omne genus hominum de mortis periculo crucis arbor eripuerit: quòdque sanitatem & salutem animæ præstet populis Dominus in patibulo crucifixus. Vbi de serpente æneo à Moyse exaltato. *Tom.* 5. *serm.* 55. *col.* 70. 71.

Eiusdem sermo vnde supra; Grande crucis mysterium celebrat, exemplisque ab arte deductis illustrat. Ioseph tumulum in quo Christus fuit positus, cum B. Virginis Mariæ vtero confert. Resurrectionem Christi, natiuitatem nominat. *Ibid. serm.* 52. *col.* 71. 72.

Eiusdem sermo de Petri negatione; I. Docet sathanam nonnisi per mulierem fideles viros oppugnare consueuisse. II. Petrum eum Adamo primo parente confert. III. Petri lachrymas, silentium, & pœnitentiam multùm commendat, & ad eius imitationem hortatur. *Ibidem. serm.* 48. *col.* 67. 68. *Fer.* 3. *Hebdomad. sanct.*

Eiusdem sermo de bono latrone; Imprimisque quærit, cur tantorum criminum reus tam citò à Saluatore paradisum promeretur, cùm alij multorum temporum lachrymis, frequentibusque ieiuniis vix delictorum suorum veniam consequantur: & varias affert causas. Deinde latronis fidem & deuotionem laudibus celebrat, & cum perfidia Iudæ confert. *Ibid. serm.* 49. *col.* 68. 69. *Feria* 4. *hebdomad. sanct.*

Eiusdem sermo super eadem materia de qua supra; Latronem tam citò saluatum miratur, cùm Petro à Christo dicatur, *Non potes me modo sequi, sequeris postea.* Eiusdem prædicat fidem. Fidei præconia refert. Petrum Adamo assimilat, & Euæ ancillam, quæ Apostolum à fide Saluatoris exclusit. *Ibid. serm.* 50. *col.* 69. 70. *Fer.* 5. *hebdom. sanct.*

❧ D. AMEDEI LAVSAN. de mentis robore, seu martyrio Beatissimæ Virg. Martyres, alij, in carne vt Apostoli & Martyres: alij in spiritu, vt Abrahamiussus filium suum immolare, Moyses pro salute populi rogans; Maria virgo currens post Christum; non tantùm in odore vnguentorum, sed in multitudine dolorum, pectus eius pro nati morte & Iudæorum perditione, vrebatur ineffabili dolore; Itaque poterat exclamare, *O vos omnes qui transitis, &c. Thren. 1. Ex eius homil. à fol. 71. col. 1. ad fol. 73. col. 1.*

S. ANASTASII SINAITÆ oratio de passionis & impassibilitate Christi. Multa, eaque præclara complectitur. I. Passione Christi necessitatem II: Mortem Christi in cruce, eius esse gloriam. III. Incarnationis Verbi conuenientiam & necessitatem. IV. Idiomatum communicationem. V. Christi passibilitatem & impassibilitatem. VI. Hominum captiuitatem per peccatum, & liberationem per Christum. VII. Eiusdem Christi potestatem. VIII Saluatoris cum tabernaculo fœderis comparationem. IX. In Christi morte prodigia plurima. *Orat. 4 apud petr. Steuartium. Tom. singul. à pag. 503. ad pag. 511. & Tom. 1 Bibl. Pat. à col. 323. ad col. 329. lib. 4. de testis fidei Catholicæ dogmatibus.*

❧ S. ANTONII DE PADVA sermo imperfectus circa passionem Domini, qui docet nos Christum voluisse faciem suam velari, vt nos ablueret à velamento ignorantiæ. Conspui, vt dignatione ostenderet quod pro nobis passus est se stolidum reputari & vilissimum videri Cædi, vt nobis ostenderet exemplum iustitiæ, &c. *pag. 227.*

Eiusdem sermo ex alio quadragesimali. Christus & si innocens, traditur à discipulo Iuda Iscariothe. Illuditur ab Herode vulpe. Flagellatur à præside Pontio Pilato. Conspuitur à Iudæorum plebe. Et à militum cohorte crucifigitur. *Pag. 262. ad pag. 263.*

ARNOLDI ABBATIS CARNOT, BONÆ VALL. Tractatus septem de nouissimis verbis Domini in cruce; Aquorum.

Primus in illa verba, *Deus meus, Deus meus quare me dereliquisti.* Loquitur de Christi sublimitate, & humilitate: de eius bonitate, & Iudæorum malitia: de Saluatore derelicto: de introitu in Sancta per sanguinem proprium: de Iona mystico, Christo: de inquisitione facienda in rebus aduersis, vnde nobis afflictiones eueniant,

Secundus super verbo illo, *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* De Iudæis, & Nouatianis hæreticis in peccatores insurgentibus & de Christi misericordia Latroni Paradisum promittentis: de Latronis virtutibus: de Saluatoris benignitate facillimè peccata condonantis.

B Tertius de illo Domini verbo, *Mulier, ecce filius tuus.* De B. V. Mariæ dolore & constantia, in Filij sui passione: de B. Virginis ad propitiandum Deum cooperatione: de B. Ioannis Euangelistæ meritis: de B. V. integritate: de spiritali quadriga qua currendum est ad Patrem, siue de intercessoribus quibus sit accedendum ad Deum: de virginitatis præconiis.

Quartus de verbo illo Christi in cruce, *Sitio.* De sitis Christi causis: de Siti Sacramentali, qua non tam desideratur potus, quàm hominum salus: de Christi cum Dauide assimilatione: de Christi mira dulcedine, & mansuetudine: de Domini nostri variis testimoniis.

C Quintus in illa Christi verba, *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* De nouæ legis mansuetudine, & antiquæ rigore: de forma patientiæ in Christo tanquam in capite, quæ in membra debet prodire: de Saluatoris nostri erga inimicos suos perfectissima charitate: de cordis Iudæorum duritia & cæcitate: de eorumdem ignorantia pro qua orauit Christus: de crucis Domini dimensionibus, earumque mysteriis: de mortificatione christiana: de charitatis & spei excellentiis.

Sextus & Septimus de vltimis verbis Christi in cruce. De corporis & spiritus Christi integra pro nobis oblatione: de

veteris legis, antiquarumque cæremoniarum consummatione: de esnsagni Paschalis mystica interpretatione: de viuifico signi crucis remedio, dæmonibus ipsis terrorem incutiente: deantiquæ legis Sacerdotibus, eorumque indumentis, & quid præfigurabant: de summi Pontificis secundum legem ornatu, eiusque mystica significatione: de anagogica pontificalium indumentorum veteris legis expositione: Christo summo omnium Pontifice, qui simul & Sacerdos & hostia extitit. *Tom. 1. Bibl. Patrum à col.* 787. *ad col.* 810.

S. Athanasii Alexandrini in passionem & crucem Domini discursus. Varia pertractat. I. Deum veracissimum esse, homines verò mendaces. II. Iuramentum in re vana vitandum. III. Deum non more hominum iurare. IV. Modum imitandi Deum in iuramento. V. Deum promissa veraciter compleuisse. VI. Oracula etiam Prophetarum & scripturarum in Christo consummasse; vt satis patet in eius passione. VII. præuisionem Prophetarum & prophetiam Videntium non imponere necessitatem rebus. VIII. Christi Domini bonitatem, misericordiam, humilitatem. IX. Incarnationis mysterium mirabiliter operatum. X. Christi in passione silentium persuasiuum & efficacius verbis Iudæorum. XI. Robur ipsius, animique fortitudinem in contemnenda morte. XII. Dæmonis inquietam agitationem, qua tempore passionis torquebatur, in Christo Filio Dei, aut puro homine cognoscendo. XIII. Christi cum Sathana & principibus tenebrarum conflictum. XIV. Saluatoris nostri de inimicis in die suæ passionis reportatam victoriam; (vbi mira de corona spinea, de spinis, & arundine. XV. Christum omnis virtutis exemplum. XVI. Contumelias contumeliis non compensandas, sed patienter sustinendas; tunc enim verè vincuntur, non enim contumeliis affectos inficiunt, sed potius contumeliis alios afficientes. XVII. Crucem Christi verum eius trophæum. XVIII. Nuditatem Domini in cruce morientis non sine causa factam. XIX. Vestimentorum Christi mystieam diuisionem, & sortem. XX. Mortis eius per crucis supplicium rationem. XXI. Dæmonis & inferni ob amissam pugnam lamentationes. XXII. Mortis & mundi contemptum, ex Christi victoria ortum. XXIII. Conuersionem Gentium per passionis, & crucis Christi prædicationem XXIV. Pro redemptione generis humani gratiarum actiones. XXV. Iudæorum miranda cæcitatem. XXVI. Dominicæ mortis & crucis fructus. XXVII. Crucis baiulandæ verum modum. Notandum autem quòd ferè per totum, insignem Christi cum dæmone pugnam, eiusque de principe Mundi gloriosam victoriam miro modo describat sanctus Pater. *Tom. 1. à pag.* 781. *ad pag.* 810.

S. Avgvstini sermo de passione Domini. Redemptionem hominum per Christi mortem explicat. Pretium redemptionis perpendit. Christi varia supplicia contemplatur, & inde varia ad morum correctionem, virtutumque adeptionem elicit documenta. *Tom.* 10. *serm.* 114. *de Temp. fol.* 185. *col.* 3. 4.

Eiusdem sermo de passione Domini & Iuda traditore. Agit de Iudæ perfidia; de abscissione auriculæ pueri Principis; de Petri negatione, de pœnitentiæ Petri & Iudæ discrimine; de emptione agri, mundum significantis; de corona spinea: & de variis Crucifixi virtutibus Cæterùm Passionis dominicæ historiam compendiosè pestringit. *Ibidem serm.* 117. *de Temp. fol.* 186. 187.

Eiusdem sermo de passione Domini & Susanna. Cur Christus coram Præside Pilato tacuerit, rationes profert: silentij taciturnitatisque virtutes commendat; Susannæ & Christi iudicia considerat, & in quibus conueniunt aut discrepant, perpendit. *Ibidem serm.* 118. *de Temp. fol.* 187. *col.* 1. & 2.

Eiusdem sermo de passione Domini. I. Iudæ proditoris perfidiam, sacrilegium, & cordis duritiam miratur. II. Comprehensionem Christi in horto describit. III. Petrum negantem contemplatur. IV. Christum orantem re-

præsentat. V. Iudam falsò pœnitentem, & laqueo se suspendentem considerat. VI. De quæstione Christo, Pilato interrogante, facta, eiusque responsione disserit. *Ibid. serm. 121. de Temp. fol. 189. col. 2. 3. 4.*

Eiusdē sermo vnde supra. Mira erga nos pietatis Christi in cruce morientis dignatio ostenditur. Beneficia eiusdem nobis passione sua collata, recensentur. Christi de diabolo victoria monstratur. Latro in cruce pendens, Deum in Christo agnoscens, laudatur. Eius exemplo ad similem confessionem prouocamur. *Ibidem serm. 122. de Temp. fol. 189. 190.*

Eiusdem sermo de reparatione Generis humani. I. Incarnationis dominicæ quædam motiua referuntur. II. Latronis absolutio, spes dicitur & consolatio totius populi, priuatum enim donum ipsi factum, in publicum transiuit beneficium. III. Latronis fides magna, & stupenda deuotio celebratur. IV. Eius postulatio explicatur. V. Christi Diuinitas ab ipsa totius mundi irrationabili creatura passionis tempore prædicatur. VI. Tria capitaliter occidentia enumerantur, blasphemia scilicet, homicidium, & adulterium. VII. Vt causa quæ de necessitatibus agitur æternis, mutabilitatibus vitæ deficientis extremis non committatur, monemur, *Ibid. serm. 120. de Temp. fol. 188. 189.*

Eiusdem sermo de passione dominica; Apostolorum exemplo multa promittentium passione Christi instante nec adimplentium, quid possit homo sine Dei gratia ostendit. Bona, quæ de malo Petri negantis Christus elicuit, recenset. *Ibid. serm. 123. de Temp. fol. 190. col. 3. 4.*

Eiusdem sermo hac die habitus de cruce & Latrone. I. Crucem præclaris celebrat encomiis, variisque rebus assimilat. II. Christi mortem verum sacrificium esse demonstrat. III. Quare extra ciuitatem Christus voluerit crucifigi, rationes profert. IV. Crucis beneficia hominibus & toti mundo collata declarat. V. Crucifixi summam po-

A testatem ostendit. VI. Latronis fidem & magnanimitatem commendat. VII. Eumdem, magistrum vocat & doctorem nos edocentē. VIII. Inter vtrumque latronem discrimen perpendit. IX. Confessionis efficaciam, ex Latronis confessione colligit. X. Regiam Christi maiestatem cū Latrone agnoscit. XI. Futurum Christi in iudicio aduentum describit. XII. Quam ob causam tunc Crucis signum apparebit, docet. XIII. Vt Christi pro inimicis suis deuotè supplicantis imitatores simus, adhortatur. *Ibid. serm. 130. de Temp. 192. 193. 134.*

D. Basilii Selevciæ oratio in illud, *Pater si possibile est, transeat à me*
B *calix iste.* I. Vt pro Christo, qui sanguinis sui pretio charitatiuè nos redemit, aduersa & dura sustineamus, monet. II. Arrium & Eunomium Filij cum Patre æqualitatem negantes, Iudæ socios nominat. III. Vtramque naturam Diuinam, scilicet, & humanam in Christo probat, & hæreticorum obiectionibus è scripturis desumptis occurrit. IV. Christum voluntariè pro nobis mortem subijsse demonstrat. V. Duas affert causas, cur Christus Patri dixerit, *Pater si possibile est, transeat à me calix iste; &c.* VI. Suscepta pro religione certamina, non sine animi alacritate esse adeunda: nec tamen propterea ad patiendum se præcipitare, aut aduersus pericula per nimiam audaciam insolentius insurgere,
C docet. VII. Mortem Christi morte enecatam, ante crucem formidabilem post verò despicabilem ostendit. *Orat. 32. à pag. 170. ad pag. 174.*

S. V. Bedæ homilia feriâ tertiâ palmarum habita, in qua suo more Passionis dominicæ historiam litteraliter & mysticè commentariis illustrat, ab initio ad finem. *Tom. 7. Homil. quadra. à col. 267. ad col. 287.*

S. Bernardi sermo de passione Domini. I. Beneficia quædam humano generi morte Christi collata agnoscit, eiusque erga nos miserationes prædicat. II. Afflictiones quas Saluator ab ipsis natiuitatis suæ exordiis, ad finem vsque vitæ pro nostra salute pertulit,

dinumerat. III. Dominum horâ passionis instante cum Apostolis loquentem Patrem suum in horto orantem, cõtemplatur. IV. Christum à Iuda proditore osculo traditum, vinculis constrictum, ante Iudices perductum, productum, & illusum, conspicit, V. Eumdem in crucis stipite eleuatum, pro suis inimicis orantem, & in manus Patris spiritum suum commendantem, considerat. VI. Deum Patrem alloquitur, vt respiciat in Christi sui faciem, & propter ipsum debita nostra remittat, ac misericordiarum suarum abundantiam largiter super nos effundat. VII. Crucifixum, passionisque instrumenta supplex adorat. VIII. Passionibus Christi ac doloribus communicare expetit, humiliterque petit. IX. vltimò Dominum Iesum preclaris encomiis ob suum erga nos amorem celebrat. *A col. 149. ad col. 156.*

Eiusdem sermo, feriâ quartâ hebdomadæ pœnosæ habitus, de Passione Domini Imprimis Christianorum erga passionem Christi deuotionem, his præsertim diebus, commendat. Deinde tria speliaciter intuetur in dominica passione, nimirum opus modum, & causam: in opere, patientiam; in modo, humilitatem: in causa, charitatem. Denique verba Christi in cruce prolata elucidat & ad diuinorum beneficiorum recordationem cohortatur. *A col. 139. ad col. 144.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo de Passione Domini tribus instructus partibus, quarum Prima Quatuor habet articulos, primus. Passionis principium continet: 1. passionem suam prænunciat Christus, ad eam exhortatur, contristatur: 2. ter Patrem orat, & precatur vt transeat calix, tamen eius voluntati se conformat: 3. vehementer anxiatur, ardet eius charitas, viget eius magnanimitas secundus. Processũ eiusdẽ passionis examinat, 1. itaque proditur & in manus inimicorum à Iuda traditur, mansuetè it eis obuiam dicens, *Quem quæritis?* admiratur suæ captionis modum: 2. comprehenditur à cohorte, coram Anna examinatur, Petrus eum

A tertiò negat: 3. coram Pontifice Cayphâ examinatur, coram eodem condemnatur, illuditur per sputa in faciem eius emissa: tertius. Ad incrementum passionis tendit, 1. coram Pilato accusatur, ab eo examinatur, & tandem excusatur: 2. ad Herodem mittitur à Iudæis coram eo accusatur; & ab eo ad Pilatum remittitur: 3. à Pilato excusatur, aggrauatur contrà eum à Iudæis accusatio liberare eum iterum conatur Pilatus, proponens religiosam liberandi incarceratum consuetudinem: quartus. Complementum Dominicæ Passionis amplexatur, 1. Dæmon per mulierem mortem eius dissuadet, Iudæi insectantur petentes vt Christus morti traderetur; à Pilato sententiam

B mortis audit: 2. pondere crucis opprimitur, sub eius onere debilitatur, ei compatiuntur deuotæ mulieres: 3. amarè aceto & felle potatur, dirè cruci affigitur, mirè à terrâ eleuatur. Secunda pars. In tres diuiditur articulos: primus septem verba in cruce prolata vel septem amores habet, 1. pro suis crucifixoribus ex amore immenso Patrem exorare dignatur, dicens, *Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt:* 2. volens suam ostendere largitatem, & charitatem, ad conuersum latronem, altâ promissione respõdit, *Hodie mecum eris in paradiso.* 3. compatiẽs matri, filio adoptiuo Ioanni, & omnibus generaliter, ait matri, *Mulier, ecce filius tuus*, & filio,

C *Ecce mater tua.* 4. vt homo in doloribus constitutus, & morti propinquus clamat ad Patrem, *Eli, Eli lamazabathani*; à Patre enim erat derelictus per condemnationem ad mortem, priuationem spiritualium consolationum, suæ passionis orationem: 5. in admirabili siti ostensus. clamat. *Sitio*: sitiebat naturaliter & corporaliter; spiritualiter nostram redemptionem, reformationem & glorificationem, in cruce mori ardentissimè affectabat: 6. consummatis omnibus corporalibus, spiritualibus, legalibus, dicit *consummatum est* 7. tanquam omnium vltimus finis, magnâ voce clamans ait, *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*: secundus articulus,

admiranda quæ superuenerunt tempore passionis memorat, 1. admiratur Centurio & asseclæ eius, signa quæ fiebant: 2. obdurantur multi impij ex visis signis, & sub pallio zeli & obseruationis legis, temporali saluti prouident: 3. multi abluuntur ex apertione lateris Christi vnde formata est Ecclesia: tertius, dolorem deuotorum expendit, 1. Ioseph, & Nicodemus parant instrumenta & alia, vt deponerent & sepelirent Iesum: 2. nouo dolore cruciantur deuoti Iesu, cum corpus eius deposuerunt de cruce: 3. cum dolore corpus eius sepelitur; flentes mater eius & cæteri eius deuoti relinquunt sepulchrū, & Hierusalem ad domum Ioannis reuertuntur. Tertia pars, In tres articulos distincta est: primus, oportuisse Christum pati asserit, respectu, 1. Patris, vt honoraretur, placaretur, & eius fieret voluntas: 2. sui, vt responderet medela humano morbo, mysteria crucis & salutis nostræ aperiret, nomen eius clarificaretur, & innotesceret omnibus nationibus & populis; 3. Spiritus S. propter charitatis ostensionem diffusionem & repetitionem: Secundus, Christum vicisse triplex malum ostendit, dum pugnauit contrà 1. Diabolum, eius malitiam decipiendo, superbiam confundendo, potentiam minuendo; 2. Peccatum, tàm originale quàm actuale, vt mortem nostram moriendo destrueret, & vitam resurgendo repararet; 3. infernum, vt sanctos Patres liberaret de lymbo, diabolicâ potestate Tertius, Christum passum probat respectu nostri, vt 1. nos redimeret; 2. iustificaret; 3. glorificaret. *Ex quad. de Christ. religione, tom. 1. a pag. 305. col. 2. ad pag. 354. col. 2.*

Einsdem, de Passione Domini, sermo, tribus conclusus partibus. In prima: Rationes quare dolores mentales, & pœnæ corporales Christi, omni creaturæ rationali sunt incomprehensibiles exponuntur; quarum 1. est, quia Christus aspiciebat dilectum Deum & proximum; 2. videbat genus humanum ignorare beneficium suę humanitatis, & amorem immensæ charitatis; 3. intelligebat magnitudinem pœnæ ex quâ debebat mors inferrij & quantum seipsum diligebat, qui debebat mori; 4. intuebatur matris amorem, & dolorem; 5. omnes martyrum pœnas, & saluandorum labores, & meritoria opera; 6. Omnes mortales culpas, & omnes infirmitates nostras; 7. animæ imaginem, & similitudinem; 8. amorem quo animas sponsas suas diligebat, & multitudinem animarum quas diligebat; 9. magnitudinem peccatorum, & multitudinem; 10. gloriam beatorum, & durabilitatem; 11. supplicia damnatorum, & odium inter Deum & peccatores damnandos; 12. meritum suæ passionis, & fructum crucis. In secundâ Magnitudo opprobrii mortis Christi ostenditur ex respectu causæ primò efficientis: fuit enim mors Christi humilitatis abyssus ratione religionis, perfectionis, cognitionis, concordiæ & vnionis, sollicitudinis & importunitatis, ingratitudinis, familiaritatis: Secundo, materialis, ratione nobilis naturæ, formæ, sapientiæ, gratiæ, famæ, sequelæ, gloriæ: tertiò formalis, propter derisionem, flagellationem seu afflictionem, coronationem nudationem, crucifixionem, blasphemationem, confusionem: quartò finalis, propter locum, sc. Hierusalem; situm, qui fuit Caluariæ mons; festum, sc. azimorum; horam, sc. meridianam; modum, in alto enim loco; causam, quia se dicebat Deum; finem, mortem omnia prædicta concludentem. In Tertia. Ligni crucis admirandi fructus numerantur; quorum 1. est, aptitudo Christi crucifixi; 2 altitudo deitatis; 3. magnitudo crucis, 4. fortitudo Christi, 5. rectitudo, ad cœlum rectè perducens; 6. latitudo amoris Christi; 7. pulchritudo stupendorum verborum Christi; 8. multitudo meritorum passionis Christi; 9. dulcedo crucis; 10. sanctitudo pendentis in cruce; 11. promptitudo ad seruitium Dei, 12. pulchritudo, gratia, & gloria crucis Christi. *Ex quadrages. de euangel. æterno, tom. 2. à pag. 871. col. 1. ad pag. 912. col. 1.*

Eiusdem sermo, de acerbitate passionis Christi; acerba fuit passio, per 1. indignam

1. indignam rerum aduersationem; A quia ab omnibus fuit derelictus, etsi omnibus subuenisset. 2. Magnam morte permutationem in cordibus plurimorum. 3. opprobriosam verecundiam ratione supplicij, consortii loci. 4. Penuriosam inopiam omnium rerum quæ ei deficiebant. 5. doloris immensitatem, qui omnem excessit dolorem. 6. culpæ vniuersalitatem, sicut enim culpa fuit vniuersalis ita & pœna. *Ex quadrages. ante hac non impresso, tom. 3. à pag. 155. col. 1. ad sermonum finem.*

Eiusdem, sermo, de amore dolente. Primò Lignum vitæ est in medio paradisi, à quo anima capit cibum, sc. comedendo eius fructum, in hoc mundo accipit gratiam, & gloriam sperat in alio: radix huius ligni est visio Christi, per B tria tempora, præteritum, presens, futurum, Secundò. Hoc lignum duodecim fructus facit. 1. est priuationis: 2. obligationis: 3. incisionis: 4. fornicationis: 5. contritionis: 6. compassionis: 7. deformationis: 9 recisionis: 10. cœcitatis humani generis: 11. abreuiationis: 12. reuerberationis. Hæc omnia videbat & considerabat Christus morti in ligno crucis, proximus. Tertiò. Huius ligni folia sunt, 1. amor deuotus orans, & sanguinatus, 2. amor inflammatus: 3. amor captus & ligatus: 4. amor demonstrans: 5. amor sententiatus: 6. amor inspiciens & debilitatus: 7. amor totus inflammans & crucifixus: C 8. amor sanguinem versans, & tricoloratus. 9. amor clamans, & vita priuatus: 10. amor altâ voce clamans & mundo monstratus: 11. amor cor feriens, & pallidus: 12. amor cor fruens & tumulatus. *Ex quad. Seraph in, tom. 3. à pag. 401. col. 1. ad pag. 411 col. 2.*

S. BONAVENTVRÆ sermones. 2 in illud Isaiæ, *Verè languores nostros ipse tulit*, hac die habiti Septem languores spirituales humani generis enumerat, quos Dominus noster tulit & abstulit. Designantur autem per septem languores corporales, quos Christus curasse legitur: est enim in lepra figurata superbia: in paralisi, inuidia: in febre, ira: in vitium imbecillitate, acedia, in hydropisi, auaritia: in epilepsi, gula, in sanguinis fluxu, luxuria. Dicitur autem Christus hos languores pertulisse, non quidem reipsa, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: sed per quasdam similitudines in corpore apparentes. *Tom. 3. Serm. 1. & 2. in Parasceue pag. 88.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Isa. *Cum videris nudum, operi eum*: Christum dicit in cruce nudatum fuisse, sicut solent nudari ebrij, spoliati mendici & miseri: quod quidem mysticè sicut Seraphicus Doctor interpretatur, intelligi debet. *Ibidem serm. 3. pag. 89.*

Eiusdem sermo quartus, in illa Threnor, verba, *Spiritus oris mei Christus Dominus captus est in peccatis nostris.* Agit de captione Christi, qui fuit captus, sicut diues pro diuitiis extorquendis: sicut miles pro inimicitiis componendis, sicut latro pro maleficiis puniendis *Ibid. serm. 4. pag. 89 90.*

S. BRVNONIS homilia in die Parasceues De imitando Christo in paupertate, misericordia, charitate, cæterisque virtutibus, De diuitiarum indifferentia. De bonis & malis diuitibus. De gemina tribulatione huius vitæ, contra quam oratione muniri conuenit. *Tom. 3. ferm. 1. in Parasc. pag. 69. 97.*

Eiusdem sermo in Parasceue, siue (vt præfert titulus) in resurrectione Domini. I. Peccatorum redemptionem, Verbi incarnati fuisse intentionem asseuerat. II Christum medicum vocat, qui de proprio sanguine confecit medicinam, ita vt sanguis eius non solùm sit pretium quo redempti sumus, non solùm lauacrum quo abluti sumus, sed & antidotum quo sanati viuimus. III. Diuinam circa Christi mortem dispositionem ostendit. IV. Tempus dominicæ sepulturæ examinat. *Ibid. serm. 2. Parasc. pag. 97 & sequentibus.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo in illud, *Pater si possibile est, transeat a me calix iste: veruntamen, &c.* Est contra Marcionistas, ac Manichæos: & quòd ingerere se periculis non oporteat, sed omni voluntati, Dei voluntatem anteferre.

Quam-plurima autem complectitur. I. Vt hæreticorum prædicta Chriſtus ad Patrem verba arripientium inſultus propulſet, & Catholicos quæſtiones proponentes, anxietate ac perturbatione liberet, horum verborum expoſitioni immoratur, obiectiones diſſoluit, reconditos ſenſus attingit, & ſolutionem poſtea ſubiungit. II. Crucis Chriſti prænunciata oracula refert. III. Miracula Domini in morte recenſet. IV. Paſſionis hiſtoriam, in veteri Teſtamento paſſim deſcriptam, repræſentat. V. Scripturarum difficultates quaſdam proponit. VI. Crucis præconia pangit, eamque Patris voluntatem, Filii gloriam, Spiritusſancti exultationem, Pauli gloriationem nominat. VII. Duas adducit cauſas cur Chriſtus mortem pertimuerit, ſimileſque paſsiones, & affectus in ſe receperit: quarum vna fuit vt verum hominem, non autem phantaſma quodd am ſe demonſtraret: altera verò vt ſuos diſcipulos quomodo orare deberent edoceret, & ſuo exemplo non temere ſeſe periculis obiicere, ſed inſultum aduerſariorum expectare, omnem fortitudinem præſe ferentes, informaret. VIII. Chriſtum doctiſsimum magiſtrum oſtendit, qui ſimul verbo & opere ſuos erudiuit. *Tom. de diuerſ. noui Teſt. locis, ſerm. 8. à p. 124. ad p. 536.*

Eiuſdem oratio in crucem & in confeſsionem Latronis recitata in ſancta & magna Paraſceue, & quod oporteat pro inimicis orare. Sequentia pertractat. I. Crucis virtutes, & laudes recitat. II. Cùm crux res ſit odioſa de ea tamen feſtum celebrat iuxta Apoſtoli Pauli monitum. III. Paſsionem Chriſti, verum fuiſſe ſacrificium oſtendit. IV. Cur Chriſtus extra ciuitatem crucifixus ſit, cauſas aperit. V. In cruce cur promiſſus ſit Paradiſus, docet. VI Latronis merita prædicat. VII. Latronem conuerſum, cum alio latrone confert. VIII. Confeſsionis vim efficaciſſimam demonſtrat. IX. Signum crucis in futuro Chriſti aduentu viſurum contemplatur. X. Pro inimicis noſtris Chriſti exemplo orandum eſſe comprobat, cùm & multo maius ſit, & nobis-

A ipſis, vtilius pro inimicis preces fundere, quàm pro amicis. *Ibid. ſerm. 35. & iuxta Typographi errorem 32. à pag. 488. ad pag. 502. Notandum autem; hunc ſermonem iiſdem planè verbis, paucis exceptis, inter D. Auguſtini genuina opera reperiri, & annumerari ſub hac inſcriptione; Feria ſexta in Paraſceue. de Cruce & Latrone. Sermo. I. De Tempore. 130. Require hic ſupra pag. 121. col. 1. Verum mihi videtur eſſe potius. S. I. Chryſoſtomi, quàm D. Auguſtini, cum & phraſim eius redoleat, & textus græcus habeatur.*

Eiuſdem ſermo in ſancta & magna Paraſceue. I. Crucem Saluatoris trophæum ieiunij quadrageſimalis certamen terminans nominat. II. Omnibus Chriſti miraculis ipſam præfert. præ-

B claraque inductione pulchrè demonſtrat. III. Fœlicitatem Paradiſi terreſtris egregiè deſcribit, & per peccatum amiſſam deflet. IV. Omnia per præuaricationem veteris Adam amiſſa, per noui Adam crucem & paſsionem redempta, reparata, renouata & mirò modo reſtaurata oſtendit; inde enim medelam tulit hoſtis, vnde læſerat. V. Chriſtum ligatum qui alios à vinculis ſoluit; ad prætorium pertractum, qui habet in cœlo thronum, iniuſte condemnatum, qui conſtitutus eſt iudex viuorum & mortuorum, deuotè contemplatur. VI Saluatoris pro nobis condemnati integerrimam innocentiam eleganti ſtylo deſcribit. VII.

C Chriſtum multis laboribus preſſum variis ſuppliciis oppreſſum, doloribus quam plurimis ab omnibus exagitatum in medium adducit. VIII. Eundem Latroni Paradiſum promittentem, & non ſolùm pro perſecutoribus orantem ſed & pro cunctis peccatoribus ſupplicantem, conſiderat. *Tom. 6. à pag. 402. ad pag. 409. ſerm. 42.*

Eiuſdem ſancti pars altera ſermonis de cæco à natiuitate, inſtituitur de Latrone in cruce. & ſequentia continet. I. Latronem hodierna die veritatis patronũ ſua confeſsione extitiſſe. II. Timorem Dei docuiſſe. III. Eumdẽ Chriſti Diuinitatem confeſſum fuiſſe. V. Nõ tantùm ſecundum gratiam ſaluatum eſſe à chriſto Latronem, ſed ſecundum

debitum. V. Probi Latronis virtutes & merita. VI. Quòd etsi hominibus innumera fidelibus Deus promiserit, nulli tamen Paradisum, nisi primùm huic latroni promisit. VII. Latronis & Adami comparationem. *Tom. 6. serm. sup. cit. à pag. 436. ad pag. 442.*

Eiusdem tractatus de negatione Petri, & de Cruce, & quo pacto Ioseph fuerit figura Christi. I. Crucem laqueum diaboli nominat in quo comprehensus est peccati inuentor. II. Christum cum Iosepho, in quo suum posuit testimonium, confert III. Prophetiam Dauidis dicentis, *Ascendens in altum captiuam duxit &c.* de cruce dominica interpretatur. IV. Dominum in passione, oui & agno assimilat. V. Qua de causa Dominus suum præ se ferebat qui effecit, vt prædura petra in stagnum abiret, inquirit VI. Apostolorum tempore passionis dispersionem, Petri negationem prædictam, & miserè impletam; considerat. VII. & vltimò agit de eleemosyna, de mammona iniquitatis, & de pauperibus ad ianuas templorum expositis. *Ibid. à pag. 626. ad pag. 635.*

Dionysii Carthvsiani, pro passione Domini, sermo, in triginta tres articulos distributus. I. Quare Iesus pati voluerit, & inuidiam persecutionemque Pharisæorum permiserit? inquirit. II. De Iudæorũ conspiratione in mortem Domini post Lazari resuscitationem, & de honore illi exhibito à turba cum palmis occurrente, tractat. III. De venditione Christi à suo discipulo, & consilio Iudæorum agit IV. De Paschate typico seruato, de præmonitione proditoris à Christo factâ, & pedum lotione, verba habet. V. Hoc sacramentum instituisse Christum probat 1. vt humilitatem exemplo & verbo doceret: 2 vt charitatem perfectissimam ostenderet: 3. propter multiplicem nostram vtilitatem: est enim hoc sacramentum, cibus & potus animarum: 4. in nostrum finale viaticum: 5. in magnum & copiosum defunctorum subsidium: 6. vt sit quotidianum, summum, ac sufficientissimum sacrificium

A militantis Ecclesiæ, ac euangelicæ legis; in perpetuum honorem & gloriam Patris æterni &c. VI. De egressu Domini ad montem Oliueti, tristitiâ eius & pauore, oratione & agone, disserit. VII. De traditione & captiuitate Domini Iesu & discipulorum fuga, loquitur. VIII. De adductione Christi ad Annam & Caipham, trinâ negatione Petri, atque rursus de Christi damnatione & illusione sermonem instituit. IX. Quomodo Christus Pilato fuerit adductus, accusatus tacuerit, ad Herodem missus, ab eo spretus & illusus ad Pilatum redierit, manifestat. X. Quomodo Iesus ad crucem postulatus, flagellatus, coronatus, populo monstratus,

B ad tribunal adductus fuerit, demonstrat. XI. Quomodo ad mortem damnatus, ad Caluariam eductus, & crucifixus pro tortoribus orauerit subsannatus, latroni veniam dederit, ac matrem commendarit, declarat. XII. Quomodo se derelictum clamauerit, sitiens aceto potatus sit, spiritum Patri tradiderit, probat. XIII. De apertione lateris, depositione eius de cruce, & sepulturâ, agit. XIV. Quid de dialogo quodam passionis Christi, qui inscribitur Virginis Mariæ & Anselmi, sentiendum sit? inuestigat. XV. Interrogationes quædam Anselmi, & Beatæ Mariæ responsiones, ex prædicto dialogo, desumuntur. XVI. Ex reuelationi-

C bus S. Brigittæ multa de passione ad Christi commendationem, nostram emendationem, virg. Mariæ consolationem, refert. XVII. A malis christianis nunc grauiùs, quàm à Iudæis affligitur Christus. XVIII. Passio saluatoris docet nos charitatem, fidem, spem, summam humilitatem, patientiam & mansuetudinem fortitudinem & constantiam cordis, castigationem vitiorum. XIX. Passio Christi ad compatiendum frequenter est intuenda & meditanda. XX. Passio Christi, ad imitandum est consideranda. XXI. Christi passionem ad admirandum, glorificandum, gratias agendum, meditandam esse, dicit. XXII. Considerationem passionis necessariam affirmat, ad

contemplandum, inflammandū, quiescendum. XXIII. De his loquitur, quæ dominicam passionem meditanti, sunt consideranda. XXIV. De quibusdam Deo deuotis Christo passo condolentibus, differit. XXV. Quomodo Saluator noster genus humanum suâ passione redemit & Patri reconciliauit, demonstrat. XXVI. Quomodo Dominus Iesus dicatur passus, præcipuè ad auferendum originalis peccati reatū? XXVII. Quomodo passionis tempore, Christi dolor, cùm interior, tum exterior inter omnes fuit maximus? inquirit. XXVIII. Vter in Christo maior fuerit; passionis, aut compassionis dolor? quærit. XXIX. Quod non vno modo dicatur Christus à Patre, à se, à Iuda, à Iudæis, à Pilato, traditus. probat. XXX. An pro redemptione liberatione generis humani fuerit necessarium, verum Deum incarnari, pati, ac mori, & ità pro hominibus satisfacere? inquirit. XXXI. An Iudæi Christum persequentes, & eius crucifixionem illi procurantes; cognouerunt eum esse Christum in lege promissum, ac Dei filium? inuestigat. XXXII. Quomodo pium fuerit condolere Christo, licet Deus pater voluerit eum pati, ostendit. XXXIII. De multiplici passionis effectu seu fructu, differit. *In sanctorum proprio à fol. 114. pag. 2. ad fol 149. pag. 2.*

Drogonis Episcopi sermo de Sacramento Dominicæ Passionis I. Ingressum Domini in Hierusalem mysticè explicat. II De somno discipulorum, & animarum loquitur. III. Duplicem somnum distinguit vnum concessum, alterum prohibitum IV Animæ Christi tristitiam vsque ad mortem contemplatur. V. Mortem, cruci assimilat. VI. Christi sitim mysticam exponit. VII. Christum, animarum medicum probat, qui arte medicinæ similia similibus curauit. VIII. Christiani afflictiones, passioni Christi accommodat. IX. De spiritali colaphizatione differit. X. Historiæ passionis reliquum sub breuitate perstringit XI. Latronem confessorem, martyrem, & beatissimum prædicat. XII. Christum in

A cruce Regem agnoscit, crucemque laudibus celebrat. XIII. Saluatorem cum Elisæo caluo comparat, Iudam verò proditorem Absaloni comam nutrienti assimilat; vbi multa de caluitie, & capillatura. XIV. Vulneri lateris fixus fortiter adhæret, & mira dicit. XV. Christi sepulturam, & resurrectionem, nec-non & B. Magdalenæ deuotionem, considerat, pluribusque declarat. *Tom. 2. Biblioth. Patrum à col. 109. ad col. 132*

S. Ephræm Syri sermo de passione Saluatoris nostri Iesu Christi. I. Dominum redemptorem nostrum à suis proditum, à seruis ligatum, à peccatoribus & iniquis conspurum & illusum miratur. II. Eumdem alapa à seruo percussum contemplatur. III. Eius

B in responsis, & suppliciis mansuetudinem prædicat. IV. Omnem creaturam tremore perculsam dicit ob Christum passum & crucifixum. V. Superfluum vestium ornatum reprehendit. VI. Pia & salubri admonitione fideles ad Passionis meditationem, afflictionisque tolerantiam hortatur. VII. Et vltimò Christo passo gratias refert. *Tom. 3. à pag. 692. ad pag 695.*

D. Eusebii Emisseni homilia de Latrone beato, habetur inter sermones D. Augustini, sub hac inscriptione. *Feria tertia post Dominicam palmarum, De reparatione generis humani. Tom. 10. serm. de Tempore. 120. fol. 188. & sequent. Et hic supra pag. 120 col. 2.*

C I. Gersonii in dominicam passionem expositio. I. Christum ad mortem properantem, piissimæ Matri valefacientem introducit II. Iudam proditorem detestatur. III. Discursum ordinat, & quæ tractanda habet disponit hoc modo, Sensum quatuor Euangelistarum simul complectitur, & textum euangelicum diducit in quatuor & viginti partes, Quarum

Prima incipit ab egressu Christi de cœnaculo, & terminatur ad ingressum in hortum, & orationem; vnde sequentes colligit considerationes.

Prima consideratio.

Expedit & necessarium est in quacumque tribulatione & aduersitate ad

Deum recurrere; ſicut fecit ipſe Chriſtus. A

Secunda conſideratio.

Expedit orantem eligere locum ſecretum ab omni turba, modò hoc aptè & conſultè fieri poſſit.

Tertia conſideratio.

Quamquam in ſecretis orationibus quilibet quoad corpus eligere poteſt conuenientiorem ſibi modum orandi, tamen ſi fieri liceat formam Ieſu in horto orantis aſſumat.

Quarta conſideratio.

Myſticè in orationibus noſtris tres diſcipulos nobis debemus aſciſcere; fidem, videlicet, fortitudinem & gratiam.

Quinta conſideratio.

In omnibus orationibus noſtris ſubmittenda eſt voluntas noſtra diuinæ voluntati, ipſe enim nouit quid opus ſit nobis.

Sexta conſideratio.

Membrorum fragilitas ſiue in religione ſiue extra eam, benignè & clementer toleranda eſt.

Secunda, ab apparitione Angeli, ad Iudæ acceſſum: Deſcribit autem certamen in Chriſto voluntariè peractum inter rationem & ſenſualitatem; vnde & riui ſanguinis decurrentis in terram profluxerunt.

Tertia, ab acceſſu Iudæ, ad Chriſti comprehenſionem Vbi notatur Saluatoris manſuetudo & benignitas: Iudæ verò malitia & cordis duritia. Inſuper peccatores Iudæ variis de cauſis aſsimilantur.

Quarta, à Chriſti comprehenſione, ad eiuſdem coram Anna præſentatione, Chriſtum ligatum, ignominiosè incedentem ſequitur; illuſiones, & contumelias quibus in via afficiebatur meditatur.

Quinta, à Chriſti coram Anna præſentatione, ad Petri interrogationem. Supprimitur hic iactantia & præſumptio nimia cuiuſcumque etiam piiſsimi; qui enim ſtat, videat ne ſicut Petrus infœliciter cadat. Iudicantes alios reprehendontur. De Adoleſcente veſtimentum vt fugeret dimittente, agitur.

Sexta, à Petri interrogatione, ad eiuſdem pœnitentiam. Loquitur de Pontificum nequitia; de Ieſu alapa percuſſo; de interrogationibus Chriſto factis ab Anna, & Caipha; & de Petri lachrymis.

Septima, à pœnitentia Petri, ad Chriſti colaphizationem. Ibi quærit vbinam tunc erat Mater Chriſti & quis illi dilectiſsimi filii comprehenſionem nuntiauerit: agitque de veſtium Caiphæ ſciſſione, & Saluatoris diuerſa illuſione.

Octaua, à Chriſti colaphizatione ad denariorum reſtitutionem. Tractat de Iudæ falſa pœnitentia & de eius deſperatione.

Nona, à denariorum reſtitutione, ad Chriſti coram Herode deductionem. Ibi docet Dominum Regem eſſe, nec B tamen vt exequeretur dominium temporale veniſſe.

Decima, à Chriſti coram Herode deductione, ad Pilati & Herodis reconciliationem. Herodis illuſionem Chriſto factam conſiderat, ſtultam Herodis & aliorum curioſitatem deridet.

Vndecima, à prædicta reconciliatione, ad Chriſti condemnationem. Diſſerit de Barrabæ liberatione; de vana mundi & creaturarum ſecuritate; de Saluatoris flagellati, & ſpinis coronati coram populo præſentatione.

Duodecima, à Chriſti condemnatione, ad crucis baiulationem. Duodecim enumerat violentias tunc Chriſto Do- C mino illatas.

Decima-tertia, à crucis baiulatione ad Chriſti cum filiabus Hieruſalem colloquium. Varias ac deuotas elicit conſiderationes; ſeptem ſignacula libri Paſſionis aperit; & Iudæorum prænuntiatam punitionem, aduenisse demõſtrat.

Decima-quarta, à præfato colloquio ad hanc Chriſti vocem *Pater dimitte illis, &c.* Chriſtum in cruce pro omnibus qui agere volebant pœnitentiam, Patrem oraſſe aſſeuerat.

Decima quinta, à dicta voce, ad Paradiſi promiſſionem latronis factam. Fiduciam peccatoribus ingerit habendi gratiam & gloriam; humilitatem commendat; & Chriſti conſtantiam inter opprobria miratur.

Decima-sexta, à promissione Paradisi, ad V. Matris iuxta crucem stationem; cuius constantiam, dolorem, & lamentationes describit.

Decima-septima à statione Matris ad Christi verba Matri dicentis, *Mulier ecce, &c.* Cur. B. Virginem Christus non nominauerit Matrem, quærit: & ad crucem amplectendam prouocare conatur.

Decima-octaua, à dicto Matri verbo, ad hanc vocem, *Deus meus Deus meus, &c.* Statum Christi in cruce, eiúsque dolorem nimium deuotè depingit.

Decima-nona, à prædictis verbis, ad illud vocabulum *Sitio.* Contra gulam breuiter agit.

Vicesima, à superiori verbo prolato, ad illud *Consummatum est.* Inconstantiam nostram reprehendit, qui nihil ad perfectum adducimus.

Vicesima-prima, Christum in manus Patris amantissimi spiritum suum commendantem meditatur: & eius mortem lamentatur.

Vicesima secunda, de scissione veli templi, & duritiæ cordis nostri pertractat.

Vicesima-tertia, quædam miracula in Christi morte facta recenset.

Vicesima-quarta & vltima, consideratione lateris Christi lancea percussi concluditur: & in sepultura dominica conquiescens terminatur. *Tom. 2. part. 4. à col. 864. ad col. 921.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo allegoricus, de Absalon significante Iudæos, & de Dauid designante Christum hoc est, de his quæ passus est Christus. Per omnia Dominum Dauidi appositè accommodat, & cum Absalone Iudaicum populum comparat. *Tom. 2. Institut. monast. serm. 59. pag. 377. & sequentibus.*

D. INNOCENTII PAPÆ III. in die S. Parasceues sermo super illud, *Quem vultis dimittam vobis? Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus?* Sequentia pertractat, I. Cur Christus cum impiis sit ligatus. II. Christum eligendum esse, non Barrabam, id est, peccatum. III. Peccatores toties Barrabam præferre Christo, quoties non abstinent à pecca-

A to; plus enim peccatum diligunt quàm Christum. IV. Christus quomodo & quando contemnatur. V. Homines abstinere posse à peccato, si ipsi velint. *Tom. 1. serm. fest. à pag. 119. ad pag. 122.*

✠ IOANN. NEPOTIS. SYLV. HIEROSOL. hom. 5. in Lucam. De cruce & latrone. I. Quid hodie per crucem actum sit pro nobis attollit. II. latronem docet de ligno mercari salutem & à socio separari: quod est figura gentium & Iudæorum. III. Prærogatiuam latronis expendit, quod primus repromissionem paradisi meruerit. IV. Causam reddit, ad quod alij quidem crediderint in Christum; at iste crucifixum, regem prædicauerit. V. Vndè crediderit latro, aperit. VI. Considerat è contra vo-

B ces filiorum diaboli contra Christum. VII. Sanguinem Christi illis ad condemnationem, nobis autem ad vitam, extitisse. *pag. 478. & seq. Inter opera D. Chrysost. tom. 3. col. 714. & seq. edit. Paris. an. 1614.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. ad illud. *Galat. 2. Christo confixus sum cruci.* Docet I. Passionis Christi vtilitates varias. II. Æquum esse vt Christo passo, patiendo conformemur. III. Contemplaotibus passionem Domini, hauriendas instructiones proponit. Paupertatem spontaneam: Dilectionem perfectam: Misericordiam: Obedientiam, Patientiam; perseuerantiam: Orationem. *à pag. 183. ad 187.*

C Eiusdem sermo 2 ad hæc verba, *Ioann. 12. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* I. Explicat quid sit omnia trahere II. Omnes trahi à Christo. III. quomodo animus ad Christum illectus, perpetua quiete fruatur. *à pag. 187. ad 189.*

B. IVONIS CARNOTENSIS sermo; Quare Deus natus & passus sit. Mundi iam creati reparationem & reformationem Christi incarnatione, & passione, factam fuisse ostendit: hæc enim specialis causa esse videtur, cur Dei Filius hominem induere voluerit, & inter homines conuersari, vt mortalitatem quam à nobis acceperat, moriendo superaret, naturamque humanam infor-

liciter lapsam restitueret ac reformaret: Vnde & Christum peritissimo medico pluribus assimilat. Crucis Christi quædam mysteria propalat; Vbi de mysticis crucis dimensionibus: eiusdemque crucis præconiis. *Tom. 1. Auctar. Bibl. Pa r. serm. 6 a col* 809. *ad col.* 812.

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo in passione Domini. I. Hominis in peccato iacentis miseriam, & à miseria per Christi incarnationem & passionem, liberationem loquitur. II Christi supplicia breuiter perstringit. III. Christo patienti compatitur & eius amorem immensum miratur. IV. Latronis confessionem commendat. V. Saluatorem in cruce suspensum deuotè alloquitur, & pro ipso interimi expetit. VI. Christi verba in patibulo prolata expendit. VII. Passionis Domini causam declarat. VII Passionis Domini causam declarat. *Part. 2. a pag.* 630. *ad pag.* 633.

S. LEONIS nouemdecim sermones de passione Domini nostri.

Primus, agit de necessitate incarnationis Filii Dei, de humilitate Christi, & non erubescenda cruce Domini; de Iudæ proditoris scelere, eiusque inutili pœnitentia; de Saluatoris potentia, & mansuetudine; de Diuinitatis eiusdem, passionis etiam tempore, manifestatione.

Secundus, de Latronis conuersione & confessione; de signis in morte Christi factis ad Iudæorum confusionem; de reformatione imaginis Dei in homine.

Tertius, de duabus Christi naturis Diuina & humana; de Iudæ infœlici desperatione; de Domini in horto pauore; de Petri trepidatione & conuersione, de Iudæorum scelere & punitione.

Quartus, de latronum in cruce significatione in iudicio futuro complenda; de vero sacrificio in ara crucis peracto; de charitate & puritate, quibus tam quam duabus alis sursum ferri debemus.

Quintus, de vnica spe nostra in cruce Christi reposita; de Saluatoris Diuinitate & humanitate: de necessitate Incarnationis Verbi: de Christi orationibus in horto: de falsa Iudæ pœnitentia.

Sextus, de perducto Iesu ad Caipham; de Pontificis vestimentorum diruptione. de Iudæorum nequitia: de efficaci attractione qua Christus in cruce omnia ad se reuocauit: de tentationibus dæmonum superandis.

Septimus, de causa cur Christus mori voluerit in festo Paschæ; de Iudæ traditione, & Domini oratione; de Christi cum Patris voluntate perfectissima conformitate imitanda.

Octauus, de Iesu comprehensione, deductione, & coram iudicibus præsentatione; de Pilati ac Iudæorum peccato; de crucis gloria & mysterio; de eiusdem crucis efficacia.

Nonus, de Passione Domini oraculis, Prophetarum prædicta, & antiquis figuris prænunciata, de diaboli victa malitia, de auaritia detestanda, & de Petri negatione

Decimus, de falsis accusationibus contra Dominum, de Christi Regia Maiestate, de compassione mulierum, ac ruina diaboli, de veli templi scissione.

Vndecimus, de passionis contemplatione contemplationisque vtilitate de Petri confessione, de Christi gemina natura, de incarnationis mysterio diabolo occultato: de proditoris desperatione.

Duodecimus, de virtute ac necessitate mortis Christi, cur Verbum sit incarnatum, de Christi sanguinis efficacia, & virtute: de duabus Christi veris naturis contra Manichæos.

Decimus-tertius, de recreatione hominis creatione ipsius mirabiliori, de legalibus sacramentis per Christum completis de fide nostra, & antiquorum, de spiritalibus Israelitis, & vera Christi humanitate, de vita Christianorum & ipsorum professione, de conformitate quam debent habere cum Christo fideles.

Decimus-quartus, de modo redemptionis generis humani, de fidei vnitate, de legis per Christum adimpletione, de Saluatoris imitatione.

Decimus-quintus, de Christi vera hu-

manitate, inuicta patientia in morte absconsa potentia in passione, Iudæorum excæcatione, Manichæorum perfidia & falsitate.

Decimus-sextus, de Christi passione per Prophetas prænuntiata, de Iudæorum inexcusabili malitia, de Iudæ scelere, de duplici remedio ab omnipotenti medico præparato, de Christi in cruce querela.

Decimus-septimus, de Christi clamore in cruce, de veli templi mysterio, de fide Centurionis, de Iudæorum indurata nequitia.

Decimus-octauus, de figuris veteris Testamenti in passione Domini reseratis, de Sacramento redemptionis humani generis diabolo & Iudæis abscondito, de vitandis hæreticorum colloquiis.

Decimus-nonus, de incomprehensibili humani generis Sacramento, de Passionis dominicæ vtilitate de dæmonum insidiis & potestate, de Christi cruce ferenda. *à col.* 134 *ad col.* 194.

✠ Leonis Avgvsti Imp. orat. 6. in Parasceue. Agit 1. de morte Christi, qua nihil humilius, & ad stuporem sublimius. 2. Ostendit Iudæorum crudelem animum, qui ne benefactore quidem interfecto, animos leniunt. 3. Examinat quid illi ad Pilatum, veriti resurrectionem Christi, dixerint. 4. Vanè sepulchrum signasse & custodes adhibuisse docet. 5. Cum Christianis considerandum dicit Moysi vaticinium de requie diei septimæ. 6. Sepulturam Christi à Iosepho curatam: discipulos autem & filium & matrem deferentes, demiratur. 7. Sepulchrum collaudat. 8. Mulieres cum aromatibus ad sepulchrum euntes, Angelumque resurrexisse nuntiantem considerat. *Auct. noui Biblioth. PP. Græco-Lat. tom. 1. à col. 1676. ad 1692.*

S. Maximi homilia prima accusato & iudicato Domino apud Pilatum. *col. 599. & sequent.*

An sit. D. Augustini, vel S. Maximi dubitatur, habetur enim inter D. Augustini opera, serm. 2. Feria 3. Domin. Palmar. sub hac inscriptione; De Passione Domini & Susanna. serm. 118. de Temp. & hic supra pag. 120.

A Eiusdem homilia secunda vnde supra. In Susanna & Christo similem iudicii causam agnoscit. In Iudæ propria condemnatione, hæreticorum notat ita vt vterque eadem pœna damnetur. damnationem, *col. 601. & sequent.*

Eiusdem homilia tertia, de Iuda traditore. *col. 603. & sequentib. Inter opera D. Augustini annumeratur, legiturque feria quinta in cœna Dom. serm. 2. & de Temp. 128.*

Eiusdem homilia quarta de Passione cruce Domini. *Col. 605. & sequentibus. Dicitur esse D. Amb. & inter eius opera habetur serm. 51. feria sexta hebdomadæ sanctæ. col. 70. tom. 5. Hic supra pag. 118. col. 1.*

Eiusdem homilia quinta de cruce eiusdem Domini nostri Iesu Christi.
B *Col. 607. & sequentib. Etiam apud D. Amb. legitur serm. 52 col. 71. tom. 5. Et hic supra pag. 118 col. 1.*

Eiusdem homilia de sancto Latrone. *Col. 613. & sequent. Habetur apud D. Ambrosium tom. 5. serm. 49. Fer. 4. hebdom. sanctæ col. 68. & sequentib. Hic supra pag. 118. col. 2.*

Eiusdem homilia de eodem Latrone, & Petro Apostolo, ancillaque ostiaria. *Col. 6 4 & sequentib. Etiam apud eundem D. Ambrosium reperitur. tom. 5. serm 50. fer 5. hebdomadæ sanctæ col. 69. & sequent. Hic supra pag. 118. col. 2.*

Eiusdem homilia de pœnitentia Petri, & ostiaria ancilla. *Col. 616. & sequent. Inter D. Ambrosii sermones inuenitur serm.*
C *48. tom. 5. col. 67. fer. 3. hebdom. sanct. Et hic supra pag. 118 col. 2.*

Eiusdem homilia de eodem Petro Apostolo. Quomodo nomen petræ Christo & Petro conueniat, ostendit. B. Petri deuotionem commendat. Ipsum super vndas gradientem miratur. *Col. 618. & sequen.*

✠ Radvlphi Ardentis ad ea verba Exod. 12. *Dixit dominus ad Moysen & Aaron in terra Ægypti mensis iste vobis principium mensium.*) Homilia quâ traditur modus spirituale pascha celebrandi. I. Pascha debet celebrari in terra Ægypti, id est, in tenebris & mœrore huius mundi; mandatum accepimus, transire de Ægypto ad terram promissionis, id est, de vitiis ad virtutes, vt Deo immolemus.

immolemus. II. Ab Israelitis, id est, visu desiderantibus Deũ videre; & ab Hebræis, id est, trãseuntibus à vitiis ad virtutes fieri debet pascha. III. Tempore vero quo cuncta reuiuiscũt & renouãtur agnus legalis & verus agnus immolatus est. IV. Agnus debet esse sine macula, masculus anniculus, id est perfectus in munditia, in virtute, & in tempore. Sic fuit Christus. V. Agnus ille conferebat, ab Angelo percutiente liberationem, hostium carnalium submersionem, in via confortationem. VI. Comedendus erat, non crudus, non coctus aquâ, sed tantum assatus igni; totus etiam comedendus. Hæc mysticè intellige, *à fol. 168. pag. 2 ad fol. 171. pag. 1.*

B. Theodori Studitæ sermo catechet. in Quadragesimæ finem. De cunctis patiendis suppliciis, Domini ac Sanctorum imitatione. *Catech. 70. tom. 2. Auctar. Bibl. Patr. col.* 1347. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo hac die, vt videtur, habitus. De salutifero supplicio, deque submissione, ac patientiæ doctrina. Vbi summatim refert varia Christi supplicia: & ad animi fortitudinem cæterasque virtutes cohortatur. *Ibid. catech. 72. col.* 1349. *& sequent.*

Eiusdem sermo in hebdomadam maiorem. De Domini herique nostri Iesu Christi supplicio: nec non de eiusdem sublimitate & humilitate. *Ibid. catec. 73. col.* 1350. *& sequentibus.*

✠ Theophanis Cerameí hom. 27. quæ est in pretiosam Christi passionem. Post breue præludium, explicat cur Christus in mõtem oliuarum egreditur, & successiuè omnia quæ in cursu passionis acta sunt expendit, & notis ad mores spectantibus illustrat. Varias mouet & soluit quæstiones, prout occurrunt in Euangelio. 1. De christi mœrore & agonia. 2 cur orandum docet, ne tentemur. 3. cur Iudas osculi signum dederit. 4. Cur Petrus à christo reprehensus, & Malchus sanatus sit. 5. cur Christus percutienti militi, dexteram non porrexerit. 6. Mysticæ rationes negationum Petri. 7 cur facta visio vxori Pilati. 8. cur Christus crucis mortem oppetiit. 9. cur titulus cruci affixus tribus linguis. 10. quomodo diabolus violentior in eum impetum fecit. 11. quid velit Christus per paradisum latroni repromissum. 12. cur Christi tunica non fuerit diuisa. 13. Verba Domini in cruce pendentis expendit. 14. cur velum templi scissum sit. 15. de mirabilibus quæ ad Christi mortem contigêre. 16. De apertione lateris Christi in cruce. Et alia eiusmodi tractat passim & succinctè, *à pag.* 188. *ad* 213.

S. Thomæ Aquinatis sermo in Illud, *Filius hominis tradetur, vt crucifigatur.* Tria considerat, Passionis qualitatem, virtutem & vtilitatem. Quantùm ad I. Ostendit Christi passionem fuisse amaritudine refertam propter B patientis bonitatem, supplicij vilitatem, & illud inferentium crudelitatem. Quantùm ad II. Virtutem Passionis ex tribus colligit, ex cœlo, ex terra, & ex inferno. Quantum ad III. Passionis vtilitatem triplicem demonstrat; cœlestes enim reparati sunt, terrestres liberati, & infernales extracti. *Tom. 16. serm. 2. in ram. palmar. fol. 12. col. 2.*

SABBATVM SANCTVM.

Albini Flacci Alcvini discursus de Sabbato sancto Paschæ. Tractat de huius diei veneratione, ritibus & cæremoniis; de baptismate C & confirmatione; de sacri fontis benedictione & aqua benedicta. *Lib. de diuin. offic. tom. 1. Auctar. Bibl. Patr. à col. 256, ad col 261.*

Amalarii Fortvnati tractatus de corpore Domini post emissum spiritum in cruce, & nostra mortificatione in id ipsum. I. Christum dicit ideò mortuum esse, vt nos vitiis moreremur. II. Ecclesiam ex Christi latere ortam demonstrat. III. Iosephi ab Arimathia feruorem & deuotionem commendat. IV. Sudarij mysticam declarat intelligentiam. *Lib. 3. de ecclesiast. off. cap. 26. tom. 1. Auctar. Bibl. Patr. à col. 426. ad col. 428.*

S. Ambrosii sermo de sepulchro

Domini nostri Iesu Christi. Conuenientiam inter V Mariam Dei matrem, & Ioseph Christum sepelientem egregiè describit, II. Tumulum Ioseph, Virginis Mariæ vtero assimilat III. Bonum & malum sepulchrum distinguit. IV. Ioseph decurionis merita celebrat. V. Cur Christus in aliena sepultura repositus, sit, causam aperit. *Tom. 5. serm. 53. col. 72. & sequent.*

S. AVGVSTINI sermo in vigilia Paschæ Ioseph qui corpus Domini petiit à Pilato, &c. Tria complectitur; Ioseph prudentiam & discretionem; Mariæ Magdalenæ ob sepulchrum sine Christi corpore inuentum lachrymationem; B. Petri ob eamdem causam exultationem. *Tom. 10. serm. 132. de temp. fol.* 194. 195.

Eiusdem sermo de sepulchro Domini Tumuli Ioseph, & vteri Virginis egregia assimilatio demonstratur. *Ibid. serm.* 1331. *de temp. fol.* 195. *Sermonis autem reliquum concordat de verbo ad verbum cum sermone S. Ambr. de sepulchro Domini hic supra.*

Eiusdem sermo de descensu Christi ad inferos I. Quomodò Christus liberè agens infernum turbauerit, dæmones vicerit, animas fidelium extraxerit, omnia ad se traxerit, ostenditur. II. Ministrorum infernalium querimoniç referuntur III. Laudes Christi ab animabus liberatis celebrantur. *Ibid. serm. 2. in Pasch. & de temp.* 137. *fol.* 196. 197.

S. V. BEDÆ homilia in vigiliis Paschæ, super Euangelium. I. Textum iuxta litteralem sensum, & moralem intelligentiā percurrit. II. cur Christus feria sexta crucifixus Sabb. requieuerit in sepulchro, mysticè exponit. III. Nostrem beatam sepulturæ dominicæ commendat. IV. Christi resurgentis piissimam erga suos benignitatem miratur. *Tom. 7. Homil. æstiual. de temp. Hom. 1. col. 1. & sequent.*

S. BERNARDI de lamentatione Virginis sermo deuotissimus, afflictionibus Virginis Matris, affectionibusque piissimis refertus, ad compassionem & lachrymas excitans. *A col.* 156. *ad col.* 163.

A ✠ S. BERNARDINI SENENSIS sermo, de peccatorum confessione. Primo. De confessionis præparatione, quæ debet esse integra, præmeditata, vera, accusatoria, propria, satisfactoria, confidens. Secundò. De Prudentiâ in confessione, debet enim esse prudens per modum apertum, secretum, verecundum contritum, discretum, iustum, securum. Tertiò. De fructibus confessionis, qui sunt mentem illuminare, misericordiam impetrare, à morte suscitare, à diabolo liberare, animam purgare, cum Deo pacificare, conscientiam alleuiare, diabolum confundere, pœnam diminuere, animam iucundare & securam efficere, à malo præseruare,

B cœlum aperire; qui fructus summè sunt desiderabiles. *In quadr. de Euang. æterno. tom. 2. a pag. 912. col. 1. ad pag. 922. col. 2.*

Eiusdem, sermo, de amore quieto, siue mortuo & sepulto, vbi tractat de depositione à cruce, & sepulturâ amoris quieti; & refert, siue componit quasdam meditationes circa ea quæ dixerunt Beata Virgo Maria mater amoris quieti, & discipuli de Christo mortuo. *Ex quadr. Seraph. tom. 3. à pag. 412. col. 2. ad pag. 413. col. 2.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in Sabbato sancto, super illud, *Requieuit Deus die septimo &c.* Genes. 2. Quadruplicem considerat requiem, diabolicam, humanam, diuinam, & angeli-

C cam. Dæmon requiescit in homine peccatore: homo iustus in Deo: Christus in sepulchro: Angelus cum homine beato in gloriæ æternitate. *Tom. 3. pag. 9. col. 1. 2.*

Eiusdē sermo secundus vnde supra in illud, *Septimus dies erit vobis sanctus, &c.* Exod. 35. Agit rursus de supradicta requie quadruplici, docetque diabolum triplicem habere requiem, in peccatorum occultatione, in peruersorum defensione, & in virtutum simulatione. Iustum similiter aliam triplicem, corporalem videlicet, legalem & mentalem. Deum verò in vtero virginali, in morte triumphali, & in virtute spirituali. Beatum denique in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in

requie opulenta. *Ibid pag. 91. 92*

S. Ephræm Syri Threni, id est, lamentationes gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ super Passione Domini. Breuisquidem oratio sed efficax, pathetica, & ad affectus piè mouendos apta. *Tom. 3. pag. 697. 698.*

S. Epiphanii oratio in diuini corporis sepulturam Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi, & in Iosephum, qui fuit ab Arimathia, & in Domini in infernum descensum, post salutarem passionem admirabiliter factum, hac die habita. I. Huius diei præconia celebrat. II. Diem hesternum cum hodierno confert. III. Omnia Cristi duplicia esse demonstrat. IV. Natiuitatis & Resurrectionis Christi conuenientiam describit. V. Iosephum verè diuitem nominat, quòd à Pilato duplicem Christi substantiam acceperat. VI. Christi sepulturam mysterium mysteriorum absconditum dicit. VII. Iosephi in petendo Domini corpore prudentiam commendat. VIII. Christum peregrinum esse pluribus ostendit. IX. Iosephum prædicat per omnia beatum, quòd contrectauerit Christum. X. Grauissimis antithesibus dominicum funus egregiè describit: Christumque in sepulchro miratur. XI. Patrum in limbo degentium elogia recitat. XII. Christi de inferno reportatam victoriam loquitur. XIII. Eiusdem cum Adamo colloquium refert. *Tom. 2. à pag. 259. ad pag. 275.*

✠ Georgii Metropolitanæ Nicomediensis sermo 8. in illud *Stabat autem iuxta crucem Iesu Mater eius, &c* initio considerat vberes fructus, quos ex passione Domini sumimus; quod ele-
A ganti antithesi exprimit. 2. Exaggerat amorem Domini talia patientis pro malis hominibus & hostibus 3. Angelorum inclamationem contra homines refert. 4. Ad propositum textum descendit, & Mariam Iesum suum sequentem à cœna ad hortum, ad Annam ad Caipham, ad Pilatum, ad Herodem, ad Caluariam introducit 5. Producit eius erga crucifixū affectus. 6. Verba Christi è cruce ad Mariam, & ad Ioannem expendit. 7. Malè tractatam à militibus, dolore renouatam ad potum Christo præbitum, ostendit nec-non cætera eo tempore acta 8 De monumento ad sepulturam filij solicitam, à Ioseph id obtinuisse describit. 9. Orationem gratiarum actionis ad Christum dirigit.
B *à col. 1135. ad 1175.*

✠ Ioannis Thavleri sermo vnicus, ad hæc verba: *Coloss. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* I. Ostendit veram sanctitatem haberi non posse, nisi mortui simus omnibus vitijs & oblectationibus; sitque ad omnia aduersa resignatus animus. II. Id nos facilè assequi exemplo Saluatoris, & per memoriam eorum, quæ ipse passus est. *à pag. 189. ad 192.*

S. Maximi homilia de Passione & sepultura Domini. *Col. 609. & sequentib. Eadem planè verba, idemque sensus reperiuntur apud D. Ambrosium. tom. 5. serm. 53. de Tempor. & apud D. Augustinum serm. 133. tom. 10. Hic supra citatos.*
C

✠ Rabani Mavri sermo, in quo exponit Euangelicam lectionem. 2. quid hac nocte actum sit aperit. 3. A festo Paschæ transit ad susceptores baptizatorum, quid erga hos agant. *Tom. 5. pag. 586. col. 1. & 2.*

DOMINICA RESVRRECTIONIS DOMINI.

*B. ALBERTI MAGNI sermo 1. ad ea verba: *Paschanostrum immolatus est Christus, &c.* Sicut in veteri testaméto quindecim conditiones requirebantur ad vetus Pascha comedendum: Ita ad nouum, quod est Christus, totidem postulari insinuat; quas successiuè deducit. *A pag. 68. col. 2. ad 70. col. 1.*

Eiusdem sermo 2. Ad hæc verba: *Marci 16. Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum: Surrexit, &c.* Quia omnis, similis esse debet ei quem quærit. Est autem Iesus, Nazarenus, crucifixus, qui quæritur. Ideo quemlibet Christianum docet debere esse. I. Iesum, erga proximorum necessitates. II. Nazarenum, ex quinque conditionibus Nazareni antiquæ legis. 1. quod sit intonsus. 2. quod omne inebrians non bibat. 3. quod nihil ex vua comedat. 4. quod ad omnem mortuum non ingrediatur. 5. quod polluatur ex morte & occisione coram ipso. III. crucifixum quinque clauis. IV. Agit de personis quæ quærunt Iesum, quas mysticè exponit. V. Tractat de aromatibus mulierum, quæ spiritualiter intelligit. VI. In Galilææ monte inueniendum exponit de gloria cælesti. *A pag. 70. col. 1. ad 71, col. 1.*

ALBINI FLACCI ALCVINI discursus de sancto die Paschæ, & de huius celebritatis cæremoniis. *Tom. 1. Auctar. Bibl. Patrum col. 261. lib. de diuinis offic.*

A S. AMBROSII sermo super verbis Euangelij, de Resurrectione Domini. In quærendo Christo, sanctas huius Euangelij mulieres imitari conuenit: quærendus est enim cum odore bonorum operum, orto iam sole, vitiorum nempe tenebris dissipatis, & cum Magdalenæ deuota perseuerantia. Quid sit Pascha, litteraliter & moraliter exponitur. *Tom. 5. serm. 54. col. 74. & sequent.*

Eiusdem sermo alter vnde supra, de vtilitate Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, Agit de Resurrectione B Christi litterali, allegorica, & morali; de Christianorum & meritorum mysticis ætatibus; nec-non de Puero nobis dato, & nato imitando. *Ibid. serm. 55. col. 75. 76.*

✠ D. AMEDEI LAVSAN. homilia, in quâ Beatam Virginem Mariam ad gaudium & exultationem inuitat; quia tempus mœroris præteriit, desiderium eius impletum est per Resurrectionem & Ascensionem filij sui vnigeniti; qui- C bus ipse suos de tenebris eduxit, & omnium iustorum animas exaltauit, &c. *Ex eius homil. à fol. 73. col. 2. ad fol. 75. col. 2.*

S. ANASTASII SINAITÆ tractatus de Resurrectione. I. Veritatem Resurrectionis Christi efficacissimis cóprobat argumentis. II. Iudæos ad extremum malitiæ prolapsos demonstrat. III. Eorum testes dormientes deridet. IV. Victoriam Christi in suo ad inferos

descensu pangit. V. Omnium Resurrectionem futuram esse demonstrat. VI. Cur tantùm triduo Christus moratus sit in sepulchro, inquirit. *Tom. 1. Bib. Patrum lib. 5. de rectis fidei catholicæ dogmatibus à col. 329. ad col. 334. Et apud Stenartium tom. singulari orat. 5. à pag. 511. ad pag. 516. diversis quidem verbis, sed planè eodem sensu.*

S. ANTONII DE PADVA sermo in die sancto Paschæ per quem tria animaduerte. Primum Sanctarum Mulierum deuotionem in visitando sepulchro, & quid per ipsas innuatur; Magdalena interpretatur turris; hæc est mentis humilitas quæ tanquam turris in altum se exaltat dum se nihil reputat; Maria Iacobi omnia transitoria tanquam lutum pedibus conculcat, & veteris conuersationis fermentum expurgat; Salome, hæc est pacis iucunditas. Secundum. Reuolutionem lapidis, allegoricè reserationem sacramentorum Christi insinuare; moraliter pondus per gratiam ablatum. Tertium. Christum decies apparuisse tàm mulieribus quam Apostolis & discipulis *à pag. 263 ad pag. 267.*

S. AVGVSTINI homilia de Resurrectione Domini, & cantatione Alleluia. I. Tractat de facili modo numquam cessandi à laude diuina, II. De bonis & malis cogitationibus. III. De rectè & malè factis. IV. De pœnis ac suppliciis damnatorum. V. De carnalis concupiscentiæ ignibus extinguendis. *Tom. 10. lib. 50. hom. homil 16. fol 98. & sequent.*

Eiusdem in die sancto Paschæ de eo quod scriptum est in Psalmo: *Hæc dies quam fecit, &c.* Huiusce diei præconia celebrat, & sacramenta exponit. Quæ in Sabbato olim à Iudæis sacro ritu obseruabantur, ea transfert ad Resurrectionis diem, in qua religiosius & perfectius à Christianis peraguntur. Duplicem distinguit portam, Ecclesiæ vnam, Paradisi alteram. *Ibid. serm. 136 de tem. fol 196 col. 2. & 3.*

Eiusdem sermo vnde suprà Hodiernæ solemnitatis magnalia prædicat In Christi vulneribus humani generis medicamentum agnoscit. Domini pietatem in morte comprobatam commendat. Iudæos alloquitur vt videant quem compunxerunt. Fideles ad virtutes sectandas hortatur. *Ibid. serm. 138. de temp. fol. 197.*

Eiusdem sermo in eodem festo, de Resurrectione corporum contra Gentiles. I. Quatuor Euangelistarum de Passione & Resurrectione Christi concordantiam aduersus quosdam eos dicentes inter se contrarios, demonstrat. II. Resurrectionis corporum veritatem astruit. III. Peccatum malorum omnium causam esse affirmat. IV. Animarum immortalitatem Philosophorum sententiis comprobat. V. De stultitia & sapientia mundana differit. *ibidem serm. 139. de temp. fol. 197. & sequentibus.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. Illud suo more exponit: iuxta litteram magnum sanctarum mulierum charitatis feruorem ostendit: iuxta intellectum verò mysticum docet nos illuminata facie, decussisque vitiorum tenebris, odorem bonorum operum, ac orationum suauitatem Domino offerre debere. Cæteras autem historiæ euangelicæ circumstantias eodem modo explicat & perstringit. *Tom. 7. Homil. æstiual. de temp. col. 5. & sequentibus.*

S. BERNARDI sermo primus in die sancto Paschæ, de septem signaculis quæ soluit agnus I. Insignes Christi victorias loquitur. II. Saluatoris crucem virtutũ gemmis, mysticaque intelligẽtia adornat. III. Varias distinguit mortuorum resurrectiones. IV. Christi Resurrectionem duplici priuilegio cunctis aliis excellentiorem ostendit. V. Ad crucem baiulandam, & in ea perseuerandum fideles Christi exemplo cohortatur. VI. Per septem signacula quæ agnus soluit, septem Christi maiestatem in carne cœlantia intelligit; nimirum, Matris suæ desponsationem, corporis infirmitatem, circumcisionis signum, fugam in Ægyptum, tentationem in deserto, crucis supplicium, & sepulturam. VII. Ad transitum spiritalem faciendum, ad perseuerantiam in bono, morumque emendationem excitat. VIII.

Aduersus Christi proditores, qui hodie Domino venturo parauerunt hospitium confitentes peccata cum gemitu, & susceptum produnt inimicis, imò exire compellunt priores nequitias admittendo, grauiter agit. *à col. 163. ad col. 169.*

Eiusdem sermo secundus in tempore Resurrectionis ad Abbates, de lectione euangelica. Imprimis fidem sine operibus mortuam esse demonstrat. Deinde fidem mortuam in animo tanquam in sepulchro iacentem, vngendam esse docet ne fœteat: quod quidem Superioribus competit. Quare mens, lingua, manus Superioris, velut tres mulieres aromata emere debent. Mens emat compassionis affectum, rectitudinis zelum, & discretionis spiritum, nummo propriæ voluntatis. Lingua, modestiam in increpando, copiam in exhortando, & efficaciam in persuadendo, nummo confessionis. Manus, continentiam in carne, misericordiam in fratre, & patientiam in pietate; & sic Prælatus accedat ad eum in quo fides mortua est. *à col. 169. ad col. 172.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra de mersione Naaman septies in Iordane, & de mundatione septemplicis lepræ, & de septem apparitionibus Domini resurgentis, quibus septem dona Spiritus-sancti designantur. Christum medico assimilat, qui ante passionem suam animæ ægrotanti septem dedit purgationes: septempliciter siquidem occupauerat nos lepra superbiæ, in proprietate possessionum, in gloria vestium, in voluptate corporum, in impatientiæ verbo, in iactantia, in propria voluntate, & in proprio consilio. Post Resurrectionem verò idem cœlestis medicos cibos infirmo suo parauit salubres & suaues: in septem enim apparitionibus, quæ post Resurrectionem factæ leguntur, septem dona Spiritus-sancti quibus reficitur anima possumus inuenire. *à col. 73. ad col. 175.*

Eiusdem sermo quartus vnde suprà: quomodo quibusdam nondum natus est Christus, quibusdam nondum passus, quibusdam nondum resurrexit, qui-A busdam nondum ascendit in cœlum, quibusdam nondum misit Spiritum sanctum. (Vbi de animarum medicina.) *col. 175. & sequent.*

✠ Eiusdem, in illud Apocal. 5. *Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, &c.* pro solemnitate Paschali, sermo, Septem signacula sunt temporalis natiuitas, legalis circumcisio, matris purgatio, fuga in Ægyptum carnis necessitudo, baptismus passio: Quæ sunt veræ humanitatis insignia quibus se teneri voluit incarnata Dei sapientia. Hæc soluit, quando eloquia sacra fidelium mentibus reserauit. *Ex paruis & variis sermonib. serm. 14. col. 449.*

B Eiusdem, sermo alius, in quo per tres mulieres ementes aromata vt Iesum vngerent tres efficientias quæ sunt in nobis figurat, harum prima est. Mens, quæ dat nummum propriæ voluntatis, & comparat affectum compassionis, zelum iustitiæ, discretionem consilii. Secunda. Manus, quæ dat obedientiam, & emit in tribulatione patientiam in opere perseuerantiam, in carne continentiam. Tertia. Lingua quæ dat nummum confessionis & accipit modum in correctione, copiam in exhortatione, in persoasione efficaciam. *Ex paruis & variis sermon. serm. 15. col. 449. 450.*

C ✠ S. Bernardini Senensis sermo, in solemnitate paschali, in quo contemplatur resurrectionis Christi primò. Necessitatem, 1. viatoribus, vt iustificentur, reconcilientur, multiplicentur, siue amplientur; 2. comprehensoribus seu beatis; vt tribus gloria crescat, Angelis, beatis animabus, beatis corporibus; 3. damnatis, vt in inferno ex iustitia Dei tribus maior afflictio crescat, dæmonibus, spiritibus, corporibus. Secundò. Temporalitatem, siue eius tempus, festinatum, tempus expectatum, tempus determinatum. Tertiò iucunditatem, quæ fuit 1. cordialis, tribus apparitionibus; 2 generalis, duodecim apparitionibus; 3. maternalis, apparitione Virgini Mariæ. *Ex quadrag. de christiana religione, tom. 1. à pag. 354. col. 2. ad pag. 363. col. 2.*

Eiusdem, de quo superius sermo, 2. Resurrectionem nostram cum perpetuitate vitæ esse necessariam. Primò, Ostendit, 1. diuina prouidentia, quæ aliquid de homine admirabile agere intendit; 2. iustitia Dei, quæ debet amicos remunerare, & inimicos punire; 3. honorificentia & magnificentia diuina, quâ potentiam & sapientiam suam exaltat; 4. Dei clementia & bonitas, quæ non appareret, nisi summè diligeret suos amicos, atque summè misericors esset in eos. Secundò. Demonstrat. 1. animæ dignitas; quia altitudo animæ rationalis in eo, quod lumen intellectus & rationis, robur libertatis habeat: 2. animæ pronitas ad corpus, cui ardenter cupit reuniri; 3. sensus & gustus diuinorum, quos in tanta altitudine, multitudine, & certitudine experimur; 4. desiderium æternorum, quod reperimus in nobis vigilando & dormiendo, laborando & vacando. Tertiò Probat, 1. substantiæ diuersitas, quædam enim purè corporalis, alia incorporalis, &c. 2. creaturarum nobilitas, omnis enim substantia viuens est nobilior non viuente, 3. diuersa seu vniuersa creatura, quæ habet esse nobilissimum in humana conditione: 4 diuersa experientia, per quam in natura rerum resurrectionis similitudo inuenta est. *Ex quadr. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 363. col. 2. ad pag. 368. col. 1.*

Eiusdem, sermo, de amore triumphanti, in quo ponitur meditatio. I. Triumphalis victoriæ; quatuor enim victorias Christus habuit 1. fuit de peccato, quod praua Iudaica generatio facere procurabat; 2. de dæmone, quia vicit dæmonem aduersarium animarum nostrarum; 3. de inferno, viam paradisi aperiendo; 4. de Paradiso, in quem nulla anima poterat intrare sine violentia. II. Cordialis lætitiæ, fuit quadruplex lætitia 1 materna, 2. victorialis, 3. cordialis, 4 generalis. III. Spiritualis intelligentiæ, de qua breuitatis causâ nihil dicit sanctus noster, ideo eam omittit, &c. *Ex quadrag. Seraph. tom. 3. à pag. 413. col. 2. ad pag. 418. col. 1.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus, A in illud Psalm. 3. *Exurge Domine, saluum me fac Deus meus: quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi &c.* In tres distribuitur partes. Prima agit de affectuosa exclamatione dominicæ Resurrectionis. Secunda de hominis captiui perfecta liberatione. Tertia de potestatis diabolicæ iusta exterminatione Quantùm ad. I. docet Resurrectionem Christi affectuosè fuisse desiderandam propter triplex priuilegium, nempe, primitatem insolitæ nouitatis. virtuositatem propriæ potestatis, & exemplaritatem nostræ necessitatis, siue resurrectionis. Quantùm ad II. Triplicem enumerat liberationem hominis per Christum, ab offensione culpæ, per infusionem iustificantis gratiæ: ab obligatione reatus B pœnæ, per tolerationem mortis satisfactoriæ: à calamitate corporalis miseriæ, per collationem reformantis gloriæ in generali resurrectione. Quantùm ad III. Iustam dicit diaboli exterminationem triplici de causa, ob dolositatem deceptionis & fraudulentiæ, in vsurpādo dominationem hominis primi: ob malignitatem præsumptionis & iniustitiæ, in suggerendo occisionem innocentis Christi: ob rectitudinem æquitatis iustitiæ, in non patiendo perturbationem ordinis vniuersi. *Tom. 3. pag. 92. & sequentibus.*

Eiusdē sermo secundus in illud, *Exurge gloria mea, exurge Psalterium, &c.* Docet C Christum exurrexisse ad diuinam gloriam magnificandam, ad angelicam ruinam reparandam, ad humanam miseriam subleuandam, & ad diabolicam malitiam dissipandā, *Ibid. pag. 94.*

Eiusdem sermones tertius & quartus in illud, *Fac mecum signum in bonum.* Resurrectionem Christi bonum signum nominat. Signum enim est eius gloriæ in cœlo, misericordiæ in mundo, victoriæ in inferno, & iustitiæ in iudicio. *Ibidem pag. 95. col. 1. 2.*

Eiusdem sermo quintus in illa Euangelii verba, *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, &c.* Ostendit Christum resurrexisse gloriosissimè, verissimè, potentissimè & vtilissimè. *Ibid. pag. 96. col. 1.*

Eiusdem sermo sextus in illud, *Ego*

sum resurrectio, & vita. Probat Dominum suam esse resurrectionem corporalem, fidelium spiritualem, omnium generalem. Vbi de Angelis Resurrectionem Christi denunciantibus per verbum, per factum, & per situm: de resurrectione à morte culpæ, quæ debet esse matutinalis, integralis, socialis, & immortalis, sicut fuit Resurrectio Christi: de vniuersali resurrectione quæ adueniet vniuersaliter, dissimiliter, celeriter, & integraliter. *Ibid. pag. 96. col.* a.

S. BRVNONIS sermo in die sancto Paschæ. Hodiernam celebritatem vocat festiuitatem, & huius denominationis rationes profert. Duplicem insuper distinguit mortem, sicut & vitam. *Tom. 3. de festis festor. pag. 9. & sequent.*

S. CÆSARII ARELATENSIS homilia prima de Paschate: Christi ad inferos descensum describit, iisdem planè verbis & sensu quo D. Augustinus serm. 2. in festo Paschat. Tom. 10. & D. Eusebius Emissenus homil. 1. de Paschate fol. 36. & hic infrà. *Tom. 2. Biblioth. Patrum homil. 3. col. 576.*

Eiusdem homilia secunda vnde supra. I. Pascha siue transitum Hebræorum allegoricè transfert ad Christianos. II. Animarum sub peccato, crudeli Pharaone, seruitutem describit. III. Christianis peccantibus maiorem pœnam, quàm infidelibus infligendam esse demonstrat. IV. Christi de diabolo mortis auctore reportatam prædicat victoriam. V. Dominũ serpenti assimilat, qui serpentes inferni interfecit, & à serpẽtibus læsos perfectè sanauit. VI. Quomodo Christus de peccato damnauit peccatũ, quod & nos imitari decet, clarè ostendit. *Ibid. hom. 4. col. 577. & seq.*

Eiusdem homilia tertia vnde supra. I. Transitum populi Israël per mare rubrum, mysticè exponit de transitu seruitutis ad libertatem, iniquitatis ad iustitiam, culpæ ad gratiam, mortis ad vitam, per vitales baptismi vndas, velut rubras sanguine Christi consecratas. II. Baptismatis virtutes celebrat. III. Ecclesiam cum Virgine Matre comparat, cùm per baptismum mater diuinæ prolis efficitur. IV. Christianorum liberta-

A tem declarat. *Ibid hom. 5. col. 579. & seq.*

Eiusdem homilia quarta vnde supra, Quæ in parabola filii prodigi habentur, quæ de vitulo in veteri Testamento offerendo, scribuntur, quæ de agni Paschalis esu leguntur: ea allegoricè explicat, & tum ad Christum, tum ad Christianos refert. Insuper quasdam Passionis dominicæ circumstantias mysticè interpretatur. *Ibid. homil. 6. col. 581 & sequent.*

Eiusdem homilia quinta vnde supra. I. Quare verbum humanam nostram naturam assumpserit, quare pro nobis mortuus sit, quare corporis sui & sanguinis sacramentum in Ecclesia reliquerit, rationes affert. II. Eucharistiæ

B realitatem, & corporis sanguinisque Christi in ea veram & non imaginariam existentiam ac præsentiam pluribus confirmat. III. Sacramenti altaris antiquas refert figuras. IV. Aquæ in calicem infusionem & permixtionem declarat, quidque significet, ostendit. V. Membrorum mystici corporis Christi vnionem cum suo capite commendat. *Ibid. hom. 7. à col. 583. ad col. 586.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo primus de Paschali solemnitate. Paschatis Iudæorum & Christianorum quantum sit discrimen, perpendit. Nouam prolem Ecclesiæ per aquas consecratas regeneratam, ablactatis assimilat: & fideles ad spiritalem lætitiam excitat. *Serm. 73.*

C *col 194. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus de Resurrectione Christi. I. Quid sibi vult illud Euangelij. *Vespera Sabbati quæ lucescit, &c.* cùm vesper finiat, non inchoet diem, explicat. II. Quare mulieres primæ venerunt ad monumentum, præclaras affert rationes. III. Euangelii singula verba examinat, & varia mysteria propalat. IV. Mortis & dæmonis exterminationem ostendit. V. Tumulum vtero assimilat. *Serm. 74. col. 196. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius de eadem. I. In Resurrectione Christi totum diuinum esse dicit, nil humanũ. II. De luce spiritali, & mysticis tenebris disserit. III. Sepulchrum cum virginali vtero confert.

confert. IV. Quid sit lapidem ab ostio monumenti reuoluere, moraliter exponit. V. De aspectu Angeli, & terrore eorum qui custodiebant sepulchrum loquitur. *Serm. 75. col. 198. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus prioris continuatio de eadem, déque secunda Christi manifestatione facta mulieribus, à monumento regredientibus. Resurrectionis domini, nec-non & vniuscuiusque veritatem probat. In fœminis ad Christi sepulchrum currentibus, quibus & occurrebat Christus, plenam Ecclesiæ figuram agnoscit, & demonstrat. *Serm. 76. col. 200. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quintus de Resurrectione Christi. Quòd in Domino resurgente non humanæ solùm conuersum sit ius naturæ, sed etiam ipse creaturæ ordo insigniter sit mutatus. Euangelicum textum variis, præclarisque illustrat conceptibus, & narrationis euangelicæ singula verba ponderat. (Vbi multa ex præcedentibus iterantur.) *Serm. 77. col. 203. & sequentibus.*

Eiusdem sermo sextus vnde supra de historia euangelica secundùm D. Lucam. I. In Christi Resurrectione, formam nostræ resurrectionis agnoscit. II. Mulierum ad sepulchrum venientium, & constanter Christum quærentium audaciam miratur, eiusque causam assignat; (Vbi præclara de fœminarum lachrymis.) III. Apostolos Christi passiones suscipientes, cum mulieribus ad obsequium Saluatoris festinantibus miro modo confert. IV. Quòd Apostoli non citò mulieribus Dominum resurrexisse nunciantibus crediderint, ob hoc non arguendos esse aut condemnandos efficaciter demonstrat. *Serm. 79. col. 208. & sequentibus.*

Eiusdem sermo vnde supra. In præcedenti sermone materiam inchoatam prosequitur, & docet. I. non ideò reprehendendos esse Apostolos, quòd resurgenti Christo mulieres primæ occurrant: non enim euentus fuit, sed mysterium. II Vanum timorem foras mittendum. III. Euangelice lectionis breuem, sed accuratam expositionem. IV. Iudæorum malitiam in manifesta

A Christi Resurrectione occultanda. *Serm. 80. col. 211. & sequentibus.*

S. I. Chrysostomi homilia de Resurrectione mortuorum. I. Quòd doctrina de Resurrectione sit valdè vtilis: nam & in his quæ fidei sunt, nos dirigit, & vitam nostram componit, & diuinam prouidentiam ab omnibus calumniatoribus vindicat. II. Quòd vita nostra sit Athletis similis. III. Quòd in hac vita peruersi vt plurimùm diuitiis, deliciisque affluant: iusti verò omni ferè subsidio careant. IV. Quòd graues fuerint in primitiua Ecclesia Sanctorum afflictiones, & Tyrannorum persecutiones. V. Quòd fides & spes resurrectionis futuræ sint Christianorum in afflictionibus solatium. VI. Quod iusti B in præsenti sæculo afflicti magnam hîc recipiant mercedem antequam insignem, æternamque assequantur retributionem. VII. Quòd noster internus homo, si velimus, renouetur de die in diem. VIII. Quòd inuisibilia possimus videre. IX. Quòd futura quæ nobis promissa sunt, sint præsentibus certiora. X. Quòd hominis corpus rectè dicatur tabernaculum. XI Quòd in creaturis reperiantur exempla resurrectionis. XII. Quòd hominis creatio, resurrectionis eius sit valida probatio. XIII. Quòd pro diuersitate meritorum futura sit inæqualis resurrectio mortuorum. *Tom. de diuersis noui Testamenti locis* C *serm. 36. & iuxta errorem Typographi serm. 33. à pag. 503. ad pag. 522.*

Eiusdem aduersus ebrietatem, & de resurrectione sermo habitus in sancta magna Dominica Paschæ. I Docet tempore Paschali coporale quidem ieiunium iam præteriisse, sed non spiritale. II Facilitatem ieiunandi à peccatis. III. Fieri posse vt quis ieiunando non ieiunet: vt quis non bibendo ebrius sit: vt quis vinum bibendo sobrius sit. IV. Ebrium dæmoniaco deteriorem. V. Ebrium in regno cœlorum intrare non posse. VI. Quasdam esse spiritus præclaras ebrietates. VII Angelos, sanctos, etiam ipsum Sanctorum & Angelorum Dominum hanc Paschalem festiuitatem nobiscum celebrare, VIII,

Sacrorum conuiuiorum & profanorum discrimen: nec-non festorum sæcularium & sanctorum disparitatem. IX. Christum hodie, resurgentem secum suscitasse orbem terrarum. X. Resurrectionis dominicæ effecta præclara. XI. In nobis duplicem esse mortem duplicemque resurrectionem. XII. Aquas baptismi pisces mysticos producere. XIII Baptismum in piscina fuisse præfiguratum. XIV. Actiones indifferentes, quæ possunt esse causa peccati, vitandas. XV. Cur Christus inimicum nostræ salutis è medio non sustulerit. *Tom. de diuers. serm.* 37. *& iuxta Typog. errorem* 34. *à pag.* 522. *ad pag.* 532.

Eiusdem sermo in tridnanam Resurrectionem Domini nostri Iesu Christi. I Huius celebritatis præconia pangit. II. Christum omnium bonorum conciliatorem agnoscit. III. Eiusdem magnam bonitatem & benignitatem prædicat. IV. Cur Christus ignominiosa morte crucis mori elegerit. varias rationes reddit. V. Passionis Christi omnes ferè circumstantias examinat & mysticis sensibus illustrat. *Tom.* 6. *serm.* 45. *à pag.* 442. *ad pag.* 448.

Eiusdem in sacrum Pascha oratio. I. Resurrectionis dominicæ mirabiles effectus recenset. II. Mortem post Christi passionem, somnum vel requiem nominandam esse demonstrat. III. Saluatoris de morte & dæmone reportatas victorias celebrat. IV. Diabolum iisdem armis, quibus antea hominem strauerat, debellatum ostendit. V. Crucem cum ligno vitæ confert. VI. Huius solemnitatis magnalia enarrat. Cætera quæ pertractat concordant cum iis quæ habentur serm. 37. de diuersis. Hic supra pag. 135. *Tom.* 6. *serm.* 72. *à pag.* 641. *ad pag* 650.

S. Cypriani Martyris sermo de Resurrectione Christi. Imprimis dominicæ Resurrectionis historiam sub breuitate transcurrit. Deinde cæcitate & malitiâ Iudæorum detestatâ, circa huiusce solemnitatis inclytæ gaudia deuoto & alacri animo insistit: & ad gaudium spiritale incitat. Insuper vetus Pascha cum nouo confert. Resurrectionis Christi incomparabilem dignitatem prædicat, & Dominum partiri nobis suæ abundantiam voluisse claritatis: vt post resurrectionem corpus non aggrauet animam, sed sine mole sit & pondere, ostendit. Denique mirabilia Domini opera pluribus refert. *A pag.* 478. *ad pag.* 481.

S. I. Damasceni de Dominica Paschæ carmen. Resurrectionis Christi præconia cantat: eiusdemque historiam breuiter sed appositè perstringit. *Fol.* 401. *pag.* 1. *&* 2.

B. P. Damiani sermo de Resurrectione Domini in illud, *Postulaui Patrem meum; &c.* I. Quid sit postulare explicat. II. Quisnam postulet, quem, vbi, & quid postulet attendit. III. Christum apud Patrem aduocatum esse nostrum ostendit IV. Sex enumerat quæ de Domino iudice prædicantur. V. Sex etiam refert, quæ de reprobis dicuntur. VI. Quæ de lege Domini à Dauide psalmo decimo-octauo recitantur pluribus exponit. VII. Auditorium iuris mysticum in quo Filius postulanit Patrem describit. *Tom.* 2. *serm.* 12. *pag.* 173. *& sequentibus.*

✝ Dionysii Carthusiani, in illud epist. *Pascha nostrum immolatus est Christus.* 1. *Corinth.* 5. Sermo, in quo tria tangit. I Christum à nobis summè amandum, quia datus est nobis 1. in viaticum nostræ peregrinationis; 2. in pretium nostræ redemptionis; 3. in præmium nostræ salutis. II. Nobis cauendum esse à fermento 1. peccati; 2 erroris, quod est falsa doctrina; 3. legis antiquæ obseruantiæ, quantùm ad cæremonialia. III. Ad sumptionem corporis & sanguinis Christi præcedere debere 1. humilitatem pœnitentiæ, seu amaram contritionem de peccato; 2. spiritualem ad Christum dilectionem, & feruorem intimæ deuotionis; 3 puritatem conscientiæ. *In proprio de sanctis, fol.* 158 *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

Eiusdem, pro Euang. sermo: 1. Resurrectio alia corporalis, quâ corpus resuscitatur ad vitam naturalem, & animæ reunitur alia spiritualis quâ homo per contritionem & gratiam resurgit

à morte animæ, quæ est peccatum mortale: Huius resurrectionis spiritualis siue cõsurrectionis eum Christo, signum verissimum est, quærere & sapere ea quæ Dei sunt, cœlestia summè appetere, Deum in omnibus specialiter affectare, spiritualia & æterna magis quàm corporalia & transitoria cupere, quærere, adipisci studere. *Ex proprio sanctorum à fol. 159. pag. 2. ad fol. 160. pag. 1.*

Eiusdem, sermo 2. pro Euang. Cum Christo debemus resurgere. 1. veraciter, non simulatoriè vt faciunt simulatores & callidi qui contrâ se iram Dei prouocant. 2 velociter, non tardè, sicut qui suam conuersionem procrastinant. 3. Integraliter, non partim aut imperfectè; vt hi qui quædam peccata deflent ac deserunt, & in aliis manent. 4. Perseueranter, non breuiter, sicut qui recidiuant. 5. Spiritualiter & fiducialiter; non nimis pusillanimiter vel diffidenter; vt hi qui in diuinæ miserationis consideratione non respirant, sed in propriæ infirmitatis intuitu contabescunt. 6. & vltimo, feruenter & sponte, non pigrè & coactè, aut ex seruili tantùm timore. *Ex sermonib. proprij sanctorum à fol. 160. pag. 1. ad fol. 161. pag. 1.*

S. Epiphanii oratio in sanctam Christi Resurrectionem. I. Huius diei encomia prædicat. II. Ecclesiam cœlo assimilat, ipsoque formosiorem dicit. III. Christum cum sole pluribus confert. IV. Resurrectionis dominicæ varia effecta enuntiat. V. In Mose Christum adumbratum & in eius Paschate, nostrum figuratum, ostendit. VI. Varias Resurrectionis Domini figuras profert. VII. Vt pro fratribus qui tunc propter Christum captiui detinebantur ardenter orarent, suos adhortatur, efficaciamque precum Ecclesiæ & iustorum exprimit. VIII. Pro ipsis orandi modum tradit efficacissimum. *Tom. 2. à pag. 276. ad pag. 284.*

Eiusdem oratio altera vnde supra. Mortis exterminationem Christi Resurrectione factam demonstrat. Passionis dominicæ supplicia recenset, & grauissima antithesi egregiè illustrat. Hominum ingratitudinem miratur. Christi mansuetudinem contemplatur. Animarum ex inferno extractionem, & ad cœlos exaltationem repræsentat. *Tom. 2. pag. 310. & sequentibus.*

D. Eusebii Emisseni homilia prima de Paschate. Hodiernum diem noua luce vndique radiantem conspicit. Christi ad inferos descensum depingit. Lamentationes dæmonum stylo eleganti describit. *Fol. 36. Multa sumpsit ex serm. 2. D. Augustini in festo Paschat. Hic supra pag.*

Eiusdem homilia secunda. Christi incarnationis, passionis & resurrectionis sacramenta, & longè ante oraculis fuisse prædicta, & mysteriis præfigurata pluribus probat. Christum in Iona adumbratum præclarè demonstrat. Christianorum contra hostes fortitudinem declarat. *à fol. 36. ad fol. 39.*

Eiusdem homilia tertia. Quæ in filiis Israel fuerunt olim peracta, ea in Christianis agnoscit esse completa. *à fol. 39. ad fol. 42.*

Eiusdem homilia quarta. In hac die exultandum, & spiritali gaudio lætandum præcipit. Mirabilia hodie patrata recenset. Huius diei lucem, & festiuitatem commendat. In Resurrectione Christi omnia elementa dicit gloriari. *à fol. 42. ad fol. 44.*

Eiusdem homilia quinta. Agit de ratione institutionis Eucharistiæ, de veritate & realitate corporis & sanguinis Christi in sacramento altaris; de mirabili Eucharisticæ communionis effectu; de manna sacramenti altaris figura; de sacrificio Melchisedech nostri veri sacrificij typo; de permixtione vini & aquæ in Missa; de vnione membrorum Ecclesiæ cum Christo suo capite. *à fol. 44. ad fol. 48.*

Eiusdem homilia sexta. I. Iucundiores prædicat dies quibus renascimur, quàm illi quibus nascimur. II Descensum Christi ad inferos describit. III. Recreationem ostendit creationem meliorem. IV Diuinam benignitatem commendat. V. Varias incarnationis assignat causas. *à fol. 48. ad fol. 50.*

Eiusdem homilia septima. Diem hodiernam ob mirabilia in ea peracta &

ob duplicem sanctificationem veneratur. Ioseph in carcere, Heliam in curru igneo, Christum in infernum descendentem, & à mortuis resurgentem præfigurasse testatur. Sacri baptismatis beneficia perspicit. Quanta hodie Saluator per totum mundum erogauerit munera, perpendit. Quantùm hodierna die infernus perdiderit, declarat. *à fol.* 50 *ad fol.* 52.

Eiusdem homilia octaua. Diem reparationis nostræ cum die nostræ creationis confert. Christi fortitudinem & potentiam ex scripturis demonstrat. Virtutem, & Christi imitationem persuadere conatur. *Fol.* 53. *& sequentibus.*

Eiusdem homilia nona. Resurrectionis dominicæ triumphum celebrat. Mortis exterminium declarat. Christi de diabolo obtentam diuina adinuentione victoriam prædicat. De apparitione Christi discipulis facta, cùm ianuæ clausæ tenerentur, differit. In Apostoli Tomæ incredulitate, mundi vtilitatem agnoscit. Mortem, Christi morte interemptam, deinceps somnum dicit nuncupandam. Resurrectionem futuram, mutuato à natura exemplo comprobare nititur. *Fol.* 54. *& sequentibus.*

✠ Georgivs Metropol. Nicomed. sermo 9. Hodierni diei letitiæ materiam initio attollit. Deindè constantiam Mariæ ad sepulchrum; omnia spectantem quæ illic acta sunt, & filium etiam rediuiuum, quem prima conspexit, *A col.* 1175. *ad* 1191.

I. Gersonii de Christi Resurrectione sermo in illud Apostoli; *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite.* In tres diuiditur partes. Prima tractat de Christi Resurrectione iugiter meditanda. Secunda de nostri consuscitatione salubriter affectanda. Tertia de cœli habitatione fœliciter inquirenda. *Tom.* 1. *part.* 2. *à col.* 611. *ad col.* 614.

Eiusdem sermo deuotissimus vnde supra in illud Euangelii, *Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.* I. A sepultura Domini exorditur. II. Resurrectionis Christi historiam iuxta Euangelistarum descriptionem, prosequitur. III. Modum quærendi & inueniendi Christum, exemplo & imitatione mulierum sanctarum, præscribit. IV. Aromata quid mysticè significent, declarat. V. Docet faciendum esse Pascha spiritualiter, & ab Ægypto ad terram promissionis transeundum. VI. Duplicem in nobis distinguit resurrectionem, quarum gloriosa Christi Resurrectio causa est & exemplar: prima resurrectio animæ dicitur de peccato ad gratiam per iustificationem: secunda verò corporis, quæ in fine mundi futura creditur. VII. Ex Christi Resurrectione iam facta, futuram omnium demonstrat resurrectionem. VIII. Ex diuersitate meritorum, inæqualitatem & differentiam probat resurgentium. *Tom.* 2. *part.* 4. *serm in festo Pascha. à col.* 511. *ad col* 521.

D. Gregorii homilia in Euangelium hodiernum secundum Marcum, hac die ad populum habita. Textum euangelicæ lectionis suo more ad litteram & ad spiritalem intelligentiam commentatur. Deinde agit de duplici vita mortali & immortali: necnon de Resurrectione Christi iam facta, & omnium futura. Denique Christum Samsoni assimilat. *Tom.* 3. *homil.* 21. *in Euang. col.* 63. *& sequentib.*

Eiusdem homilia in Euangelium hodiernum secundum Ioannem. I. Per Ioannem ad monumentum citius Petro currentem synagogam intelligit: per Petrum verò prius intrantem, Ecclesiam siue multitudinem Gentium. II. Textus euangelici singulas circumstantias discutit & mysticè interpretatur. III. Paschalis solemnitatis encomia refert. IV. Esum agni Paschalis ad Christianos transfert, & tropologicè explicat. V. De Eucharistia dignè sumenda differit. *Ibidem homil.* 22. *in Euangelia à col.* 66 *ad col.* 70.

S. Gregorii Nazianzeni oratio in Pascha, & in tarditatem. Vt mystici exitus de Ægypto peccati, festum hodie celebremus, hortatur. Vt efficiamur Dij propter Christum, quoniam ipse propter nos homo factus est, suadet. Antistitis laudes, & merita plu-

ribus celebrat. *Tom. 1. orat. 41. pag. 673. sequentibus.*

Eiusdem oratio altera vnde supra. I. Hodiernæ celebritatis præconia insonat. II. Hoc festum cœteris omnibus solemnitatibus præfert. III. Dei æternitatem, immensitatem, & simplicitatem, quoad fieri potest, exprimit. IV. Diuinum decretum de mundo creando subtilissimè explicat. V. Mundi creationem pulcherrimè describit. VI. Adami statum in paradiso terrestri, eiúsque lapsum declarat. VII. Hominis lapsi per Christum reparationem ostendit, causamque incarnationis assignat, & Verbum carnem assumens miratur. VIII. Nomen Paschatis exponit. IX. Cur lex scripta hominibus sit data, rationem profert, X. Christum agno Paschali per omnia assimilat. XI. Euangelicam legem cum veteri confert, & ipsâ perfectiorem, leuioremque demonstrat. XII. Ablationem vasorum aureorum ex Ægypto, mysticè interpretatur. XIII. Cui & cur sit effusus Christi sanguis inquirit. XIV. Trãslationem veteris legis ad nouam, & euangelicam, indicat; ita vt quæ in ipsa obseruabantur carnaliter, eadem in noua lege gratiæ spiritaliter completa videantur. XV. Ad Passionis, & Resurrectionis mysteria contemplanda & imitanda pluribus incitat. XVI. In hæreticos diuinam Christi maiestatem impugnantes grauiter agit. *Tom. 1. orat. 42. à pag. 676. ad pag. 697.*

S. Gregorii Nysseni oratio prima in sanctum Pascha, & de triduano festo Resurrectionis Christi. I. Hunc diem supra omnes alios extollit, omnibusque diuinis benedictionibus repletum prædicat. II. Hodiernam gratiam figuris veterum Patrum, gestis Patriarcharum, & oraculis Prophetarum multùm illustrat. III. Naturæ nostræ commutationem hodie peractam agnoscit. IV. Noui hominis generationem natiuitatem, educationem, variasque ætates egregiè describit. V. Hodie nouam creationem, nouos cœlos, terram nouam, nil nisi nouum apparere demonstrat. VI. Huiusce diei lau-

A des, & præconia celebrat, Resurrectionisque Christi diuersos refert effectus. VII. Christi de dæmone reportatam in triduo suæ mortis victoriam depingit. VIII. Eximiam Christi virtutem ostendit ex hoc quod, tam exiguo temporis spatio hostes suos debellauerit, dæmones superauerit, mortem prostrauerit, & omnium malorum aceruum dissoluerit. IX. Tribus gradibus malum dicit emersum, & ideo consentaneum erat, vt Christus trium dierum spatio morbum humani generis expelleret. X. Sacramentum altaris non solum sacramentum sed verum probat esse sacrificium. XI. Resurrectionis Christi horam discutit. XII. Quonam modo vno eodémque tempore Dominus

B se tribus his dederit, cordi terræ, paradiso cum Latrone, Patrisque manibus, subtiliter explicat. XIII. Iudæorum in nostrum Pascha insurgentium obiectionibus occurrit. XIV. Cur Christus mortem crucis sibi delegerit atque præscripserit, docet. XV. Crucis mysteria depromit. XVI. Resurrectionis dominicæ hostoriam perstringit, & mysticè exponit. *Tom. 2. à pag. 814. ad pag. 831.*

Eiusdem oratio secunda vnde suprà; Quòd nullo modo inter se contrarij Euangelistæ diuersis modis memoriæ prodiderint ea, quæ acciderunt in Resurrectione Emanuelis. I. Difficultates circa horam Resurrectionis Christi

C planè dilucidat. II. Eiusdem Resurrectionis historiam describit, præclarisque conceptibus illustrat. III. Quare mulieres primæ venerint ad monumentum rationes affert. IV. De quibusdam mulieribus illustri nomine Mariæ insignitis differit. *Ibidem à pag. 832. ad pag. 848.*

Eiusdem oratio tertia de sacro festo Paschæ & de Resurrectione, habita in magna die Dominica. I. Cum Dauide omnes gentes hodie ad hymnum vocat, & ad diuinas laudes incitat. II. Aduersus Ethnicos Christi Resurrectionem irridentes grauiter agit. III. Huiusce diei magnalia prædicat. IV. Ad bona opera hodierno die agenda dominos

hortatur. V. Futuram omnium hominum resurrectionem eleganter describit. VI. Argumentis & probationibus eorum reprehendit amentiam, qui dicunt resurrectionem mortuorum numquam futuram. VII. Resurrectionis veritatem quam plurimis comprobat testimoniis, & exemplis. VIII. Cur inueniuntur homines futuram resurrectionem negantes, docet. IX. Quanta mala ex resurrectionis negatione euenire possunt, ostendit. *Tom. 2. a pag. 848. ad pag. 867.*

Eiusdem oratio quarta de sancto & salutari festo Paschæ. Hunc diem noua luce coruscantem intuetur. Ad lætitiam spiritalem cohortatur. Diem nostræ condemnationis cum die hodierna confert: & varios Resurrectionis dominicæ effectus refert. *Ibid. a pag. 867. ad pag. 869.*

Eiusdem oratio quinta in illustrem & sanctam Domini Deique nostri Resurrectionem. Hodiernum diem ex multis commendat. Ignominias quas Christus in sua pertulit passione, recenset: Resurrectionis verò gloriam ostendit. *Ibidem a pag. 869. ad pag. 873.*

GVERRICI ABBATIS de Resurrectione Domini sermo primus; in illud Genes. *Nunciauerunt Iacob, dicentes, Ioseph viuit. quo audito, reuixit spiritus eius, &c.* Christum cum Ioseph comparat; Apostolorum chorū Iacob Patriarchæ assimilat; signum demonstrat quo possimus scire si spiritus noster hodie in Christo reuixerit. *à pag. 249. ad pag. 255.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Apocal. *Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima.* I. Christus prima & secunda resurrectio dicitur: prima animarum, secunda corporum. II. Quomodo Christi resurrectio prima, causa est & argumentum secundæ resurrectionis futuræ: sic vnicuique nostrum prima resurrectio animæ quæ reuiuiscit à morte peccati, argumentum est & causa secundæ resurrectionis, qua corpus liberabitur ab omni corruptibilitate mortalitatis, pulchrè ostenditur. III. Quopacto Christus mortem prostrauerit, & resurgendo ipsam

A triumphauerit, declaratur. IV. Vt pro Christo emendo, omnia detrimentū reputemus, & velut stercora arbitremur suadetur. V. Eucharistiæ Sacramentum vitæ mysterium, & immortalitatis medicamentum nominatur. *à pag. 255. ad pag. 262.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. Quòd animabus ipsis duplicem gratiam Resurrectionis simplex Christi Resurrectio præparauit: dum & quotidie reuiuiscunt à morte peccati per operationem mysterij, & hodie maximè resurgunt à somno corporis per deuotionem gaudii, declarat. Resurrectionis dominicæ historiam breuiter perstringit, & mysticè illustrat. Vt resurgat hodie ac reuiuiscat spiritus omB nium nostrum, siue ad vigilantiam orandi, siue ad instantiam operandi, cohortatur. Gradus resurgendi in mortuo quem Helisæus suscitauit, agnoscit. *A pag. 262. ad pag. 268.*

GVILLELMI PARISIENSIS, sermo 1. in Ep. 1. Cor. 5. in qua hæc habentur. *Expurgate vetus fermentum, &c.* Peccatum indigne Eucharistiam sumentium attendit: & postquam peccatum in omnibus fermento simile deprehendit; vt bene purgati ad hoc sacramentum accedamus, monet, ex periculi magnitudine, diuinæ offensæ consideratione, vtilitate quæ sequitur ex digna sumptione huius sacramenti:
C & quinque peccata enumerat à quibus purgati debemus ad Eucharistiam accedere sc erroris, odii, luxuriæ, auaritiæ, oris, &c. *à pag. 81. ad pag. 83.*

Eiusdem, sermo 2. in illud epist. superioris. *Pascha nostrum immolatus est Christus, &c.* Ex quo duas veritates elicit, quarum. Prima est. Quadruplici ratione reduci nobis ad memoriam, quod Christus occisus sit pro sanctificatione hominis. 1. vt exemplo eius armati strenuè pugnemus, potius eligentes occidi quam vinci: 2. vt iniuriis & contumeliis Christi pareamus, & ab eis caueamus; vt non crucifigatur à nobis, qui pro nobis semel est crucifixus: 3. vt sanctitatem, Christi sanguine comparatam, diligenter custodiamus & in-

quinari multùm timeamus: 4. vt nos attendentes quid pro sanctitate nostra Dominus gloriæ fecerit, studeamus etiam aliquid pro ea facere: Septies sanguinem suum pro nostra sanctitate effudit, sc. in circumcisione, agonia, flagellatione, coronatione, crucifixione, lateris apertione, vestimentorum ablatione: vt autem hanc sanctitatem custodiamus, sex sunt necessaria; frequens oratio, vitatio prauæ societatis, frequens confessio auditus verbi diuini, eleemosinarum largitio, disciplina ieiunij vel alterius corporalis afflictionis. Secunda. Tres transitus facere debere peccatorem: quorum primus est, à statu culpæ ad statum gratiæ: ad quem requiritur deuotio & reuerentia, quæ exhibentur crucifixo & cruci in parasceue: 2. de virtute in virtutem per desertum pœnitentiæ, cui competit assumptio dominici corporis in die Paschæ: 3. à statu gratiæ ad statum gloriæ per torrentem mortis ad quem spectat sumptio dominici corporis in infirmitate periculosa. *a pag.* 83. *ad pag.* 87.

Eiusdem, sermo 3. hæc considerans. *Itaque epulemur non in fermento veteri, &c.* Eos qui propter indignitatem suam non communicant in die Paschæ condemnat, & quinque enumerat quæ debent & possunt eis esse causa doloris; sunt autem 1. Barrabæ infernalis in cordibus eorum inhabitatio: 2. Intentio, propter quam dimittunt accedere ad mensam Domini: 3. Mutatio filiorum in canes: 4. Dimissio illorum quæ Dominus recessurus à discipulis suis, reliquit eis tanquã memoriale sui amoris: 5. Ecclesiæ constitutio annuam cõfessionem & paschalem communionem præcipiens. *a pag.* 87 *ad pag.* 88.

Eiusdem, sermo 1 in Euang. Marc. 16 *Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome, &c.* Ex quo litterales intelligentias eruens, præsertim Mulieres quæ venerant de Galilæa in die Parasceues sepulto Domino, videntes monumentum & positum in eo corpus; parantes deinde aromata & vnguenta, & iterum reuertentes vt vngerent corpus, inuenisse Angelum testem resurrectionis,

A considerat. Deinde soluit contrarietatem inter Euangelistas, quorum alter iuuenem sedisse, alter stetisse, asseruerunt; ex Chrysost. dicente quod primo sedebat, sed mulieribus assutexit & stetit iuxta illas. *a pag.* 350 *ad pag.* 351.

Eiusdem, sermo 2. in Euang. cuius series nobis ostendit mulierum deuotionem, capitis Ecclesiæ resurrectionem, Angelicam ad nos dilectionem: quæ videntur esse contra illa quæ fuerunt in perditione generis humani, sc. inuidia Angeli apostatæ peccatum suadentis, peruersitas mulieris diabolo potiùs quam Deo credentis, & sententia mortis: In Resurrectione autem sex nuncianda, nobilis triumphus Christi,
B portarum inferni contritio, mortis destructio, post defectum miseriæ misericordia, nostræ resurrectionis spes ex sua resurrectione, cœlestis Ierusalem recuperatio. *a pag.* 251 *ad pag.* 253.

Eiusdem, sermo 3 I. In hoc quod Mariæ emunt aromata, datur intelligi, quod amaritudo pœnitentiæ suauitatem spiritualis consolationis meretur. II. Aromata alia mentis, quæ compassionis affectus, rectitudo zeli, discretionis spiritus; alia linguæ, quæ modestia in increpando, copia in exhortando vel orando, efficacia in persuadendo; alia manus quæ continentia, misericordia, patientia. III. Resurrectio Christi figura est spiritualis resurrectionis quæ fit in præsenti, est & pignus &
C securitas resurrectionis futuræ. IV. Ad nostram instructionem Christus resurrexit citò, verè & non ampliùs moriturus. V Quatuor de sepultura dominici corporis sumpta fideles instruunt circa dominici corporis receptionem; Corpus enim in sindone munda inuoluitur, Nicodemus myrrham & aloë affert, in monumento exciso in petra nouo ponitur, magnum saxum ad ostium monumenti collocatur. *a pag.* 353. *ad pag.* 356.

Eiusdem, sermo 4. in Euang. quod mysticè de religione, de ingressu & sepelitione alicuius in claustro explicat: & imprimis religionem, Christi esse sepulchrum, in quo corpus eius mysticum

mundo mortuum quiescit; & illud sepulchrum, Helisæi sepulchro figurat: Claustralem tripliciter esse mortuum vult. 1. mortis assidua meditatione, 2. sui despectione, 3. suarum concupiscentiarum mortificatione. *A pag. 356. ad pag. 358.*

HUGONIS A S. VICTORE sermo in die sancto Paschæ I. Paschale conuiuium mensæ & cibis Salomonis mysticè assimilat; ita vt triginta cori similæ in eo inueniantur per sanctæ Trinitatis fidem, sexaginta cori farinæ per bonam actionem; decem boues pingues per decem præcepta legis, viginti boues pascuales per alia legis mandata; centum arietes per eminentissimos scripturæ sensus; venatio ceruorum, caprearum, atque bubalorum, & auium altilium, per eiusdem scripturæ alios sensus nouos & rariùs auditos, quos lectione & meditatione discurrendo ex diuersis libris quasi diuersis syluis venamur, & auditoribus nouo quodam ac insuitato dicendi modo dispensamus. II. Alteram profert huiusce conuiuii expositionem, intelligitque per similam & farinam, doctrinam, quæ est in præceptis vtriusque testamenti; per animalia domestica, exempla sanctorum ex gentibus pro Christo peremptorum; per syluestria animalia, actiuos; per aues, contemplatiuos. III. De Eucharistiæ sacramento differit, eius excellentiam commendat, vtilitates ex ipso manantes expandit, indignè communicantes fortiter reprehendit. *Tom. 2. lib. Institut. monast. Serm. 94. pag 416. & sequentibus.*

S. HYERONIMI sermo de resurrectione Domini, vel potius ipsi adscriptus. Media pars de verbo ad verbum reperitur apud D. Augustinum serm. 137. de Tempore, & apud D. Eusebium Emisenum homil. 1. de Paschate. Altera verò pars etiam habetur apud D. Maximum Homilia prima in festo Paschæ. col. 622. & apud eumdem D. Eusebium Emisenum homil. 2. vnde suprà. *Tom. 4. col. 882. & sequent. serm. 29.*

Sermo alter vnde supra, ipsi etiam attributus. Hodiernum diem omnium

A dierum nominat matrem; eiusdem diei varia sacramenta exponit; eumdem cum Sabbato Iudæorum confert; Iudæorum & Christianorum discrimen perpendit. *Ibid. serm. 34 col. 889. & seq. Habetur etiam inter D. August. serm. de Temp. serm. 136. serm. 1. in die Paschæ, Tom. 10.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. in illud *Ioan. 16. Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad Patrem.* Docet I. eàdem quâ Christus viâ passionis gradientibus, expectandam esse resurrectionem. II. Cuique, virtuti studenti, quatuor ardua superanda proponit, & transcendenda: Omnes sensus & visibilia: Omnes vires corporales & spirituales. Omnia desi-

B deria cum proprietate coniuncta: Imagines vniuersas. *à pag. 192. ad 199.*

Eiusdem sermo 2. ad hæc verba: *Rogo Pater vt sint vnum sicut & nos vnum sumus.* Initiò proponit qua via ad eam vnionem perueniri possit; scilicet seipsum perdendo, obliuiscendo, & in Deum tranformando. II. Veram vitam ex vera morte oriri. III. Perfectè mortificato, omnibus vti licitum esse. Vbi & perfectam deducit mortificationem, quâ vnum cum Deo euadimus. *à pag. 199. ad pag. 204.*

Eiusdem sermo 3. qui est præcedentis pars altera, probatque homini ad vnionem hanc tendenti virtutum imagines abdicandas esse. II. quicquid ad Deum apposueris tibi, scindere vnita-

C tem III. Ob hanc vnitatem, tantum valere opus paruum quantitate, quantum magnum. IV. Veræ vnitatis proponit modum, tàm cum Deo, quàm cum proximo. *à pag. 204. ad 209.*

Eiusdem sermo 4 circa Euangelium feriæ secundæ, de duobus discipulis euntibus in Emmaus. I. Docet vnicuique eundum esse in Emmaus, vt non solum præcepta, sed etiam consilia sectemur. II. Christum esse viam & ostiũ ad Deum perueniendi. III. secundum spiritum, ingressum nobis patere ad Deum IV. Spiritum à rebus sensibilibus, & ipsa anima abstractum, facilius ad Deũ ingredi. V. qui sunt pedes quibus ad Deum imus. *à pag. 209. ad 214.*

Eiusdem

Eiusdem sermo 5. ad illud Euangelij eiusdem: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis*. Declarat, quinque esse gradus dilectionis. I. vt sit semper mobilis. II. vt sit perseuerans. III. vt sit feruidus. IV. vt sit acutus. V. vt sit superferuidus. *à pag.* 214. *ad* 217.

Eiusdem sermo 6. ad illud Euangelij Sabbati; *Conuersa illa dixit. Rabboni*. I. docet Christum manifestari iis qui à creatura auertuntur. II. Christum summi boni magistrum, esse amandum: summæ veritatis doctorem, esse contemplandum summæ perfectionis magistrum, esse imitandum. *à pag.* 218. *ad* 220.

B. Ivonis Carnotensis sermo in die Paschatis. I. Quòd meritò vterque homo noster interior & exterior hodie lætatur, ostendit: quia vterque Christo consuscitatur: interior in re, exterior in spe II. Dominicæ diei sacramenta aperit. III. Mysterium temporis celebrationis hodiernæ festiuitatis declarat. IV. Quænam requirantur ad dignè dominicum Pascha celebrandum, edocet. *Tom. 1. Auctar. Bibl. Patrum col.* 830. *& sequent.*

S. Lavrentii Ivstiniani in festo Resurrectionis Domini serm. I. Quòd conformetur mater Ecclesia capiti suo Christo in suis membris; II. Quòd in filiis toto orbe terrarum diffusa hodie exultet, & spiritali lætitia repleatur. III. Quòd ob beneficia hac die hominibus collata sit spiritaliter lætandum. IV. Quòd hodierna die cunctis, quæ inferius sunt oblitis, diuinis sit intendendum laudibus, Deoque gratias agendum. V Quòd in corde nostro tanquam mystica domo hospitium sit parandum. VI. Quòd mysteria hodie peracta tanquam præsentia sint animo reuoluenda. VII. Quòd verus dominicæ Resurrectionis cultor, per virtutis studium, & pii amoris incendium mediatori Christo inhærere concupiscat, *Part.* 2 *pag.* 634. *& sequent.*

S. Leonis sermo primus de Resurrectione Domini. Tractat de duplici vita ac morte, de Resurrectionis dominicæ documentis, & immortalitate A Christi; Vbi docet. I. Quamdam esse mortem quæ est causa viuēdi, & quamdam vitam quæ est causa moriendi. II. Mirabilem extare commutationem hominis, cum de imagine terreni, transfertur ad imaginem cœlestis III. Temporalia despicienda, & ad cœlestia anhelandum esse toto conatu. IV. Creaturarum nouitatem Christi Resurrectione fuisse factam. *a col.* 195. *ad col.* 198.

Eiusdem sermo secundus vnde supra; Quod crux Christi sit saluandis sacramentum & exemplum, & de mysterio incarnationis. Quòd contra quoscumque inimicos, dominica cruce tanquam inuincibili armatura muniti, nobis sit fortiter dimicandum. Quòd B crucis vera susceptio sit interfectio cupiditatum, omniumque errorum abdicatio. Quòd hæretici naturam humanam in Christo negantes sint salutiferi sacramenti impugnatores, & Paschalis festi exules. *a col*, 198. *ad col.* 202.

✠ Leonis Avgvsti Imp. orat. 7. In magnum ac salutare aduersus mortem excitatum trophæum. Initiò ostendit festum hunc diem ob deuictam mortem, celeberrimum esse, ac Paschate Iudæorum, sacrisque Gentilium augustiorem; quod fusè deducit. 2. Præsentis festi summam init; de Deo primum agens incarnato, & hominem à vinculis exsoluente & liberante morte propria. 3. Pascha Christianorum, C per illud Iudæorum præfiguratum demonstrat. 4. Descensum Christi ad inferos gloriosum intuetur, docetque exaltatum Christum inter humilia. Vbi & de mulieribus vnguentiferis, & de triduo mortis Domini. *Auct. noui Bibl. PP. Græco-Latino tom.* 1. *à col.* 1692. *ad* 1712.

D. Macharii Ægyptii homilia. Duo complectitur, vnum, geminam resurrectionem animarum & corporum: alterum, diuersam resurgentium gloriam & inæqualitatem, quam variis similitudinibus demonstrat. *Homil.* 36 *pag.* 193.

S. Maximi homilia prima in festo Paschæ; *A col.* 621. *ad col.* 624. *Habetur*

apud SS. Augustinum, Hyeronimum, & Eusebium Emisenum, vt hic supra annotauimus in serm. D. Hieronymo adscriptis pag. 140. *col.* 2.

Eiusdem homilia secunda vnde supra. *Col.* 624. *& sequentibus. Reperitur inter Homilias. D. Eusebii Emiseni de Paschate homil.* 4 *vide h.c superius in D. Eusebij Emis. sermonib.*

Eiusdem homilia tertia de eodem. I. Docet lætitiam hodiernæ festiuitatis omnibus esse communem, quia omnes Christo resurgente surreximus. II. Resurrectionis dominicæ veritatem validis confirmat argumentis. III. Iudæorum in posteros suos crudelitatem & impietatem exaggerat. IV. Rursus quo pacto verum sit, quod in Christo omnes surreximus dilucidè exponit. V. Hodiernum diem beatum prædicat, dieque nostræ creationis longè meliorem. *A col* 626. *ad col.* 629.

Eiusdem homilia quarta in eadem solemnitate. I. Magnitudinem beneficii humano generi hodie collati ponderat. II. Pascha mysticè explicat. III. Christianorum spiritales ætates describit. IV. Infantium simplicitatem commendat, & ad eius imitationem prouocat. *Col.* 630. *& sequentibus.*

Eiusdem homilia quinta vnde supra. Agit de hominis reformatione ac innouatione per iustitiam: & de Aquilæ renouatione mystica à Dauide decantata. *Col.* 631. *& sequentib.*

✠ Nicolai de Cusa sermo I. Postquam ostendit mortem Christi, nostram superasse: Colloquium affectiuũ miscet cum Maria Magdalena; & loquentem introducit. I. Ad quid cum Maria Iacobi contra sepulchrum se constituerit, & vnguenta emptura redierit. II. Emptionem vnguenti ad litteram & mysticè proponit eadem: quidque dilecto iacenti in tumulo esset dictura. III Non inuento corpore, se ad Petrum & Ioannem accurrisse nuntiaturam: cùm quibus rediens Angelos vidit. IV. Quid audierit ab Angelis; & quomodo Dominum viderit sub specie hortulani. *Exercitat. lib.* 3. *a pag.* 405. *ad* 408.

A Eiusdē, sermo 2. tria inquirit quomodo Christus resurrexit; quid operatur in nobis resurrectio? quid est? respondet 1. Resurrexit, quia Deus & homo. 2. Omnes in virtute eius resurgemus 3. vita mortalis est vespertinum crepusculum; mors succedens, nox; resurrectionis vita, dies nocti succedens, nunquàm deficiens. *Excit. lib.* 8. *pag.* 600.

✠ Eiusdem sermo 3. ad ea verba: *Crucifixus surrexit.* Docet. I. neminem resurgere nisi crucifixum exemplo Christi. II. Quid sit seipsum crucifigere. III. Hominem ex duplici desiderio componi; quorum vnum est veluti vir, aliud vt mulier; & decere virum mulieri dominari: quod docturus venit B Christus IV. Id proprijs viribus nos non assequi, sed merito fidei quæ est in Christum, cuius crucifixi sequimur exemplar vt regnemus. *Exercitat. lib.* 8. *pag* 602. *&* 603.

S Odilonis Abbatis de Resurrectione Domini sermo primus. Quòd vera sit promissio Christi de resurrectione corporum facta. Quòd duplex sit vita, & mors, corporis nimirum, & animæ. Quòd à duplici morte Christus nos liberauerit. *Biblioth. Cluniacens. S. Odil. serm.* 5. *col.* 383. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus de eadem. I. Hortatur vt ad imitationem sanctarum mulierum in odorem vnguentorum Christi curramus: & ad C auctorem nostrum virtutum odorem portantes, gressu mentis semper incedamus. II. Resurrectionis dominicæ historiam litteraliter & tropologicè perstringit, & interpretatur. III. Beatæ Virginis Mariæ de sui dilectissimi filij Resurrectione fidem laudibus celebrat. IV. Christi resurgentis victorias pangit, & reportatos de inimicis gloriosos loquitur triumphos. V. Mala ab Adamo profluentia, cum bonis à Christo nobis misericorditer concessis, grauissima antithesi confert. VI. Ad spiritalem excitat lætitiam, ob magna & sacratissima hodierna die patrata mysteria. *Ibid. serm.* 6. *à col.* 384. *ad col.* 388.

Eiusdem sermo tertius vnde supra. Omnes inuitat ad gaudium, ad exultationem, ad laudes Deo canendas. Quatuor enumerat specialia diuini muneris beneficia, ex omnibus dominicis liberalitatibus excepta; & diuinam bonitatem multùm commendat, *Ibid. serm. 7. col.* 388. *& sequentibus.*

✠ Rabani Mauri homilia. I. Declarat quid sit & quod sit Pascha nostrum. 2. huius diei laudes recenset. 3. Paradisi ianuam deinceps apertam esse; & de duabus portis, Ecclesiæ & paradisi. 4. Celebrandum esse hunc diem non in fermento veteri, sed in azimis sinceritatis. *To.* 5 *p* 589. *col.* 2. *&* 590. *c. t.*

✠ Radvlphi Ardentis homilia in vigilia Paschæ pronuntiata huic diei autem aptanda in id Coloss. 3. *Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt. &c.* I Apostolus nos hortatur bona sapere, non mala: cœlestia, non terrena: cœlestia sapit qui terrena contemnens. sola cœlestia concupiscit. II. Mori debemus mundo, carni, propriæ voluntati; vt Deo solùm viuamus & vita nostra sit abscondita cum Christo in Deo. III. Benefacientes præmium sunt consequuturi æternum, cuius causa, largitor & auctor Christus est. *A fol.* 171. *pag.* 1. *ad fol.* 174. *pag.* 1.

Eiusdem, in epist. hodiernam homilia in qua resurrectionis modus & causa traditur. Primò. Vetustas exuenda peccati, quæ nos curuos & imbecilles facit, virtutes mentis hebetat, animam trahit ad mortem. Secundò. Nouitas habenda, *vt sitis noua conspersio*, id est, noua pasta; puta à veteri fermento & ab omni immunditiâ. Tertiò. Noui esse debemus quia ad nouum prandium sumus vocati. Quartò. Epulum animabus est necessarium. *Nisi enim manducaueritis carnem filii hominis, &c.* quod fit & sacramentaliter & spiritualiter. Quintò. Deum recepturi, hospitium mundum purum & honestum ei præparare debemus. *A fol.* 174. *pag.* 1. *ad fol.* 178 *pag.* 1.

Idem. de eadem solemnitate Paschali homiliâ in euang. Historicum refert sensum, dicens; mulieres fuisse deuo- A tas in Christum, postulantes fuisse exauditas, ab angelo consolatas & de resurrectione Christi eruditas, & primas ad euangelizandum dominicam resurrectionem missas. Moralem dat intelligentiam, & nos instruit, qui, quando, cum quibus, & qualiter ad calicem corporis & sanguinis Domini accedere debeamus: qui? sc. qui trinitatem fide & moribus profitentur; quando? expulsis à corde nostro vitiorum tenebris; cum quibus? cum suauitate bonorum operum, & fragrantiâ virtutum; qualiter? cum humilitate, nihil de se præsumendo, propriam infirmitatem fatendo, & diuinum auxilium inuocando. *à fol.* 178 *pag.* 1. *ad fol.* 183. *pag.* 1.

B ✠ Richardi a S. Victore sermo in die Paschæ. Imprimis, Passionem & Resurrectionem Christi non solùm veritatem & figuram esse dicit, sed etiam medicinam. Deinde de exemplo & remedio Passionis & Resurrectionis Domini prosequitur: ostenditque Christum præbuisse exemplum humilitatis, & charitatis; (vbi præclara de his virtutibus.) Remedium verò, quia medicamento humilitatis sanatur morbus totius elationis: dono autem charitatis curatur infirmitas cupiditatis. Item remedium Passionis, in iustitia intelligitur & in misericordia. (Vbi de mortis & inimicorum salutis prostratione.) Insuper Resurrectionis C remedium in fide & spe agnoscitur: ipsâ etenim reformata est fides Apostolorum, accensa sunt corda: & ardenti inflammata desiderio immortalitatis futuræ. Præterea docet Domini Resurrectionem, geminam effecisse resurrectionem; animarum quidem in præsenti, corporum autem in futuro. Porrò exemplum Resurrectionis attenditur penes spiritalem nostri renouationem, & in virtute profectum. Denique modum tradit dignè celebrandi Paschatis festû, & mysticam processionem instituit. *Part.* 1. *a pag.* 570. *ad pag.* 575.

✠ Theodori Stvditæ sermo catechet. in sacrû Pascha. Quàm sit vtile fidelibus, sæpissimè Christi mysteria animo reuoluere: & qualiter omnis vita

nostra solicitè sit exigenda, ostendit. *Tom. 2. Auctor. Bibl. Patrum Catech. 1. col. 1285. & sequentibus.*

Eiusdem sermo catech. Quòd præsens Pascha licet venerandum & ingens, tamen sit simulacrum futuri & æterni: ideóque mala præsentia fortiter patienterque ferenda docet. *Ibid. Catechef. 66. col. 1344. & sequentibus.*

Eiusdem sermo catechet. Quòd vitiis obire, ac virtutibus reuiuiscere, sit feriari quotidie: Dominoque Deo Pascha peroptabile, celebrare. *Ibidem Catech. 67. col. 1345. & sequent.*

✠ Thophanis Ceramei homiliæ vndecim, à 28. vsque ad 37. quarum titulum facit. Interpretatio in vndecim Euangelia matutina.

In primum matutinum hom. 28. tractat Euangelium de abitu discipulorum in Galilæam, vbi Dominum rediuiuum viderunt. Matth. 28. & est Euangelium feriæ 6. post Pascha. Et 1 hortatur, vt animi sensa ascensuris in montem cum discipulis purgentur. 2. explicat cur Christus, cùm aliàs pluries apparuerit de hac sola mentionem fecit, quæ est in monte Galilex. 3. cur aliqui dubitauerint, alij autem non ita. 4. causam aperit gloriæ Christi in qua apparebat, 5. Mysterium Trinitatis à Christo manifestè omnibus declarari. Vbi & de baptismo sermonem facit. 6. de operibus agit, ad fidem ædificandis. 7. de Christi assistentia futura. Et hæc discutit seruato ordine textus Euangelici. *à pag. 213. ad 218.*

In secundum matutinum hom. 29. tractat Euangelium diei Paschæ ex Marco cap. 16. breui præfatione habita 1. statuit concordiam Euangelistarum circa itiones mulierum ad monumentum. 2. docet cur sabbato Christus in monumento quieuerit, anima interim operante. 3. Ipsum Euangelij textum explanat & obseruationibus illustrat. *à pag. 219. ad 224.*

In tertium matutinum, hom. 30. circa Euangelium Marci 16. vbi Christus apparet Magdalenæ. Initium facit à laude scripturæ, quæ sit perennis fons. 2. statuit horam resurrectionis incertam

A esse. 3. explicat quæ sint septem dæmonia à Magdalena eiecta. 4. cur Magdalenæ apparuerit Dominus. 5. agit ex serie textus, de apparitione facta duobus euntibus in Emmaus. Vbi declarat quid sit videri in alia effigie, & apparentem inter Euangelistas contrarietatem derimit. 6. explanat Euangelium qnod legitur in festo Ascensionis. Vbi de missione Apostolorum. De baptismo, fide & operibus: de potestate signorum facta Apostolis; De ascensu Christi in cælum, & de profectione Apostolorum ad prædicandum, breuiter loquitur. *à pag. 224. ad 230.*

In quartum matutinum hom. 31. De mulieribus euntibus ad monumentum

B secundum Lucam cap. 24. Primo institutū orationis proponit. 2 hanc sedulitatē mulierū aliam esse ab illis, de quibus Matth. Marcus & Ioann. autumat. 3. expendit cur his duo apparent viri. 4. Vndè hæ timorem conceperint. Simul ac deposuerint. 5. An mulieres Apostolis resurrectionem Domini nunciauerint. 6. de cursu Petri & Ioannis ad monumentum 6 tandem hortatur, imitari religiosas has mulieres. *à pag. 230. ad 233.*

In quintū matutinum hom. 32. expendit Euangelium feriæ secundæ Paschæ. Et 1. ostendit quo ordine sensim resurrectio electis discipulis indicata sit. 2. Explanat Euangelij textum, va-

C rijsque elenat notationibus. 3. Cur Petro apparuerit, ostendit. 4 Hortatur vt hoc discipulorum per imitemur. *à pag. 233. ad 238.*

In sextum matutinum hom. eiusdem 39. quæ in salutarem Ascensionem refertur suo loco.

In septimum matutinum hom. 33. assumit Euangelium Sabbati in Albis ex Ioan. cap. 20. Et declarat 1. Cur mulieri primum Christus apparuerit. 2. mysticè interpretatur tempus quo venit Magdalena ad monumentum. Lapidem etiam sublatum; de Christo intelligit. 3. Agit de cursu Petri & Ioannis ad monumentum. 4. Quomodo Ioannes notus fuerit Pontifici mysticè exponit. 5. De linteaminibus sepulchri indici-

bus resurrectionis; & cur sudarium seorsim ab eis positum, repertum sit. *A pag.* 238. *ad* 244.

In octauum matutinum hom. 34. est de apparitione Domini in specie hortulani, quæ legitur feria 5. Paschæ Et 1. Ordinem statuit historiæ. 2. docet cur duo Angeli Magdalenæ apparuerint. 3. Docent Angeli non raptum fuisse Dominum. 4. Cur retro conuersa fuerit Magdalena. 5. Cur Christus hortulani specie appareat. 6. Cur agnitus, ab ea tangi noluerit. 7. Quomodo Christus, Deum, patrem suum appellet. *A pag.* 244. *ad* 247.

In nonum matutinum hom. 35. sumit Euangelium Dominicæ in Albis Et 1. examinat cur manè mulieribus, serò autem discipulis appareat. 2. agit de gaudio Apostolorum. 3 de pace bis oblata. 4 de ostensis manibus & latere. 5 de insufflatione. 6. de missione Apostolorum. 7. de Thomæ dubitatione, eiusdemque confirmatione in fide. *A pag.* 247. *ad* 251.

In decimum matutinum hom. 36. Euangelium feriæ 4 Paschæ expendit. Et docet 1. cur hi soli piscatum ierint. 2. de successu piscationis. 3 cur pueri vocati à Christo 4. allegoricè piscationem hanc explicat. 5 feruorem Petri considerat. 6. Piscium attractionem ad terram, & apparatum quem illi inuenerunt discipuli, expendit: & cur illic potus non fiat mentio. *à pag.* 252. *ad* 257.

In vndecimum matutinum. hom. 37. in Euangelium Vigiliæ festi SS. Apostolorum Petri & Pauli, ex Ioan. cap. 21. Et 1. Cur Petrum Christus interrogauerit exquirit; vbi tres fructus huius interrogationis proponuntur. 2 expendit quàm cautè Christo Petrus responderit. 3. declarat quid inter amorem & dilectionem intersit. 4 docet quos pascendos ter Petro commiserit Dominus. 5. cur sit contristatus Petrus ostendit. 6. considerat prædictionem futuræ mortis factam Petro, eiusque circunstantias. 7 exponit quod sequitur apud Euangelistam, de sequela indicta Petro à Domino, vbi & de Ioanne remansuro fusè loquitur. 8. tandem de incomprehensibilitate operum Christi, ab Euangelista significatam paucis tractat. *A pag.* 257. *ad* 264.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo primus, in illud Apostoli; *Pascha nostrum immolatus est Christus*. Probat Christum se nobis triplici modo exhibuisse in esum, videlicet, sacramentaliter, spiritualiter, æternaliter; & ideo triplex Pascha fecit nobis, iuxta tria Paschata à filiis Israel celebrata. Ad dignè autem sacramentale Pascha celebrandum, Agnumque mysticum comedendum, quinque requiri videntur; expurgatio nimirum, à carnali concupiscentia, à superbia, ab auaritia, mentis munditia, & veritatis vita. *Tom.* 16. *fol.* 12. *col* 2. & 3.

Eiusdem sermo secundus, in illud Euangelij, *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit*. Quinque considerantur in hoc discursu; scilicet, infinita Christi bonitas, ipsius delectabilis speciositas, admirabilis ipsius charitas, iucunda Dei solemnitas, & feruens mulierum charitas. Christi bonitas in tribus hodie apparet, in liberatione humani generis à dæmone, à morte, & ab inferno. Resurgentis speciositas notatur in eo quòd dicitur Nazarenus, id est, floridus; fuerunt autem in ipso tria genera florum, rubeorum, nigrorum, & candidorum. Saluatoris charitas ex mortis genere colligitur; voluit autem mori morte crucis, vt se mortuum verè fuisse, & consequenter verè resurrexisse manifestè demonstraret, vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret: vt gloriosiorem de diabolo victoriam reportaret, & qui in ligno omnes vincebat, in ligno ab vno vinceretur. Huius diei celebritas petitur ex eo quod cœlum Angelum transmisit, terra præ gaudio exultauit, & infernus sanctos restituit. Charitas mulierum docet nos quærere Iesum tripliciter, fide, spe, & charitate. *Ibidem serm. dominic. fol.* 12. *col.* 3. & 4.

Eiusdem in festo paschali sermo tertius in illud, *Hæc dies quam fecit Dominus, &c.* Diem istam prædicat admirabilem, amabilem, & desiderabilem; Admirabilem dicit, quia hoc cœli enarrant,

terra demonstrat, inferi clamant. Amabilem etiam, quia in ea mors superatur, vita reparatur, aditus æternitatis referatur. Desiderabilem quoque à cœlis, vt referarentur: à terris, vt illuminentur, à mortuis, vt suscitentur. In hac autem die tam celebri lætari debet anima, Christo resurgenti congaudendo: à morte cum eo resurgendo, in spe nostræ resurrectionis hodie inchoatæ iubilando, Lætari debet & corpus, in nouitate vitæ, & morum honestate ambulando, diem festum celebrando: & Christo resurgenti laudes decantando. *Ibidem serm. fest. fol.* 35. *col.* 1.

S. Zenonis Veronensis nouem sermones de Pascha. *In primo*, agit de quatuor anni mysticis temporibus, & de die sacramentali dominicæ Resurrectionis. *In secundo*, de die Resurrectionis, & de spe immortalitatis. *In tertio & insequentibus*: paucis additis, quibusdam verò mutatis, ea pertractantur quæ in secundo scriptis mandauit. *To.* 2. *Bib. Patr. à col.* 754. *ad col.* 757.

Eiusdem sermo de Resurrectione. I. Docet de Resurrectione futura non dubitandum. II. Eius veritatem confirmat. III. Cur aliqui eam audeant denegare, causam aperit. IV. Animæ immortalitatem quam-plurimis comprobat argumentis. V. Christianos nimio fletu super mortuos plangentes, quasi non essent ad vitam redituros, grauiter reprehendit. VI Non hominestantùm, sed penè omnia suis mortibus viuere pulchra inductione demonstrat. VII. De iustorum, & iniustorũ discretione, in resurrectione futura, differit. *Ib. serm. vltim. à c.* 792. *ad c.* 796.

✠ B. Thomæ a Villanova Concio 1. in illud: *Precedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. Marci vlt.* I. Hac die lætissima, Christo dicit esse gratulandum victori; & nobis ob spem futuræ resurrectionis, & pro iustis immutatione. II. Proponit tractandam ex Euangelio historiam resurrectionis Christi. III. quam gloriam, & quale triumphum ob merita infinita obtinuerit Christus, exponit. *Vt in nomine Iesu omne genuflectatur.* Vbi de descensu ad inferos. IV. Introducit Iesum, tristem, familiam suam, apud Virginem Mariam collectam, consolantem; ad cuius Virginis preces suscitatur. V. Ipsam resurrectionem describit. VI. Mulieres ad monumentum euntes contemplatur, & ob oculos ponit. VII. Inuehitur in Iudæos incredulos mulieribus: & cæteram Euangelicam historiam percurrit, & piis ornat meditationibus. *A fol.* 71. *col.* 3. *ad fol.* 74. *col.* 3.

Eiusdem Concio 2 in illud: *Surrexit sicut dixit. Matth.* 28. Plures causas recenset cur Christu tertia die resurrexerit; & non distulerit ad finem sæculi. I. est, Christi gloria, & inimicorum eius confusio. II. Ad fidem cordibus B nostris inferendam. III. Ad spem nostram erigendam. *A fol.* 74. *col.* 3. *ad fol.* 75. *col.* 2.

FERIA SECVNDA PASCHÆ.

S. Avgvstini sermo in Euangelium. I. Discipulorum in via cum Christo ambulantium, & à via vera aberrantium incredulitatem ostendit. II. De christi agnitione in fractione panis, & de carnis eiusdem Christi sacramentali manducatione differit. III. Hospitalitatem multùm commendat. IV. Docet Christum ideo ascendisse in cœlum, vt Ecclesia in fide ædificaretur. *Tom.* 10. *serm.* 140. *de temp. fol* 198.

C Eiusdem sermo de Resurrectione hac die habitus. I. Incredulitas discipulorum & fidelium reprehenditur. II. Ideò Christum fuisse crucifixum, vt in cruce ostenderet veteris hominis nostri occasum: & resurrexisse à mortuis, vt in vita sua nostræ vitæ demonstraret nouitatem, docetur. III. Vt peccatis moriamur & Christo viuamus, suadetur IV. Discrimen inter viuere & benè viuere ostẽditur. V. vnde homo beatè viuat declaratur. VI. Æternæ vitæ fœlicitas cõmendatur. *Ib. serm.* 141. *de tẽp. f.* 198. 199.

Eiusdẽ sermo vnde supra, Agit de hodierna Christianorũ lætitia, de cõfusione & pœna Iudæorũ, de Christi Domini humilitate & erga homines dignatione. *Ibid. serm.* 142. *de temp. fol.* 199. *col.* 1.

Eiusdem sermo vnde supra, de Resurrectione corporum contra infideles. I. Quomodo ex creaturis possimus deuenire in cognitionem Creatoris pulchrè ostenditur. II. Philosophorum & Paganorum errores de exitu & reditu animarum recensentur, & confutantur. III. Immortalitas, & æterna fœlicitas comprobantur. *Ibid. serm.* 143. *de temp. fol* 199. 200.

Eiusdem sermo in Euangelium hodiernum secundum Lucam. I. Quare Deus voluerit, vt ex quatuor Euangelistis duo tantùm essent de numero Apostolorum, duo autem alii extra numerum ipsorum, rationes profert II. Qualiter sit facta hodierna Christi apparitio declarat, & Euangelistas concordat. III Christum hospiti assimilat, B hospitalitatemque commendat. IV. Vsuram suadet sed spiritalem. V. Ad eleemosynam suo hortatur. VI. Quo pacto adhuc Christum hospitio excipere possimus, docet. *Ibidem serm.* 146. *de temp. fol.* 201. 202.

S. V. Bedæ homilia in Euangelium. Textum explicat tum ad litteram, cùm ad spiritalem intelligentiam: stadiorumque sexaginta mysterium aperit. *Tom.* 7. *hom. Æstiual. de temp. col.* 7. *& sequentibus.*

S. Bernardi homilia, de duobus discipulis euntibus in Emaus. Euangelium mysticè interpretatur hoc modo. Duo discipuli, oratio & meditatio, quæ C coniunctione necessaria sibi ad inuicem copulantur, & de Christi passione acerbissima confabulantur: quibus apparet Iesus, vita scilicet, & salus: imò & appropinquat; quia iuxta est iis qui tribulato sunt corde; Oculi earum tenentor, ne eum agnoscant: quia cùm oculi sint amor & desiderium, nescit homo vtrum sit dignus odio vel amore; nec quando ex hoc exilio transmigrans adipiscatur regnum, & videat Deum; In Emaus proficiscuntur, hoc est, in desiderium consilij, per decem mandatorum obseruationem, sæculi abrenunciationem, morum conuersionem, propriæ voluntatis abiectionem, cordis custodiam, & sermonis circumspectio- A nem: quæ in spatio stadiorum sexaginta designantur. Christus illas alloquitur, oratio autem interrogationi respondet, & dulces suas exprimit querimonias; meditatio verò Iesu crucifixi memoriam animo reuoluit, & quæ Christus passus est sibi ante oculos ponit Consolatur eas dulcissimus Iesus charitatiuè increpando per scripturarum authoritatem, seu per occultam inspirationem. Fingit autem Dominus se longiùs ire, sed hæ ambæ discipulæ suspiriis & lachrymis cogunt eum vt maneat quoniam aduesperascit & inclinata est dies, appropinquante enim mundi termino superexcrescit iniquitatis nox, & lux charitatis minuitur: Tunc intrat cum illis, panem accipit, benedicit, & porrigit, gratiam videlicet. Cognoscitur in panis fractione, id est, in humilitatis virtute; Euanescit ab oculis, cum enim incipit cordi dulcescere, tunc fugit, vt de absentia sua faciat nos dulciter dolere: sed dum ob eius absentiam, possident nos dies afflictionis, recogitet memoria cordis ardorem, & deuotionis pristinum feruorem, dum loquebatur Dominus in silentio ad cor animæ: porrò expectet tempus futuræ beatitudinis, vt in patria fideliter enarret, quæ gesta sunt in via, & quomodo agnitus est in fractione panis, in gratiarum distributione & communicatione. Cæterùm singula Euangelij verba exponit, præclaris conceptibus illustrat, & de meditatione, oratione, deuotionis consolatione, Christi peregrinatione, eius potentia in opere & sermone, piis cogitationibus, sanctis affectibus, nec-non de humilitate pluribus disserit. *A col.* 176 *ad col.* 187.

✤ S. Bernardini Senensis sermo, de Domino Iesu Christi, qui triplici functus est officio. Primò. Creatoris, creauit enim Deus omnia 1 vt se communicaret propterea creauit non entia, distinxit creata, ornauit distincta: 2. vt in cunctis honoraretur filius eius Christus, primatum omnium tenens: 3. vt ab hominibus & Angelis perfectissimis creaturis glorificaretur, tanquam ab omnibus creaturis. Secundò,

Redemptoris. 1. enim in Angelorum creatione est reuelatus reconciliator inter Deum & homines; 2. fides venturi Christi, in Angelorum creatione fuit eis in arcâ mysticè demonstrata; 3. tam in bonorum Angelorum creatione, quàm in damnatione malorum, glorificatus est. Tertiò. Glorificatoris, ille enim in cœlo 1. honoratur; 2. glorificatur; 3. coronatur. *Ex Quadrag. de christianâ religione, tom. 1. à pag. 368. col. 1. ad pag. 374. col. 1.*

Eiusdem, sermo, in quo describuntur duodecim perfectiones hominis innouati, seu beati: quarum 1. est, in vitâ actiuâ exercitatio: 2. In vitâ contemplatiuâ perfectio seu delectatio: 3. In iustitiâ perseueratio: 4. Paternalis & maternalis proximorum dilectio: 5. Scientia infusa, per quam diuinitus illustratur: 6. Prudens discretio, quæ est practica luminis præcedentis: 7. Ardens affectio, qua leuis redditur labor: 8. Feruens locutio: 9 Exemplatio: 10. Prædicatio: 11. Diffusio famæ: 12. Deuotorum veneratio. *Ex Quadrag. de Euangelio æterno. tom. 2. à pag. 931. col 1. ad pag. 936 col. 2.*

Eiusdem, sermo, de amore misericorde; tres esse misericordias differit. Prima est Diuina, quæ animam 1. præuenit sine ipsius merito; 2. illuminat, & ei inspirat vt non illa vel ista petat; 3. facit operari operationes bonas. Secunda. Infernalis & proximum desperans; & est quando peccator malè viuens, sperat in Deo, & putat Deum daturum sibi contritionem in morte, &c. Tertia. Parcens, quâ parcimus omnibus qui nos offenderunt, & remittimus aut reparamus damnum spirituale, corporale, personale & reale; ad id tenemus ex iustitia commutatiuâ. *Ex quadragesimali Seraphin. tom. 3. à pag. 418. col. 1. ad pag. 425 col 2.*

S. BONAVENTURÆ sermo primus in illud Euangelij, *Manè nobiscum Domine, &c.* Docet Christum ad manendum nobiscum allici per charitatis amicitiam, per orationis instantiam, per mentis opulentiam, & per pacis confidentiam. *Tom. 3. pag. 97.*

A Eiusdem sermo secundus in illa discipulorum verba, *Nonnè cor nostrum ardens erat in nobis, &c.* Cor hominis dicitur Dei speculum, arca, ager, & caminus; tanquam speculum debet esse mundum innocentia: tanquam arca plenum virtutum opulentia: tanquam ager, fructiferum operatione bona: tanquam caminus, accensum amoris vehementia. *Ibidem pag. 97. 98.*

Eiusdem sermo tertius in illud; *Surrexit Dominus verè.* Ostendit quòd in scriptura sub attestatione veritatis nobis insinuantur quatuor de Deo. Videlicet, potentia, sapientia, clementia, & prouidentia; quod quidem sacris comprobat exemplis. *Ibid. pag. 98.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo de B Christi Resurrectione, & quarta manifestatione facta duobus discipulis euntibus in castellum. I. Triumphantem Christi Resurrectionem celebrat. II. Solem, qui præter horã, vt Domino compateretur, abscesserat claritate, cùm resurgeret Dominus ante tempus occurrisse asseuerat. III. Angeli stolam candidam contemplatur. IV. Mulieres introeuntes, & exeuntes de monumento considerat, & quæ gesserunt moraliter exponit. V. Quare Christus hodie discipulis apparuerit & non pluribus, rationem adducit. VI. De Christi faciei mutatione paucis loquitur. *Serm. 82. col. 216. & sequentibus.*

✠ DIONYSII CARTHUSIANI pro C hodierna epist. sermo, de oratione. Orare debemus 1. vt indulgeantur peccata præterita quantùm ad culpam & pœnam: 2. Propter peccata nostra quotidiana quibus omittendo & committendo Deum offendimus: 3. Vt à peccatis nos Deus præseruare dignetur: 4. Propter pronitates & procliuitates peccandi quibus sumus infecti: 5. Ne alliciamur & decipiamur à mundo: 6. Ne ab hostibus inuisibilibus nos impugnantibus debellemur; 7. Propter mala pœnalia quibus circumdamur: 8. Vt spiritualiter locupletemur: 9 Vt iugiter Deum honoremus. 10. Vt pro nostris satisfaciamus peccatis. 11. Vt à futuris purgatorii & inferni eruamur suppliciis:

cũs: 12. Vt proximos ædificemus, & eorum necessitati succuramus: 13. Quia ad exorandum sacra scriptura assiduè nos admonet 14. Vt aduersarios nostræ salutis inuisibiles, prosternamus: 15. Quia orare suo exemplo Christus nos docuit: 16. Quia incerti sumus, an simus in charitate. *Ex proprio de sanctis a fol.* 150. *pag.* 1. *ad fol.* 151 *pag.* 1.

Eiusdem, sermo 1. in euang. vbi agit de viâ quâ ad gustum spiritualis consolationis peruenitur. Prima via est, deputatio animæ à passionibus, peccatis concupiscentiis, quæ fit per pœnitentiæ actus, compunctionem internam, refrænationem delectationũ carnalium gustus & tactus. Secunda. Sensuum exteriorum custodia, inordinatarum depulsio affectionum, sæcularium consolationum aspernatio. Tertia. Amorosa mentis in Deum eleuatio; quæ transcendens seipsam & cuncta creata, in creatorem suspenditur, in diuitias gloriæ rapitur, & diuinæ maiestatis admiratione exhilaratur. *Ex sanctorum proprio, à fol.* 152. *pag.* 1. *ad fol.* 133. *pag.* 2.

Idem, sermonem 2. instituit de gaudio Sanctorum in gloriâ, cuius causam & incitamenta ita exponit. Suprà se gaudent, inquit, 1. De benedictâ & adoranda Trinitate: 2. De omni beatitudine, perfectione, decore, eminentiâ humanitatis Filii Dei: 3. In conspectu Virginis Mariæ de omni pulchritudine, eminentiâ, beatitudine, & honore ipsius: 4 De omnibus Angelis sanctis, & de animabus seu hominibus sanctis, qui eis in gloriâ sunt superiores: Gaudent quoque in se, de vniuersâ beatitudine, gratia & excellentia eis collata: Circa se, de sanctorum societate, & beata communione, Infrà se, non solùm de his qui eis inferiores sunt in gloria, sed de tota machina mundiali, quæ post diem iudicii erit pulcherrimè decorata. *In proprio sanctorum à fol.* 153. *pag.* 2. *ad fol.* 154. *pag* 2.

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium. Historiam hodiernam breuiter perstringit, & spiritali intelligentia illustrat. Ad hospitalitatem hortatur: & virtutum praxim suadet. *Tom.* A 3. *hom.* 23. *in Euangelia col.* 71. *& sequentibus.*

✠ Nicolai de Cvsa sermo, pro hodierno Euang. *Oportuit pati Christum, &c. Luc.* 24. Oportuit pati Christum, quia aliter veritati testimonium ferre non potuit; ipse enim ad hoc natus fuit, vt testimonium perhiberet veritati; quod probat ex Ansel. & aliis mediis. *Excit. lib.* 3. *a pag.* 418. *ad pag.* 419.

✠ Radvlphi Ardentis in euang. Luc. 24. *Exeuntes duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, &c.* Homilia in sex capitula distincta. Primo. Ostenditur ipsa die resurrectionis duos ex discipulis Christi iisse in Emaus, non per curiositatem, sed in ministerium, B more apum. Secundò. Dominus de se loquentibus, se in specie peregrini demonstrauit; Deus enim se diligentibus, & de se sermonem exhibentibus suam exhibet præsentiam. Tertiò Christus discipulos suos interrogat, vt ex dubiâ eorum responsione eos increpet, & interroget, & corrigat. Quartò se longius ire fictione bona fingit Dominus, vt discipulorum probet charitatem, &c. Quintò Discipuli agnoscunt dominum in fractione panis; quia bonus pastor plus cognoscitur in operando, quam in prędicando. Sextò. Vera charitas in discipulis est, dum nec cœna apposita, nec nox instans, à gaudii sui communicatione potest retardare. *A* C *fol.* 183. *pag* 1. *ad fol.* 187. *pag.* 2.

S. Thomæ Aqvinatis sermo in illud; *De Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta potens in opere, &c.* Quatuor notantur opera Christi, in quibus apparuit potentia eius. I. Opus est creationis. II. Opus recreationis. III. Opus miraculorum. IV. Opus retributionis. In primo opere potens apparuit, secundùm materiam, quia de nihilo cuncta fecit: secundùm modum, quia verbo creauit: & secundùm causam, quia magna fecit. In secundo opere potentiam suam manifestauit in passione, in resurrectione, & in ascensione. In tertio opere potens extitit, quia multa operatus est miracula, quia solâ verbi vir-

tute, quia propria authoritate. In quarto opere suam demonstrat potestatem, omnium creaturarum commotione, in mortuorum resurrectione, & in reproborum dæmoniorumque condemnatione. *Tom. 16. serm. Dom. fol. 12. & 13.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio in Euangelium hodiernum: in qua prius enarrat, & considerationibus sanctis eleuat hodierni & sequentis diei Dominicæ apparitionis historias. Deindè attendendum vult sub quatuor figuris Dominũ se rediuiuum ostendisse: quibus & ad vitam spiritualem resuscitatis hominibus, se præbet contuendum: Nouiter conuersis in forma hortulani: Proficientibus in via, in forma peregrini: Perfectis, in oratorio reclusis, in cælo conuersantibus, in propria effigie. His quidem in propria forma humana: perfectissimis autem in forma gloriosa. *à fol. 75. col. 2. ad fol. 77. col. 1.*

FERIA TERTIA PASCHÆ.

S. Avgvstini sermo primus hac die habitus. I. Ex discipulorum incredulitate, infidelitatem conditionis humanæ colligit. II. Apostolorum animarumque nostrarum alternationem egregiè describit, modo enim anima, Petri videlicet, de Deo illuminabatur, modo de suo obtenebrabatur. III. Incarnationis mysterium appositè explicat. IV. Apparitionem Christi duobus discipulis factam perstringit V. Probum Latronem in cruce Dominum confitentem commendat. VI. Quomodo Resurrectio Christi & ipse Christus sint in nobis, exponit. (Vbi de fide, de morte vitiorum, & vita virtutum. (VII. Malam vitam detestatur, & vt benè viuamus, suadet. *Tom. 10. serm. 144. de Temp. fol. 200. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus, de Resurrectione. Imprimis aduersus hæreticos incarnationem & Christi veram carnem, verumque corpus negantes grauiter agit, & ex gestis post Resurrectionem Domini comprobat. Deinde Ver-

A bi diuini ineffabilitatem demonstrat. *Ibidem serm. 145. de Temp. fol. 201.*

Eiusdem sermo tertius de Resurrectione corporum contra Gentiles, Varia inquirit, & soluit; Quare Christus post Resurrectionem manducauit? Quare cum cicatricibus resurrexit, cùm vitiaque erant prius in corpore non debeant resurgere cum homine? Quomodo erit corpus terrenum in cœlo? *Ibidem serm. 147. de Temp. fol. 202. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus in Euangelium hodiernum. Vulnera Apostolorum & discipulorum ostendit; Christum suis cicatricibus remedium adhibentem eosque sanantem demonstrat; Resurrectionis veritatem confirmat.

B S. Pauli conuersionem breuiter explicat. *Ibidem serm. 4 ex 17. quos dedit Carthusa Parisiensis fol. 317 & sequentibus.*

S. V. Bedæ homilia in euangelicam lectionem. Textum percurrit & exponit, historicè & tropologicè. Christum ipsa die qua resurrexit quinquies apparuisse testatur. Quare Dominus cum vulnerum cicatricibus resurrexerit, tres causas adducit. *Tom. 7. homil. æstiual. de temp. à col. 9 ad col 12.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo, ex quo videtur beatorum spirituum gloria; in quorum principio tres morulæ concurrerunt. in Primâ. Angelici spiritus sunt creati, quorum multitudinem vix homo comprehendere

C potest, aut distinctionem quâ specie distinguuntur; vel pulchritudinem, quâ omnem creaturam superant. In secundâ. Angeli boni fuerunt in cœlo gratificati, & mali in culpâ deprauati. 1. Pro Christi gratiâ acquirendâ ab Angelis bonis facta est pugna: 2 Ab Angelis bonis, de gratiâ Christi habita est victoria, & pars apostaticorum spirituum de cœlo proiecta est 3. Exultant & lætantur pro tali victoriâ Angeli. In Tertia Glorificati sunt boni Angeli & præmiati 1. tranquillitate memoriæ in æterno Patre, ex spe habita, in reconciliatore, Christo; 2. veritate intelligentiæ in summâ veritate, ex merito fidei habitæ in Christo; 3. suauitate vo-

luntatis, in dulcedine Spiritus sancti propter meritum dilectionis quam habuerunt ad Deum, & ad mediatorem Christum. *In Quadrages. de Christiana religione, tom. 1. à pag. 374. col. 1. ad pag. 283. col. 1.*

Eiusdem, sermo, in quo contemplatur. I. In desiderijs humanæ naturæ 1. naturam incorruptam quæ potentiis suis tribus in Deum per gloriam transformatur; 2. naturam corruptam in rationali, concupiscibili & irascibili, quæ Deum non curat, sed humana; 3. naturam liberam quæ se inclinat ad bonum & malum II. In tribus animæ viribus virtutum desideria, sc. in potentiâ rationali, concupiscibili, irascibili III. Triplicem animæ fornicationem cum creaturis, Deo spreto, sc. intellectus rationalis per curiositatem, voluntatis per voluptatum dilectionem. irascibilis potentiæ per idololatriam. *Ex Quadrages. de Euangelio æterno, tom. 2. à pag. 936. col. 2. ad pag. 942 col. 2.*

Eiusdem de amore glorioso, sermo, tres habet glorias anima glorificata in paradiso, quarum Prima, est. Substantialis. anima habet tres potentias intellectum, voluntatem, & memoriam, habet gloriam secundùm capacitatem meritorum cuiuslibet istarum potentiarum. Secunda. Consubstantialis, siue corporis quod multis qualitatibus, & dotibus quatuor, ornabitur, &c. Tertia. Æternalis, &c. *Ex Quadrages. Seraphin tom. 3. à pag. 425. col. 2. ad pag. 435. col. 1.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelii hodierni. *Stetit Iesus in medio.* Docet Christum stare in medio Ecclesiæ, & fidelis animæ. I. Ad confortandum per gratiam. II. Ad illuminandum per sapientiam. III. Ad vindicandum per iustitiam. IV. Ad beatificandum per gloriam. *Tom. 3. pag. 98. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Pax vobis.* Quia per peccatum homo inimicitias habuit cum Deo, cum Angelis, cum hominibus, siue cum seipso, & cum irrationabilibus: ideò Christus offert fidelibus pacem trium personarum sanctissimæ Trinitatis, pacem Potestatum angelicarum, pacem creaturarum humanarũ, & pacem irrationabiliũ creaturarum *Ibid. pag. 99. col 1. 2.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. Ostendit quomodo bonis hominibus sit pax in mundo, pax in extremo, pax in iudicio, & pax in cœlo. *Ibid. pag. 99. & 100.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in epist. sermo, in quo duos ex Aug. distinguit amores, duas constituentes ciuitates. Primus est. Amor Dei crescens vsque ad contemptum sui; & constituit ciuitatem Dei Hierusalem, quæ est Ecclesia sanctorum. Secundus. Amor sui, crescens vsque ad contemptum Dei; & ciuitatem efficit Babylonis, regnumque mundi; de his fusiùs vide. *In proprio de sanctis à fol. 156 pag. 1. ad fol. 157 pag. 1.*

Eiusdem, in Euang hodiernum sermo primus, de pace. Pax I. Virtuosa alia est incipientium, qui animales dicuntur; alia proficientium, qui rationales vocantur; alia perfectorum, qui spirituales feruntur; alia viatorum; alia comprehensorum. II. Mala est 1. inordinata, cum superior consentit inferiori in malo; 2. simulata, quæ proditoribus conuenit; 3. inquinata, quæ est luxuriosorum ac gulosorum; 4 scelerata eorum qui in pessimis sunt concordes, &c. III Alia est corporalis, quæ est quies ab hoste visibili, & aduersitate corporali; alia spiritualis, quæ est tranquillitas sinceræ conscientiæ; alia cœlestis quæ est quies patriæ. *Ex sanctorum proprio, fol. 158. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, sermo 2. vbi suprà. Christus Saluator noster errorem eorum hæreticorum refutat qui neque legem neque prophetas recipiebant; clarè demonstrans legem & prophetas à Deo esse, & de se scripsisse. Iudæi propter obstinationem indurantur, excœcantur, à Deo derelinquuntur & sic temporaliter, corporaliter, & spiritualiter pereunt. *In proprio de sanctis, à fol. 158. pag. 2. ad fol. 159. pag. 2.*

I. GERSONII sermo in illud, *Pax vobis.* Resurrectionis dominicæ certitudinem & veritatẽ variis validisque com-

probat testimoniis. Pacem Apostolorum plenam demonstrat, quam frustrà perturbare conati sunt inimici variis obsidionibus & multiplici impetu; Est enim Ecclesia & fidelis anima turris Dauid fortissima & inexpugnabilis, ex qua mille clypei pendent, omnis armatura fortium, in qua Dux inuincibilis charitas, circa quam humilitas profundas fecit foueas, patientia muros & munitiones prouidit, in qua prudentia custos, prouidentia munitiones discernit, & timor malè operandi extat loco ianitoris, quæ diligenter custodit quinque portas corporis, contra peccatum ipsum proditorem, & omnem malum eius comitatum. Cæterùm quatuor præcipuas quæstiones proponit, quibus satisfacit. I. Si Christus resurrexerit, quid habuit post Resurrectionem. II. Vtrùm corpus Domini fuisset putrefactum, si diù permansisset. III. Vtrùm Christus in sua Resurrectione resumpserit omnem sanguinem suum, & carnem. IV. Quomodo duo discipuli cognouerint eitiùs Christum in fractione panis, quàm in verbis eius vel aliis signis. *Tom. 2. par. 4. serm. in festo Paschæ, à col. 490. ad col. 502.*

FERIA QVARTA Paschæ.

S. Bernardini Senensis sermo, de duodecim gratiis, ad quas valent opera bona extra gratiam facta: quarum 1. est. Elongare animam à peccatis: 2 Habilitare hominem ad opera virtuosa: 3. Continuare virtuosam vitam: 4. Satisfacere pœnitentiæ iam iniunctæ: 5. Tempus vtiliter occupare 6 Acquirere societatem cum personis deuotis: 7. Dei flagella minuere: 8. Temporalia bona per Deum multiplicare 9 Dæmonum potestatem ligare: 10. Pœnas purgatorii vel etiam inferni alleuiare: 11. Diuinam benignitatem ad largiendam gratiam excitare 12 Si saluentur peccatores, aliquo modo eos in gloriâ remunerare. *Ex*

A *quadrag. de Euangel. æterno, tom. 2. à pag. 942. col. 2. ad pag. 949. col. 1.*

FERIA QVINTA Paschæ

S. Bernardini Senensis sermo; in quo attenditur triplex animæ status. Primus, est. Naturæ; in quo tres animæ potentiæ naturales, tanquam fundamenta omnibus bonis spiritualibus, tàm gratiæ, quàm gloriæ substernuntur. Secundus. Gratiæ, in quo anima fide, spe, & charitate cum Deo per gratiam copulatur. Tertius. Gloriæ, per quam Deo conformes
B efficiemur, per hanc beati habebunt 1. claram visionem, per quam intellectus, 2 dilectionem consummatam, per quam voluntas; 3. possessionem & securitatem sempiternam, per quam memoria, perficietur. *Ex quadrages. de Christiana religione. tom. 1. à pag. 382. col. 1. ad pag. 386. col. 2.*

Eiusdem, sermo, de purgatorio; purgatorium esse probatur, Primo. Ratione, 1. respectu voluntariæ culpæ, inæqualium peccatorum, emendabilium defectuum & vitiorum; 2. per pœnam, puniamur, pœnitentia impleatur, Deo satisfaciamus; 3 pro gloriâ Dei; cruciatus enim sunt iusti, decentes, & inflicti ad Dei gloriam. Secundò. Lege na-
C turæ, scripturæ gratiæ. Tertiò. Experientiâ, factâ per testimonia apparitionum, rediuiuorum, incredulorum, &c. *Ex quadragesimali de Euangelio æterno, tom. 2 à pag. 942. col. 2. ad pag. 956. col. 1.*

FERIA SEXTA Paschæ.

S. Bernardini Senensis de corporum gloriâ, sermo, Primò, Sancti 1. quatuor dotibus corporis præmiabuntur; in quibus omnia bona corporalia continentur, 2. gloriam cor-

poris habebunt à Deo quantùm ad dispositionem, & ab animâ quantùm ad consummationem; 3. in corpore præmiabuntur, propter virtutum cardinalium meritum, 4. different in dotum perfectione. Secundò. Beati 1. erunt in gloriâ in ætate virili; 2. erunt perfecti in quinque corporis sensibus; 3 nullam habebunt deformitatem; 4. resurgent, non tantùm in primaria, sed in secundaria ipsius naturæ intentione. Tertiò. Quilibet beatus communicabit aliis singularem delectationem, in odore, voce, splendore & candore, colore *Ex quadragesimali de Christiana religione, tom. 1. à pag. 386. col. 2. ad pag. 395. col. 2.*

Eiusdem sermo, de accidentali gloria beatorum scilicet. I. Præmio quod 1. erit aurea, hoc est substantiale præmium; 2. aureola quæ est gaudium de operibus factis; 3. palma, quæ debetur voluntati; 4. fructus, coniugalis, vidualis, virginalis. II. Iucunditate, quã habebunt 1. supra se quæ est gloriosa Christi anima, facies & corpus, vnio; 2. intra se; 3. infra se, gaudebunt enim de liberatione beatorum, afflictione damnatorum, inclusione peccatorum. III. Societate, propter charitatem quam habebunt ad inuicem, numerositatem, varietatem gloriæ. *Ex quadrages. de christiana religione, tom. 1. à pag. 395. col. ad pag. 401. col. 2.*

Eiusdem, sermo, de purgatorij statu, siue purgandorum I. Pœnalitate, pro quâ consideramus 1. locum ad purificationem deputatum & proprium; 2. subiectum, id est, eos qui non vadunt ad purgatorium, hi sunt decedentes in peccato originali, peccato mortali; charitate absque veniali peccato, statim post religionis status assumptionem; 3. supplicium, quod erit ignis. II. Iucunditate, gaudebunt enim propter confirmationem, certificationem, affectionem, conformationem, sanctorum affectionem, iustorum participationem, propriam perfectionem, proximi subuentionem, &c. III. Vtilitate, sc. Suffragiis, per quæ liberabuntur & consolabuntur. *Ex quadrag. de Euangel. æterno* A *tom. 2. à pagin. 956. col. 1. ad pag. 964. col. 1.*

Eiusdem, sermo, de Purgatorio. in quo ex professo agit. Primò. De statibus animarum quæ sunt in purgatorio; pro cuius intelligentia multa dubia proponit, & elucidat. Secundò. De statu iucunditatis animarum existentium in purgatorio. Tertiò. De variis pœnis, quas patiuntur animæ in purgatorio existentes. *Ex quadrag. de Euang. æterno, tom. 2. à pag. 964. col. 1. ad pag. 967. col. 1.*

DOMINICA IN ALBIS.

B ✠ B. ALBERTI MAGNI in octaua Paschæ sermo, ordine 38. ad hæc verba. *Ioann. 20. Quia vidisti me Thoma, credidisti &c.* Fidem commendaturus, ad duo propositum restringit. I. Quid summopere credere debeamus. 1. Deum verè mortuum fuisse & resurrexisse. 2. Iesum Petro, Apostolis & successoribus claues Ecclesiæ concessisse. 3. Nos certissimè morituros. 4. Nos rationem de omnibus reddituros. 5. Impios æterna supplicia passuros. 6. Electos cum Deo in æternum regnaturos. II. est, quid sit beatitudo. Quod vno verbo aperit. *à pag. 71. col. 1. ad 72. col 2.*

✠ ANTONII DE PADVA sermo C qui omnia Euangelii verba litteraliter, allegoricè, & moraliter percurrit: & tamen methodicè scripturæ sacræ testimoniis demonstrat, discipulorum amorosam congregationem, Christi salutationem gratiosam. Ligandi atque soluendi à peccatis collationem virtuosam. Thomæ piam dubitationem; Eiusdem Thomæ veram firmamque confessionem, *A pag. 284. ad pag. 286.*

S. AVGVSTINI sermo primus ad Competentes, hac die habitus in qua Neophytorum vestimenta commutabantur. I. Eos hortatur ad virtutũ exercitiũ præsertim autem orationis, eleemosynæ, & ieiunii. II. In hac vita mortali lugendum, & plorandum esse variis

argumentis ostendit. III. Quomodo sit ieiunium obseruandum, *docet. Tom. 10. serm. 157. de tempore fol. 206. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus concordat de verbo ad verbum cum sermone quarto feriæ tertię Paschæ, qui inscribitur de Resurrectione corporum contra Gentiles, & habetur suprà Fer. 3. post Pascha pag. 146. col. 1. *Ibidem serm. 158. de temp. fol. 207. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius in Euangelium; Tria complectitur, miraculum hodie factum, quando Christus clausis ianuis intrauit in domum; Thomæ incredulitatem; & benignissimi Saluatoris erga discipulum titubantem dignationem. *Ibidem serm. 159. de temp. 208. col. 1.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra. I. Veritatem hodierni miraculi confirmat. II Duplicem hominis dinstioguit natiuitatem. III. Noua Ecclesiæ germina alloquitur, & monet, vt fructus bonorum operum producant. IV. Vt imitentur bonos, & malos caueant, hortatur. *Ibidem serm. 160. de temp. fol. 208. col. 2. & 3.*

Eiusdem sermo quintus. Quantùm profuit Ecclesiæ incredulitas S. Thomæ, declarat. Veritatem Resurrectionis dominicæ ostendit. Christum primogenitum ex mortuis prædicat. Quid sit mortem esse in victoria absorptam, explicat. *Ibidem serm. 161. de temp. fol. 208. & sequentibus.*

Eiusdem sermo sextus Resurrectionem mortuorum certissima fide teoendam docet. Geminam agnoscit vitam sicut & mortem. Vt in anima resuscitati per fidem, cum iustitia viuamus, vt etiam corpore ad æternam lętitiam resurgamus cohortatur. *Ibidem serm. 162. de temp. fol. 209. col. 1.*

Eiusdem sermo septimus. I. Christi Resurrectionem præclaris illustrat nominibus. II. Ad hoc Dominum resurrexisse dicit, vt imaginem nobis futuræ resurrectionis ostenderet. III. Baptismum Christianorum resurrectioni assimilat. IV. De baptizatorum albis vestibus disserit. V. Baptizatos, & eorum

A fideiussores adhortatur. *Ibidem serm. 163. de temp. fol 209. col. 2. 3.*

Eiusdem sermo octauus, ad baptizatos, vt bonos non malos in Ecclesia imitentur. I Christianorum quanta sit gratia, ostendit II. Carnis tentationes solicitè vitandas esse, fortiterque vincendas docet. III. In adulteros grauiter agit. IV. Peccatorum carnalium etiam simplicis fornicationis grauitatem ponderat. *Ibidem serm. 164. de temp. fol. 209. col. 3. & 4.*

S. Bernardi sermo primus in octaua Paschæ, de tribus testimonijs in cœlo & in terra. Tractat I. de filiatione Christianorum adoptiua. II. De victoria tentationis, quæ testimonium est cœlestis generationis. III De fide christiana, quæ dicitur victoria mundum

B vincens. IV. De fide viua, per quam Christus habitat in cordibus nostris. V. De tribus qui testimonium dant in terra, spiritus videlicet, aqua, & sanguis hoc est, charitas, baptisma, & martyrium. VI. De multiplici baptismatis genere VII. De modo mundum triumphandi. VIII. De testimonio Patris, Filij, & Spiritus sancti in cœlo obreportatam de mundo victoriam. Vbi explicatur illud. D. Ioann. quod hodie legitur. *Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum, &c. col. 187. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus de iisdem testimoniis, vnde supra. Ostendit quòd testimonium in cœlo, sit stabilitatis An-

C gelorum signum testimonium autem in terra, signum nostræ reparationis. Vbi de peccato & casu dæmonum, & de redemptione generis humani, & de triplici testimonio nostræ iustificationis, iustificatus siquidem debet abstinere à peccatis, pœnitere de malis præteritis, & conuersatione noua proficere. *Col. 189. & sequentibus.*

S. Bernardini Senensis sermo; de exercitiis, beatorum. Sancti in gloria. I. Tripudiabunt & exultabunt: tripudij. 1. locus erit cœlum, quod est mansio ampla, spatiosa, luminosa, firma seu duratiua; 2. causa, iucunditas, tranquillitas, satietas, ebrietas: 3. persona, corporis formositas, fortitudo, leuitas,

ornatus. II. Frunt perfectissimi citharœdi, propter manus leuitatem & infatigabilitatem, & instrumenta optima & temperata quæ habebunt. III Cantabunt 1. omnes generaliter quia liberati à malo, & confirmati in bono fuerunt 2. De gloria magnificentiæ magni Dei, & de excessu salutis suæ 3. per admirationes mentales, quæ resultant ex rationibus quas comprehendunt quare ab iis diligendus est Deus. *Ex quadrag. de christiana religione tom. 1. à pag. 401 col. 1. ad pag. 406 col 2.*

Eiusdem, de pugna paradisi, sermo: Primò Postquam ostendit regni cælestis à Ioanne Baptista primo fieri mensionem tractat, De monstrâ totius exercitus æterni regis. 1. Quod omnis electorum turba, nomine sanctissimæ Trinitatis, seu Iesu, in mentali fronte signati sunt. 2. sedet Dominus dominantium, eligens turbam iustorum; ipsum enim circonstant quatuor cancellarii Marcus, Lucas, Matthæus, Ioannes; 3. constituuntur à rege duodecim duces super totum exercitum, hi sunt duodecim filii Israël: 4 milites exercitus adhærent ducibus suis; 5. habent hi milites arma spiritualia; super caput galeam, timorem Dei filialem; calibeum, quod est ardens amor Christi; ocreas ferreas, quæ sunt duplicata virtus, patientia inuincibilis & constantia magnanimis; brachialia, sunt, declinare à malo & facere bonum; lanceam solidam, que est famosa exemplaritas; ensem, qui est verbum Dei; 6. Equi eorum, sunt corpus innocens, &c. 7. post præcedentes milites, sequitur multitudo innumerabilis promiscui sexus. Secundò. De prelio dato ad cœlestem Hierusalem per milites Christi. 1. ciuitas sancta quæ expugnanda est, debet militibus reuelari, vt ad pugnam & victoriam fortius animentur, 2. festinè omnes præparantur ad pugnam præcipiente rege, vt totus exercitus versus ciuitatem dirigatur; 3. expugnatur & deprædatur cœlestis Hierusalem. Tertiò. De paradisi victoria; deprædato cœlesti thesauro à virtutum prædoni-

A bus, omnes onusti spoliis cum alacritate victores, per aliam viam reuertuntur in regionem suam, &c. *Ex quadrages. de Christiana religione. tom. 1. à pag. 406. col. 2. ad finem.*

Eiusdem, sermo pro eodem die. Primò. Seruos suos probat Deus & vult habere 1. confidentiam, quæ originem habet ex consideratione consummationis largæ liberalitatis, summæ veritatis, ineffabilis pietatis; 2. patientiam, ex qua manifesta est confidentia; 3. continuationem, quam patientia parit. Secundò. Tria faciunt triumphare hominem vsque ad mortem 1. stabilitas, 2. perseuerantia, 3. victoria. Tertiò. Corona gloriæ. Duodecim lapidibus
B est exornata 1. est claritas, 2. securitas, 3. suauitas, 4. tranquillitas, 5. elucibilitas, 6. impassibilitas, 7. subtilitas, 8. agilitas, 9 nouitas: 10. societas, 11. iucunditas. 12 bonitas. *Ex quadrages. de Euangel. æterno, tom. 2. a pag. 967. col. 1. ad finem.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelij, *Pax vobis.* Pacem seruandam docet, propter Principis authoritatem, fœderis firmitatem, iudicis seueritatem, & nostram vtilitatem, quæ ex pace procedit. Hæc autem omnia moraliter pertractat, & scripturarum authoritate corroborat. *Tom 3. pag 101. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus, in illud, *Gauisi sunt discipuli, viso Domino.* Tripar-
C titur, agitque I. De subiectione reuerentiæ & humilitatis Christo debita. II. De contemplatione diuinæ veritatis. III. De oblatione internæ iucunditatis. Quantùm ad primum docet Christi subiectum discipulum humilitatem fidelis obedientiæ, respectu mundi contemnendi: confœderationem charitatis & beneuolentiæ, respectu proximi diligendi: & perpetuationem finalis perseuerantiæ, respectu inchoati boni continuandi. Quantùm ad secundum, Apostolos fuisse contemplatos diuinam Maiestatem triplici modo. I. In mundana creatura eminentem proprietatibus II. In propria assumpta natura resurgentem cum cicatricibus, III. In

propria conscientia regnantem in cœlestibus. Quantùm ad tertium, ganisos esse Apostolos. I. De cognatione primæ veritatis. II. De acquisitione perpetuæ hæreditatis. III. De gustatione diuinæ suauitatis. Et ex his tribus habuerunt gaudium verum per amotionem falsi, gaudium perpetuum per exclusionem termini, & gaudium plenum, propter completionem desiderii. *Ibid. pag.* 102. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius in illa Euangelii verba, *Accipite Spiritum sanctum.* Differit de quatuor accipiendis quæ nobis in Euangelio proposuit Christus Dominus; nimirum, crucem in castigatione corporali, corpus suum in communione sacramentali, Spiritum sanctum in vnctione mentali, & denarium in remuneratione æternali. *Ibidem pag.* 103. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus in illud, *Affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Considerat quatuor bona de Christi latere vulnerato profluentia, huius enim beneficio ab ira saluamur, in gratia regeneramur, à culpa sanamur, & in gloria sublimamur. *Ibidem pag* 104. *col.* 1. 2.

S. P. Chrysologi sermo de quinta Christi manifestatione facta discipulis, cum Thomas abesset. Cùm Iudæa rebellis in authoris sui necem manus leuans, terris pacem abstulerit, concordiamque rerum & elementorum dissoluerit: hodie Christus ab inferis reuersus, vt rebus pacem reddat, exclamat, *Pax vobis.* Et cùm etiam suos discipulos incredulitate perturbatos videret, ipsis etiam pacem attulit, salutatione pacifica eos confirmauit, & suæ Resurrectionis veritatem efficaci argumento comprobauit. *Serm.* 81. *col.* 213. *ad col.* 216.

Eiusdem sermo alter de quinta Christi manifestatione facta discipulis cùm abesset Thomas, & de sexta cùm adesset. Euangelicam percurrit exponendo lectionem, variisque illustrat conceptibus Vbi de tristitiæ & mœroris tenebris, de vtero clauso, clauso sepulchro & ianuis clausis, de pace, pacisque Christi effectibus, de potestate Sacer-

A dotum in dimittendis peccatis, & de Thomæ Apostoli incredulitate. *Serm.* 84 *à col.* 221. *ad col.* 225.

✠ Dionysii Carthusiani sermo, in Epist. in quo duplici quæstioni satisfacit. Primò. Cum omnis creatura Dei sit bona, & ideo amanda; quare præcipitur nobis mundum contemnere? Resp. Cum mundus iubetur contemni, accipitur pro vanis & vitiosis hominibus, carnalia & terrena inordinatè diligentibus. Secundò. An mundus sit contemnendus de necessitate salutis? Resp. Quod sic, si ea quæ mundi sunt à Deo auertunt, vel ab iis quæ spiritualem profectum retardant. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 165. *pag.* 1. *ad fol.*

B 166 *pag.* 1.

Eiusdem, pro Euang. serm. 1. quo resurrectionis dominicæ beneficia commemorat; quorum primum est. Quod Iesus discipulos suos personaliter ac corporaliter visitauit. Secundum. Suos fideles visitat Christus suâ spirituali præsentia, per cœlestium gratiarum infusionem, & internæ consolationis collationem. Tertium. Visitat suos fideles per paternam & piam castigationem, dum peccant. Hæc beneficia recipiet, qui Apostolis similem se faciet. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 168. *pag.* 2. *ad fol.* 169 *pag.* 2.

Idem, sermone secundo, in Euangel. Quinque Resurrectionis Dominicæ

C beneficia recenset Apostolis collata. I. Corporalis ac visibilis visitatio. II. Salutatio ex proprio ore, *Pax vobis, &c.* III. Manuum, lateris & pedum ostensio. IV. Spiritualis lætificatio. V. Secunda salutatio per hæc verba, *Pax vobis, &c. In sermonib. de temp. à fol.* 169. *pag.* 2. *ad fol.* 170. *pag.* 1.

S. Eusebii Emisseni homilia; ex textu Euangelij hodierni Resurrectionis dominicæ veritatem comprobat. Resurrectionis futuræ omnium hominum certitudinem pluribus confirmat. De cicatricibus peccatorum disserit, & ad fidem hortatur. *Homil.* 10. *de Pasch. à fol.* 56 *ad fol* 59.

Eiusdem homilia altera. I. Perdici quæ non peperit foueanti, diabolum assimilat,

milat: genus enim humanum quod non creauerat, occupauerat: quod non genuerat, mentito patris nomine possidebat; sed Christus resurgens ex mortuis suos liberauit, diabolum prostrauit, & insignem de inimicis suis reportauit victoriam. II. Mundi & peccatoris captiuitatem & seruitutem describit. III. Quibus debitis egenus homo à diabolo tenebatur adstrictus, perpendit. IV. Pro liberando homine diuinum consilium à sanctissima Trinitate excogitatum, refert. V. Qualiter diabolus ius suum in homines, magnis præiudiciis irretitus amiserit, dum appetiit hominem non suum, explicat, & quadruplicem huius amissionis causam adducit. VI. Quasdam Incarnationis conuenientias affert, & redemptionis nostræ mysterium declarat. *Homil. 11. de Pasch. à fol. 60. ad fol. 64.*

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium in octauis Paschæ habita. I. Textum explanat. II. Miraculum quod hodie legitur de ingressu Christi in domum ianuis clausis, verum demonstrat. III. De missione Apostolorum, missionem Filii à Patre imitanti disserit. IV. Quare Spiritus sanctus sit hodie in terra Apostolis datus, cùm è cœlo in linguis igneis esset postea venturus, exponit. V. Apostolorum, & Episcoporum potestatem declarat. VI. Quantùm profuerit Ecclesiæ incredulitas Thomæ, expendit. VII. Fideles credentes, non videntes consolatur. VIII. Ad morum compositionem, & peccati exterminationem hortatur. IX. & vltimò, Resurrectionis futuræ certitudinem confirmat. *Tom. 3. homil. 26. in Euang. à col 81. ad col 85.*

S. Gregorii Nazianzeni oratio prima de pace post reconciliationem Monachorum habita, huic loco facili negotio aptanda. Varia demonstrat. I. Monachorum exercitia. II. Veri Monachi effigiem. III. Cur tristia aliquando commemoranda. IV. Reconciliationis laudes. V. Pro pace obtenta gratiarum actionem. VI. Contentionem pietatis causa susceptam longè meliorem esse, quàm vitiosam

A concordiam. VII. Pacem Dei, & Angelorum. VIII. Dissidentium instabilitatem & exterminationem. IX. Mundum & omnia, pace conseruari. X. Iudæorum calamitates, ob pacis inter se & cum Deo amissionem. XI. Non omnem pacem amandam XII. Veram & catholicam de Trinitate doctrinam firmiter tenendam. *Tom. 1. orat. 12. à pag. 190. ad pag. 205.*

Eiusdem oratio secunda de pace. I. Aduersus hæreticos, Monachorum ob dissidium euentum calumniatores. II. Quòd malis linguis sit occurrendum, ostendit. III. Arrianos & Sabellianos sanctissimam Trinitatem negantes impetit. IV. Quæ de summa Trinitate credere debeant fideles declarat. *Ibid.*
B *orat. 13 à pag. 205. ad pag. 213.*

Eiusdem oratio tertia de pace. I Pacis dulcedinem ostendit. II. Eius encomia celebrat. III. Sui temporis ob discordiam statum miserabilem deplorat. IV. Dissensionem viuis coloribus depingit. V. Quid considerandum dum conuitiis afficimur, docet. VI. Non ideò damnandam esse religionem, quod in ea mali sint Prælati declarat. VII. Concordiam rerum omnium pulchritudinem demonstrat. *Ibid. orat. 14. à pag. 213. ad pag 224.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo 1. In Epistolam 1. Ioan. 5. *Omne quod natum est ex Deo vincit mundum, &c.* In
C quo. I Fidem instruit de Trinitatis natura, essentia & perfectionibus, & eam igni & animæ in pluribus assimilat; instruit eandem de symbolo Apostolorum, in quo duodecim sunt nostræ fidei articuli, quod diffusè & latè per totum sermonem explanat. II. Fidem debere esse simplicem, viuam, & integram denique magnam probat; vt 1. homo bona transitoria contemnat intuitu æternorum: 2. in aduersis de Deo confidat: 3. ad longam credentiam Deo bona sua tradat: 4 vt cum à Deo aliquid petit & non statim accipit, non propter hoc à proposito desistat. *A pagin. 88. ad pagin. 92.*

Eiusdem, sermo 2. In ea quæ superiùs. I. Dei Filij mundum vincunt, &

mundi transitoria, eum sibi subiiciendo, & abiiciendo. II. Fides 1. purificans corda, intelligere facit quanta sit peccati immunditia; quâ intellecta, homo à peccato recedit 2. mundi vincit delitias, diuitias, & honores: 3 valde placet Deo quia est primum obsequium & sacrificium gratum Deo: 4 est sapientia illa, quam malitia non vincit. *à pag. 92. ad pag. 93.*

Eiusdem, sermo 1. in Euang. Ioan. 20. *Cum serò esset vnâ Sabbatorum, &c.* I. Christus multis & diuersis apparet. II. Hortatur Dominus discipulos ad passionem mittendos, 1. ad mentis tranquillitatem, 2. ad exemplum 3. vt det eis gratiam, qua officium iniunctæ legationis impleant. III. Victor Christus pacem offert, qui propter pacem venit: Reliqua Euangelii litteraliter perlustrantur. *à pag. 358. ad pag. 360.*

Eiusdem, sermo 2. ex Christi verbis post resurrectionem dictis, 16. documenta possumus accipere, 1. commendatur nobis pietas, 2. dissuadetur temeritas; 3. notatur humilitas, 4 commendatur bona societas, 5 mansuetudo, 6 patientia, 7. pax, 8 fides, 9. spes, 10. charitas, 11. dissuadetur curiositas: Quinque autem alia specialiter pertinent ad ministros Ecclesiæ. 1. studere intelligentiæ sacræ scripturæ. 2. studere virtuti, 3. sacerdotalis dignitatis cognitio, 4. intentionis directio, 5. vt debito modo doceant; quod fiet si doceant vtilia, efficaciter, instanter & vbique. *A pag. 360. ad pag. 361.*

Eiusdem sermo, 3. in Euang. I. Septem Christi apparitiones post Resurrectionem, cum septem donis Spiritus sancti ex D. Bernard, confert. II. Christus resurgens ante suam Ascensionem iis qui spiritualiter resurrexerunt, multa exempla salutaria dedit. *A pag. 361 ad pag. 362.*

Eiusdem sermo 4. Circa aduentum Christi ad discipulos post Resurrectionem ostenditur, quando ad eos venerit, in quo statu eos inuenerit, qualiter ad eos se habuerit: I. dies resurrectionis illi est qui tenebris erroris fugatis, lumine diuinæ cognitionis à ruina cul- A pæ resurrexerit in nouitatem vitæ. II. erant discipuli, quando Christus ad eos venit, præ timore in vna domo congregati & fores erant clausæ; quod pertinet ad irascibile, cui necessarius est timor cautelæ. III Saluator ad discipulos veniens, in medio stat, pacem eis optat, passionem suam ad memoriam eis reuocat, aspectu suo eos lætificat, mittendo eos ad prædicationem, inter persecutores confortat & necessaria ad officium iniunctum dat. Hæc omnia ad Prælatorum instructionem applicantur, & ad morum reformationem. *A pag. 362 ad pag. 366.*

Eiusdem, sermo 5. in Euang. I. Christus Thomæ apparet in congregatione existenti, non ab ea separato, vt communitatem nobis commendet. II. Veritas fidei ostenditur in confessione Thomæ. III. Habens veram fidem beatificatur. *pag. 366.*

B

D. INNOCENTII PAP. III. sermo Dominicæ prima post Pascha habitus, in illud Act 1. *Post passionem suam Christus præbuit se ipsum viuum &c.* I. Christum suam Resurrectionem probasse ostendit multipliciter, frequentiâ apparitione, testimonio Angelorũ, ostensione vulnerum, esu, vel potius, vsu ciborum, expositione scripturarum, & operatione miraculorum. II. Quomodo verum sit, quod tribus diebus & tribus noctibus iacuerit in sepulchro, demonstrat, & Euangelistas conciliat. III. Vtrum Christus post Resurrectionem suam nudus apparuerit, an indutus? quærit, & quæstioni satisfacit. VI. Vbinam Christus erat per quadraginta dies, proponit, & soluit. V. An ipso die mortis anima Christi statim in infernum descenderit, inquirit, & inquisitioni respondet. VI. Per regnum Dei quatuor intelligit, vniuersalem videlicet Ecclesiam, cœlestem patriam, fidem rectam, & sacram scripturam. *Tom. 1. pag. 51 ad pag. 55.*

C

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. in illud *Ioann. 20. Pax vobis.* Declarat I. quæ sit vera via ad veram pacem & summam perueniendi. II explicat exemplo D. Ioannis Euangelistæ, quem

ter à Domino tractum demonstrat III. A Statuit tres virtutes ad pacem hanc necessarias; simplicitatem, puritatem, resignationem. *A pag. 221. ad 223.*

Eiusdem sermo 2. in illud, *Ioan. 17. Clarifica me tu Pa. &c.* I. Docet si velimus vera pace frui, vacandum esse continuò orationi, cuius exemplum citato loco præbet Christus. II. Verum modum orandi proponit in vera resignatione & vnione cum Deo. III. Præfert vocali, mentalem orationē. IV. Quam vnionem oratione petierit à Patre Christus exponit. *A pag. 223. ad 225.*

✠ Nicolai de Cvsa in hæc Euang. *Hæc autem scripta sunt vt credatis, &c. Ioan. 20.* sermo; in quo duæ veritates pronunciantur & ponuntur. Prima est. Habet quisque suum primum diem B introitus in hunc mundum, sed non est nisi vna dies regenerationis omnium. Secunda. Nisi Christus ostendat se, est inuisibilis; corpus eius qui de morte ad vitam resurrexit, est eo modo spirituale, quod nisi seipsum ostendat & reuelet, siue cognitioni sensibili ingerat, non sentitur, &c. *Ex lib. 7. excitat. a pag. 580. ad pag. 581.*

✠ Rabani Mavri homilia in octauis Paschæ. Docet I. quod meritò hunc diem catholica veneratur Ecclesia II. De quadragesima antè Pascha & quinquagesima post Pascha differit. III. Sic exultandum in spe docet, vt perueniamus ad rem. IV. Hortatur vt C dignitatem filiorum Dei in nobis tueamur, nec leuia esse peccata dicamus. *Tom. 5. pag 593. col 1. & 2.*

✠ Radvlphi Ardentis homilia in ea epist. verba. *Omne quod natum est Deo vincit mundum. Ioan. 5.* quibus asserit I. Carnalem generationem, quia fit per carnalem concupiscentiam, non vincere mundi concupiscentiam; sed solam diuinam natiuitatem, & spiritualem, quia fortiores sunt mundo, vincere mundum. II Christum patiendo, conuertendo, & damnando, mundum vicisse III. Christum talem & tantum esse, qui per se mundum vincere possit, id est, verum Deum & verū hominem. *A fol. 187. p. 2 ad fol. 190. p. 1.*

Eiusdem, de Euang Lectione homilia quâ videtur. Primò. Dominum ianuis clausis discipulis apparuisse & apparere potuisse quia post resurrectionem corpus septem donis decorabitur, sc. subtilitate, velocitate, incorruptibilitate, fortitudine, pulchritudine, voluptate, libertate. Secundò. Quid in hac apparitione contulerit suis discipulis Christus. eos enim consolatus est annunciando pacem, confirmat eos in fide resurrectionis, aperit sensum scripturarum, præcipit eos eum Deo & proximo pacem & charitatem habere, mittit eos ad prædicandum, confert eis Spiritum sanctum; dat eis ligandi atque soluendi potestatem. Tertiò Dominum dubitantem discipulum in fide confirmare, vt de nostro pectore dubietatis amputet vulnus. Quartò. Confitenti discipulo Christum optimo iure dicere. *Quia vidisti me Thoma, credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt, &c.* Quæ verba ad nostram instructionem expenduntur. *A fol. 190. pag. 1. ad fol. 195. pag. 2.*

B. Theodori Stvditæ sermo catechet. in octauam Paschæ. De horrendo tribunali, déque præsentis vitæ nostræ diebus circumspectè transeundis, nec-non de vitiis detestandis. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patr. Catech. 5. col. 1289. & sequentibus.*

Eiusdem sermo catechet. de pace hac die habitus. Agit de pace interiori & exteriori, vtramque commendat. *Ibid. Catechet. 11. col. 1295. & sequent.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo primus in octaua Paschæ, super illa D. Ioann. verba quæ hodie leguntur. *Tres sunt qui testimonium dant, &c.* In duas autem distribuitur partes; Prima duodecim testimonia Diuinitatis Christi refert; Secunda tractat de tribus testimoniis quæ sunt in terrà: vbi quinque bona in sanguinis Christi effusione enumerat: Dominum triplicem aquam nobis dedisse ostendit: Eundem emisisse spiritum, vt nos viuificaret, vt sanctos de inferno liberaret, & vt emittendi spiritum nobis exemplum præberet. *Tom. 16. serm. Dom. fol. 13. col. 1.*

Eiusdem sermo secundus in illud Euangelij, *Pax vobis*, De triplici pace disserit, cum Deo nimirum, cum seipso, & cum proximo. Quantùm ad primam tria requiri dicit, vt homo Deum timeat, in eo spem suam reponat, & mandatis eius obediat. Quantùm ad secundam, docet tria homini necessaria esse, vt Deo se totum subiiciat, vt bonam voluntatem semper custodiat, & vt omnes motus animi & corporis secundum prudentiam spiritus regat, Quantùm ad tertiam similiter tria requirit, vt quæ placita sunt Deo operetur, vt nulli iniuriam faciat, & vt omnibus benefaciat. Insuper tria quæ pacem destruunt notat: hæc autem sunt superbia, iracundia, & qualibet iniquitas. *Ibid. col. 2.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio, ad ea verba: *Quia vidisti me Thoma credidisti; beati qui non viderunt & crediderunt.* I. De conuersione B. Thomæ disserit ex Euangelio, & quædam documenta obseruat. II. De duobus tractatum suscipit: quomodo Christus suam probarit resurrectionem; & quomodo nostram probabimus. III. Tribus vijs Christum suam probasse, ex scripturis, Angelorum testimonio, & sensuum: quæ tria successiuè deducit. IV. quàm credibile redditum sit Christi resurrectionis mysterium vrget, à testimonijs Apostolorum & Martyrum. Vbi multa de fidei laude proponit. V. Agit debere nos similibus indicijs vitam animæ nostræ probare: Si vita consonat scripturis: Si sanctorum iudicio commendatur: Si vulnera cordis & manus, per confessionem ostendimus: Si vt Christus, resurgentes deinceps non moriamur. VI. Post primam hanc resurrectionem, secundam esse expectandam corporum gloriosam. *A fol. 77. col. 1. ad fol. 79. col. 2.*

A

DOMINICA SECVNDA *post Pascha.*

✠ B. Alberti Magni sermo ad ea verba Ioann. 10. *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas &c.* I. Probat Christum esse bonum pastorem quia fortis est, sapiens, vigilans & benignus II. Per oues, intelligi tradit genus humanum, præsertim Christianos, ex his quæ in oue fiunt, 1. Vngulæ scissione, 2. ruminatione, 3. munditia, 4. obedientia. 5. simplicitate, 6. lenitate. 7. vtilitate. 8. coniunctione in meridie. III. Pascua ouibus esse ea quæ prædixit Ezechiel. 34. 13. *A pag. 72. col. 2 ad 74. col. 1.*

✠ S. Antiochi Lauræ Monachi hom. III. De his qui præsunt docet Primo pastores debere facere & docere. 2. quod debet pastor totus esse mens & oculus. 3. quid debeat præstare subditis declarat, & quomodo id efficiet. 4. id illustrat variis scripturæ sententiis. 5. Et semper redit ad hoc, vt gregi suo fit exemplar. 6. varia documenta proponit. *Tom. 2. Bibl. PP. edit. 3. Paris. col. 313. & seq.*

B

✠ S. Antonii de Padva sermo in quo I. Christus dicitur bonus pastor, quia suo sanguine & carne in sacramento altaris nos pascit. Oues ipsius sunt septem Ecclesiæ de quibus Ioann. Apoc. 1. *Mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, &c. Et conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio similem filio hominis vestitum podere, &c.* Quæ verba allegoricè & moraliter tractantur. II. Mercenarius pastor, quia fur, latro, mercenarius, & lupus; similis esse perhibetur quatuor equis, de quibus Apocal. 6. *Vidi & ecce equus albus, equus rufus, equus niger, & equus pallidus, &c* Qui allegoricè & moraliter examinantur. III. Bonus pastor 1. oues suas cognoscit. IV. Oues sunt Christi fideles, qui in Ecclesia se Deo offerunt, &c. *A pag. 286. ad pag. 293.*

C

S. Avgvstini sermo de eo quod scriptum est in Euang. *Ego sum pastor bonus, &c.* I. Bonos pastores à malis charitate discernit. II. Non omnes, qui pro suis ouibus sanguinem fuderunt, veros pastores esse aut martyres ostendit. III.

Quantum sit bonum charitas, pondera. IV. Vnitatem inter pastores commendat. V. Christum verum & bonum pastorem prædicat. VI. Vnitatem fidelium celebrat. VII. Christi decorem, etiam inter supplicia, agnoscit & contemplatur. VIII. In hæreticos & alios dissensionis & diuisionis amatores grauiter agit. *Tom. 10. serm. 50. de verbis Domini secundum Ioannem fol. 42. & sequent.*

S. Basilii Selevciæ oratio in illud Euangelij, *Ego sum pastor bonus.* I. Pastorum, quos scriptura refert, laudes & encomia prædicat. II. Deum pastorem agnoscit, qui nec homines pascere erubescit. III. Pharisæos ouium iugulatores; non pastores nominat. IV. Christi pastoris animarum artes humanitatis & mansuetudinis plenas, quæ supra ouium placiditatem sunt, considerat. V. Vtilitates, quæ ex pastoris nostri morte, ouibus euenerunt, exprimit. VI. Vt pastorem nostrum non despiciamus, cohortatur. *Orat. 26. a pag. 142. ad pag. 146.*

S. Bernardini Senensis sermo, in Euang. Prælatus debet pascere oues suas. Primò. Exemplo suo 1. charitatis, debet enim diligere filium suum spiritualem, sicut mater carnalem: 2. sobrietatis, vt, vitam absentium non mordeat, præsentes non irrideat, sæcularia non recitet, verba sacrę lectionis legat, cibos non nisi ad sustentationem sumat, &c. 3. honestatis, debet enim lucere eorâm hominibus bono suo exemplo. Secundò verbo, 1. illuminationis, eas docendo illuminans, siue instruens; 2. consolationis, animas mœstas & desolatas consolando; 3. correptionem cum mansuetudine & prudentiâ, illas corripiens & corrigens, *Ex sermonibus de temp. tom. 4. à pag. 183. col. 1. ad pag. 188. col. 1.*

S. Bonaventvræ sermo primus in Euangelium hodiernum. Christum, verum & bonum pastorem commendat à tribus, à solicitudine vigilantiæ, in executione pastoralis officii: à latitudine beneuolentiæ, in expositione corporis proprij: à discretione prudentiæ, in defensione & liberatione sui gregis,

A non alieni. Quantùm ad primum, probat Christum humanum gregem suum erudiisse documento salutaris doctrinæ vel prædicationis, pauisse subsidio sacramentalis refectionis, & defendisse præsidio viribus protectionis. Quantùm ad secundum, ostendit ipsum suam posuisse animam, in pretium humanæ redemptionis, ad liberandum captiuos: in argumentum præcipuæ dilectionis, ad inflammandū tepidos: & in exemplum virtuosæ imitationis, ad animandum timidos. Quantùm ad tertium, docet eumdem Dominum & pastorem liberasse oues suas, quæ habent simplicitatem innocentiæ, per rectitudinem puræ intentionis: tractabilitatem pa-

B tientiæ, per tolerationem omnimodæ tribulationis: & fœcunditatem multiplicem bonæ operationis. *Tom. 3. serm. Domin. pag. 104. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. Pastoris nostri Christi bonitatem demonstrat, in pascendo, in defendendo, in cognoscendo, & in vniendo. Pascit Christus oues suas, per doctrinam, per gratiam, per Eucharistiam. Defendit illas contra lupum, leonem, & vrsum, id est, contra mundum, dæmonem, & carnem. Cognoscit eas, quæ fidei oculo ipsum pastorem suum agnoscunt quæ mandatis pastoris obtemperātur, & quę pastorem sequuntur. Congregat autem cunctas oues suas & sibi vnit, in mundo per fidem & cha-

C ritatem, in iudicio, & in cœlo. *Ibidem, pag. 106.*

Eiusdem sermo tertius In illud Euangelii, *Animam meam pono pro ouibus meis.* Docet christum pastorem nostrum animam suam dilectam dedisse in pretium redemptionis, in signum dilectionis, in monumentum recordationis, & in exemplum imitationis. *Ibidem pag. 106. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus in illa verba, *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas, &c.* Quinque complectitur, nimirum, ouium, Christi adductionem, deductionem, porductionem, eductionem, & inductionem. Adducit autem Christus, verus pastor animarum, pœ-

nitentes, deducit proficientes, perducit consummantes, educit decedentes, inducit peruenientes, scilicet ad Patrem. *ibidem pag.* 107. *& sequentibus.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo de bono pastore. Imprimis boni pastoris mentionem infert officiumque declarat. Deinde de ipso, qui solus bonus, solus pastor, solus pastorum pastor est, fusè pertractat. Insuper ipsius erga oues amorem demonstrat: & mortem pro ouibus subiisse in ipsarum commodum ostendit. Denique quærit & explicat, quæ vis, quæ ratio sit tanti amoris, quæ huius causa mortis: quæ huius sit vtilitas passionis, vbi quædam de spe futuræ resurrectionis. *Serm.* 40. *col.* 104 *& sequentibus.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo in memoriam Martyrum, quòd pastor & ouis sit Christus: nec non de velo & propitiatorio. I. Ex verbis hodierni Euangelii pastoris nostri Christi benignitatem demonstrat, qui sponte pro ouibus mori dignatus est: & potentiam eius prædicat. II. Pastoris & ouis discrimen examinat. III. Christum & ouem esse, & pastorem comprobat. IV. Omnia quæ in veteri lege obseruabantur ad Christum referri debere ostendit. V. Scripturarum diuinarum veteris & noui Testamenti veritatem & infallibilitatem pluribus commendat, & in hæreticos scripturas in prauos sensus detorquentes grauiter agit. *Tom.* 6. *à pag.* 265. *ad pag.* 279.

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. sermo, ex quo triplex nobis proponitur patientia imitanda in Christo. Prima est. Quâ quis aduersitates, increpationes, & pœnas pro suis tolerat culpis, se iustè punitum recognoscens; sicut Christus pro nostris passus est peccatis. Secunda. Quâ quis aduersa duraque sustinet absque propriâ culpâ. Tertia. Quâ quis pœnas patitur directè propter iustitiam; seu absquè propriâ culpâ, cum tamen operatus sit bonum contrarium malo quod sibi imputatur: Prima patientia magna est & bona; secunda, maior & melior; tertia, maxima & optima. *In sermonib. de temp. à fol.*

A 173. *pag.* 2. *ad fol.* 174. *pag.* 2.

Eiusdem, in Euang. sermo I. de boni pastoris proprietatibus. Pastor animarum. Primò. Educit populum sibi creditum de propriis domibus ad Ecclesiam, vbi sunt spirituales pascuæ fidelium. Secundò. Eum in omni operatione præcedit, & docet opere, quæ verbis dixit. Tertiò. Subditos suos ad spiritualia perducit alimenta. Quartò. Cum populo sibi commisso manet, nec se absque causâ rationabili absentat. Quintò. Male viuentem reuocat corripiendo, hortando, &c. Sextò. Sibi commissos signat. Septimò Singulos attendit, & reformare curat, Octauo. Subditos suos instruit, vt ad propria redeuntes, intrent suum cubiculum & ibi clauso ostio, orent patrem cœlestem in abscondito. *In sermon. b. de temp. à fol.*
B 176. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

Idem, sermone in Euang. 2 Ouium proprietates laudabiles declarat: quæ sunt, I. Simplicitas, absque vitio duplicitatis & dolositatis. II. Superioribus suis in omnibus quæ pertinent ad salutem promptè & hilariter obedire. III. Vtiles esse proximis pro posse, consilium atque auxilium impendendo, & exemplariter conuersando. IV. Abhorrere, odire, ac fugere diabolum & peccata ac prauorum consortia. V. Innocentes & mites esse, & nemini nocere, & neminem scandalizare, impetum iræ refrænare, &c. *Ex sermonib. de temp. à*
C *fol.* 176. *pag.* 2. *ad fol.* 177 *pag.* 2.

S. EPHREM SYRI parænesis de statu præpositorum, ac de cura pastorali. I. Docet quo studio & affectu pastores oues sibi commissas curare ac regere debeant. II. Non esse cuiusuis, sed perfectorum virorũ suscipere onus animarum, ostendit III. Virtutes pastori seu prælato requisitas refert. IV. Vt bonum exemplum subditis præbeant, scandalaque vitent adhortatur. *Tom.* 2. *Parænes* 15. *pag.* 357. *& sequent.*

Eiusdem parænesis; De non grauando subditos atque obedientes; De eo, qualem oporteat esse Præfectum; De obedientia subditorum; De adhortationibus libenter audiendis, & custo-

diendis. *Ibidem Paræn. 16. pag. 359. & sequentibus.*

I. GERSONI sermo in Concilio Remensi hac die habitus. In tres diuiditur partes prima agit, de pabulo doctæ prædicationis: secunda, de pabulo sanctæ conuersationis; tertia, de pabulo piæ subuentionis. Quantùm ad primam probat officium esse de necessitate annexum pastorali dignitati, pascere oues pabulo prædicationis, dando animam quoad vim rationalem pro eis. Item pascere oues authoritatiuè pabulo prædicationis dando animam rationalem pro eis, esse officium quod nulli fas est exercere nisi misso: nec mittendum esse, nisi idoneum & probatum. Vbi quædam documenta & consilia pro prædicatorum officio ritè exequendo tradit, quæ nuncupat prouisiones. Quantùm ad secundam tres inducit considerationes, quarum hæc est prima. Bonus pastor nequit animam dare pro ouibus secundum vim irascibilem, nisi prius studuerit eiicere tyrannidem rapacem, quæ dicitur lupus auaritiæ. Secunda; Bonus pastor nequit animam suam dare pro suis ouibus, si retinet in se vel in suis tyrannidem deceptricem, quæ nuncupatur lupus fallaciæ. Tertia; Bonus pastor nescit dare animam suam pro suis ouibus, si in se vel in suis tyrannidem voracem nutrit, quæ est lupus gulæ atque luxuriæ. Quantùm ad tertiam pro collatione sacramentorum quibus nutriuntur oues duodecim numerat prouisiones, siue instructiones. *Tom. 1. a col. 615. ad col. 634.*

S. GREGORII MAGNI homilia in Euangelium. I. Textum percurrit suo more & explicat II. Christum bonum pastorem ostendit qui fecit quod monuit III. Mercenarium esse docet eum, qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non quærit. IV. Quid sit ex aduerso ascendere, exponit. V. Quæ sint spiritalium ouium pascua declarat. *Tom. 3 Homil. 14. in Euang. à col. 35. ad col 38.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS 1. in epistolæ dicta *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius*, 1. Petr. 2. Per quæ nobis ob oculos poni passionis mysterium attendit: quia Paschali tempore, bellum spirituale periculosius est, & memoria passionis multum valet ad munitionem contra æstum libidinis, qui tunc maxime viget: Ad arborem crucis cõfugere debet christianus, vt pulchritudinem suam vel apprehendat vel seruet æstum nimiæ aduersitatis temperet, tentationum violentiam & importunitatem retundat, peccati deformitatem & malos effectus vitet, fructum vitæ & salutis percipiat. *A pag. 93. ad pag 94.*

Eiusdem, sermo 2. in Apostolicam
B lectionem superiùs citatam. Primò. Passionẽ Christi multa aggrauauerunt: quorum 1. est, personæ patientis sublimitas, 2. quod Christus pro indignis passus est, 3 ab indignis, 4 cum latronibus, 5 sine causâ, 6. ab illis qui debebant esse eius amici. Secundò Christũ sequuntur 1. incipientes, qui cauent ab inimicitiis proximi, & instant operibus misericordiæ, 2. proficientes, quos iam incipit delectare odor exempli Christi, & odor præmii æterni, 3. perfecti qui desiderant mori pro Christo sicut pro eis Christus mortuus est. *A pag. 94. ad pag. 95.*

Eiusdem, sermo primus in Euang. Ioann. 10. *Ego sum pastor bonus.* Per quem
C triplici quæstioni satisfacit. I Quis bonus pastor? Nomen pastoris dupliciter sumi dicit communiter & propriè communiter dicitur pastor cui cura ouium commissa est & officium pastoris exercet, & sic commune est bonis & malis: Propriè vero dicitur pastor, qui hoc facit sine debito, gloriam Dei quærens & ouium vtilitatem. II. Quis mercenarius? respondet ex Aug. Sunt in Ecclesia quidam præpositi, non Deum, propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, honores ab hominibus appetentes. quisquis talis est, mercenarius est. III Quis lupus? asserit ex Greg. Lupum esse malignum spiritum: qui caulas fidelium insidians circuit, & mortes animarum quærit. Denique

quomodo & quando Prælati in persecutione fugere possint & oues suas diligere debeant? inquirit. *A pag. 366. ad pag. 367.*

Eiusdem, sermo secundus in quo ad bonitatem pastoris quatuor requirit. I. Rectitudinem intentionis. qua distinguitur à mercenario. II. Audaciam resistendi, vnde timor periculi qui est in officio pastorali, hominem debet retrahere ab eius appetitu. III. Solertia pascendi, suas enim oues, non se pascere debet. IV. Diligentia custodiendi quia sunt sanguine Christi acquisitæ. Ad diligentem custodiam requiritur 1. vt seipsum custodiat, 2. orando frequenter gregem Deo commendet, 3 gregem ante oculos habeat vel cordis vel corporis, 4 malum manifestum diu in grege non sustineat, 5. admonitionibus infirmorum sæpiùs insistat. 6. de reddenda ratione frequenter cogitet. *A pag. 367. ad pag. 369.*

Eiusdem, sermo tertius in ea verba Ioann. 10. *Ego sum pastor bonus, &c.* in quibus duo nobis innuuntur. I. Pastoralis officii honor: hoc enim officium habere voluit altissimus in mundo isto; Ipse pauit nos doctrina & exemplo, & altaris sacramento, in brachio cruce extento congregauit agnos qui sunt sine lana & lacte. II. Onus officij pastoralis: requiritur enim, vt si opus fuerit, pastor morti se exponat, sollicitudinem & amorem quem habiturus erat circa se & suos & sua, in gregis sollicitudinem & amorem commutare debet, &c. *à pag. 369. ad pag. 370.*

Eiusdem, sermo quartus. in eadem quæ superiùs: ex quibus disce sex ad pastoris bonitatem necessaria. Primum. Vt debito modo intret per ostium: & in hoc distinguitur à fure qui ascendit aliundè; Per ostium intrat qui intrat propter. & per Christum; Non intrat propter Christum qui non quærit Christi gloriam & ouium vtilitatem. Secundum, vt oues cognoscat & sciat quis indigeat increpatione, quis consolatione. Tertium. Vt amet Dominum ouium, & gratia illius oues; in tantum vt pro eis si opus fuerit morti

A se exponat. Quartum. Vt antecedendo oues viam eis demonstret, bonum eis exemplum ministrando, & honestate vitæ excellendo. Quintum Vt eas pascat pabulo verbi, exempli, & temporalis subsidii; siue ex Bernard. pabulo prædicationis, operis, & orationis. Sextum. Vt earum conseruationi & multiplicationi intendat. *A pag. 370. ad pag. 372.*

Eiusdem, sermo quintus, vnde suprà; in quo materia nobis consolationis ministratur, terroris, & nostræ simplicitatis. I. Consolationis, dum ostenditur nobis pastoris nostri bonitas, qui noluit nos esse contentos fragilitate nostrorum pastorum; immò filium nobis præfecit pastorem & pastorum principem. II. Terroris, ex lupi crudelitate, qui rapit hominem à Deo separando
B dispergit verò, discordiam ad proximum seminando; vel dispergit, in diuersa peccata præcipitando. III. Simplicitatis nostræ, quando oues vocamur; hoc nomine septem gratias nobis commendat Deus in septem proprietatibus ouis designatas. 1. est fidei simplicitas; 2. timor vel fuga mali; 3. stabilitas vel pax, 4. charitas, quâ proximi vtilitati debemus intendere. 5. obedientia; 6. sobrietas; 7. mansuetudo; Quæ omnia in ouibus animaduerte. *A pag. 372. ad pag. 374.*

D. INNOCENTII PAP. III. sermo
C hac die dictus in Euangelium. Tractat de bonitate pastoris, Christi, qui bonus est in natura, in effectu, & in officio: de animæ triplici vocabulo & acceptione in scripturis: de tribus alimentis quibus nos pascit Christus. de mercenario, lupo, & oue: de modo quo Christus suas oues cognoscit: & de ouium proprietatibus. *Tom. 1. serm. Dominical. à pag. 55. ad pag. 58.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. in Euangelium hodiernum. I. docet Christum esse bonum pastorem, & quod sit eius ouile. II. Contra mercenarios agit. III. Describit veri pastoris seu Prælati officia plurima. *A pag. 226. ad pag. 228.*

Eiusdem sermo 2. ad illud Euangelij, Ioann.

Ioann. 10. Oues meæ, vocem meam audiunt. Cùm occasione Encæniorum hæc dixerit Dominus. I. De ipsis Encænijs, deque templo, & hyeme illius temporis differit, ac de Iudæis Christum circundantibus. II. Exponit cur toties Dominus amicos suos oues appellet. III Quæ sit illa terra desiderabilis, quam ouibus suis repromittit per Prophetam Hieremiam. *A pag. 228. ad 235.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo vnicus in Euangelium hodiernum I. Deductione facta ostendit, omnia quæ sint in mundo modica esse & nihil comparatione Dei. II. Omnia transcendenda esse, vt ad Deum perueniatur. *A pag. 232. ad 235.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in Epist. 1. Petr. 2. homil. in quâ ex Apost. inquiritur; Quis passus est pro nobis? respondetur. Deus impassibilis, incomprehensibilis, immortalis: Pro quibus passus est? Pro hominibus, seruis, peccatoribus: Quanta passus est? defectus & rei vt paupertatem & penuriam corporis; & mentis vt tristitiam & dolorem; iniurias tàm à suis quàm ab extraneis; exactiones in re, cõuitia in verbo, afflictiones in corpore: Quomodo passus est? Sponte & innocenter: Qua nostra vtilitate? Vt peccata nostra portaret, charitatem suam ostenderet, exemplum relinqueret, nos à tenebris ad lucem reuocaret. *A fol. 195. pag. 2. ad fol. 198. pag. 1.*

Eiusdem, homilia in Euang. I. Hæreticus est fur quia de vnione fidei & Ecclesiæ oues furatur & in partem diaboli trahit & occidit, eius intentio est non prodesse sed nocere. II Mercenarius est qui quærit in Ecclesiâ Dei præsidere non ad honorem Dei, aut salutẽ animarum, sed tantum ad temporalem mercedem. III. Pastor est qui non ob temporalem mercedem, sed ob solam Dei & proximi charitatem oues Christi pascit; officium illius est proprias oues agnoscere, eas nominatim vocare docere, præcedere, pascere, custodire: Ouium vero officium est pastorẽ agnoscere, diligere, audire, sequi, pascere. *A fol. 198. pag. 1. ad fol. 202. pag. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo de euangelica lectione. Tria considerat, Christi pastoris bonitatem, magnam ipsius charitatem, & electorum sanctitatem. Pro primo docet tria boni pastoris esse officia, oues defendere, in bonis pascuis tenere ac pascere, & errantes requirere. Pro secundo, tria enumerat, quæ nobis dedit Christus; in quibus apparuit magna eius charitas: nimirum corpus in cibum sanguinem in potum, & animam in pretium. Pro tertio, tres actus sanctitatis seu bonitatis profert, nulli videlicet nocere, iniurias patienter ferre, & sua & se omnibus libenter tribuere. *Tom. 16. serm. Domin. fol. 13. col. 3. 4.*

DOMINICA TERTIA post Pascha.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba Ioan. 16. *Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, &c.* Quia contristatis videndus promittitur Christus; ideo I. quibus de causis sit nobis flendum aperit. 1. propter bonorum operum omissionem. 2. propter criminum commissionem. 3. propter diuturnam nostram peregrinationem. II. docet illis esse videndum Christum. III. Quale sit gaudium ab electis non auferendum constituit. *A pag. 74 col. 1. ad 75. col. 1.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo 1. ex cuius serie eruitur 1. nostræ vitæ breuitas signata in verbo *Modicum*: quod septies repetitur, quia voluptas, quæ speratur & abundantia terrenorum modica & breuis, & est vt lanugo, & sole orto vanæ gloriæ, pereunt bona opera, &c. 2. Mundanorum excessus ex ineptâ lætitiâ; inepta, quia quantùm in deliciis, tantùm in pœnis, impiorum lætitia in fletũ conuertetur; sine labore in cœlum nemo est ascensus; in hoc sæculo sumus aduenæ 3. Promissa à Deo suis gloria ad hæc verba, *Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum.* Videt nos Deus, gratiam infundendo, collatam

quomodo & quando Prælati in persecutione fugere possint & oues suas diligere debeant? inquirit. *A pag.* 366. *ad pag.* 367.

Eiusdem, sermo secundus in quo ad bonitatem pastoris quatuor requirit. I. Rectitudinem intentionis qua distinguitur à mercenario. II. Audaciam resistendi, vnde timor periculi qui est in officio pastorali, hominem debet retrahere ab eius appetitu. III. Solertia pascendi, suas enim oues, non se pascere debet. IV. Diligentia custodiendi, quia sunt sanguine Christi acquisitæ Ad diligentem custodiam requiritur 1. vt seipsum custodiat, 2. orando frequenter gregem Deo commendet, 3 gregem ante oculos habeat vel cordis vel corporis, 4 malum manifestum diu in grege non sustineat, 5. admonitionibus infirmorum sæpiùs insistat. 6. de reddenda ratione frequenter cogitet. *A pag.* 367. *ad pag.* 369.

Eiusdem, sermo tertius in ea verba Ioann. 10. *Ego sum pastor bonus, &c.* in quibus duo nobis innuuntur. I. Pastoralis officii honor: hoc enim officium habere voluit altissimus in mundo isto; Ipse panit nos doctrina & exemplo, & altaris sacramento, in brachio cruce extento congregauit agnos qui sunt fine lana & lacte. II. Onus officij pastoralis: requiritur enim, vt si opus fuerit, pastor morti se exponat, sollicitudinem & amorem quem habiturus erat circa se & suos & sua, in gregis sollicitudinem & amorem commutare debet, &c. *a pag.* 369. *ad pag.* 370.

Eiusdem, sermo quartus. in eadem quæ superiùs: ex quibus disce sex ad pastoris bonitatem necessaria. Primum. Vt debito modo intret per ostium: & in hoc distinguitur à fure qui ascendit aliundè; Per ostium intrat qui intrat propter & per Christum; Non intrat propter Christum qui non quærit Christi gloriam & ouium vtilitatem. Secundum, vt oues cognoscat & sciat quis indigeat increpatione, quis consolatione. Tertium. Vt amet Dominum ouium, & gratia illius oues, in tantum vt pro eis si opus fuerit morti

A se exponat. Quartum. Vt antecedendo oues viam eis demonstret, bonum eis exemplum ministrando, & honestate vitæ excellendo. Quintum Vt eas pascat pabulo verbi, exempli, & temporalis subsidii; siue ex Bernard. pabulo prædicationis, operis, & orationis. Sextum. Vt earum conseruationi & multiplicationi intendat. *A pag.* 370. *ad pag.* 372.

Eiusdem, sermo quintus, vnde suprà; in quo materia nobis consolationis ministratur, terroris, & nostræ simplicitatis. I. Consolationis, dum ostenditur nobis pastoris nostri bonitas, qui noluit nos esse contentos fragilitate nostrorum pastorum; immò filium nobis

B præfecit pastorem & pastorum principem. II. Terroris, ex lupi crudelitate, qui rapit hominem à Deo separando dispergit verò, discordiam ad proximum seminando; vel dispergit, in diuersa peccata præcipitando. III. Simplicitatis nostræ, quando oues vocamur; hoc nomine septem gratias nobis commendat Deus in septem proprietatibus onis designatas. 1. est fidei simplicitas; 2. timor vel fuga mali; 3. stabilitas vel pax, 4. charitas, quâ proximi vtilitati debemus intendere 5. obedientia; 6. sobrietas; 7. mansuetudo; Quæ omnia in ouibus animaduerte. *A pag.* 372. *ad pag.* 374.

D. INNOCENTII PAP. III. sermo

C hac die dictus in Euangelium. Tractat de bonitate pastoris, Christi, qui bonus est in natura, in effectu, & in officio: de animæ triplici vocabulo & acceptione in scripturis: de tribus alimentis quibus nos pascit Christus. de mercenario, lupo, & oue: de modo quo Christus suas oues cognoscit: & de ouium proprietatibus. *Tom. 1. serm. Dominical. a pag.* 55. *ad pag.* 58.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. in Euangelium hodiernum. I. docet Christum esse bonum pastorem, & quod sit eius ouile. II. Contra mercenarios agit. III. Describit veri pastoris seu Prælati officia plurima. *A pag.* 226. *ad pag.* 228.

Eiusdem sermo 2. ad illud Euangelij, Ioann.

Ioann. 10. Oues meæ, vocem meam audiunt. Cùm occasione Encæniorum hæc dixerit Dominus. I. De ipsis Encænijs, deque templo, & hyeme illius temporis differit, ac de Iudæis Christum circundantibus. II. Exponit cur toties Dominus amicos suos oues appellet. III Quæ sit illa terra desiderabilis, quam ouibus suis repromittit per Prophetam Hieremiam. *A pag. 228. ad 235.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo vnicus in Euangelium hodiernum I. Deductione facta ostendit, omnia quæ sint in mundo modica esse & nihil comparatione Dei. II. Omnia transcendenda esse, vt ad Deum perueniatur. *A pag. 232. ad 235.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in Epist. 1. Petr. 2. homil. in quâ ex Apost. inquiritur; Quis passus est pro nobis? respondetur. Deus impassibilis, incomprehensibilis, immortalis: Pro quibus passus est? Pro hominibus, seruis, peccatoribus: Quanta passus est? defectus & rei vt paupertatem & penuriam corporis; & mentis vt tristitiam & dolorem; iniurias tàm à suis quàm ab extraneis; exactiones in re, cõuitia in verbo, afflictiones in corpore: Quomodo passus est? Sponte & innocenter: Qua nostra vtilitate? Vt peccata nostra portaret, charitatem suam ostenderet, exemplum relinqueret, nos à tenebris ad lucem reuocaret. *A fol. 195. pag. 2. ad fol. 198. pag. 1.*

Eiusdem. homilia in Euang. I. Hæreticus est fur quia de vnione fidei & Ecclesiæ oues furatur & in partem diaboli trahit & occidit, eius intentio est non prodesse sed nocere. II Mercenarius est qui quærit in Ecclesiâ Dei præsidere non ad honorem Dei, aut salutẽ animarum, sed tantum ad temporalem mercedem. III. Pastor est qui non ob temporalem mercedem, sed ob solam Dei & proximi charitatem oues Christi pascit; officium illius est proprias oues agnoscere, eas nominatim vocare docere, præcedere, pascere, custodire: Ouium vero officium est pastorẽ agnoscere, diligere, audire, sequi, pascere. *A fol. 198. pag. 1. ad fol. 202 pag. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo de euangelica lectione. Tria considerat, Christi pastoris bonitatem, magnam ipsius charitatem, & electorum sanctitatem. Pro primo docet tria boni pastoris esse officia, oues defendere, in bonis pascuis tenere ac pascere, & errantes requirere. Pro secundo, tria ennmerat, quæ nobis dedit Christus; in quibus apparuit magna eius charitas: nimirum corpus in cibum sanguinem in potum, & animam in pretium. Pro tertio, tres actus sanctitatis seu bonitatis profert, nulli videlicet nocere, iniurias patienter ferre, & sua & se omnibus libenter tribuere. *Tom. 16. serm. Domin. fol. 13. col. 3. 4.*

DOMINICA TERTIA post Pascha.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba Ioan. 16. *Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, &c.* Quia contristatis videndus promittitur Christus; ideo I. quibus de causis sit nobis flendum aperit. 1. propter bonorum operum omissionem. 2. propter criminum commissionem. 3. propter diuturnam nostram peregrinationem. II. docet illis esse videndum Christum. III. Quale sit gaudium ab electis non auferendum constituit. *A pag. 74 col. 1. ad 75. col. 1.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo 1. ex cuius serie eruitur 1. nostræ vitæ breuitas signata in verbo *Modicum*: quod septies repetitur, quia voluptas, quæ speratur & abundantia terrenorum modica & breuis, & est vt lanugo; & sole orto vanæ gloriæ, pereunt bona opera, &c. 2. Mundanorum excessus ex ineptâ lætitiâ; inepta, quia quantùm in delicijs, tantùm in pœnis, impiorum lætitia in fletũ conuertetur; sine labore in cœlum nemo est ascensus; in hoc sæculo sumus aduenæ 3. Promissa à Deo suis gloria ad hæc verba, *Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum.* Videt nos Deus, gratiam infundendo, collatam

conseruando, nos ad seipsum assumendo, Tum docet esse iustorum gaudium perenne. *A pag. 193. ad pag. 196.*

Eiusdem sermo 2. in partem alteram Euangelii, in quo mulieris parituræ descriptionem facit; fœtum & cunctas ipsius partes considerat, quarum formationem moraliter explanat de anima, à Spiritu sancto imprægnata filio benedictionis, seu proposito bonæ voluntatis, horam partus notare, Pœnitentis animæ compunctionem, & confessionem, ablactationem, separationem esse à lacte mundanæ conuersationis; officium obstetricum, sacerdotum esse diligentiam affirmat, &c. *A pag. 196. ad pag. 199.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. Lectionem hodiernam iuxta sensum litteralem & tropologicum sensum litteralem & tropologicum commentariis illustrat, & breui explicatione perstringit. *Tom. 7. Homil. æstiual. de Temp. col. 16. & sequent.*

S. BONAVENTURÆ sermo primus in illud, *Iterum modicum, & videbitis me.* Considerat quomodo Deus videatur in mundo à credentibus, in extremo à decedentibus, in cœlo à fruentibus, & in iudicio à resurgentibus. *Tom. 3. Dom. pag. 108.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. Notat Deum videre omnes simplici notitia generali, bonos in gratia spiritali, malos in ira iudiciali, & beatos in gloria æternali. *Ibidem pag. 108. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius in illud, Euangelii, *Mundus autem gaudebit, vos verò, &c.* In tria distribuitur membra. I. Agit de illicita delectatione mundanæ lubricitatis. II. De temporanea tribulatione apostolicæ religiositatis. III De futura consolatione ęternæ iucunditatis. Quantùm ad primum docet gaudium siue delectationem mundi comprehendi sub triplici differentia, sub carnali lascinia, insatiabili pecuniæ copia, & excellentia honoris seu iactantia Quantùm ad secundũ ostendit sanctos Apostolos sicut viros religiosos triplicem habuisse tribulationem, videlicet lachrymosæ contritionis in proprię transgressionis recordatione, dolorosæ compassionis in dominicæ passionis meditatione, & desolationis in Christi præsentiæ corporalis priuatione. Quantùm ad tertium, Apostolos triplex gaudium habuisse demonstrat, nimirum, internæ dilectionis, propter euasionem mortis æternæ: mutuæ congratulationis, propter cohæredationem cœlestis patriæ: lætitiæ, & consolationis, propter visionem resurgentis sapientiæ. *Ibid. fol. 109. & sequentib.*

Eiusdem sermo, quartus in illa Euangelij verba, *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Quadruplicem considerat versionem, tristitiæ in lætitiam, lætitiæ in tristitiam, tristitiæ in tristitiam, & lætitiæ in lætitiam. *Ibidem fol. 110. & sequentibus.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI pro epist. sermo, quo triplex beatorum species describitur. Primi sunt. Qui vocantur peregrini; hi auaritiam calcant, & victu ac tegumento contenti, per opera virtuosa conantur promereri regnũ cœlorum. Secundi. Mortui, qui non solùm tendunt ad regnum cœleste, sed vniuersa insuper itineris impeditiua, vid. mundi oblectamenta, solatia, vanitates, &c. nec attendunt nec curant; sed omnia hæc saluti contraria cõtemnunt. Tertij. Crucifixi, qui non solum prædicta vitant, sed etiam totâ mente abhorrent, quia cursum suum ad Deum potiùs impedire possunt quàm adiuuare. *In sermonib. de temp. fol. 182. a pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, sermo primus in Euang. Primò. Triplicem dicit esse tristitiam. 1. est, de propriis vel proximorum peccatis & diuinæ maiestatis offensâ; est que valde bona, salubris & virtuosa; 2. praua & inordinata seu excessiua, quâ de malis pœnæ, hoc est, aduersitatibus, infirmitatibus & persecutionibus plusquàm ratio recta docet dolemus; 3. naturalis, quæ in se nec virtuosa nec vitiosa consistit, quâ de malis naturalibus tristamur. Secundò. Tres lætitias opponit triplici tristitiæ 1. est spiritualis & virtuosa, quâ gaudet homo in Deo, &

in actibus virtuosis; 2. carnalis & vitiosa, quâ homines in sensibilibus delectantur; 3. naturalis & indifferens, quâ de naturali perfectione gaudemus. *Ex sermonib. de temp. à fol. 183. pag. 2. ad fol. 184. pag. 2.*

Idem, sermone 2. in Euang. probat, horrendum esse & periculosum non castigari à Deo; quia 1. Hoc est probabile signum reprobationis diuinæ; econtrà castigatio est signum prædestinationis diuinæ. 2. castigatio est probabile signũ filiationis diuinæ, contrà verò non castigari. 3. castigatio ista, est grande beneficium Dei, & medicina peccati, ac via ad gratiam & virtutes. 4. castigatio instruit hominem ad considerandum suos defectus & excessus. 5. Hominem facit cautum & consideratum; castigatio, timorem incutit, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol. 84. pag. 2. ad fol. 85. pag. 1.*

S. Ephræm Syri oratio huic Euangelio aptanda, Docet enim non esse in hac vita ridendum, sed lugendum potius atque plorandum. *Tom. 1. pag. 104. & sequentibus.*

Guillelmi Parisiensis sermo 1. in Epistolam 1. Pet. 2. cuius hæc sunt verba *Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere à carnalibus desideriis, &c.* In quibus triplex ratio innuitur, quare à carnalibus desideriis sit abstinendum; Prima ratio est. Quia in mundo isto positi sumus, non ad viuendum delicatè, sed potiùs ad pœnitentiam agendam. Secunda. Quia ad locum deliciarum tendimus sc. ad cœlum, vbi verè satiabimur delitiis. Tertia. Quia ea quæ caro desiderat, noxia sunt animæ: Inter voluptates autem quas caro desiderat specialiter timenda est voluptas quæ ad peccatum luxuriæ pertinet, à qua debet abstinere homo 1. quia inclusa est inter amaritudines multarum molestiarum, & cuiusdam pœnitentiæ, 2. valde breuis est, pœna verò valde longa, 3. valde vilis est & carè constat. *A pag. 95, ad pag. 96.*

Eiusdem, sermo 2. In quo ex prædictis multa consideranda præbet I. enim Tria desiderat caro, in quibus ei consentire non debemus, sc. Otiositatem,

A varietatem, suauitatem II. Dei filius quasi peregrinus in mundo isto fuit & viator, non habens propriam domum. III. Viri sancti non debent se superfluis onerare, peregrino cum sufficiat, habere quæ vitæ suæ sunt necessaria. IV. Ad hoc quod aliquis benè se habeat inter malos, quinque requirũtur. 1. vt nemi-nẽ suo malo exẽplo corrũpat, 2. caueat ne ab illo corrumpatur, 3, nemini malum inferat, 4. malum illatum ab illo patienter ferat, 5 iustitiam esuriat, tàm in se quàm in aliis: quæ consistit in declinando à malo, & faciendo bonum. V. Inter fideles triplex est fraternitas; sc. naturalis, quæ fit ex vno primo patre & primâ matre; gratiæ, quæ est inter eos qui per sacramentum baptismi

B ex Deo patre & Ecclesiâ matre nati sunt, spiritualis, quæ est societas inter fideles. VI. Christiana fraternitas homini valet vt, non ita de facili cadat, si ceciderit resurgat, facilius impetret à Deo quod sibi necessarium est; faciliùs ditetur, cum mortuus fuerit in semetipso viuat in confratribus suis. VII. Ne aliquis confratri suo debito modo subueniat, impedit, superbia, rapina, odium, detractio, &c. *A pag. 96. ad pag. 99.*

Eiusdem, sermo, in Euang. Ioann. 16. *Modicum & non videbitis me, &c.* In quo. I. Verba hæc tristia sæpius Christus discipulis suis repetebat vt eorum auditio-

C ne assuefaceret eos ferre eius separationem, præterea coniuncta erat consolatio, & iterum modicum, &c. II. Moraliter verba dicta possunt intelligi, 1. vt modicum intelligatur totum tempus vsque ad finem sæculi quod breue respectu æui æterni: 2. vt modicum sit tentationis vel tribulationis tempus, quod ex Paulo momentaneum est & leue. III. Amici Dei in hac vita nunc habent tentationem, vel tribulationem vel consolationem, sicut asserit Bernard. IV. Saluatoris iocunda præsentia alicui subtrahitur: Vt humilitas seruetur, in cauta securitas vitetur, ardentius quæratur, inuentus fortiùs teneatur, pateat ex eius absentia quid conferebat sua præsentia &c. V. Tri-

stitia quam habent boni in præsenti, præferenda est gaudio mundi, propter benedictionem quam à Deo habet; quia sapientes tristitiam præsentem gaudio præsenti præeligunt. salubris est licet sit amara, conuenit loco in quo sumus & tempori, propter breuitatem, quia habent adiunctam lætitiam, vertitur in gaudium. VI Ecclesia parturit in prædicatoribus & pœnitentibus. *A pag.* 374. *ad pag.* 379.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo I. in Euangelium hodiernum, ad illud: *Expedit vobis vt ego vadam.* I. Docet quantum ex discessu Christi spirituali, seu cōsolationis substractione vtilitatis capere possit anima. II. Aduentum Spiritus sancti in eiusmodi animam, arguere mundum de peccato; id est, defectus internos manifestare. III. Arguere etiam iustitiam, illius. IV. Arguere etiam de iudicio, quod in alios temerè vsurpat. V. Docere quoque omnem veritatem, & quam. *A pag.* 236 *ad* 239.

Eiusdem sermo 2. in eadem verba. Monstrat I. Omnibus bonis etiam spiritualibus, pretiosis & sanctis renunciandum esse, vt ad perfectionem conscendere possimus. II. Tria esse hominibus genera impedimentorum cælestis gratiæ. III. In oratione quoque ad solitudinem quandam debere se recipere animam. IV. Ipsam etiam humanitatem Christi quodammodo profectui animæ obsistere. *A pag.* 239. *ad* 242.

✠ NICOLAI DE CVSA sermo, in id Ioann. 16. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis &c.* Ex quo sequentia addiscee. Primò. Omnia in patre esse vt in principio; omnia in filio, vt à principio creari; omnia in Spiritu sancto, vt sunt creata. Secundò. Christum dum ascenderet ad Patrem, euanuisse ab oculis Apostolorum; & dum recederet sensibiliter, ad eos intellectualiter venisse. Tertiò. Mulierem, quæ gestat in vtero puerum masculum, esse animam sponsam Christi, quæ Christo per fidem est desponsata, & quæ concepit in vtero fidei semen verbi Dei, & aluit, quousque Christus in eam venit ad perfectionem. Egreditur autem ex tenebris vteri in lucem veram per mortem, & hoc cum dolore. At vbi egressa est tunc plenissimè gaudet. *Excit. l.* 10. *a pag.* 669. *ad pag* 670.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in apostolica dicta, 1. Petr. 2. *Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, &c.* Homilia quâ monemur. Primò, Vt mundè viuamus abstinendo à desideriis carnalibus id est, gulositate, luxuriâ, vinolentiâ, voluptate, &c. Secundò. Vt inter gentes benè conuersemur, innocenter viuendo, nulli scandalum ponendo, cunctis vtilia & grata quærendo, prouidentes bona non tantùm coram Deo sed etiam coram hominibus. Tertiò. Ad
B subiectionis humilitatem, quæ debet fieri non coactè sed sponte subiiciendo nos maioribus, æqualibus, minoribus, propter Deum. *A fol.* 202. *pag.* 2. *ad fol.* 205. *pag.* 2.

Eiusdem, homilia circa Euangel. lectionem, ex qua disce I. Dominum electos suos post aduersitatem consolari, & post consolationem affligere. II. Discipulos eum quem Christum filium Dei esse credebant; per passionem à se recessurum, & per resurrectionem rediturum ad se non credidisse. III. Christum ea quæ prædixerat, per consequentia eorum, quæ indè discipulis erant euentura, confirmasse. IV. Discipulorum afflictiones & gaudium rectè
C Dominum per similitudinem mulieris prægnantis, & post partum pressuræ oblitæ propter gaudium demonstrasse. *A fol.* 205. *pag.* 2. *ad fol.* 209. *pag.* 1.

S. THOMÆ AQVINATII sermo in Euangelium, I. Lætitiam mundanam stultam esse colligit ex tribus, quia non est modò tempus, non est locus, nec est causa. II. Docet sapientiæ esse tristari propter tria, quia per tristitiā corripitur hominis malitia, homo euadit æterna supplicia, & acquirũtur gaudia æterna. III. Futuram Sanctorum lætitiam in tribus consistere ostendit, in diuinæ præsentiæ cōsolatione, in summa cordis exultatione, & in æternitatis assecutione. *Tom.* 16. *serm. Dom. fol.* 14. *col.* 1. & 2.

DOMINICA QVARTA post Pascha.

*B. Alberti Magni sermo ad ea verba Ioann. 16. *Cum venerit Paraclitus, ille arguet mundum de peccato & de iustitia, & de iudicio.* I. Exponit quis sit ille Paraclitus, de quo tria tradit. 1. Aduocatum esse reorum. 2. consolatorem mœstorum. 3. redargutorem obstinatorum. II. Declarat mundum esse arguendum. 1. de peccato quod commisit, præsertim infidelitatis. 2. de iustitia, quam imitari neglexit. 3. de iudicio, quod timere noluit, & quod propter tria timendum est. *A pag. 75. col. 2. ad 76. col. 2.*

* S. Antonii de Padva sermo. I. Christus ad Patrem reuertitur, vbi occasione illorum verborum Is. 37. *Ponam circulum in naribus tuis, & frænum in labijs tuis & reducam te in viam per quam venisti.* Dicit circulum esse Christum, qui sicut circulus est regressus vnde egressus; ponitur in ore diaboli, dum sapientia Dei incarnatur ad nos veram sapientiam docendam; frænum est crux, qua diabolus infrænatur; descendens & reuertens Christus similis esse turturi perhibetur. II. Mundus, id est, mundani, arguuntur à Spiritu sancto de peccatis superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, & hypocrisis. III. Spiritus sanctus venit vt iustum doceat omnem veritatem, id est, opus bonum, quod sine ipso fieri nequit. *A pag. 299. ad pag. 304.*

S. Avgvstini sermo in Euangelium, in quo tractatur de incredulitate in Christum, quæ simpliciter dicitur peccatum, quod ex scriptura clarè demonstrat; & quomodo ad fidem discipulis & fidelibus augendam & meritum complendum, expediens erat vt Christus ad Patrem abiret, & præsentia eius sensibili priuaremur. Ac tandem quid sit, mundum à Spiritu sancto argui de peccato, de iustitia & de iudicio breuiter explicat. *Tom. 10. serm. 60. de verbis Domini fol. 50. à col. 1. ad 3.*

Eiusdem sermo in illa Euangelii verba, *arguet mundum de peccato, &c.* In quo multæ difficultates soluuntur; Cur de solo incredulitatis peccato mundus sit à Spiritu sancto redarguendus; Quæ differentia insit inter credere Christum, & credere in Christum; Vbi dicitur, fidem veram & viuam non separari à spe & charitate, contra huiusce temporis hæreticos, De qua iustitia mali homines sint increpandi; Vbi obiter notat misericordiam erga proximum à nobis exhibitam dici nostram iustitiã; Quomodo Christus sit vnum cum Patre, & vnum nobiscum; Quid sit, mundum argui de iudicio, & quædam alia eiusmodi. *Tom. 10. serm. 61 de verbis Domini. fol. 50. col. 3. 4. & 51. col. 1. & 2.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium, in qua textum ad litteram, & ad mysterium Patrum vestigia sequendo, exponit: & ad Christum imitandum fideles hortatur. *Tom. 7. homil. Æstiual. col. 18 19. & sequentibus.*

S. Bernardi sermo in Euang. vbi docet Spiritum sanctum arguere mundum 1. de peccato, quod dissimulat: 2. de iustitiâ quam non ordinat 3. de iudicio, quod vsurpat. *Ex paruis & variis sermonib. serm. 21. col. 452. 453.*

S. Bonaventvræ sermo primus de peccati reprehensione instituitur, & tria declarantur. I. Peccatum redargui corde quatuor modis II. Idem argui ore quadrupliciter. III. Idem etiã opere reprehendi quadrifariam, in illud, *Arguet mundum de peccato, &c Tom. 3. Dom. 3. post Octau. Pasch. pag. 111.*

Eiusdem sermo secundus in illa verba Euangelii, *Princeps mundi huius iam iudicatus est*, ostendit dæmonem, principem malum, imò pessimum esse, & tyrannum quia fraudulentissimus, quia inquietissimus & turbulentissimus, quia crudelissimus, quia iniustissimus in retributione existit: è contra Christus bonus princeps ob quatuor præclara & supradictis contraria, ob fidelitatem, ob pacem, ob clementiam, & iustitiam. *Ibidem pag. 111. & 12.*

Item eiusdem sermo tertius in illud, *Cum venerit ille spiritus veritatis, &c.* De Spiritu sancto loquitur, cuius benigni-

tatem, dignitatem; & liberalitatem prædicat; quoad benignitatem docet eum ad nos venire vt medicum, vt magistrum, vt Regem; quoad dignitatem ostendit illum admirabilem, venerabilem, & desiderabilem; quoad liberalitatem declarat eumdem SS. docere nos triplicem veritatem, ad quam omnis veritas reduci potest. *Ibidem pag.* 112. 113.

Item eiusdem sermo quartus in illud Euangelii, *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Tribus considerationibus concluditur, quis doceat, quos doceat, & quid doceat. In I. Probat Patrem, Filium & Spiritum sanctum nos docere. In II. Humiles, mites & spirituales à tribus istis Diuinis Magistris doceri. In III. Verò triplicem veritatem in hac cœlesti schola didisci, nimirùm veritatem doctrinæ, veritatem vitæ, & veritatē iustitiæ. *Ibid. p.* 113. 114.

DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. hodiernæ lectionem, sermo. Debemus proni esse & alacres ad audiendum verbum Dei; quia 1. Illuminat animam ad cognoscendum ea quæ Deus ab ipsâ requirit, & sine quorum notitiâ, saluari non potest. 2. Mentem in Dei amore accendit & ad proficiendum inflammat. 3. Curat mentem à vitiis. 4. Signum est bonitatis, probitatis, atque prudentiæ. 5. Signum est probabile prædestinationis diuinæ. 6. Duritiam frangit cordis, & emollit ad compunctionem & deuotionem, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 188. *pag.* 2. *ad fol.* 189. *pag.* 2.

Eiusdem, sermo 1. pro Euang. quo probat omne peccatum impedire infusionem & inhabitationem Spiritus sancti. 1. Auctoritate sacræ scripturæ, quæ euidenter atque frequenter hoc protestatur: 2. Ex parte Dei, cuius tàm infinita est bonitas, misericordia & dilectio circà genus humanum, vt gratiam & Spiritum sanctum det, nisi peruersitas nostra impediat: 3. Ex beneficiis Dei, qui semper benefacere est paratus, si obicem non ponamus, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 190. *pag.* 2. *ad fol.* 191. *pag.* 2.

A Eiusdem, pro Euang. serm. 2. Spiritus sancti infusionem specialiter impedit. Primò. Inuidia, quia 1. mentem facit Spiritui sancto odibilem; 2. directè contrariatur summæ virtuti theologicæ; 3. de aliorum prosperitate & gratiâ contristatur. Secundò. Luxuria, quia 1. puritati Spiritus sancti est contraria; 2. homini fastidium diuinorum ingerit; 3. in eâ viget amor carnalis; 4. per eius inquinamenta homo brutis æquatur. Tertio, Auaritia, quia 1. fortiter alligat cordis affectum rebus caducis; 2. est seruitus idolorum; 3. nihil est iniquius quàm amare pecuniam; 4. ex eâ oriuntur peccata multa grauissima, vt rapinæ, furta, sacrilegia, men-
B dacia, &c. *In sermonib. de temp.* 191. *pag.* 2. *ad fol.* 192. *pag.* 1.

S. GAVDENTIVS BRIXIENSIS discursum habet de promissione Paracliti, huic Euangelio aptandum, Spiritus sancti Diuinitatem, & cum patre & filio vnitatem in substantia probat: quibus alis ad Diuinæ Trinitatis cognitionem eleuari possimus, docet. Vbiquitatem Diuinæ naturæ & trium personarum sanctissimæ Trinitatis, verbis dauidicis, ex Ps. 138. appositè explicat, ac tandem quid sit Spiritum sanctum in nomine filii à patre mitti, docet, & exponit. *Tom. 2. Biblioth. Patrum Tractat.* 14. *col.* 83. 84 85.

GVILLELMI PARISIENSIS
C sermo in illud Epistolæ Iacob. 1. *Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum* &c. I. Conuersis ad Deum necesse est cauere à peccato & proficere in bono: quæ Ecclesia proponit & docet in quinque dominicis paschalibus. II. Ad cauendum lapsum in peccatum, valent præcipuè fides, patientia, abstinentia. III. Ad proficiendum in bono, necessarium est agnoscere vnde sit omne bonum; doctrinam operationem bonam, diligentem conseruationem boni acquisiti habere. IV. Omnia bona naturæ, fortunæ, & gratiæ sunt à Deo. V. Docilitas requirit vt homo verbum Dei libenter audiat, in mansuetudine illud suscipiat, per firmam memoriam in corde

retineat. VI. Paratior debet esse homo ad audiendum quam ad loquendum; quia, auditus in pluribus est quam loquela; lingua naturaliter est inclusa, cùm aures in aperto & apertæ sint; habemus duas aures, cum vnicum os habeamus. VII. Parati esse debemus ad audiendum diuinam legem, Prælatorum iussionem, pauperum clamorem. VIII. Abiiciendæ sunt immunditiæ quantum ad peccata carnalia, abiicienda malitia quantum ad proximi iniuriam. *A pag. 99. ad pag. 102.*

Eiusdem, sermo in Euang. Ioan. *Vade ad eum qui misit me, &c.* Pluribus contentus partibus. Primò. Dominus corporalem discessum discipulis prædicit, vt ad id quod eis magis expediebat disponeret eos. Secundò. Missionem Spiritus sancti eis promittit. vt amorem diuinitatis altiùs eorum infigeret mentibus. Tertio. Duplicem Spiritus sancti effectum declarat, corroborationem affectuum, & illuminationem intellectuum. Quartò. Ille Spiritus arguit mundum de peccato quod habet, sc. infidelitatis; de iustitia quam non habet, siue quam obmisit & imitatus non est; de iudicio quod non timet. Quintò. Item Spiritus Apostolos instruit aliqua tacenda carnalibus quæ sunt dicenda spiritualibus. Sexto. Ille filium Dei clarificat diffundendo in cordibus fideliū charitatē spiritualesque faciēdo & eis declarans quomodo filius Dei est æqualis Patri. Præcedentia omnia latiùs ad nostram instructionem & morum reformationem examinantur. Septimo. Tandem Sex modis Spiritus sanctus Christum clarificat, 1. Ostendens eum esse Deum. 2. bonitatis effusæ magnitudine, 3. faciendo filios spirituales, qui intelligere possint æqualitatem filii cum Patre, 4. tollendo timorem ab eis, vt gloriam Christi toti mundo annunciare possint, 5. miraculis fidem in Christum augendo, 6. per paucos de mundo triumphando. *A pagin. 379. ad pag. 387.*

✠ Radulphi Ardentis ex iis quæ scripta sunt Iacob. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, &c.* Homilia 1. Omnia bona sunt à Deo; siue temporalia, vt res & possessiones; siue naturalia, vt bona animæ sc. ratio, memoria, prouidentia, bona corporis forma, fortitudo, &c. Siue spiritalia, vt virtutes & gratuita dona; siue cœlestia, vt immortalitas, impassibilitas, &c. II. Mala ex Deo non sunt, qui neque mutatur per generationem aut corruptionem, neque variatur per alterationem aut loci mutationem. III. Gratis dat Deus nobis omnia quæ habemus bona. IV. Bona sequi, & mala vitare debemus per velocitatem ad audiendum verbum Dei, & tarditatem ad iram. *A fol. 209. pag. 1. ad fol. 213. pag. 1.*

Eiusdem homilia in Euang. hodiernum: quo quatuor discipulis prædicit Dominus, vt eos consoletur Primò. Se ad patrem iturum, vt qui descendit humiliatus, ascendat glorificatus. Secundò. Hunc ad patrem ascensum illis expedire, vt gratiam Spiritus sancti quam anteà cum mensurâ acceperant plenariè reciperent. Tertiò. Se eis missurum Spiritum sanctum tanquam consolatorem & adiutorem. Quartò, Commoda quæ Spiritus sanctus erat ipsis collaturus sc. correctionem, doctrinam, prophetiam, virtutem. *A fol. 213. pag. 1. ad fol. 216. pag. 2.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo primus in Euangelium tria docet de quibus Spiritus sanctus arguet mundanos, de peccato quod debebant fugere propter tria mala, de iustitia qua abundare debebant similiter propter tria bona, de iudicio quod illis timendum erat ob triplicem rationem. *Tom. 16. serm. Dom. pag. 14. col. 4.*

Eiusdem sermo secundus in illud Euangelij, *Arguet mundum, &c.* Ostendit peccatores in præsenti, & in futuro arguendos; in præsenti ab inspiratione & diuino lumine, à prædicatione, à propria conscientia siue synderesi; in futuro autem, à proprio peccato, ab omni creatura, & à Christo cum æquitate, cum furore, & absque indulgentia. *Ibidem pag. 14. col. 4. pag. 15. col. 1.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio, ad illa verba: *Cum venerit ille,*

arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio Ioann. 16. Hoc Euangelio, & toto sermone illo, Dominum discipulos de sua morte vicina tristes, consolantem introducit tribus vijs. I. A sui discessus vtilitate. 2. A Sancti spiritus promissione. 3. Ex absentiæ breuitate. II Circa promissionem Spiritus sancti duo demonstrat: quid sit ille Paraclitus, & ad quas vtilitates venturus. Et vtilitatem ad tria reducit: propter mundum: propter nos; propter Christum. III. Colligit ex his triplicem vtilitatem aduentus spiritualis Spiritus sancti. 1 est hominis reformatio. 2 Doctrina, 3. fides. IV. Hominis reformationem facit triplicem. 1. quoad se, rationem illuminando: voluntatem benè B inclinando: sensualitatem subijciendo. 2. quoad proximum, in distributione temporalium: in communicatione gratiarum: in supportatione onerum; in redditione debitorum; in innocentia operum. 3 quoad Deum, in fide; obedientia, latria. Denique ostendit ea omnia à Spiritu sancto in Apostolos descendente, effecta esse. *A fol. 79. col. 3. ad fol. 82. col. 2.*

DOMINICA QVINTA post Pascha.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, B ad ea verba Ioan. 16. *Exiui a Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum & cæt.* Duo agit: I. Declarat quare Dominus in hunc mundum venerit. 1. vt nos quomodo viuere deberemus instrueret: præsertim in sobrietate, in iustitia, in pietate. 2. Vt nos ab æterna seruitute redimeret. Vndè colligit duo ei deberi à nobis regressum ad eum per pœnitentiam; & gratiarum actionem. II. Rationes cur Christus ad Patrem redierit, tradit esse has. 1. Vt suis mansiones prepararet. 2. vt pro suis vulnerum signa Patri quotidiè repræsentaret. *A pag. 77. col 1 ad 78. col. 1.*

✠ S. ANTIOCHI LAVRÆ MONACHI serm. 106. tractat de oratione, & princi- A pio declarat effectus orationis, & quid in oratione postulandum sit. 2. semper & vbique orandum esse. 3 Variis scripturæ testimonijs, necessitatem, vtilitatem & conditiones orationis proponit. *Tom 2. Bib. PP. edit. 3. Par. col. 306. & seq.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo. I. Filii Dei sumus, ideo ab ipso petere debemus necessaria, sc. Amorem Dei; qui nos confirmat, animam nutrit, amara dulcia facit, in nomine Christi petendum, quid petendum, notatur in his verbis 1. Timoth. 2. *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones.* II. Christus rogat pro nobis Patrem, qui ad ipsius instantiam nobis parcit. III Christum omnia scire & posse hæc verba Iob. 9. probant. *Qui præcipit soli & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo, &c.* Quæ litteraliter de Christo; moraliter de anima iusti exponuntur. *A pag. 304. ad pag. 308.*

S. AVGVSTINI sermo in Euangelium. I. Docet nos quidem malos esse, sed Patrem bonum habere. II. Bonum vnum esse quod facit bonum ostendit; & bonum alterum vnde facimus bonum. III. Eleemosynam multùm commendat. IV. Consiliū dat lucrorum. V. Vt simus Dei mendici iustitiam postulantes hortatur. VI. Perseuerantiam in oratione suadet. VII. In oratione quis petat, & à quo, discutit. VIII. Naturalem pauperum & diuitum æqualitatem demonstrat, tam in natiuitate, quàm in morte IX. Discrimen ponit inter esse diuitem, & velle fieri diuitem. X. Superbiæ causam, diuitias dicit. XI. Temporalia contemnit, & cœlestia, quæ in æternum manent expetit XII. Diuites cum pauperibus confert. XIII. Cibos superfluos & nimis pretiosos despicit. *Tom. 10. ferm. 5. de verbis Domini secundum Matth. fol. 3. col. 4 & sequentib.*

Eiusdem sermo facilè huic diei aptandus de eo quod scriptum est. *Domine doce nos orare* I. Oratio dominica commendatur. II. *Pater noster* exponitur. III. Frequens communio suadetur. *Ibid. ser. 28. de verb. Domin. secundum Lucam fol. 25.*

Eiusdem

Eiusdem sermo in illud Euangelij Rogationum. *Quis vestrum habet amicum, &c.* Multa complectitur. I. Dei voluntatem in desideriis nostris implendis, & petitionibus exaudiendis: plus enim vult ille dare, quàm nos accipere: plus vult misereri quàm nos à miseria liberari. II. In scripturarum difficultatibus orationi incumbendum esse, & ad Deum recurrendum. III. Diuersas trium panum, de quibus Euangelium supradictum loquitur, mysticas expositiones. IV. Charitatem rectè pani assimilari: sicut fidem, pisci: & ouo spei virtutem. V. Lapidis, serpentis, & scorpionis morales interpretationes. VI. Patientiæ formam, quam tenere debemus in aduersis. VII. Terrenorum contemptum, & æternorum desiderium. VIII. Spei commendationem. IX. Regni terreni & cœlestis discrimen. *Ibid. serm. 29. de verb. Dom. secund. Luc. fol. 25. & sequentib.*

Eiusdem sermo vnde supra. Agit de ianua pietatis domus Domini orationibus opportunè & importunè pulsanda: de Angelorum obsequio: de precum nostrarum exauditione: & de conuiuio spirituali animæ cum Christo. *Ibidem serm. 171. de Temp. fol. 212. col. 1. & sequentibus.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium hodiernum. I. Has quæstiones proponit & soluit, Quare quotiescumque postulamus, non exaudimur. Cur sæpissimè in futurum differatur nostræ petitionis effectus. II. Textum euangelicum litteraliter & moraliter exponit. III. Vt non solùm verba, & opera nostra, sed ipsa quoque cordium secreta diuinis aspectibus digna reddamus, hortatur. IV. De malis cogitationibus cordium expellendis disserit. *Tom. 7. Homil. æstiual. de temp. à col. 22. ad col. 25.*

Eiusdem homilia in Litaniis maioribus & minoribus, feria secunda Rogationum habita in Euangelium. Textus exponitur ab initio ad finem. Amicus ad quem media nocte venitur, ipse Deus intelligitur. In tribus panibus, mysterij Trinitatis intelligentia nota-

A tur. Media nox tribulatio nuncupatur. Amicus autem qui venit de via, noster animus dicitur. Et sic de cæteris huius parabolæ circumstantiis. *Ibidem à col. 25. ad col. 30.*

Eiusdem de maiori litania sermo, seu discursus breuissimus, in quo institutionis Litaniarum & Rogationum causas aperit. *Ibidem col. 360. & sequentibus.*

* S. Bernardini Senensis sermo, de orationis. I. Necessitate; obligamur ad orationem, 1. mentalem; ex naturali iure, quod dictat homini vt disponat se ad ea sine quibus non est salus. 2. &c. *Hic deest secundum & tertium capitulum.* II. Qualitate, 1. dirigi debet ad

B Deum, caput nostrum, membrum eius; 2. fieri debet pro necessitate spirituali, corporali, temporali; 3. est & meritoria, & impetratiua, & testificatiua; 4. Orandum est reuerenter, attentè, deuotè; 5. tribus temporibus meridie, diluculo, vespere; 6. petere debemus necessaria, æterna, fœlicitatem, 7. vt sit grata Deo oratio procedat ex intellectu, affectu, affatu vel ore, &c. *Ex sermon. de tempore, tom. 4. à pag. 188. col. 1. ad pag. 194. col. 1.*

S. Bonaventuræ sermo primus tripartitus in illud, *Petite & accipietis, vt gaudium vestrum, &c.* Prima pars tractat de congruentia conuenienti debitæ dispositionis ad obtinendum quæ

C postulamus, ex parte nostri; fieri autem debet triplici modo, sinceriter, cum rectitudine conscientiæ, in declinando mala: prudenter, cum discretione prudentiæ, in eligendo bona: fiducialiter, cum certitudine confidentiæ, in expectando futura. Secunda pars agit de liberali affluentia supernæ diffusionis; iuxta enim prædictam dispositionem, accipiet petens triplex bonum à diuina misericordia; nimirum claritatē sapientiæ diligentis animam quaotùm ad rationalem: pretiositatem diuinæ gratiæ animā stabilientis, quantùm ad concupiscibilem; & soliditatē constantiæ roborantis animam, quaotum ad irascibilem. Tertia pars differit de efficacia completæ perfectionis

ex parte doni, tandem enim gaudebimus de aperta visione primæ veritatis, in quieta fruitione fraternæ suauitatis, & in firma tentione diuinæ immobilitatis. *Tom. 3. pag. 114. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. Quadruplicem considerat plenitudinem, misericordiæ scilicet, in mundo: iustitiæ, in iudicio: lætitiæ, in cœlo: & miseriæ, in inferno. *Ibidem fol. 115.*

Eiusdem sermo tertius in illud. *Ipse enim Pater amat vos, &c.* Docet nos Patrem æternum habere propitiatorem in mundo, susceptorem in extremo, glorificatorem in cœlo, & amatorem ab æterno. *Ibidem fol. 115. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus in illa Euangelii verba, *Nunc scimus, quia scis omnia.* Agit de duplici scientia humana & diuina. Humana quinque de Deo scire debet; nimirum potestatem eius, veritatem, bonitatem, voluntatem, & seueritatem. Diuina verò etiam quinque alia de homine cognoscit; videlicet, aduersa quæ sustinet, necessaria quibus indiget, merita quæ habet, tempora quæ timet, & stipendia quæ recipiet. *Ibidem fol. 116.*

Eiusdem sermo quintus in diebus Rogationum habitus, super illa Esther verba, *Esther Regina confugit ad Dominum pauens periculum.* Tria discutit ad impetrandum aliquid à Domino requisita; necessaria est enim conscientia benè ordinata, per fidem eleuata, & causa siue ratio manifesta. *Ibidem fol. 116. & sequentibus.*

Eiusdem sermo sextus vnde supra, in illud. D. Iacob. *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Docet confessionem debere esse propriam, veram, puram, integram, mundam, & piam. *Ibidem fol. 118.*

Eiusdem sermo septimus vnde supra, in illud, *Petite & dabitur vobis* Monet, vt in nostris orationibus necessitatem quam habemus, attendamus, nec non petitionis dignitatem, & diuinam largitatem. Necessitas nostra se tenet ex tribus, ex inimicorum nostrorum seuerissima impugnatione, ex hominis vilissima defectione & paupertate, & ex

A iudicis grauissima offensione. Dignitas petitionis attenditur penes petentem, rem petitam, & modum petendi. Largitas diuina, in rebus spiritualibus temporalibus, & æternis nobis diuinitùs collatis, comprobatur. *Ibidem fol 118. & sequentibus.*

Eiusdem sermo octauus vnde supra. Tractat de modo, quo Deus dat, & de donis eius ac datis. Quantùm ad I. Docet Deum dare certissimè, copiosissimè, prudentissimè, & frequentissimè: siue, indubitanter, abundanter, prudenter, & incessanter. Quantùm ad II. Quinque Dei data enumerat, quibus homo, quasi quinque talentis ditatus, lucra spiritualia cumulare debet. Datum primum dicitur naturæ, secundum
B fortunæ, tertium potentiæ mundanæ, quartum scientiæ, & quintum gratiæ. *Ibidem fol. 119.*

Eiusdem sermo nonus in illud, *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Confessionis vtilitates recenset. Confessio siquidem liberat à malo culpæ, miseriæ, & gehennæ: adiuuat in tentatione ad triumphandum, in oratione ad impetrandum, & in operatione ad fructificandum: inuenit faciem Christi pecatam, portam cœli reseratam, & coronam regni magnificatam. *Ibidem fol. 119. et sequentibus.*

Eiusdem sermo decimus in illud, *Quærite & inuenietis.* Cùm Dei regnum sit inueniendum, vt illud quæramus
C allicit nos temporis opportunitas, loci amœnitas, inueniendæ rei pretiositas, & inueniendi securitas. *Ibidem fol. 120.*

Eiusdem sermo vndecimus vnde supra. Docet illum, qui quærit meditando, orando, & benè agendo, inuenire in mundo gratiam, in iudicio iustitiam & in cœlo gloriam. *Ibidem fol. 120. & sequentibus.*

Eiusdem sermo duodecimus in illa D. Iacob. verba, *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Præsupposita confessionis necessitate, quatuor consideranda proponit; confessoris videlicet authoritatem, sceleris fœditatem, temporis congruitatem, & confessionis qualitatem. *Ibidem fol. 121.*

Eiusdem sermo decimus-tertius in illud Euangelii, *Pulsate et aperietur vobis*. De triplici pulsatione differit, diuina, humana, & diabolica. Pulsat Deus ad ostium cordis, baculo crucis, tintinnabulo prædicationis, & malleo timoris damnationis. Pulsare debet homo ad ostium diuinæ misericordiæ desideriis & suspiriis, lachrymis, orationibus, & castigationibus, diu & altè. Pulsat dæmon tentationibus, delectationibus, & aliquandò etiam aduersitatibus. *Ibidem fol.* 121. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo decimus quartus vnde supra. Cùm homo debitè orationibus pulsat ad ostium bonitatis diuinæ, aperitur illi carcer culpæ ad euadendum, thesaurus gratiæ ad accipiendum palatium gloriæ ad ingrediendum, & sepulchrum miseriæ ad resurgendum. *Ibidem fol.* 122.

S. Cæsarii Arelatensis homilia de Litania. I. Dies Rogationum, animarum peccatis vulneratarum nominat medicinales. II. Modum tradit, quo possimus fortiter dimicare contra inimicos salutis nostræ, ac de illis insignem victoriam reportare. III. Cum per totum anni circulum nobis peccatorũ vulnera subrepant, hortatur vt in istis tribus diebus fideliter ad Ecclesiã, tanquam apes ad aluearium curramus, & corde contrito Dei misericordiam deprecemur. IV. Vt ad meliora conuertamur, dum in nostra potestate sunt remedia, incitat. V. Christianos apibus assimilat. VI. Negligentes, & ad Ecclesiam tardè venientes redarguit: eosque, qui priusquam diuina mysteria compleantur, abscedunt, reprehendit. *Tom.* 2. *Bibl. Patrum Homil.* 37. *col.* 647. *& sequentibus.*

S. P. Chrysologi sermo de perseuerantia orationis, in Euangelium Rogationum. I. Quàm bonus & quàm fidelis sit Dominus in orationibus nostris exaudiendis, declarat. II. Horam impetrandi efficaciam assignat. III. Somno nimis deditos reprehendit. IV. Modum petendi tradit. V. Perseuerantiam in oratione commendat. *Serm.* 39. *col.* 101. *& sequentibus.*

A Eiusdem sermo in illud Lucæ, *Quis ex vobis patrem petit panem*, *&c.* I. Comparatione patris insinuatur Dei erga homines affectus. II. De Patrum in filios charitate agitur. III. Filiorum Dei qualis debeat esse obedientia respectu diuini patris, declaratur. IV. Cur similitudines in Euangelio Rogationum commemoratas Dominus proposuerit, ratio redditur. *Serm.* 55. *col.* 141. *& seq.*

S. I. Chrysostomi oratio prima de precatione. I. Precationis dignitatem exprimit. II. Quòd Deus homines precatione ac sua consuetudine dignetur, ipsis maximum honorem ex hoc euenire, ostendit. III. Orationem vitæ spiritualis ac omnium virtutum esse conciliatricem, demonstrat. IV. Stul-B tum imò mortuum probat eum, qui Deum non precatur assiduè, neque diuino colloquio frui cupit. V. Precationem vesti assimilat. VI. Orationis varios effectus recenset, eamque laudibus celebrat, quod ipsa sit iustitiæ argumentum, quòd culpas & scelera expellat, quòd magna pericula repellat. VII. Orationis frequentiam suadet, & vt in ea diei cursus conficiatur, hortatur. *Homil.* 67. *ad populum Antioch. à pag.* 840. *ad pag.* 446.

Eiusdem oratio altera vnde suprà I. Quantùm sit, hominem in diuinum colloquium, (quod fit oratione,) venire, explicat. II. Encomia eorum prædicat, qui diuina consuetudine fruun-C tur, & cum Deo ipso colloquuntur. III. Orationem aduersus hostes animas munire ostendit. IV. Precationem corporis neruis assimilat. V. Quare Christus homines ad precationem cùm vellet allicere, eiusque commoda mentibus nostris proponere, iudicem iniquum, & crudelem qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur, in exemplum adduxerit, causam aperit, & efficaciam orationis comprobat. VI. Sanctorum exempla profert, qui piis precibus gentes, vrbes, orbemque terrarum conseruauerunt. *Homil.* 68. *ad popul. Antioch. à pag.* 846. *ad pag.* 854.

Dionysii Carthusiani pro hodierna epist. sermo; in quo vide-

tur, Christianum præ cæteris populis ad legis Euangelicæ obseruantiam obligari. I. Ex parte legislatoris, sc. Christi, qui hanc legem & fecit & promulgauit. II. Ex parte ipsius legis, quæ multò faciliùs potest impleri, quàm poterat lex Moysis. III. Ex parte beneficiorum Dei, quæ ei à Christo & per Christum sunt impensa. IV. Ex parte præmii obseruantiæ huius, quæ suis obseruatoribus dat fœlicitatem æternam. *Ex sermonibus de temp. à fol. 195. pag. 2. ad fol. 196. pap. 1.*

Eiusdem, sermo 1. pro Euang. Primò. In Deo fiduciam habere debemus quia 1. magna eius est bonitas, pietas, & dilectio; 2. tàm in veteri quàm in nouo testamento, frequenter asseruit se paratum succurrere & exaudire sperantem in se; 3. tàm multa beneficia nobis contulit, vt dubitari non queat, quin deinceps exaudire paratus sit. Secundò. Ad hanc fiduciam mouere nos debet 1. quod Deus tàm pius & liberalis sit; 2. indigentia nostra; 3. importunitas hostium nostræ salutis. Tertiò. Deus exorandus est cum, 1. magno charitatis feruore: 2. fiduciâ: 3. grandi reuerentiâ: 4. vitæ consonantiâ. *Ex sermonibus de temp. a fol. 197. pag. 1. ad fol. 198. pag. 1.*

Eiusdem, sermo 2. in Euang. Per quem demonstratur ineffabiliter magnam & dulcem esse beatorum gloriam; quia 1. Per redemptorem immensæ dignatatis acquisita est: 2. Christus pro eâ recuperanda tanta assumpsit fecit, & pertulit: 3. eâ charè ac difficulter sancti emunt & obtinent: 4. ex pulchritudine naturalium & artificialium rerum eius deprehenditur pulchritudo: 5. Beati quantum ad animam, assimilantur. Deo similitudine gloriæ: 6. obiectum eius est dignitatis & excellentiæ infinitæ. 7. Deus per sacras scripturas, & sanctos, eam reuelauit: 8. Deus in hâc vitâ sanctorum Reliquias honorat, &c. *Ex sermonibus de temp. fol. 198. à pag. 1. ad pag. 2.*

S. Ephrem Syri discursus de oratione; Agit de modo orandi Deum, de frequenti oratione, de precationis laudibus, eiusque diuersis effectibus, & A de inimicitiis ante orationem deponendis. *Tom. 1. pag. 14. & sequentibus.*

D. Eusebii Emiseni homilia in Litaniis. I. Ad quid sit hoc triduum Rogationum institutum, declarat. II. Quosdam sui temporis, qui nimia temeritate dicebant, quid nobis profuit orasse, & tota spiritus contritione laborasse, acriter reprehendit. III. Varios orationis effectus refert. IV. Deum suos in tribulationibus quidem probare, sed non derelinquere, ostendit. *Fol. 68. & sequentibus.*

I. Gersonii sermo de oratione factus in Concilio Constantiensi, in illud. *Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, &c.* Diuinam laudat prouiden-B tiam, quòd benignissimus Deus celerem nuntium nobis prouiderit, quem quotiescumque anima voluerit, libero volatu ad Patrem nostrum qui in cœlis est, destinabit. Nuncius iste est oratio, duabus alis subnixa, fide, & spe, charitateque animata, ac virtutum multiplicitate tanquam variis plumis ornata. Enumerat autem conditiones & proprietates, quas debet habere nuncius istæ nostræ peregrinationis, & sextuplici partitione totum absoluit. Prima pars vult, vt oratio sit agilis & expedita tanquam cursor leuis, vias suas explicans. Secunda vt sit bonis associata, impossibile est enim multorum preces non exaudiri. Tertia vt sit patiens & benigna. Quarta vt sit libera, nec obli-C gata, vel alligata rebus huius mundi per vincula cupiditatis. Quinta, vt sit amicabilis & modesta. Sexta, vt sit humilis & subdita. *Tom. 1. part. 2. à col. 768. ad col. 774.*

Gverrici Abbatis sermo in diebus Rogationum Euangelium quod feria secunda legitur, explanat. Per tres panes, summam Trinitatem intelligit. Hos panes relinquit frangendos angelicæ sublimitati: & alias horum panum mysticas proponit intelligentias, quæ nostræ magis congruunt infirmitati. *A pag. 268. ad pag. 373.*

Gvillelmi Parisiensis sermo. In quo hodiernę Epistolæ Iacob. 1. lectione, inuitat nos I. Ad obedien-

tiam, sub his verbis, *Estote factores verbi, &c.* Et dicit esse aliquos, qui verbum Dei nec audiunt nec faciunt; alios qui audiunt & non faciunt; alteros, qui libenter audiunt & faciunt, &c. II. Ad linguæ custodiam, *Si quis putat se religiosum esse, &c,* In qua est perfectio & sapientia hominis christiani. III. Ad misericordiam. *Religio munda & immaculata, &c.* Summa religionis est vera misericordia, per quam gratia Dei acquiritur, & misericordiâ Dei aliquis dignus efficitur, & diabolus vincitur. IV. Ad innocentiam siue munditiam *& immaculatum se custodire, &c.* Multiplex autem est macula quam aliquis contrahit ab hoc sæculo, sc. superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, gulæ, loquacitatis, &c. *A pag. 102 ad pag. 104.*

Eiusdem, sermo 1. in Euang. quod breuiter ex patrum testimoniis & litteraliter explicat. Ex Aug. quicquid cōtra rationem salutis petitur, in nomine Saluatoris non peti dicit: & ex eodem pro nihilo habendum quod petierant Apostoli, quia erat transitorium; gaudium plenum esse spirituale non carnale. Ex Victore, dicta sibi à Christo vocant Apostoli prouerbia, quia obscura. Ex Aug. Christus inquantum homo interpellat pro nobis, inquantum Deus exaudit cum patre. Quomodo Christus exiuit à Patre, reliquit mundum, perrexit ad Patrem, venit in mundum? idem Aug docet. Alia similia hîc tanguntur. *A pag. 387. ad pag. 388.*

Eiusdem, sermo 2. vbi agit de oratione, de qua plura ponuntur. I. Etsi omni tempore orandum, præcipuè tamen his temporibus Rogationum, Pentecostes Ascensionis, &c. II. Negligentia impedit orationis effectum & fructum. III. Fiducia impetrandi datur, cum Deus veritas nuncupatur; ideo non potest fallere; promisit, dabit. IV. Forma petendi à Domino iudicatur 1. Petendum aliquid quod sit solidum & permanens, non temporale transiens & fugiens: 2. A Deo vt Patre petendum, dulce enim est nomen paternum, & est naturale patribus vtilia filiis prouidere: 3. Petere debent discipuli Christi non alii, id est, in Christum credentes & eum amantes: 4. Petendum in nomine siue in virtute nominis Christi in qua facta sunt miracula, expulsa dæmonia, impetrata beneficia: 5. Sancti pro seipsis exaudiuntur non pro omnibus. V. Negligentia humana contraria est orationi, dum homo temporali consolatione contentus, cœlestem negligit. VI. Ad orationem nos prouocat liberalitas diuina. VII. Piè petit, qui petit id quod non est contra salutem animæ, impiè econtra, &c. VIII. Sex, orationem efficacem reddunt. 1. puritas cordis, 2. largitio eleemosynarum, 3 humilitas, 4. mansuetudo, 5. fiducia, 6. obedientia, &c. *A pag. 388. ad pag. 393.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo vnicus, ad illa verba: *Iterum relinquo mundum & vado ad Patrem* I. Docet, quare Christus cogebatur Apostolis substrahere corporalem suam præsentiam. II. Ostendit doceri nos abnegationem omnium rerum creatarum. III. Quàm necessaria sit abnegatio sui, quæ & vsque ad finem conseruanda. IV. Nullum perturbari debere quod perfectus non sit, quia in cælo pusilli sunt & magni. V. De paupertate spiritus agit. *A pag. 241. ad 247.*

S. MAXIMI homilia in Litaniis, & de ieiuniis Niniuitarum. I. Regem Niniuitarum laudat, quòd virtute hostes superaret, & Deum humilitate vinceret. II. Niniuitarum pœnitentiam describit. III. Vt in nostris necessitatibus ad Deum per ieiunia, & orationes legationem destinemus, auxilii petendi causa, hortatur. IV. Ieiunii præconia refert. *A col. 633. ad col. 635.*

✠ NICOLAI DE CVSA sermo I. in Euang. *Amen, Amen dico vobis, &c. Ioan. 16.* Exiuit filius Patris æterni, de regno Patris inuisibili, ad hunc mundum, vt hunc mundum sibi subiugaret; vt sic omnia subiiceret Deo Patri, & debellaret principem mundi; illum autem non potuit vincere, nisi quando in mundo putabatur victus: quare mortem morte interfecit; & Pater manifestatus est morte filij, & illa manifestatio est victoria. *Excitat. lib. 4. pag. 467.*

Eiusdem, sermo 2. vbi suprà. Sicut in manna sensibili, fuit inuisibilis cibus; sic in Christo sensibili, spiritualis & immortalis. Vnde Christus est manna absconditum, quod nemo scit nisi qui accipit. *Excitat. lib. 2. a pag. 382. ad pag. 383.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in illud Ep. *Estote factores verbi & non auditores tantum &c. Iacob. 1.* Homil. quâ ostenditur. Primò. Verbi auditorem & non factorem à seipso falli, frustratur enim hîc illius opinio quia falsa: & in futuro spes eius, quia erit vana. Secundò. Solum factorem legis & operis, & non assiduè in eius permanentem meditatione, fore beatum. Tertiò. Religionem falsam esse, quæ eum cætera vitia caueat, vnum cauere negligit. Quartò. Veram religionem esse quæ apud Deum Patrem, & propter Deum Patrem est sancta & immaculata. *A fol. 216. pag. 2. ad fol. 219. pag. 1.*

Eiusdem, ex Euang. homilia in quatuor partes distincta. I. Instruit nos Dominus, vt si petitum volumus dari nobis quid petamus, & à Patre, & in nomine Iesu Christi. II. Prædicit discipulis Dominus rectè petituros post Ascensionem & Spiritus sancti missionem; quando illa verba, quæ illis prius minus intelligentibus, fuerant prouerbia facta; erunt ad intelligendum plana & aperta. III. Ostendit Dominus Patrem fore pronum ad audiendum discipulos, quando petierint in nomine suo. IV. Quoniam discipuli exteriorem verborum Domini planiciem intellegebant, putabant ipsa verba plana esse & nullius subtilitatis profunditatem continere. *A fol. 219. pag. 1. ad fol. 223. pag. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo primus in Rogationibus, super illa Iacob. verba, *Multùm valet deprecatio iusti assidua, &c.* Orationis virtutem efficacem ostendit quinque modis I. In comparatione ad Deum, quia eius iram mitigat, quicquid ab eo petit impetrat, & eum ad hominis obedientiam inclinat. II. In comparatione ad Angelos, quia orantibus Angeli assistunt, orationes Deo deferunt, & orationis exauditionem referunt. III. In comparatione ad omnes, quia à malis liberat, veniam impetrat, & æternaliter saluat. IV. In comparatione ad dæmones, quia orationibus fugiunt, de cordibus expelluntur, & precationibus iustorum obediunt. V. In comparatione ad omnes creaturas, quia solem sistit, ignem de cœlo deponit, cœlum aëreum claudit, aquas currentes immobiles facit; fertilitatem terræ reddit, mortuos de purgatorio educit, & bestias ferocissimas mansuefacit. *Tom. 16. serm. Domin. fol. 15. col. 1. 2.*

Eiusdem sermo secundus in illud Petri, *Estote prudentes, & vigilate in orationibus.* In tres distribuitur partes. Prima docet orandum esse fideliter, attentè, & frequenter. Secunda hortatur ad
B dilectionem proximis exhibendam affectu cordis, operis, & sermonis. Tertia monet vt omnia bona à Deo nos habere cognoscamus, vt omnia ad honorem Dei faciamus, & vt gratiam & gloriam Domino referamus. *Ibid. col. 2. 3.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Pet. *Hospitales inuicem sine murmuratione.* Hospitalitatem suadere conatur, propter præceptum Domini sanctorum exemplum, supplicium vitandum, & multiplex emolumentum. *Ibidem col. 3.*

Eiusdem sermo in Euangelium huius Dominicæ. In quo docet. I. Christum à Patre exijsse propter tria, scilicet,
C cet, vt eum mundo manifestaret, eius voluntatem nobis declararet, & paternam charitatẽ manifestaret. II. Eumdem etiam propter tria venisse in mundum, vt ipsum illuminaret, Deo Patri reconciliaret, & à potestate diaboli liberaret. III. Ipsum deseruisse mundum propter ipsius mundi malignitatem, ingratitudinis peruersitatem, & vt relinquendi mundum nobis præberet exemplum. IV. Dominum ascendisse ad Patrem, vt eum pro nobis rogaret, Spiritum sanctum destinaret, & locum apud Patrem hominibus pararet. *Ibidem serm. 3. Domin. 4. post Pascha fol. 15. col. 1.*

FERIA SECVNDA Rogationum.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad ea verba Matth. 7. *Petite & dabitur vobis.* Quatuor exequitur. I. A Deo esse petendum. II. Petendum esse corde, ore & opere. III. Petendum esse quod oratione Dominica continetur. Tres virtutes Theologicas, fidem, spem & charitatem: Et quatuor cardinales, fortitudinem, iustitiam, temperantiam, & prudentiam. IV. Tempus petendi esse præsentem vitam. *A pag.* 78. *col.* 1, *ad* 79. *col.* 1.

Eiusdem sermo 2. in Litanijs, ad hæc verba. *Quærite & inuenietis. Matth.* 7. De quæsitione Domini tractat. Et I. Deum esse quærendum. II. Quærendum esse Dominum, 1. in Bethleemitico præsepio in spiritu paupertatis, vilitatis, & asperitatis. 2. In crucis patibulo, vbi septem verbis totidem virtutes docet. III. Quærendum Dominum in hac vita. *A pag.* 79. *col.* 1. *ad* 80. *col.* 1.

Eiusdem sermo 3. ad hæc verba: *Pulsate & aperietur vobis* Matth. 7. Primo tradit quatuor rationibus ad ianuam regis regum esse pulsandum. II. Manu esse pulsandum, per veram pœnitentiam, constantem quinque partibus, vt manus quinque digitis: feruenti contritione; pura confessione: eleemosynarum largitione: carnis maceratione; deuota oratione. III. Modo esse tempus pulsandi. *A pag.* 80. *col.* 2. *ad* 81. *col.* 2.

✠ S. BERNARDI pro hodierno Euang. sermo: in quo venientem ad nos de via nostrũ amicum nos ipsos esse è regione longinqua ad nos redeuntes famelicos: & vt reficiamur tribus panibus, ab amico Deo esse postulandos. Primus est Cõtinentiæ, quâ restringitur corpus ne deinceps pèr mortiferas voluptates diffluat. II. Humilitatis, quâ instruitur anima ne de ipsâ suâ continentiâ superbiat. III. Feruoris charitatis, quo accenditur spiritus vt corpus & animam, in castitate & humilitate perseA ueranter custodiat. *Ex paruis & variis sermonib. serm.* 17. *col.* 450.

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo in Epist. Primò. Litaniæ & orationes & processiones institutæ sunt 1. maiores in die S. Marci à Gregorio Papa propter pestilentiam magnam; 2. minores à S. Mamerto ob frequentes terræ motus circâ Viennam. Secundò. Hæc his diebus rationabiliter obseruantur, vt 1. Deus tempore isto à læsione conseruet, quos dæmones lædere conantur per tempestates; 2. Deus auferat bella & contentiones; 3. carnales concupiscentiæ mitigentur, quæ tempore hoc solent vigere; 4. ad Spiritus sancti receptionem aptentur fideles. B *Ex proprio de sanctis fol.* 188. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

Eiusdem, in Euang. sermo, in quo. Primò. Deus duplici similitudine hortatur nos, vt ab eo petamus necessaria: & asserit se exauditurum nostras orationes. 1. est amici nocturno tempore amicum rogantis vt commodet tres panes; &c. 2. filii à patre suo carnali panem ad manducandum petentis. Secundò. Attendere debemus 1. nostram in orando vilitatem, & indigentiam; 2. orationis virtutem, & conditiones. Tertiò. In orante quatuor debent reperiri sc. feruens desiderium rei pro quâ orat; vt sit in charitate & gratiâ; cognitio propriæ infirmitatis; vt petat B expedientia ad salutem, &c. *Ex sanctorum proprio à fol.* 189. *pag.* 2. *ad fol.* 190. *pag.* 1.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo vnicus, ad illud Euangelij: *Quis vestrum habebit amicum.* I. Statuit differentiam interpetere, quærere, & pulsare. II. Euangelij partes ex V. Beda edisserit III. Qualiter & quid orandum sit aperit. IV. Cur non semper orantes exaudiantur: scilicet, quia cor eorum alieno amore occupatur. V. Tractat de frequenti communione, & rara etiam. VI. Quomodo ad ostium pulsandum sit, & quod sit ostium istud. *A pag.* 248. *ad* 253.

✠ RABANI MAVRI homilia in Litanijs. I. Explicat quæ sit causa

conuentus hodierni, & quid agendum sit exemplo Niniuitarum. II. Agit contra eos qui his diebus turpius viuunt. III. Vrget id ab imminenti grauissima siccitate; infestatione paganorum; pestilentiâ. IV. Cur hi dies veris tempore celebrentur. *Tom. 5. pag. 590. col. 2. & 591. col. 1.*

Eiusdem homil. secunda, in Litanijs de oratione dominica; quàm, post breuem præfationem de oratione, per partes explanat. *Tom. 5. pag. 591. col. 1. & 2. & pag. 592. col. 1.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS homilia in epist. dicta *Confitemini alterutrum peccata vestra, &c. Iacob. 5.* in quâ hortatur nos Apostolus. I. Ad confessionem mutuam, quæ nobis necessaria est vt peccata dimittantur; fieri debet omnium criminalium, sacerdoti habenti potestatem ligandi & soluendi, omni tempore quo nos peccasse cognoscimus, cum cordis compunctione; vultus humilitate, corporis supplicatione, vocis flebilitate. II. Ad mutuam orationem, quæ fieri debet solo corde non labiis pro fratribus christianis vt saluentur. III. Ad correctionem & fratrum peccantium conuersionem, quæ est facienda verbo, exemplo, oratione. *A fol. 223. pag. 2 ad fol. 226. pag. 2.*

Eiusdem, homilia in Luc II. Euang. In quâ ex duabus parabolis probat, imprimis Deum nos orantes multoties non statim audire, sed differre: vt magis & magis orantes, magis & magis mereamur; ideo nos hortari ne aborationе fatigemur, vel de impetratione desperemus. Deinde non nisi bona dare Deum Patrem; & ea dare, non propter meritum, aut importunitatem nostram, sed propter affectum paternalem, *A fol. 226. pag. 2. ad fol. 230. pag. 1.*

VIGILIA ASCENSIONIS.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in id Ephes. 4. *Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* Quamlibet creaturam suam, aliquâ gratiâ suâ Christus priuilegiauit;

A vt in se bonitatis diuinæ largitatem demonstraret; haberet vnde Deo gratias referret, materiam apud Deum promerendi haberet. Gratiæ illæ diuersæ sunt; alij enim Apostoli, alij Prophetæ, alij Euangelistæ alij Pastores creantur; &c. Gratias illas dat Deus in opus ministerii, & vsum propter quem factæ & datæ sunt. Finis illarum est, non vt ministri hic ditentur aut honorentur, sed possint Christo ad iudicium suum venienti occurrere & gloriam promereri. *A fol. 230. pag. 1. ad fol. 235. pag. 2.*

Eiusdem, pro hodierno euangel. homilia duabus partibus orationem Christi pro sui clarificatione & suorum conseruatione continens. I. Oraturus Dominus oculos suos ad cœlum subleuat,
B Patrem inuocat, se filium nominat, & sic rogat vt nos orantes ita faciamus rogat autem vt clarificet eum pater in humanitate, operibus, fide credentium; iudicij potestate. II. Patrem filius interpellat pro suorum conseruatione; eorum meritum ostendendo, pro nobis etiam orando, &c. *A fol. 235. pag. 2. ad fol. 240. pag. 2.*

FESTVM ASCENSIONIS DOMINI.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo 1. ad ea verba Marci vlt. *Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cælum & sedet à dextris Dei.* I. Assignat
C septem causas propter quas Dominus in cælum ascendit. 1. vt iter nobis panderet. 2. vt Patres è Symbo in cælum duceret. 3. vt Patri signa redemptionis nostræ ostenderet. 4. vt naturam nostram supra Angelos exaltaret. 5. vt mansiones nobis præpararet. 6. vt corda nostra post se excitaret. 7. vt sigillorum septem reserationem publicaret. II. De sessione Christi ad dexteram Patris agit: & 1. quid per dexteram Dei intelligatur. 2 Christum meruisse ad illam dexteram eleuari. *à pag. 81. col. 2. ad 82. col. 2.*

Eiusdem sermo 2. ad eadem verba. Septimam rationem tractat supra notatam, cur Christus in cælum ascenderit.

rit. Et I. quis sit ille liber signatus, A nempe, propositum Dei de saluandis hominibus. II. Eius septem sigilla exponit ex verbis Apocal.cap.6. *A pag.*83. *col.*1. *ad* 84. *col.* 2.

Eiusdem sermo 3.ad ea verba Actor.1. *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum,ita veniet &c.* Sex circunstantias venientis Christi ad iudicium notat, ex totidem ascendentis in cœlum. 1.cum tubæ Angelicæ sonitu. 2. cum resurgentium exultatione bonorum. 3. cum Angelorum ministerio portantium Dominum. 4. cum benedictione eorum qui à dextris erunt. 5. cum maledictione sinistrorum. 6. cum ostensione vulnerum suorum. *A pag.* 84. *col.* 2. *ad* 85. *col.* 1.

S. Ambrosii sermo in Euangelium hac die habitus. I. Quare Christiani sumus & cur crucem Christi in fronte portamus, docet. II. Quòd non sufficiat adulto Christianum nomen ostendit, sed bona etiam vita exigitur ab eo. III. Quis sit verus & bonus Christianus pluribus demonstrat. IV. Ad cooperationem hortatur, vt nomen Christianum non sit falsum in nobis, nec in nobis Christiana sacramenta patiantur iniuriam. V. Ecclesiam non frequentantes redarguit. *Tom.* 5. *serm.* 58. *de temp. col.* 79 *& sequentib.*

S. Athanasii Alexandrini oratio in Assumptionem Domini nostri Iesu Christi. I. Hominem dæmones contemnentem ob spem ascensionis cum Christo in cœlum, diabolumque alloquentem introducit. II. Christi triumphum celebrat. III. Dæmonem victum despicit. IV. Hodierni mysterii miracula & arcana pandit. V. Fraudis diabolicæ præmia ostendit. VI. Casum hominis in peccatum, eiúsque in cœlum ascensum eleganter describit. VII. Docet oportuisse Resurrectioni saluatoris contiguum esse ascensum, & victorem inferni statim etiam cœlum occupare debuisse. VIII. Quare Christus post suam Resurrectionem cum hominibus per dies aliquot conuersatus fuerit, rationem reddit. *Tom.* 2. *orat.* 1. *à pag.* 3. *ad pag.* 7.

S. Avgvstini sermo primus in festo Ascensionis Domini. Quòd Christus ascendit, vt nos desuper protegeret. Quòd trophæo suo diabolus sit victus. Quòd Christus sit leo, & agnus. Quòd cor hominis Christiani ascendere debeat cum Christo in cœlum. *Tom.* 10. *serm.* 174. *de temp. fol.* 213.

Eiusdem sermo secundus vnde supra. I. Hortatur, vt cum Christo corde in cœlum ascendamus. II. Docet vitia cum virtutum authore non ascendere, qua propter illa deponenda. III. Quid sit sursum cor habere, explicat. IV. Cordis munditiam suadet. V. Humilitatis virtutem commendat. *Ibidem serm.* 175. *de temp. fol.* 213.

Eiusdem sermo tertius vnde supra. B Ostendit. I. Ascensionem Domini, Catholicæ fidei fuisse confirmationem. II. Hodiernam festiuitatem vtriusque naturæ Christi sacramenta manifestasse. III. Hæreticorum impudentiam & ignorantiam, qui inter Deum & hominem distinguere nesciunt. IV. B. Virginem Mariam veram Christi Domini, & dici & esse matrem. V. Mysticam hominis in cœlum ascensionem. *Ibidem serm.* 176. *de temp. fol.* 213. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra. Ascensionis Christi in cœlum causam profert: & de eius duplici forma disserit. *Ibidem serm.* 177. *de temp. fol.* 214.

Eiusdem sermo quintus in eodem C festo. Gloriosam Christi Ascensionem repræsentat, eiusque triumphum describit. *Ibidem serm.* 178. *de temp. fol.* 214.

Eiusdem sermo sextus de eodem. Cœlestem melodiam in hodierno Christi triumpho decantatam recitat. Christum ascendentem, discipulos suos, benedicentem, Apostolos sursùm aspicientes, & Angelos descendentes, ipsosque alloquentes contemplatur. *Ibidem serm.* 179. *de temp. fol.* 214. *col.* 4.

Eiusdem sermo septimus vnde supra. Differit de benedictione Christi Apostolis hodie data, de Angelis, quos Prætores cœlestes nominat, ad Apostolos à Domino missis: & de Iudicis aduentu futuro. *Ibidem serm.* 180. *de Temp. fol* 215. *col.* 2.

V 4

Eiusdem sermo octauus in hodiernum Euangelium. I. Discrimen salutis animæ, & carnis discutit. II Quare Christus filius hominis voluerit appellari, rationem reddit. III. Christum filium hominis cum homine qui non fuit filius hominis, Adamo videlicet, confert. IV. Verbi diuini Incarnationem & descensum explicat. V. Spem ingerit fœlicitatis & immortalitatis. VI. Mortem mortis prædicat. *Ibidem serm. 5. ex his quos dedit Carthusia Parisiensis fol. 318.*

Eiusdem sermo nonus de lectione Actuum Apostolorum, quæ hodie recitatur. I. Docet potius esse mirandum quòd Christus descenderit in infernum quàm ascenderit in cœlum. II. De tempore secundi Christi aduentus fusè loquitur. III. Vnitatem Ecclesiæ multùm commendat, & in schismaticos diuisionis amatores acriter inuehitur. IV. Duas Christi glorificationes secundum hominem agnoscit, V. Quare sit bis datus Apostolis Spiritus sanctus, rationem affert. VI. De duobus charitatis præceptis differit. *Ibidem serm. 6. Dom. post Ascens. Dom. fol.* 318. *& sequentibus.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium. Textum exponendo percurrit: & miracula in lectione Euangelica commemorata, iamque in primitiua Ecclesia per Apostolos corporaliter facta, nunc etiam spiritaliter fieri demonstrat. *Tom. 7. Homil. æstiual. de temp. col.* 30. *& seq.*

S. Bernardi sermo primus in Ascensione Domini de Euangelica lectione. I. Quid sibi vult quod recumbentibus Christus apparet. II. Increpationes æquo animo ferendas docet. III. Mysticam miraculorum operationem pulchrè explicat; in cordis enim compunctione dæmonia eiiciuntur, in oris confessione fideles linguis loquuntur nouis, in tentationum expulsione serpentes tollunt, in concupiscentiæ carnis mortificatione, si mortiferum quid bibunt non nocet, cùm enim senserint, nollent consentire, in bona operatione ægras affectiones curant. *Col.* 192. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra

A quomodo ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. I. Hodiernæ festiuitatis præconia celebrat. II Christum, Dominum esse vniuersorum, ab omnibus creaturis cognitum breui inductione demonstrat. III. Futurum Christi aduentum cum primo, & cum eius Ascensione in cœlum confert. IV. Humilitatem commendat, & viam qua itur ad cœlum nominat. V. Discrimen ponit inter eos qui ad cœlum trahuntur, eos qui in cœlum, ducuntur, & eos qui ad eumdem locum rapiuntur. *Col.* 193. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, de intellectu & affectu I. Explicat illa Salomonis verba Sap 9. *Corpus quod corB rumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.* Per animam affectiones intelligit: & per sensum, intellectum. II. Ostendit Apostolorum & fidelium intellectum per Christum fuisse illuminatum, & eorum voluntatem per Spiritum Sanctum emundatam: vt sicut bonum nouerint, sic & velint. III. Hanc intellectus illuminationem, & voluntatis emundationem, Spiritum duplicem quem Helisæus ab Helia postulabat, nominat. IV. Docet considerandam esse Christi Ascensionem, vt fiat in nobis spiritus iste duplex. V. Negligentiam & ignauiam reprehendit eorum qui ad spiritalia exercitia, corde arido C & affectione recalcitrante, vix trahuntur vix gehennali timore ad hæc compelluntur. VI. Ad orationem hortatur, quatenus bonus Dominus noster affectiones nostras prauas depellat, & spirituales immittat. *Col.* 195. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, de duobus non bonis montibus, & de septem Ascensionibus Christi. Imprimis huiusce solemnitatis encomia prędicat. Deinde Christi descensum, eius esse ascensum; pluribus testatur. Insuper duos malos montes quos fugiamus demonstrat, in vno enim cecidit Angelus, in altero verò lapsus est homo. Denique septem Ascensiones Christi enumerat, & mysticè interpretatur. *Col.* 198. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra; De magnanimitate, longanimitate, & vnanimitate Apostolorum disserit: & has esse primitiuæ Ecclesiæ virtutes singulares ex D. Lucæ verbis colligit. *Col.* 202. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo sextus in eadem solemnitate, de intellectu & affectu. I. Hodiernæ solemnitatis gloriam laudibus extollit. II. Vt corda in cœlum leuemus, & Christum ascendentem sequi contendamus, suadet. III. Quid sit leuare cor sursum explicat. IV. Quid sit sapere quæ sursum sunt, exponit. V. Discrimen intellectus & affectus examinat. VI. Religiosos pusillanimes, remissos, deficientes, & bonis affectibus carentes plangit. VII. Illos, qui soli iam Deo viuunt, ipsi soli vacant, intelligendo, diligendo, fruendo, beatos prædicat. VIII. Christum ostendit & intellectum illuminantem, & affectum inflammantem. IX. Cur ante Christi Ascensionem non fuerit missus Spiritus sanctus, rationem reddit. X. Exemplo Apostolorum orationi assiduè esse incumbendum, vt Spiritus sanctus ad nos veniat, docet. XI. Spiritum duplicem Heliæ, & Apostolorum interpretatur. *Col.* 203. *& sequentibus.*

✠ Eiusdem, ad ea Ioan. 3. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit. &c.* serm. Christus descendit quo inferiùs non decuit; & ascendit quo celsiùs non potuit. Huius descensus gradus sunt 1. à summo cœlo vsque ad carnem; 2. vsque ad crucem; 3. vsque ad mortem. Ascensus verò gradus sunt 1. gloria resurrectionis: 2 potestas iudicii: 3. consessus ad dexteram Patris. *Ex paruis & varijs sermon. serm.* 18. *col.* 450. 451.

Idem sermone alio probat Christum semel ascendisse corporaliter super altitudinem cœlorum: & nunc quotidie ascendere spiritualiter in cordibus electorum; Ideo nobis ascendendum esse in montes virtutum de vallibus vitiorum, &c. *Ex paruis & variis sermonibus serm.* 19. *col.* 452.

✠ S. Bernardini Senensis in festiuitate Ascensionis Domini, sermo, de iubilis qui ascensionem. I. Præcesserunt, fuerunt 1. conuiuium familiare, in quo Christus voluit interesse ante suam ascensionem: 2. admirandi affectus atque modi, quibus se habebant in suo recessu ad inuicem, Iesus, & discipuli eius: 3. deuota processio, & suauissima exhortatio facta à Christo discipulis suis. II. Consequuti sunt, sc. 1. conuenientes circumstantiæ, quibus Christus ad cœlum ascendit; 2. admirandum gaudium Angelorum & Sanctorum, ascendentium cum Iesu: 3. exultatio admiranda Christi ascendentis in Empyreum cœlum. III. Subsequuti sunt 1. iubilus totius cœlestis curiæ in aduentu filii Dei: 2. sessio à dextris Patris in altissimo maiestatis throno: 3. consolatio discipulorum facta per duos Angelos pro Christi ascensione. *Ex tom.* 4. *à pag.* 2. *col.* 1. *ad pag.* 32. *col.* 2.

Eiusdem, de quo suprà sermo. Primò. Christus suam retardauit ascensionem, vt resurrectionem probaret, discipulos consolaretur, eos instrueret. Secundò. Ascendit Christus in die ascensionis 1. super omnes cœlos materiales: 2. super naturam Angelicam & humanam: 3. in cœlum & sedet à dextris Dei Patris. Tertiò. Ascensionis fructus sunt 1. Patris exoratio: 2. hæreditatis nostræ restitutio: 3. naturæ nostræ glorificatio: 4. nostræ naturæ honoratio: 5. cordis præparatio, 6. amoris perfectio: 7. viæ cœlestis ostensio: 8. spei eleuatio: 9. affectus prouocatio: 10 cordis subleuatio: 11. mentis abstractio. 12. ascensionis conditio. *Ex tom.* 4. *à pag.* 32. *col.* 2. *ad pag.* 39. *col.* 2.

S. Bonaventuræ sermo primus in illud, *Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, &c.* Iob 39. Christum Dominum aquilæ assimilat, propter sanctissimam communionem, gloriosissimam resurrectionem, subtilissimam Ascensionem, & limpidissimam cognitionem. *Tom.* 3. *pag.* 122. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus in illud Act. 1 *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, &c,* Hodiernum Christi Ascensum confert cum ipsius futuro descensu

per iudicium: & docet quòd sicut hodie Iesus iuit in cœlum, in voce tubæ, suscipiente nube, comitatu turbæ, & data benedictione: sic vtique veniet cum tuba iudicandos excitante, cum nube bonos obumbrante, cum turba iudiciũ approbante, & cum benedictione electos lætificante. *Ibidem fol.* 123.

Eiusdem sermo tertius in illud, *Homo quidam abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, &c.* De Christi ad cœlum Ascensione pertractat. Ascendit autem Christus in cœlum ad regnum accipiendum, ad hospitium disponendum, ad Spiritum sanctum emittendum, & ad desiderium accendendum. *Ibidem fol.* 123. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus in illud Psalmist. *Ascendit Deus in iubilatione, &c.* Disserit de quatuor ascendentibus. Ascendit enim Christus gloriosè in iubilatione, Angelus officiosè in ministratione, homo delitiosè in euolatione, & diabolus præsumptuosè in ambitione. *Ibidem fol.* 124. *& sequentibus.*

S. Brunonis sermo primus in Ascensione Dominica. I. Explicat illa Dauidis verba, *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, &c.* II. Duplicem distinguit captiuitatem, bonam vnam, alteram malam. III. Imitationem Christi suadet. IV. Redemptorem electio assimilat. V. Similitudinem quatuor animalium, quam vidit Ezechiel, Christo accommodat. *Tom.* 3. *fol.* 100. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo alter vnde supra. Quædam huiusce solemnitatis mysteria aperit, De variis montibus mysticis, in terræ montibus designatis, loquitur. Historiam Ascensionis breui narratione perstringit. *Ibidem fol.* 101. *& sequent.*

S. P. Chrysologi sermo de nona Christi manifestatione hodie facta, recumbentibus vndecim discipulis. Imprimis artificiosa simulatione Apostolos mensis, & epulis deditos miratur. Deinde tristitiam discipulorum potius metuentium, quàm prandentium exprimit. Denique fidem ex qua viuimus commendat, & præcipuos nostræ fidei articulos compendiosè refert. *Serm.* 83 A *col.* 219. *& sequentibus.*

S. I. Chrysostomi in Ascensionem Domini nostri Iesu Christi sermo, recitatus in æde, vbi Martyrum corpora sub pauimento propè cadauera hæreticorum condita, ablata fuerunt & separatim sepulta, & extra ciuitatem habitus. I. Multa de Angelorum & Martyrum præsentia & concursu proloquitur. II. Ad institutum hodiernæ festiuitatis reuertitur, & eius præconia celebrat. III. Quo pacto in odium Dei incurrerimus declarat. IV. Dei erga nos benignitatem & liberalitatem miratur. V. Quanta gratia, nos qui terrâ ipsâ videbamur indigni, hodie in cœlum sublati fuerimus, ponderat. VI. B Christum mediatorem nostrum agnoscit. VII. Eumdem hodierna die naturæ nostræ primitias Deo Patri obtulisse ostendit. VIII. Quid sint primitiæ, exponit. IX. Quis hodie ascenderit, quò ascenderit, & vnde, meditatur. X. Hominem per peccatum, rationis expertibus peiorem & insulsiorem demonstrat. XI. Angelorum gaudium in dominica Ascensione, ob nostram cum Deo reconciliationem, explicat. XII Angelicæ apparitionis Apostolis statim post Domini Ascensum factæ duas profert causas. XIII. Discrimen inter Ascensionem Heliæ, & Christi Saluatoris examinat. XIV. De futuro Christi per iudicium aduentu paucis loquitur. *Tom.* C *de diuersis noui Testamenti locis serm.* 38. *& iuxta errorem Typographi* 35. *à pag.* 533. *ad pag.* 545.

Eiusdem sermo vnde supra. I. Tria stupenda, naturæ que vires superantia recenset, nimirum, partum innuptæ matris, triduanę passionis resurrectionem, & carnis in cœlum Ascensionem. II. Christi futurum aduentum in fine mundi cum aduentu primo in plenitudine temporis facto, grauissima antithesi confert. II. De omnium rerum rationibus reddendis coram æquissimo iudice disserit: & ad opera misericordiæ exemplis incitat. *Tom.* 6. *serm.* 1. *in Ascens. Dom. à pag.* 448. *ad pag.* 451.

Eiusdem sermo vnde supra. I. Ad communem lætitiam populum horta-

tur. II. Domini ineffabilem bonitatem erga seruos, qui fraude diaboli paradiso exciderant, contemplatur. III Quantum honorem quantaque bona, natura nostra hodierna die Christo in cœlum ascendente, receperit, explicat. IV. Similitudine egregia Incarnationis mysterium breuiter declarat. V. Hodierni mysterii encomia prædicat. VI. Fidelium spem erigit, & vt suam agnoscant dignitatem suadet. VII. Virtutem superuenientis Spiritus sancti insinuat VIII Rursus beneficia hodie hominibus collata refert. IX. Vt mutuis donis Dominum remuneremur, optimo nempe vitæ genere, incitare conatur. *Ibidem serm. 2. Ascens. pag. 452. ad pag. 457.*

Eiusdem sermo vnde supra. I. Lamentationem diaboli vehementem ob Christi Ascensum ostendit. II. Prodigia in Christi morte facta perstringit. III. Dæmonis vanos contra Christum conatus refert. IV. Fidelium, ob Saluatoris hudiernum triumphum; ingentem explicat lætitiam. *Ibid. serm. 3. Ascens. à pag. 458. ad pag 461.*

✠ *Hic sermo secundum alios est Ioannis Nepotis Sylu. Hierosolim. & inter eius opera refer'ur. Tom. 1. pag. 498. col. 1. & seq.*

Eiusdem sermo vnde supra. I. Hodiernæ lætitiæ causam exponit. II. Septem festorum Christi, pro ratione dierum creationis mundi, enumerat celebritates. Prima nuncupatur eius incarnatio seu natiuitas. Secunda, Epiphania in fluuio Iordanis. Tertia, mors & passio. Quarta, à morte Resurrectio. Quinta, in cælum Ascensio. Sexta, Spiritus-sancti missio. Septima, vniuersalis mortuorum resurrectio. III. Christi Transfigurationem cum eius Ascensione comparat IV. In testimonium dominicæ Ascensionis varia profert scripturæ luca. V. Saluatoris triumphalem in cælos ingressum paucis describit. *Ibidem serm. 4. Ascens. à pag. 462. ad pag. 467.*

S. Cypriani Martyris sermo de Ascensione Christi. I. Ad quid dilata sit Ascensionis dominicæ gloria, docet. II. Fidelium nobilitatem prædicat. III. Conformitatem Christi suadet. IV. Mirabile & impar commercium inter Deum & hominem discutit. V. Christi Ascensionem miro celebrat encomio. VI. Extremum iudicium explicat. VII. Inferni supplicia æterna: & Paradisi gloriam elegaoti stylo describit. *Tom. 3. pag. 482. & sequentibus.*

✠ Dionysii Carthusiani pro solemnitate Ascensionis Domioi, in Epist. sermo, ex cuius lectione edocemur. I. Conuersationem Christi in hoc sæculo esse exemplar, quod intueri & imitari tenentur omnes Christiani. II Quanta sit certitudo sacratissimæ fidei Christianæ de Resurrectione & Ascensione Christi. III Dum conuenimus, loqui verba ad salutem pertineotia. IV Quàm mira sint opera Dei. V. Curiositatem abijcere; necessaria ad salutem, atque ad benè viuendum vtilia quærere & retinere. VI. Quàm gloriosissimè Christus in cælum ascenderit, &c. *Ex proprio Sanctorum fol 191 à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, sermo primus, in Euang. quo instruimur. I. Corporalia exercitia, immo corporis refectionem Deo complacere. II. Quàm magnum beneficium sit charitatiua & iusta correptio delinquentium, & quàm patienter ipsa sit suscipienda. III. Prælatos nullum subditorum suorum debere despicere, sed vnumquemque pro posse instruere & exhortari. IV. Quomodo fides christiana à Deo per miracula diuersa & magna sit confirmata, &c. *In Sanctorum proprio, à fol. 192. pag. 2. ad fol 193 pag. 1.*

Eiusdem, in Euangel. sermo secundus, solemnitas hodierna est valdè gloriosa & magna; quia, Primò. Christi Ascensio est finis & consummatio omnium mysteriorum ipsius. Secundò In eâ Christi humanitas est plenariè glorificata & sublimata. Tertiò. Christus cum iucundissimâ & solemnissimâ processione ascendit, & cum gloriosissimo ad Deum Patrem reuersus est triumpho. Quartò. In eâ ruina cœlestis Hierusalem in mundi exordio facta, ex magna parte reparata est. Quintò, In

eâ valdè confirmata est fides nostra, aucta spes, & consolatio copiosa data. *In proprio de Sanctis à fol. 93. pag. 1. ad fol. 94. pag. 1.*

S. EPIPHANII de Domini nostri Iesu Christi Assumptione oratio. I. Decus festorum vocat hodiernum festum: & inductione præclara celebritatum, in Ascensionis festo vberrima voluptate ac lætitia cumulata fuisse omnia, comprobat. II. Ascensionis Christi veritatem contra Iudæos confirmat, obiectionibusque ipsorum occurrit. III. Beneficia hodie humano generi collata commemorat. IV. Diabolum suas vices dolentem graphicè depingit. V. Parabolam seminis diuersimodè sparsi breuiter explicat. *Tom. 2. à pag. 285. ad pag. 290.*

D. EVSEBII EMISSENI homilia prima de Ascensione Domini. I. Hodiernum diem cum die natiuitatis Christi miro modo confert. II. Miracula hodie patrata non fuisse minora, quàm munera, dicit. III. Præclaram insignis Christi victoriæ pompam describit. IV. Quare anima hominis corpori sit sociata, rationem affert: & corporum resurrectionem confirmat. V. Causas aperit, cur anima iam in Paradisi beatitudine constituta, resumere proprij corporis desideret indumentum. VI. Quantam debeant habere munditiam, qui iustorum cupiunt intrare regionem, considerat. VII. Peccatorum confusionem in die iudicij futuram inspicit. VIII. Quomodo post Christum per passiones nostras possimus ascendere, docet. *A fol. 70. ad fol. 75.*

Eiusdem homilia secunda vnde supra. *fol. 75. & sequentibus.* Habetur apud D. Augustinum. *Serm. 176. de tempore tom. 10. & hic supra pag. 160. col. 1.*

I. GERSONII sermo coram Alexandro Papa in die Ascensionis Domini habitus, in illud Actuum 1 *Domine si in tempore hoc restitues Regnum Israel.* Duo Regna Israël distinguit, vnum Ecclesiæ triumphantis, alterum Ecclesiæ militantis: & iuxta hanc distinctionem distribuitur sermo in duas partes. Prima ostendit quomodo Ascensio dominica Regni cœlestis ruinas instaurauerit. Secunda, quo pacto eadem Ascensio etiam Regni terreni siue Ecclesiæ militantis ruinas hodie restituerit. Vbi vtriusque Regni similitudines & dissimilitudines describit. Quosdã abusus reformandos propalat: & miserabilem sui sæculi statum deflet ac lamentatur. *Tom. 1. part. 1. à col. 258. ad col. 270.*

S. GREGORII MAGNI homilia in Euangelium, ex qua multa V. Beda transcripsit. I. Textum litteraliter & mysticè interpretatur. II. Miracula in hodierna lectione euangelica commemorata, nunc etiam spiritaliter fieri demonstrat. III. Christum cum Enoch & Helia confert. IV. Mysticæ Ascensionis modum tradit. *Tom. 3. Homil. 29. in Euangelia à col. 91. ad col. 95.*

S. GREGORII NYSSENI oratio in die Ascensionis Domini nostri Iesu Christi. Dauidis laudes præfatur. Quomodo ipse propheta regius hodiernam festiuitatem dulciorem nobis effecerit, dum Ecclesiæ hilaritati gratiam suam immiscuit, ostendit. Triumphalem Christi Ascensum verbis dauidicis eleganter depingit. *Tom. 2. à pag. 873. ad pag. 876.*

GVERRICI ABBATIS sermo de die Ascensionis Domini, in illud, *Pater cum essem cum eis, &c.* I. Mirabilem Christi erga homines charitatem: in sacramento altaris signatam agnoscit. II. Domini erga seruos dignationem miratur. III. Securitatem fidelium, & fiduciam credentium ostendit. IV. Martyrium Christianorum assiduum dicit sed facile & sublime. V. Christum aquilæ assimilat, qui prouocat ad volandum pullos suos. *à pag. 273. ad pag. 278.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo in Ascensione Domini, de laudando Deo per omnem creaturam, in illa Dauidis verba, *Laudate Dominum de terra dracones, et omnes abyssi, &c.* Horum verborum litterali intelligentia breuiter præmissa, ad discutiendos sensus tropologicos sermonem conuertit. Per dracones, viros magno iustitiæ merito,

vel boni nominis opinione, & authoritate cæteros transcendentes, intelligit. Per abyssos, illos qui occultata & mystica cælestis sapientiæ & scientiæ profunditate præ cæteris abũdant. Per ignem, illos quorum mens per charitatem accensa feruentiùs flagrat. Per grandinem, illos quorum sermo seuerus est, & dissolutos ac inquietos asperè castigat. Per niuem, eos qui per munditiam candent. Per glaciem, eos qui fluxa mentis & carnis suæ rigore disciplinæ constringunt. Per spiritum procellarum, Spiritum sanctum. Per montes, prouectos & perfectos. Per colles incipientes & imperfectos. Per ligna fructifera, eos qui cæteris fructum doctrinæ vitalis conferunt. Per cedros, illos qui terrenis contemptis ad cœlestia se erigunt. Per bestias, eos qui humanum aspectum fugiunt. Per pecora, socialiter viuentes. Per serpentes, prudentes. Per volucres, contemplatiuos. Per Reges eos, qui aliis rectè præsunt. Per populos, illos qui suis Prælatis obediunt. Per principes, eos qui exemplo boni operis alios præcedentes, ad iustitiam suos informant. Per iudices eos, qui verum à falso, & bonum à malo discernunt. Per iuuenes, in bello spiritali fortes. Per virgines, puros, & Christo animarum sponso fidelissimos Per senes, grauitate morum maturos. Per iuniores, velocitate boni operis expeditos. Tandem de solios nominis Dei exaltatione disserit, & hodiernæ festiuitatis encomia celebrat. *Tom. 2. instit. monast. serm. 69. pag. 389. & sequentibus.*

Eiusdem sermo vnde supra in illud, *Confessio eius super cœlum & terram: & exaltauit cornu populi sui.* Christum cornu pluribus assimilat; & mysticas Ascensiones notat, scalamque spiritalis Ascensus demonstrat. *Ibidem serm. 98. Institut. monast. pag. 410. & sequentibus.*

D. INNOCENTII PAP. III. sermo in solemnitate Ascensionis Domini nostri, super illa Apostoli verba, *Ascendens Christus in altum, captiuam duxit, &c.* I. Differit de tribus magnis festiuitatibus, Paschæ siue Resurrectionis Domini, Scenopegiæ seu Ascensionis Christi.

A Pentecostes siue Spiritus sancti missionis. II. Modum tradit, quo debemus has solemnitates dignè celebrare. III. De tribus ordinibus eas celebrantium breuiter pertractat. *Tom. 1. a pag. 58. ad pag. 61.*

B. IVONIS CARNOTENSIS in Ascensione Domini sermo. I. Huius diei magnalia prædicat. II. Totam humanitatis Christi dispensationem ad hoc factam fuisse docet, vt intentionem nostram ad superna dirigeret. III. Ad desiderium cœlestium & æternorum incitat. IV. Rationem huiusce celebritatis paucis declarat. *Tom. 1. Auctar. Biblioth. Patr. col. 831. & sequentibus.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo in Euangelium hodiernum I. Demonstrat
B fideles præsertim Religiosos exemplo Domini à prædicatoribus argui, quod fidem habeant sine operibus II. Quod veris virtutibus non studeant. III. Considerat exprobrantis Domini verba per Hieremiam cap. 2. 12. *Obstupescite cæli super hoc &c.* IV. In eiusdem verba incitantem Dominum, vt anima resipiscat à fornicationibus suis, introducit. *A pag. 255. ad 258.*

Eiusdem sermo 2. in illud Ephes. 4. *Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem.* Et initio quintuplicem distinguit captiuitatem hominis in hac vita; de qua materia toto sermone tractat. *A pag. 258 ad 262.*

Eiusdem sermo 3. in Euangelium
C diei. I. Docet, ascendente Christo in cœlum, nobis quoque esse ascendendum, quo nos ille trahit. II. Eâdem viâ quâ Christus, nobis esse incedendum. III. Signa quædam proponit quibus dignoscamus si verè à Deo moti sumus. IV. Locum considerat vndè Christus ascendit, & id moraliter exponit. *A pag. 262. ad 266.*

Eiusdem sermo 4. in illud, *Actorum 1. Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria.* I. Declarat sequentibus Christum ad gloriam, crucem esse amplexandam. II. Ad propositum textum descendit & dicit, debere nos testes esse Domino in Hierusalem, non solum verbo, sed vita & operibus: non

solum in pace, sed etiam in amaritudine, desolatione & tentatione. III. Testes quoque debere esse in Iudæa, laudando Deum. IV. Testes etiam in Samaria, id est, in vnione Diuina. *A pag. 266. ad 269.*

Eiusdem sermo 5. Ad illud *Actor. 1. In diebus illis, exurgens Petrus in medio fratrum, &c.* I. Expendit reditum Apostolorum è monte Olíueti in cœnaculum; & mysticè exponit. II. De reprobatione Iudæ, etiam spiritualis. III. De electione Matthiæ; & humilium exaltationem considerat. *Pag. 270. & 271.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI in festo Ascensionis sermo. I. Oracula prophetarum Christi Redemptoris nostri mysteria prænuntiantia breuiter recenset. II. Triumphalem Christi Ascensionem, & in cœlos ingressum deuotè describit. III. Animarum sanctarum mysticas Ascensiones explicat: & vtcumque gaudia earum exprimit. IV. Quosdam scalæ spiritalis gradus designat. *Part. 2. a pag. 644. ad pag. 648.*

S. LEONIS sermo primus de Ascensione Domini. I. Cur permissa sit discipulorum de Resurrectione Christi dubitatio, rationem in medium adducit. II. Quid Christus quadraginta dierum spatio à Resurrectione ad Ascensionem egerit, declarat. III. De B. Petri prærogatiua, & Saluatoris nostri cicatricibus disserit. IV. Ad exultationem & gratiarum actionem, ob beneficium hodie naturæ humanæ collatum, excitare conatur. *Col. 203. & sequentib.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. I. Exaltationem humanæ naturæ per Christum considerat. II. Fidei Christianæ virtutem ostendit. III. Quantùm de Ascensione Domini profecerint Christi discipuli docet. IV. Eiusdem Diuinitatem confirmat. V. Quomodo Christo Angeli seruierint, exponit. VI. Vt sursum corda leuemus terrena despicientes, hortatur. VII. Charitatis & misericordiæ opera commendat. *A col. 205. ad col. 208.*

✠ LEONIS AVGVSTI IMP. orat. 8 ad diuina nos eleuatos esse per hoc mysterium ostendit. Cur è monte Oliueti ascendat, cur quadragesimo à resurrectione die declarat. Explicasse manus dominum, & Apostolos benedixisse. Tristes Apostolos ab Angelis consolatos, quorum tripudium refert, examinat. Orationem ad Iesum dirigit. *Auctu. Bibl. PP. Græco-Lat. tom. 1. à col. 1712. ad 1720.*

✠ NICOLAI DE CVSA in Ascensione Domini sermo, ex Euang. *Assumptus est in cælum, &c. Marc. 16.* in quo postquam ad fidem & spiritualia dona est adhortatus, Ascensionem ostendit in sensibilibus factam signis, vt per sensibilia illa signa, concluderemus veritatem resurrectionis, quæ est in ipso etiam Ascensio. *Excitat. lib. 10. à pag. 671. ad pag. 673.*

S. ODILONIS ABBATIS sermo de Ascensione Domini Saluatoris. Varias Christi post Resurrectionem apparitiones & manifestationes breuiter perstringit ac expositione illustrat. Oraculis sacris tam veteris quàm noui Testamenti, veritatem mysterij hodierni comprobat, & de vestibus albis Angelorum paucis loquitur. *Bibliotb. Cluniacens. serm. 8. D. Odil. à col. 390. ad col. 393.*

B. THEODORI STVDITÆ sermo catech. paulò ante Ascensionem dictus. Hanc solemnitatem festum festorum nuncupat. Dignitatem hominis ob Christi Ascensionem incipit, & de vita inter nos ex Dei voluntate purè & sanctè agenda differit. *Tom. 2. Auctar. Bibliotb. Patr. Catech. 7. col. 1291. & sequentibus.*

Eiusdem sermo alter in Ascensione. Beneficij hodierni amplitudinem veneratur. Quòd oporteat ad sacra percipienda pura conscientiâ accedere, monet. *Ibidem Catech. 8. col. 1292. & sequentibus.*

✠ RABANI MAVRI homilia in hunc diem. I. Huius festi mysterium declarat. II. Ostendit in hac die magnam & ineffabilem causam esse gaudendi. III. Ascensuris post Christum leges præscribit, vacuitatis vitiorum, humilitatis, fidei. IV. Christum esse nobis viam & patriam. *Tom. 5. p. 592. col. 1. & 2.*

✠ RADVL-

✠ Radvlphi Ardentis in solemnitate Ascensionis Domini homilia de lectione actuum cap 1 in quâ sanctus Lucas Theophilum instruit. I. Euangelium esse primum sermonem & ordine scribendi & dignitate materiæ; sermonem, quia in cordibus seritur. II. Christum non statim post Resurrectionem, sed post multos dies ascendere voluisse in cœlum; vt per frequentem apparitionem, fidem Resurrectionis in Apostolis confirmaret. III. Ascensionis Christi mysteria, Christum videntibus discipulis eleuatum, vt eius possent Ascensionem testificari; eleuatum, non alienâ, sed suâ potentiâ; discipulos contemplantes, ex amore, tristitiâ, gaudio, admiratione, desiderio, spe, &c. *a fol. 240. pag. 2. ad fol. 245. pag 1.*

Eiusdem, homilia de festiuitate eadem Euang. hanc sex partes absoluunt. I. Hodierno die Dominus vndecim discipulis suis recumbentibus cum beatâ virgine, apparuit, cæterisque cum eis conuersantibus; & cum eis manducauit. II. Incredulitatem quorundam discipulorum Christus exprobrat, qui Dominum verè resurrexisse non credebãt & si id multiplici probaretur testimonio. III. Discipuli priùs à Domino electi & edocti, post ad prædicandum mittuntur; vt confundantur illi, qui antequam doceantur, docere & prædicare præsumunt. IV. Dominus promittit se prædicationem discipulorum per signa confirmaturum. V. Educit eos in montem Olíueti, eisque osculum pacis & benedictionem dat; sicque ascendit sua virtute, & sedet à dextris Dei, id est, quiescit, regnat, iudicat. VI. Domino parent discipuli, euntes & prædicantes omni creaturæ, &c. *à fol. 245. pag. 1. ad fol. 250. pag. 2.*

✠ Theophanis Ceramei in salutarem Ascensionem homil. 39. in Euangelium ex Lucæ cap. 24. sumptum à versu 37 vsque in finem. 1. declarat insignem esse hodiernam celebritatem 2. Rationem reddit cur steterit Iesus in medio discipulorum suorum. 3. docet Christi esse pacem tribuere. 4. quid egerit Christus vt discipulorum animos sedaret & dubitantes firmaret, enarrat. 5. tractat de comestione Christi, eiusque cibo, & potu. 6. abitum in montem oliueti, indéque Ascensum in cœlum expendit. 7. qua de causa Ascensionem in cœlum distulit vsque ad quadragesimum diem ad litteram & mysticè ostendit. 8. de Maria & aliis quod interfuerint huic mysterio, affirmat. 9. de Angelorum comitatu & colloquio à Dauide expresso; agit. 10. Hortatur vt Christo ascendenti, iungamur spiritu. *à pag. 274. ad 281.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in festo Ascensionis, in illa actuũ verba; *Viri Galilæi quid admiramini aspicientes in cœlum, &c.* In tres distribuitur partes. Prima ostendit Apostolos, stupentes de Ascensione, dolentes de discessione, timentes de mundi persequutione, & confidentes de promissione, Secunda circa dominicam Ascensionem quatuor notat in modo, & considerat quis ascendit, vnde ascendit, quò ascendit, & qua via. Tertia loquitur de futuro Dei iudicio, & Christi descensum ad iudicium, cum eiusdem Ascensu confert. *Tom. 16. serm. fest. fol. 36. col. 2.*

✠ B. Thomæ a Villanova concio 1. ad ea verba, *Viri Galilæi, quid hic statis aspicientes in cœlum, &c. Actor. 2.* Exhibita I. Triumphalis Ascensionis Christi pompa, ideo media die ascendisse, multis videntibus declarat, vt Ascensionis fides & possibilitas statueretur contra impugnantes. II. Examinat cur Christus discessurus à suis, illos de incredulitate & duritia cordis redarguat. III. Loquentem discipulis in mõte oliuarum Christum introducit; & interrogantes discipulos de restitutione regni Israël. Vbi agit de inutilium quæstionum interrogatione. IV. Circa Domini verba: *Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit:* Limitanda vult ex signis quæ sequenda dixit Dominus: *Signa autem eos qui crediderint: hæc sequentur, &c.* quæ spiritualiter exponit. V. Ascendentis Domini triumphum describit, ex frequentia Angelorum, & comitatu sanctorum. VI. Angelos Apostolos

Xx

lis loquentes audit, & vocem illam: *Viri Galilæi quid statis?* ad hominum vitia arguenda conuertit. *A fol.* 82. *col.* 3. *ad fol.* 85. *col.* 1.

Eiusdem Concio 2. ad illa verba: *Qui descendit ipse est qui ascendit super omnes cælos vt impleret omnia. Ephes.* 4 De tribus suscipit tractatum: De persona quæ ascendit: de loco in quem ascendit: de fructu Ascensionis. II. Quantum ad primum, solum Christum ascendere in cœlum, sed totum docet: proindeque nos etiam qui membra eius sumus. Vel, solus Christus propria virtute, alij ei innixi. III. Quantum ad secundum, docet ascendere supra omnes cælos, & Angelicos spiritus. Et hunc honorem pro nobis etiam Christum suscepisse. IV. Quantum ad tertium; fructum hunc dicit esse, quod omnibus regnum parauerit: quod adimplerit omnia vacua fidelium corda: quod acceperit dona in hominibus. V. Hortatur vt cum Christo conemur ascendere, descendendo. Deinde quatuor gradus constituit scalam Christi conficientes, Innocentiam vitæ: puritatem in corde: fructum in opere; veritatem in sermone. *A fol.* 85. *col.* 1. *ad fol.* 87. *col.* 1.

Eiusdem concio 3. ad ea verba: *Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria eius, Ps.* 56. Exquirit I. cur Christus tàm citò & sine nobis in cœlū redierit, cùm eius præsentia nobis solatio futura esset. II. Respondet regressum hunc Christi, propter nos factum fuisse; vndè & sponsa illum exoptat. III. Recenset quid mundo vtilitatis hæc Christi ascensio attulerit. 1. quod è cœlo Spiritum sanctum missurus esset. 2. quod nobis in cœlo locum paraturus esset. *A fol.* 87. *col.* 2. *ad fol.* 88. *col.* 2.

DOMINICA INFRA
Octauam Ascensionis.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad ea verba. Ioan. 15. & 16. *Cum venerit Paraclitus quem ego mittam vobis, &c.* Declarat Christum promittere

A Spiritum sanctum, qui septemplicem hostem vincentibus, septiforme præmium largiatur. I. Vincenti gulam, Diuinam dulcedinem: II. Vincenti inuidiam, vitam sempiternam. III. Vincenti iram, claritatem Diuinæ cognitionis, & qualitatem hæredis Dei. IV. Vincenti acediam, corporis & animi dotes. V. Vincenti luxuriam, laudem à Dei filio coram Patre & Angelis eius. VI. Vincenti auaritiam, perpetuam possessionem regni Dei. VII. Vincenti superbiam, exaltationem supra thronum Dei. *A pag.* 85. *col.* 2. *ad* 86. *col.* 1.

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo. Duo præcipue considerat. I. Donum prænobile quod promittitur: B nempe Spiritus sanctus, cùm ait: *Cum venerit Paraclitus, &c.* Vbi 1. insinuatur mysterium Trinitatis. 2. Tria mala esse in hoc mundo, Angustiam cruciantem: culpam mortificantem, vanitatem decipientem. Contra primum promittit Paraclitum: contra secundum, Spiritum: contra tertium, veritatem: II. Quomodo Christus præmuniat suos contra persecutionis iacula, vt libenter veritatem annuntient. *A pag.* 308. *ad pag.* 311.

SANCTI V. BEDÆ homilia in Euangelium Imprimis textum exponendo percurrit. Deinde ex textu sequentia colligit, Spiritus sancti processionē, personarum Trinitatis distinctionem, C Spiritus sancti reuelationes, iuxta promissum Domini Apostolis factas, & iustorum in præsenti sæculo afflictiones. Denique de quinquagesimæ institutione & celebratione, quæ à Resurrectione ad Pentecosten numeratur, fusè disserit, nec-non de Quadragesima, de non flectendis genibus tempore Paschali, de Christi conuictu post Resurrectionem, & de futura beatitudine, *Tom.* 7. *Homil. æstiual. de temp. a col.* 32. *ad col.* 38.

S. BONAVENTVRÆ sermo primus & secundus in illud, *Vos testimonium perhibebitis, &c.* Ostendit hominem testimonium perhibere de Christo, de seipso, & de proximo. De Christo, suæ credibilis veritatis, honorabilis pote-

statis: amabilis pietatis, & terribilis severitatis. De seipso, per propriam conscientiam apud Deum in cogitatione, apud sacerdotem in confessione, & apud omnes in extrema examinatione. De proximo, in causis quotidianis, in declaratione bonæ opinionis, & in iudicio extremæ disquisitionis. *Tom. 3. pag. 125. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius in illud, *Ab initio mecum estis, &c.* In tres partes distinctus. Prima docet electos cum Domino cohabitare spiritualiter, conuiuando interius per deuotionem, fructificando exterius per operationem, & expectando superius per retributionē. Secunda, perseuerare finaliter in conuersione pœnitentiali, in tribulatione temporali, & in dilectione finali. Tertia, permanere in æterna gloria celeriter, familiariter, & honorabiliter. *Ibidem pag. 126.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. sermo, in quâ docet nos Apostolus, in Christo desiderari. I. Prudentiam; quæ docet non solùm quid agere debeamus, sed etiam vbi & quando, & qualiter; scilicet apto loco, congruo tempore, & cum moderamine. II. Discretionem, quæ à feruore dirigitur, & feruorem regit. III. Orationem, quæ est ex Bernard, tutissimum refugium. IV. Charitatem, vt vnusquisque diligat omnem proximum suum, omnem videlicet hominem in hoc mundo viuentem. V. Hospitalitatem, vt Christum in suis membris, hoc est peregrinis & pauperibus suscipiat. *Ex sermonib. de Temp. a fol. 202. pag. 1. ad fol. 203. pag. 1.*

Idem, sermone primo, pro Euangel. ad duo nos hortatur: Primò, Vt in cordibus nostris Christum sanctificemus, idest, sanctum esse noscamus; atque in sanctitate & iustitiâ ipsum mente recolamus; de ipso sinceriter cogitando, eum feruenter amando, eius bonitatem ac beneficia firmiter recolendo: Secundò, Vt parati simus ad rationem reddendam fidei nostræ ac spei, cuicumque id postulanti, hoc est, quare credamus ac speremus ea, quæ

A credimus ac speramus. *In serm. de temp a fol. 203. pag. 2. ad fol. 204. pag. 1.*

Eiusdem pro Euangel. sermo secundus, in quo Christianæ fidei tria proponit argumenta. Primum est. Deum per Angelos sanctos, Patriarchas, Prophetas, prædixisse, atque ad omnium credendorum fidem corda hominum præparasse, per cœlestia oracula. Secundum. Oportuisse impleri omnia, quæ scripta erant in lege Moisi, & Prophetis, & psalmis de Messia. Tertium. Sanctitas vitæ quam Euangelica Christi docet doctrina, & ad quam lex Christi perducit eos qui eam perfectè obseruant. *Ex sermon. de temp. a fol. 204. pag. 2. ad fol. 205. pag. 1.*

B ✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo 1. in Epist. 1. Petr. 4. *Estote prudentes & vigilate in orationibus.* In quo. Primo. Instruimur, tria esse quæ debent monere fideles ad præparandum se diligenter ad susceptionē Spiritus-sancti: sc. hospitalitas Deus enim est, sublimitas, Patri & Filio est æqualis & coæternus; vtilitas, per eum fugatur malignitas, bonus est enim cuius bonitas apparet 1. ex eo quod anima sine eo ad momentum viuere non potest, 2. quos Spiritus-sanctus non subleuat submerguntur in aquis, 3. membra in corpore Ecclesiæ coniungit. Secundo. Docemur, multa animam præparare ad susceptionem Spiritus sancti; sc. mundationem à peccatis per veram compunctio-

C nem & humilem confessionem; orationem, cui tempore isto vacandum; supernam charitatem, quæ in confraternitatibus & multis eleemosynis apparet. *à pag. 104. ad pag. 105.*

Eiusdem sermo 2. In quo ex hodierna Epistola plurima attendenda. I. Enim monemur ad prudentiam diligendam; quia Patrem cœlestem lætificat, de diabolo triumphat, vnum illorū quatuor est, quibus nihil vtilius in vita hominibus. II. Prudentia ista non est carnalis, terrena, animalis diabolica; sed spiritus. III. Omnis peccator stultus est, quia magnam hæreditatem per stultitiam suam amittit, amissam hæreditatem recuperare negligit, in laqueo

eius scienter se ponit qui eum ad mortem quærit, iustitiam Dei non timet. IV. Prudentia ad quam monemur, habet quatuor species, prouidentiam, circumspectionem, cautionem vel discretionem, docilitatem; ad quam pertinet alios informantes nosipsos non negligere, ignota pro cognitis non habere, obscuris & difficilibus quæ non sunt necessaria, magnum studium non adhibere. *à pag.* 105. *ad pag.* 108.

Eiusdem, sermo 3. vnde supra. Vigilandum in oratione abigendo muscas, & ne diabolus furetur nobis cor nostrum. Charitas vestis est, vitalem calorem in homine custodiens, ab omnibus muniens, turpitudinem peccatorum operiens, vestis est nuptialis hominem dignum faciens ingressu regis cælestis. *pag.* 108.

Eiusdem, sermo 1. in Euang. in cuius litterali sensu paululum immoratur, & inter præcipua dicit. Testimonium de Christo perhibere Spiritum sanctum in cordibus Apostolorum, inspirando quæ de eo prædicarent vocibus suis Christum Apostolis triplex malum, quod passuri erant, prædixisse; sc. spirituale à sua congregatione eos eijciendo, diffamationem, corporis mortem. *A pag.* 393. *ad pag.* 394.

Eiusdem sermo 2. in quo postquam duplici ratione promissionem Spiritus sancti recoli ante eius missionem dixit, triplicem eiusdem Spiritus- sancti effectum ponit. I Quod consolatur, non qui vanam consolationem complectuntur, sed eos qui eam fugiunt & auersantur: Consolatur autē tripliciter 1. tentationem mitigando. 2. virtutem dando, 3. dulcedinem infundendo. II. Quod docet omnem veritatem, cum sit doctor Ecclesiæ; veritatem quippe de diuinis, veritatem de humanis, veritatem circa superiora vt appetantur, circa inferiora vt contemnantur. III. Quod veritatem confirmat, & testimonium perhibet de Christo, discipulorum roboratione, prædicatorum exercitatione, miraculorum operatione, &c *A pag.* 394. *ad pag.* 399.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo

A vnicus ad illud 1. *Petri* 4. *Estote prudentes & vigilate in orationibus, &c.* I. Dicit præparandos esse animos ad festum Spiritus sancti. II. Hanc præparationem è quatuor pendere tradit: Abstractione: Interna nuditate: interioris hominis habitudine; & vnione. Quibus addit alia quatuor. III Diuinæ vnionis consolationibus sobriè esse vtendum. IV. Vigilandum esse in orationibus. *A pag.* 272. *ad* 276

✠ RADVLPHI ARDENTIS homilia in Epist. qua nos hortatur Apostolus Petrus. Primo. Ad prudentiam, quæ 1. non solum inter bonum & malum; sed etiam inter bonum & melius; malum & peius, sapienter discernit, 2. discretum sapienter eligit, 3. electum sapien-

B ter acquirit. Secundo. Ad orationem, per quam dæmonum & vitiorum insultus fugamus, virtutes & beatitudinem impetramus. Tertiò. Ad charitatem, vt diligamus, Deum, quia naturaliter bonus est in se, prior dilexit nos, vtilissimum est eum diligere; Proximum, quia est opus Dei, illum Deus iussit à nobis diligi, bonus vel vt sit bonus. Quartò. Ad opera misericordiæ præcipuè ad hospitalitatem, quæ inter ea precipua est. Quintò. Ad opus Dei dignè tractandum, &c. *A fol.* 250. *pag.* 2. *ad fol.* 255. *pag.* 1.

Eiusdem, in Euangel. homilia, discipulis suis Christus prædicit. I. Quod mittet eis Spiritum sanctum qui à patre

C procedit. II. Spiritum hunc testimonium de se redditurum quod sit filius Dei, per miraculorum & virtutum operationem, interiorem in cordibus hominum inspirationem, prædicationis testificationem. III. Tres eis venturas persecutiones, sc. eiectionem, interfectionem, & infamiam. IV. Causam subdit quare hæc eis prædixerat, & vtilitatem ostendit vt sc. 1. eum veracem in omnibus intelligerent, 2. consolationem ab ipso prædictam certè expectarent, 3. fortiter contra aduersa se armarent, ipsa aduersa fortiter sustinerent. *A fol.* 255. *pag.* 1. *ad fol.* 258. *pag.* 1.

FESTVM PENTECOSTES.

✠B. ALBERTI MAGNI in die Pentecostes sermo, ad hæc verba Ioan. 14. *Paraclitus Spiritus-sanctus quem mittet Pater in nomine meo, &c.* Duo tractanda suscipit. I. Spiritum-sanctum docere per internam inspirationem; & suggerere, per æterni præmij promissionem. II. Tradit Dominum ad tria mouere. 1. vt per arctam viam incedamus. 2. vt per portam augustam intremus. 3. vt domum nostram supra firmam petram construamus: quorum primum explicat hic, & ex quinque capitibus arctam esse viam quæ ad vitam ducit, ostendit. III. Latam esse viam quæ ducit ad interitum proponit. *A pag. 86. col. 2. ad 87. col. 2.*

B Eiusdem sermo 2. in eadem verba. Duo reliqua ex tribus quæ docet nos Spiritus sanctus hic considerat. 1. De ingressu angustæ portæ, ad quam intrandam quinque necessaria sunt. 1. restitutio rei alienæ. 2. rancoris & odij depositio. 3. lotio animæ per pœnitentiam. 4. inclinatio capitis per humilitatem & obedientiam. 5. signi crucis expressio in corde, in fronte, in manu. II. Domum nobis esse ædificandam orationibus & operibus bonis supra Christum Iesum. *A pag. 88. col. 1. ad 89. col. 1.*

C S. AMBROSII sermo 1. super verbis Epist. I. Spiritus sancti Diuinitatem, processionem & missionem tam latentem, quàm manifestam paucis declarat. II. Quid fecerit olim superbia cum homines turrim ædificarent ad cœlum pertingentem, & quid hodie promeruerit humilitas, considerat. III. Vt Spiritus sanctus ad nos dignetur venire, & apud nos mansionem non dedignetur facere, quid sit agendum, do-

A cet. *Tom. 5. serm. 59. de Temp. col. 80. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus de ratione festiuitatis Pentecostes. I. Festum præsens cum Paschate confert. II. Cur toto tempore Resurrectionis dominicæ nec genua flectuntur nec ieiunia obseruantur, explicat. III. De Christi post Resurrectionem cum hominibus conuersatione pertractat. IV. Ascensionem dominicam describit V. De nube Christum suscipiente, & de aliis nubibus obumbrantibus & protegentibus differit. *Ibidem serm. 60. de Temp. col. 81. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. I. Christum à mortuis resurgentem flori assimilat, & ad cœlos ascendentem fructum nominat. II. Eumdem aquilæ mirabili modo comparat. III. Dona hodie hominibus diuinitùs collata expandit. *Ibidem serm. 61. de Temp. ser. 2. Pentec. col. 82. & sequentibus.*

✠S. ANTONII DE PADVA serm. 1. in primam Epist. partem. I. Primitiorum fidelium cor vnum & anima vna. II. Spiritus sanctus linguas linguis, ignem veneno mortifero opponit III. Spiritus sanctus venit sub forma ignis vt vrat, purget, calefaciat, illuminet. IV. Apostoli linguis loquuntur aduenıente Spiritu sancto. In Arca Noë quinque cameræ, stercoraria, apothecaria, mitium animalium, immitium, volucrum & hominum; quæ moraliter considerantur, & hodierno mysterio applicantur. *A pag. 311. ad pag. 313.*

Eiusdem sermo 2. in alteram Epist. partem, Primò. Spiritus sanctus venit vt sonus, ad prædicandũ, compatiendũ corrigendum. Secundò. Vbi Spiritus Dei ibi nequaquam peruersus spiritus. Tertiò. In linguis notatur confessio, in dispertitis circunstantiarum manife-

statio, in igne confessionis & satisfactionis ardor. Quartò. Gratia Spiritus sancti dat scire & intelligere; loqui variis linguis, est varia de Christo testimonia dare, vt pote esse humilem, pauperem, patientem, obedientem, &c. *A pag. 313. ad pag. 315.*

S. AVGVSTINI sermo primus in illud Euang. *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Pacis commoda & effectos recenset, ipsam commendat, & discordiam detestatur. *Tom. 10. serm. 57. de verb. Domin. secundum Ioannem. fol. 47. col. 2.*

Eiusdem sermo secundus in illa Euãgelij verba, *Non turbetur cor vestrum, neque formidet, &c.* I. Quomodo Christus à discipulis recedendo, non discesserit, clarè explicat. II. Contra Arrianos formam Dei & formam serui in Christo demonstrat. III. Hæreticorum Diuinitatem Christi negantium obiectionibus occurrit, easque dissoluit. IV. Filij cum Patre coæternitatem, & coæqualitatem probat ex scripturis. V. De oranda Christi humanitate loquitur. *Ibidem serm. 58. vnde supra fol. 47. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius in festo Pentecostes, de missione Spiritus sancti. Quòd hodie Christus non ascenderit in cœlum, sed Christi Spiritus descenderit de cœlo. Quòd abeuntem Christum non amiserimus. Quòd venientem Spiritum possideamus. Quòd Paraclitus noster sit magister bonus. Quòd ab omni inquinamento peccati cor sit mundandum, vt possit promereri & accipere Spiritum-sanctum. *Ibid. serm. 1. Pent. 183. de Temp. fol. 219. col. 3. & 4.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra. Impletam fuisse in Apostolis Saluatoris promissionem agnoscit. Vt impleatur & in nobis per Spiritus sancti receptionem expetit. Quid faciendum vt hoc eueniat, paucis monet. Diuinitatem Spiritus sancti, & eius eum filio coæqualitatem confirmat. *Ibidem serm. 2. Pentecost. 184. de Temp. fol. 219. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra. Sanctissimæ Trinitatis veritatem ex Christi promissione de spiritu sancto mittendo Apostolis facta, colligit. II. A Ineffabilem Christi erga homines pietatem miratur. III. Spiritus sancti missionem pręclaris encomiis celebrat. IV. Spiritum sanctum variis rebus assimilat. V. Quid contulerit Apostolis Spiritus sancti missio, enarrat. VI. Ante visitationem cœlestis consolatoris, quãtum Apostolis de magnanimitate, quantumque de perfectione defuerit, inspicit. VII. Beneficia quædam aduentu Spiritus sancti hominibus collata, ostendit. VIII. De spirituali ebrietate fusè disserit. IX. Humilitatem & pacis mansuetudinem suadet, vt Spiritus sanctus in nobis habitare dignetur. *Ibidem serm. 1. fer. 2. Pentecost. & de temp. 185. fol. 220.*

Eiusdem sermo sextus de aduentu B Spiritus sancti. Imprimis nominis *solemnitatis* æthymologiam explicat. Deinde Christum nominat botrum, in passione velut in torculari calcatum, cuius vinum Spiritus sanctus, quo hodie impleti sunt Apostoli tanquam vteres noui, & ita impleti illo nouo vino, vt ebrij dicerentur ac musto pleni, mustoque bulliente ex ore ipsorum linguæ Gentium profluebant. Denique ostendit clarè, quòd adhuc hodie detur Spiritus sanctus, & quod etiam nunc Ecclesia habeat donum linguarum; Vbi quædam de vnitate fidelium. *Ibid. serm. 2. fer. 2. Pentecost. & de Temp. 186. fol. 220. & sequentibus.*

Eiusdem sermo de missione Spiritus C sancti. I. Spiritus vehementis & ignis, qui hodie apparuerunt, mysteria aperit. II. Quare Christus quando Spiritum sanctum promisit, dixerit: non potest ipse venire nisi ego abiero, rationẽ assignat. III. Donum linguarum Ecclesiam nunc adhuc habere efficaciter demonstrat. IV. Vt tanquam membra viua, corpori Christi mystico perseueranter adhæreamus hortatur. *Ibidem serm. 1. fer. 4. Pentecost. & de Temp. 188. fol. 221. col 3. 4.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. Imprimis textum, suo more, litterali & morali interpretatione elucidat. Deinde quæ hac die in veteri lege à populo Israëlitico obseruabantur, ea mysticè à

Christianis in noua lege compleri testatur. *Tom. 7. Homil. æstiual. de temp. a col. 38. ad col. 43.*

S. BERNARDI sermo primus in festo Pentecostes. I. Hodiernæ celebritatis dignitatem commendat. II. De Patre agnoscit creationem, de Filio gratiam siue incarnationem, & de Spiritu sancto inspirationem. III. Quàm congrua sint signa hac die visa ad Spiritus sancti operationem designandam, demonstrat. IV. Vt declinemus à malo, Spiritum sanctum tria in nobis operari docet, compunctionem, supplicationem, & remissionem. V. Vt bonum faciamus alia tria in nobis etiam operari ostendit, monet enim memoriam, rationem docet, & monet voluntatem. VI. De quinquagesima quæ post Resurrectionem celebratur, & eius mysterio differit. *Col. 208. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. Imprimis Isaiæ Prophetæ verba cap. 4. *Erit in die illa germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel.* Explicat, & huic solemnitati accommodat, per Germen Christum intelligens, per magnificentiam eius Ascensionem, per fructus terræ sublimitatem, creaturæ humanæ exaltationem; per exultationem, Spiritus-sancti consolationem, Deinde diuinas adinuentiones pro generis humani reparatione contemplatur, & ostendit Christum Redemptorem nostrum nobis donasse conceptionem suam, vt nostram mundaret: vitam suam, vt nostram instrueret: mortem suam, vt nostram destrueret: resurrectionem suam, vt nostram præpararet, ascensionē suam, vt nostrā præpararet. Spiritum sanctum suum, vt nostram infirmitatem adiuuaret. Ipse enim spiritus sanctus & bonus dedit nobis pignus salutis, robur vitæ, & scientiæ lumen. Denique quanta benignissimus Dominus pro seruis ingratis fecerit breuiter perstringit, hominumque duritiem reprehendit. *Col. 210. & seq.*

Eiusdem sermo tertius in eadem so-

A lemnitate. Agit de feruentissima charitate, de spiritali animarum ebrietate; de tribus in magno huius mundi opere cogitandis, quid sit, quomodo sit, & ad quid sit constitutus; de triplici spiritu, sancto, recto, & principali; de spiritu qui hominibus conceditur ad vsum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, & ad feruorem. *Col. 212. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus, de septem donis Spiritus-sancti, totidem capitulis distinctus & beatitudinibus accommodatus. *Col. 425. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quintus de septem donis Spiritus sancti contra septem vitia. Siquidem septiformis spiritus or-
B dinata procedit acie aduersus septem peccati gradus. I. Contra negligentiam timor exurgit. II. Curiositati pietas aduersatur III. Aduersus mali experientiam confligit scientiæ spiritus. IV. Cōtra concupiscentiam mali dimicat fortitudo. V. Prauæ consuetudini consilium se opponit. VI. Contemptum malorum profundum impugnat spiritus intellectus. VII. Aduersus malitiam sapientia congreditur. *Col. 378. & sequentibus.*

✠ Eiusdem, sermo, Spiritus sanctus, 1. procedendo prædestinat, 2. spirando, vocat, 3. inhabitando, iustifiat, quos vocauit, 4. replendo, accumulat meritis, quos iustificauit, 5. glorificando, ditat
C præmiis, quos accumulauit meritis. *Ex paruis & variis sermonib. serm. 20. col. 452.*

Eiusdem, sermo alius, quo innuit Spiritum sanctum operari propter. Primò. Nos, in nobis, compunctionem, consummendo peccata; deuotionem, vngendo & sanando vulnera; creando intellectum, tanquam pane confirmare; infusionem & augmentum amoris. Secundò, Proximos, in nobis sapientiam, consilia, & cætera dona. *Ex paruis & variis sermonib. serm. 33. col. 468.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS in die Pentecostes, sermo, ex quo disce. Primò. Septem proprietates ignis

correspondere septem donis Spiritus sancti, & flammis amoris Dei, 1. flamma est amor contractiuus, ignis quippe contrahit extensam pellem; 2. amor liquefactiuus, qui cor liquefieri facit ad Deum, seipsum, proximum; 3. distinctiuus, discretionis in mente, locutionis in ore, conuersationis in opere; 4. solidatiuus, qui facit iucundari in aduersitatibus, de præteritis, præsentibus, futuris; 5. ascensiuus; 6. illuminatiuus, qui perfectam in animâ intelligentiam præstat; 7. transformatiuus, qui delectat, fastidium deliciarum corporalium præstat, impinguat. Secundò. Officia septem donorum Spiritus sancti esse dissipare omnes vitiorum obliquitates; præparare ad gratiam & virtutes, naturales vires; diminuere virtutum defectus; scindere mentes humanas, & expedire ad Christi passiones imitandas; habilitare ad perfectionem vitæ actiuæ; ad vitam contemplatiuam expedire; introducere ad octo beatitudines & earum perfectionem. Tertiò. Effectus Spiritus sancti super discipulos esse, quia venit, 1. festinans, 2. corda eleuans, 3. intonans seu sonans; 4. visitans, 5. ad cœlestia transportans, 6. replens seu abundans. 7. fecundans, 8. inflammans, 9. tranquillans, 10. inebrians, 11. redundans sc. per feruentem prædicationem, 12. cooperans ad loquendum. *Ex tom. 4. à pag. 39. col. 2. ad pag. 55. col. 2.*

Eiusdem, sermo 2. vnde suprà. Fructus Spiritus sancti sunt, 1. Charitas: 2. Gaudium: 3. Pax: 4. Patientia, siue tolerantia tribulationum cum lætitiâ: 5. Longanimitas: 6. Bonitas, quæ est quædam animi dulcedo ad omnes: 7. Benignitas in effectu: 8. Mansuetudo, ad mala illata toleranda: 9. Fides seu fidelitas: 10. Modestia: 11. Abstinentia à licitis siue continentia: 12. Abstinentia ab illicitis, siue castitas *Ex tom. 4. à pag. 55. col. 2. ad pag. 59. col. 1.*

Idem, sermone 3. de manifestatione Spiritus sancti; signa huius manifestationis dat quæ fit in animâ; quorum 1. est. Lachrimosa cordis compunctio, 2. cordis suspiratio, 3. mentis illumina-

A tio 4. gustus & sensus spiritualis. 5 confessio propriæ iniquitatis, 6. commendatio diuinæ bonitatis, 7. pronunciatio sinceræ veritatis, 8. increpatio mundanæ iniquitatis, 9. verbi diuini auditio, 10. auditorum sermonum Dei obseruatio, 11 proximorum per exemplum ædificatio, 12. aduersorum toleratio. *Ex tom. 4. à pag. 59. col. 1. ad pag. 63. c. 1.*

S. Bonaventuræ sermo primus & secundus, in illud Apostoli, *Nolite contristare Spiritum sanctum in quo signati estis.* De quadruplici signo prædestinatorum differit, signat enim Spiritus sanctus electos suos signo fidei & veritatis credendorum: signo honestatis morum & bonorum operum: signo paupertatis terrenorum, relinquendo superflua, necessaria, & ómnia tàm in

B communi, quàm in speciali: signo charitatis Dei proximorum. *Tom. 3. pag. 127. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. Ostendit quadruplex signum peruersorum, quo signantur mali à spiritibus malignis, nimirum infidelitatis, carnalitatis, cupiditatis, & dolositatis. Contra hæc quatuor signa, alia quatuor ipsis opposita profert, quæ ex scripturis colligit. *Ibidem pag. 128.*

Eiusdē sermo quartus in illud Iudic. 7. *Ascendit ignis de petra.* Docet de petra quatuor, vt scriptura probat, ministrata fuisse, aquam, oleum, ignem, & mel, quibus Spiritus sanctus designa-

C batur: per effectum enim gratiæ suæ, aqua est incipientibus, oleum proficientibus, ignis consummantibus, & mel regnantibus. *Ibidem pag. 128 & sequentibus.*

Eiusdem sermo quintus in illud, *Factus est repente de cælo sonus, &c.* Spiritum sanctum dicit, repentinum in festina conuersione, sonorum in laude & oratione, validum in temporalium renunciatione, repletiuum in bona opinione, linguosum in facunda prædicatione, igneum in ardenti dilectione, & quietum in sancta contemplatione. *Ibidem. pag. 129.*

Eiusdem sermo sextus vnde supra. Spiritum sanctum agnoscit repetitum in Elisabeth,

in Elisabeth, sonorum in Zacharia, validum in Ioanne, repletiuum in Simeone, linguosum in discipulis, igneum in Maria, & quietum in Christo. In his autem inuenitur Spiritus sanctus euidenter & notabiliter, vt testantur scripturæ. *Ibidem pag. 129. & sequentibus.*

Eiusdem sermo septimus & octauus in illud, *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, &c.* Quòd Spiritus sanctus sit missus. I. Ad ostendendam veritatem. II. Ad arguendam iniquitatem. III. Ad accendendam voluntatem. IV. Ad faciendam securitatem. *Ibid. pag 130. & sequentibus.*

Eiusdem sermo nonus in illud, *Spiritus Domini ornauit cælos.* Tres habet partes; Prima agit de hodierno beneficio quantùm ad principium effectiuum, nempe Spiritum sanctum, in quo est infallibilis veritas, liberalis charitas, & inseparabilis potestas, quæ quidem opponuntur tribus malis, quæ incurrimus ratione primi peccati, tenebrositati scilicet ignorantiæ malignitati inuidiæ, & debilitati impotentiæ. Secunda tractat de eodem beneficio quantùm ab subiectum receptiuum, quod cœli nomine designatur: sicut enim cœli habent spectabilem refulgentiam luminum, efficacem redundantiam influentiarum, & terribilem resonantiam signorum & prodigiornm: sic Apostoli similibus donis mysticis ornati & dotati fuerunt, nimirum doctrina, charitate, & miraculorum operatione. Tertia de præsenti etiam beneficio disserit qnantùm ad actum intermedium, in singulari operatione. Signâter enim Spiritus sanctus ornauit Apostolos triplici ornamento, videlicet, copiositatis gratiæ, quantùm ad indeficientiam suffragiorum, dignitatis prælaturæ, quantùm ad prouidentiam subditorum, pulchritudinis gloriæ, quantùm ad excellentiam præmiorum. *Ibidem pag. 132.*

Eiusdem sermo decimus, in illa Sapient. verba, *O quàm bonus & suauis est Domine Spiritus tuus in nobis.* Bonitatem Spiritus sancti comprobat ex eo, quod per illum habeamus veniam peccato- A rum, victoriam de inimico, gratiam donorum, & gloriam præmiorum. *Ibid. pag. 132. & sequentibus.*

Eiusdem sermo vndecimus, & duodecimus, vnde supra. Quatuor enumerat bonitatis Spiritus sancti effectus, peccatorum remissionem, virtutum collationem, sensuum illuminationem & animarum eleuationem: & secundum ista quatuor dicitur Spiritus sanctus bonus incipientibus, proficientibus; consummantibus & peruenientibus. *Ibidem pag. 133. & sequentibus.*

Eiusdem sermo decimus-tertius in illud, *Repleti sunt omnes Spiritu sancto, &c.* Docet Apostolos Spiritu sancto fuisse repletos, tanquam aqua irrigante in B prædicatione, tanquam igne inflammante in dilectione, tanquam thesauro locupletante in virtutum aggeratione, & tanquam vino lætificante in consolatione. *Ibidem serm. 3. fer. 2. Pentecost. pag. 135. & sequentibus.*

Eiusdem sermo decimus-quartus vnde supra; Quatuor effectus repletionis Spiritus sancti explicat. Purgat enim defectum, illuminat intellectum, perficit affectum, & confirmat perfectum. *Ibidem serm. 3. fer. 3. Pentecost. pag. 137.*

S. Brvnonis sermo primus in die sancto Pentecostes. Cur Spiritus sanctus in igne apparuerit, rationem affert. Ignis triplicem naturam Spiritui sancto accommodat, consumit enim y C calefacit, & illuminat. Hodiernum mysterium cum legem Mosaica in monte quinquagesimo die data apposité confert. *Tom. 3. pag. 103. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, I. Solemnitates Iudæorum præcipuas & maximas, quæ septenario numero celebrabantur recenset. II. Septenarij numeri laudes prædicat. III. Quanta qualique diligentia festa Pentecostes & Iubilæi celebrari debeant, inspicit. IV. Quid ignis hodiernus & linguæ, quę apparuerunt, significent, explicat. *Ibidem pag. 104. & sequentibus.*

S. I. Chrysostomi sermo de sancta Pentecoste, & cur iam non fiant miracula, quodque ea, quæ geruntur

aut dicuntur à nobis, perscribantur; multa autem pertractat. I. Christianorum ad Ecclesiam laudat concursum. II. Fideles corporis Christi mystici vestem nominat. III. Absentes tanquam nudationis propriæ matris reprehendit. IV. Festiuitatum nobis semper esse probat, & festiuitatum occasiones refert. V. Quomodo quotidie Pentecosten possumus celebrare, declarat. VI. Bona de cœlo in terram generi humano delapsa recenset, & hodiernum beneficium supra alia omnia extollit. VII Reconciliationis Dei donum esse, quòd Spiritus sanctus est datus, ex scripturis persuadere conatur. VIII. Iræ diuinæ signum esse, quòd non sit in hominibus Spiritus sanctus, demonstrat. IX Quòd nunc etiam sit in nobis Spiritus sanctus ostendit. X. Cur hoc tempore signa non fiant, cum adsit adhuc præsens Spiritus Sanctus, rationem profert. XI. Quare spiritus sanctus in igne apparuerit, explicat. XII. Benignissimi Dei pro acceptis naturæ nostræ primitiis retributionem hodiernam considerat. XIII. De libris, in quibus bona & mala quæ hic operamur describuntur, disserit. XIV. Quo pacto peccata scripta possint deleri, docet. *Tom. de diuersis noui Testamenti locis ferm.* 39. *& iuxta Typograph. error.* 36. *a pag.* 545. *ad pag.* 560.

Eiusdem sermo vnde supra. I. Beneficia Spiritus sancti hominibus hac die collata recenset. II. Virtutem Spiritus sancti demonstrat, & igni assimilat. III. Hæreticos Spiritus sancti Maiestatem & Diuinitatem impugnantes obiurgat, & scripturarum authoritate conuincit. IV. Quare non statim post Christi Ascensionem Spiritus sanctus non fuerit missus, causā aperit. V Cur in specie linguarum aduenerit Spiritus sanctus, declarat. VI Spiritus sancti fructus à B. Paulo enumeratos, explicat. VII. Charitatis virtutem multùm commendat. VIII. Aduersus inuidiam acriter agit, & recenter baptizatos alloquitur. *Ibidem ferm.* 40. *& iuxta Typog. err.* 37 *à pag.* 560. *ad pag.* 567.

Eiusdem sermo de sancto & adorando Spiritu. I. Agit de Spiritus sancti potestate, nominibus, Diuinitate, processione, donis & effectibus. II. Mira loquitur de virtutum spiritu. III. Quo pacto Spiritus sanctus habitabat in Christi humanitate subtilissimè explicat. IV. Humanitatem Christi laudibus celebrat, eiusque virtutes prædicat. V. Macedonianos hæreticos cum Patre & Filio Spiritus sancti coæqualitatem denegantes efficaciter conuincit. VI. Diuinas missiones interpretatur. *Tom.* 6. *a pag.* 204. *ad pag.* 227.

✠ *Ascribitur hic sermo a multis Ioann. Nepoti Syluano Hierosol. & insertus est eius operibus Tom* 1. *pag.* 506. *col.* 2. *& seq.*

Eiusdem sermo de Pentecoste. Quòd hodie terra facta sit cœlum. Quòd Apostoli sint mysticè stellæ, stellisq; splendidiores. Quòd iidem Apostoli sint vinitores, piscatores, turres, columnæ, medici, duces, doctores, portus, gubernatores, pastores, athletæ, pugnatores, & coronas gestantes. Quòd Christus nobis sit omnia. Quòd multas ob causas Spiritus sanctus in igne apparuerit. Quod plurima Christus immutauerit. Quòd Ecclesia sit inuincibilis, & gloriosissima. *Ibidem a pag.* 227. *ad pag.* 234.

✠ *Videtur quibusdam hic sermo esse Ioann. Nepot. Sylu. Hierosol. & refertur inter eius opera Tom.* 1. *pag.* 499. *col.* 2. *& seq.*

S. CYPRIANI MARTYRIS sermo de Spiritu sancto. I. Post Spiritus-sancti inuocationem, Christi Domini mysteria à natiuitate, ad missionem vsque Paracliti summariè recenset. II. Quæ de Spiritu sancto in sacris describuntur litteris refert & explicatione illustrat. III. Mysticam numerorum septimi & quinquagesimi ac Pentecostes intelligentiam aperit. IV. Spiritus sancti præconia celebrat. *Tom.* 3. *a pag.* 484 *ad pag.* 488.

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in die sancto Pentecostes, de Epist. sermo. Spiritus sanctus testimonium Christo perhibuit. Primò Christi promissionem de suā missione gratiosè ac miraculosè implendo. Secundò. Per Apostolorū ora miraculosè loquendo. Tertiò. Illuminatione per quā eius Apostoli

verba Prophetarum abundantissimè allegauerunt de Christo; probando ex illis quod Iesus sit rex Messias. Quartò. Tot millia Iudæorum ad eum conuertens. *Ex sermonib. de temp. fol. 209. a pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem pro Euangel. sermo primus. Apostoli, 1. Prædicant cum tanto feruore, vt ebrij spiritualiter sint; quoniam feruor amoris, sapientiæ sapor, mentes eorum inebriauit 2 Prædicando multos ad pœnitentiam inuitant, & obligant: Deinde eos baptizant. 3. Miracula ad confirmandam suam doctrinam miranda operantur, &c. *Ex sermonib. de temp. a fol. 211. pag. 2. ad fol. 212. pag. 1.*

Eiusdem, pro Euangel. sermo primus. Bonitatem, charitatem & liberalitatem suam ad homines ostendit Deus, dandoeis I. Bona naturæ, seu naturalia bona, sc. corpus & animam cum suis membris ac viribus; & omnia ad naturalem hanc vitam necessaria. II. Dona gratiæ, & supernaturalia beneficia sua in vitâ hac. III. Dona gloriæ in futuro, hoc est fœlicitatem æternam in cœlo, vbi electi plenè & abundantissimè Deo perfruuntur. *In sermonibus de temp. à fol. 212. pag. 1. ad fol. 213. pag. 1.*

D. Evsebii Emisseni homilia in die Pentecostes. Tractat in illud, *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* De baptizatorum confirmatione, & eius vtilitate. De Spiritus sancti fructibus, & Apostolorum ex Paracliti missione sanctis profectibus. De Sapientia spirituali, & sapientia huius sæculi. *Fol 76. & sequentibus.*

I. Gersonii sermo de Spiritu sancto in Concilio Constantiensi habitus, in illud Sap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* Horum verborum quibusdam expositionibus præfatis de triplici Spiritus sancti repletione disserit. Prima dicitur repletio sufficientiæ. Secunda, repletio abundantiæ vel excellentiæ. Tertia, repletio redundantiæ vel superfluentiæ. Primam operatur Spiritus sanctus in actiuis, secundam in contemplatiuis, tertiam verò in viris

A heroicis, præpollentibus & exercitatis in vtraque vita, actiua simul & contemplatiua: & quia hæc vltima repletio aliis est excellentior de ipsa sermonem instituit, & in tres distribuit partes. Prima loquitur de modo quo per Spiritum sanctum communicatur hæc repletio. Secunda, qualis sit ex Spiritus sancti repletione contemplatio. Tertia, quomodo plenitudinem contemplationis consequitur comes actio. Quantùm ad I. Docet Spiritum sanctum hominem replere, non naturali necessitate, sed gratuito spontaneoque voluntatis atque libertatis arbitrio. (Vbi de præparatione ad dignè Spiritum sanctum excipiendum.) Quantùm ad II. Ostendit Spiritum sanctum replere

B hominem, ipsumque attollere, vt in arcem contemplatiuæ perfectionis ascendat. Quantùm ad III. Dicit Spiritum sanctum in repletione hominis constituere ipsum fortem & expeditum ad opera vitæ exterioris & actiuæ. Denique quatuor-decim quæstiones circa mysterium hodiernum proponit & breui solutione explicat. *Tom. 1. part. 2. a col 774. ad col. 789.*

Eiusdem sermo in illud Psal. *Emitte Spiritum tuum & creabuntur, &c.* Duas habet partes. Prima loquitur de humilitate quæ est dispositio certissima & necessaria ad vitam Spiritus sancti obtinendam vel in vna singulari persona, vel in tota Ecclesia. Vbi de animæ per

C Spiritum sanctum viuificatæ excellentia & nobilitate. Secunda ostendit quomodo hæc vita Spiritus sancti conseruatur à mutua membrorum colligatione & debita vnitate. *Tom. 2. part. 4. serm. fer. 2. Pentecostes a col. 257. ad col. 266.*

Eiusdem sermo de Spiritu sancto coram Rege Franciæ habitus, in illud, *Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos.* Quomodo ordinationi Apostolorum hac die factæ nihil prorsus defuerit, quod spirituali congrueret habitationi, declarat, & miro modo describit. Quo pacto in aduentu Spiritus sãcti confortati fuerint Apostoli docet, & tribus conclusionibus demõstrat.

Cùm enim futuri essent milites sui ad legem suam seruandam & tutandam, eos scuto donauit fidei, gladio veræ sapientiæ, & insuper armis prorsus à pedibus vsque ad capita munientibus, communis scilicet confœderationis. Pluribus autem Regem alloquitur & hortatur. *Ibidem à col. 522. ad col. 537.*

Eiusdem sermo vnde supra in illud Euangelij, *Mansionem apud eum faciemus*. Cùm sancta anima hospitium sit Spiritus sancti, eam monet, vt omnem de domo cordis abijciat peccati immunditiem, auaritiæ puluerem, iræ & inuidiæ araneas, lutum & fimum luxuriæ: tres ancillas in hospitio conscientiæ habeat, orationem nimirum, quæ deuotè aduocet Spiritum sanctum, obedientiam, quæ ipsi ad ostium animæ pulsanti siue per sonitum, & tremorem, siue per linguas igneas prædicationis, siue per columbam mansuetudinis adaperiat, pacem & vnionem, quæ hospitem retineat. *Ibidem à col. 538. ad col. 546.*

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium hac die habita. I. Euangelicæ lectionis verba breui explicatione ad litteram & mysterium perstringit. II. Quanta sit dignitas, habere in cordis hospitio Spiritum sanctum, considerat. III. Paraclitum suscipientium differentiam notat. IV. Donum linguarum in Ecclesia agnoscit. V. Quare Spiritus sanctus in igneis linguis aduenerit, docet. VI. Cur Spiritus sanctus in ipso Redemptore nostro per columbam apparuerit, in discipulis verò per ignem, rationem in medium profert. VII. Quosdam Spiritus sancti effectus & Apostolorum ex ipsis effectibus profectus recenset. *Tom. 3. Homil. 30. in Euangelia à col. 95. ad col. 100.*

S. Gregorii Nazianzeni oratio in sanctam Pentecosten. I. Quo modo sint à Christianis festa celebranda, docet II. Feriari Christianorum in quo consistat, ostendit. III. Numeri septenarij laudes prosequitur. IV. Pentecostes Iudæorum & Christianorum discrimen examinat. V. Pentecostes mysterium magnum & veoerandum prædicat. VI. Spiritus sancti mysteria pandit, Macedonianos detestatur, & disputatione confutat. VII. Spiritus sancti Diuinitatem, cum Patre & Filio coæternitatem demonstrat. VIII. In Apostolis vim triplicem Spiritus sancti reperit, ante Christi passionem, post eius resurrectionem, & post in cœlum Ascensionem. IX. Hodiernæ apparitionis Spiritus sancti quasdam circumstantias discutit. X. Paracliti erga homines benignitatem declarat. XI Quibus linguis Apostoli loquebantur, refert. *Tom. 1. Orat. 44. à pag. 705. ad 717.*

S. Gregorii Nysseni in Pentecosten oratio ostendit. I. Rursum homini hodie admixtum esse Spiritum illum, qui, quòd homo esset caro, à natura nostra recesserat. II. Neminem Spiritus sancti fieri participem, qui non in excelsa huius vitæ parte h e. in cœnaculo versetur. III. Diuinorum eloquiorum igneam linguam; & oris Spiritum sanctum oppognantium obstructionem. *Tom. 1. pag. 976. & sequentibus.*

Guerrici Abbatis sermo primus. I. Ineffabilem Dei misericordiam & charitatis erga homines dignationem miratur, qui dedit Filium in redemptionis precium, Spiritum sanctum in adoptionis priuilegium & seipsum dabit totum in hæreditatem fidelium. II. Ita de salute nostra, vel magis de spe salutis, propter pignus hæreditatis, nobis esse gaudendum docet, vt quod in peruersis dolemus, adhuc de nobis pro nostra mutabilitate timeamus. III. De gaudio spiritali animarum differit. IV. Fastidium cordis quod abominari facit bona spiritus, abhorret. *A pag. 278. ad pag. 284.*

Eiusdem sermo in illud, *Loquebantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei.* I. Linguas igneas charitate accensas celebrat. II. Linguam qua possit laudare Deum, vel linguam canis expostulat, qua possit & propria, & aliena vlcera lingere. III. Gemitus inenarrabiles quibus postulat pro nobis, sibi & alijs infundi peroptat. IV. Spiritalem desolationem & planctum suadet. *A pag. 285. ad pag 291.*

GVILELMI PARISIENSIS sermo 1. Habitus in die Pentecostes. in quo Epistolam ex Act. 2. sub his verbis, *Erant omnes discipuli pariter in eodem loco.* Examinat, & dicit I. Christum, Hodie se Deum ostendere, Spiritum sanctum, qui Deus est, dando Ecclesiæ; qui prius Dominum se mundi ostenderat. II. Spiritus sancti aduentum in tribus differre ab aduentu filij; Aduentus filij duplex est, vnus ad homines & pro hominibus in mansuetudine, alius contra homines malos in maiestate & seueritate, sed aduentus Spiritus sancti semper est ad homines & pro hominibus. Filius Dei venit ad homines vt cũ hominibus conuersaretur: sed Spiritus Sanctus venit ad homines, vt in hominibus habitet. Filius ad patrem rediit: sed Spiritus sanctus cum Ecclesia mansit. III. Vt Ecclesia digna sit recipere Spiritum sanctum, debere se præparare per vnitatem, humilitatem, stabilitatem, obstaculorum amotionem Apostolorum exemplo. IV. Spiritum sanctum in principio Ecclesiæ tripliciter datum in oratione, prædicatione, manuum impositione. *A pag.* 108. *ad pag.* 110.

Eiusdem, sermo 2. ex his eiusdem epist. *Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis &c.* Attendenda tria nobis subministrans, quorum, Primum est. Spiritum sanctum in linguis igneis apparuisse, vt 1. discipulos verbis ardentibus eloquentes redderet, 2. ostenderetur quod legem igneam prædicarent, sc. legem amoris, 3 manifestaretur qui loquebatur in eis, sc. Spiritus sanctus, totus igneus. Secundum, eundem in specie linguæ, potius quam alterius membri visibiliter descendisse, quia. 1. Lingua igne infernali multum succensa est ideo igne Spiritus sancti multum indigebat, 2. valde difficile est linguam regere, ideo præ cæteris membris gratiâ Spiritus sancti indiget, 3. Lingua membrum valde vtile est si regatur. Tertium. In igne potius quàm in alio elemento Spiritum sanctum apparuisse, quia ignis habet septem operationes, per quas semptem dona Spiritus A sancti intelligi possunt; purgat enim, liquefacit, incinerat, sursum tendit, lucet & fragilia consolidat, illuminat, inflammat; eodem ordine sunt dona Spiritus sancti; sc. donum timoris, pietatis, scientiæ, consilij, fortitudinis, intellectus, sapientiæ. *A pag.* 110. *ad pag.* 112.

Eiusdem, sermo 3. In citata verba, per quæ probat Spiritum sanctum figurari tribus figuris. Primò. Columbæ, quod spectat ad incipientes bonam vitam, qui, 1. debent babere gemitum pro cantu, 2. Puro grano vti, vt possint à malo abstinere & bona agere. 3. manere super aquas doctrinæ, vt vmbram peccati agnoscant & à diabolo caueant, B 4. nidificare in petra. 5. Simpliciter intueri dum in operibus suis ad Deum hábent intentionem, 6. absque felle malitiæ, potius eligere mala sustinere quàm inferre, 7. congregatim volantis concordiam cum proximo habere. Secundo. Flatus, quod ad proficientes attinet, qui non possunt durare per vnam horam absque Spiritu sancto, sicut corpora sine aëre & respiratione. Tertiò. Ignis, quod perfectos respicit, sicut enim ignis subiectum suum in cinerem redigit; sic ignis Spiritus sancti, viros perfectos per humilitatem incinerat & adnihilat. Spiritus sanctus in sanctis requiescit, vt rex in domo in qua est, vt eius imperio obediatur: In C tribus hominum generibus non requiescit. 1. in eis qui ab ingressu domus suæ quasi manibus eum repellunt, dum malis operibus impediunt ne ad eos ingrediatur, 2. in his qui multitudine victualium quasi multitudine pulueris eum contristant. 3. in illis qui per mortale peccatum eum à se expellunt & spiritum immundum loco illius introducunt. Triplex est Spiritus sancti plenitudo; apta, æqua, cumulata. Qui vult Spiritu sancto impleri, debet euacuari, Spiritu mundi, malo, aceto. Quadruplex est signum repletionis Spiritus sancti; satietas siue sedatio, non resonare cum flagellamur & percutimur, superessusio, humilitas. *A pag.* 112. *ad pag.* 114.

ad ea verba 1. *Pet.* 4. *Estote prudentes & vigila e in orationibus.* Et in Euangelium diei. I. Ostendit Spiritum sanctum debuisse Apostolis abundantius communicari. II. Nos quoque ad aduentum illius præparari debere. III. Quatuor præparationes eiusmodi insinuat & explicat. IV. Specialiter agit de prima, quæ est vera abstractio. V. It obuiam difficultati quam patiuntur animæ ne purè Deum non intenderint. VI. Contra amorem proprium discendam esse prudentiam admonet cum Apostolo. VII. Humilitatem quoque esse necessariam. *A pag.* 276. *ad* 281.

Eiusdem sermo 2. ad illud, *Actor.* 2. *Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui magnalia Dei.* Ostendit I. quanta abundantia gratiarum data sit per Spiritum sanctum II Duo opera Spiritus sancti in homine proponit & examinat. Euacuationem & impletionem: quæ sunt duæ dispositiones ad Spiritum sanctum. III. Quibus euacuari oporteat animam docet. IV. Exponit moraliter signa eorum qui crediderunt dicta à Domino, & effectus Spiritus sancti. *A pag.* 281. *ad* 286.

Eiusdem sermo 3. ad illud, *Actor.* 2. *Repleti sunt omnes Spiritu sancto & cœperunt loqui, &c.* I Quantum sit donum Spiritus sancti expendit. II. Dispositionem ad Spiritum sanctum ait esse si à creaturis ad Deum conuertantur homines. III. Discutit circunstantias congregationis discipulorum Christi IV. septem dona Spiritus sancti considerat & septem opera quæ ille in homine producit. *A pag.* 286. *ad* 292.

Eiusdem sermo 4. in illud. *Ioan.* 10. *Qui intrat per ostium in ouile ouium &c.* I. Summatim singula huius similitudinis verba expendit: Ouilis, ostij, pastoris, ouium, latronis, ostiarij. II. Conqueritur quod sæpè Spiritus sanctus à nobis repulsam patiatur. *A pag.* 292. *ad* 295.

Eiusdem sermo 5. ad illud. *Actor.* 1. *Reuersi sunt Apostoli Hierosolimam.* Vbi ostendit Apostolos sex modis se habuisse in illo suo secessu. II. Cur missio Spiritus sancti ad quinquagesimum diem fuerit dilata. *Pag.* 296. & 297.

A Eiusdem sermo 6. ad illud: *Ioan.* 6. *Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Et est Euangelium fer. 4. quatuor temp. I. Orantes Apostolos introducit, vt à vinculis absoluerentur. II. Eos attractos sex modis ad sublimẽ Spiritus sancti scholam. Quos modos iterum subdiuidit, & probat. *A pag.* 297. *ad.* 304.

B. Ivonis Carnotensis sermo in die sancto Pentecostes. I. Hunc diem sacratissimum esse probat & in lege & in Euangelio. II. Septenarij & quinquagenarij numeros commendat. III. Præsupposita ineffabili Spiritus sancti essentia, de eius mirabili & amabili efficientia pluribus differit. IV. De Spiritus sancti à Patre & Filio processione contra Græcos & quosdam hæreticos disputat. V. Eumdem. S.S. digito assimilat. *Tom.* 1. *Auctar. Bibl. Patrum col.* 832. *& sequentibus.* B

S. Lavrentii Ivstiniani in solemnitate Pentecostes sermo. I. Variis similitudinibus ostendit, quod in rebus vitæ spiritualis à minus perfectis ad magis perfecta semper procedatur; vt patet in Apostolis. II. Mutuata lucis comparatione, agnoscit iustitiæ solem abundantius bonitatis suæ radios effudisse ascendentem in cœlo, quàm vbi conuersaretur in terra. III. Cunctas mysterij hodierni circumstantias diligenter obseruat, & pijs expositionibus illustrat. IV. Vnitatem & pacem commendat, nec-non & orationem. V. Spiritum sanctum Doctorem comprobat mirabilem, & quamplurimos eius effectus recenset. V. Quomodo Spiritus Domini cœlum Ecclesiæ sanctorum virtutibus veluti stellis à se inuicem differentibus ornauerit, demonstrat. *Part.* 2. *pag.* 648 *& sequentibus.* C

S. Leonis sermo primus de Pentecoste. Quod magna huic diei debeatur reuerentia. Quòd vbi Deus magister est citò discitur quod docetur. Quòd Spiritus sanctus sit Deus, & Patri Filioque æqualis. Quòd peccatum in Spiritum sanctum sit irremissibile. *A col.* 208. *ad col.* 211.

Eiusdem sermo secundus vnde supra.

I. Quid de Spiritu sancto Catholicè sit sentiendum, declarat. II. De Trinitatis mysterio differit. III. Varias Spiritus sancti missiones refert. IV. Cur Paraclitus hodie modo tam mirabili Apostolis fuerit datus, rationem reddit V. Manichæorum impietatem confutat, qui dicebant Spiritum sanctum à Domino promissum ante Manichæum non aduenisse. *A col. 212. ad col. 216.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, Quòd opera sanctissimæ Trinitatis sint indiuidua. Quòd si homo à lege sibi posita per concupiscentiam non deuiasset. Creator mundi creatura factus non fuisset. Quòd sit in personarum Trinitate æqualitas. Quòd Filius Patri sit coæqualis. *A col. 217. ad col. 220.*

✠ Leonis Avgvsti Imp. orat. 9 Propositi sui initio rationem aperit, & ad id eundem Spiritum virtutis inuocat. 2 Rationem deducit missionis & aduentus Spiritus Sancti. 3. id præstitum die decima ab Ascensione, à resurrectione verò quinquagesima examinat. 4. Omnibus venisse Spiritum sanctum, & cur in figura linguarum. 5. Apostolos variis linguis loquentes introducit, & quos Iudæi calumniati sunt demiratur. 6. Eisdem insedisse Spiritum S. ostendit. 7. Honorandum esse Spiritum S. tanquam Deum probat. *Auct. noui Biblioth. PP. Græco-Lat. tom. 1. à col. 1720. ad 1733.*

S. Maximi homilia prima in solemnitate sanctæ Pentecostes. Hodiernam festiuitatem cum Paschali celebritate confert. De Filij ad Patris dexteram sessione differit. Quo pacto intelligi possit, quòd Christus sedeat & stet, explicat. *Col. 635. & sequentibus.*

Eiusdem homilia secunda vnde supra. *Col. 637. & sequentibus. Habetur apud D. Ambros. fer. 2. Pentecost. serm. 91. Tom. 5. col. 82. & hic supra.*

Eiusdem homilia tertia de eadem solemnitate. *Col 639. & sequentibus. Etiam apud D. Ambr. Legitur serm. 2. Pentecost. de temp. 60. col. 81. Tom. 5. & hic supra.*

S. Odilonis Abbatis sermo in die Pentecostes. Quid Deus in hominesgessit, quid que homo à Deo assumptus temporalis apparens pro nobis corporaliter pertulit, breui recapitulatione recenset: & mysteriorum Christi causas aperit. Spiritus sancti Diuinitatem ostendit & hæreticos contradicentes obmutescere facit. Varios Spiritus sancti effectus demonstrat, & ex Patribus colligit. *Biblioth. Cluniacens. serm. 9. S. Odil. a col. 393. ad col. 397.*

✠ Rabani Mavri homilia in hunc diem. I. huius festi rationem exponit. II. Cur hodie baptismatis mysteria celebrentur. III. Huius solemnitatis figuram repetit ex veteri testamento. IV. Quid agendum sit vt pura mente ac simplici fide, tantis donis reddamur digni. *Tom. 5. pag. 592. col. 2. & 593. col. 1.*

✠ Radvlphi Ardentis in solemnitate Pentecostes de Spiritu sancto, homilia: ex qua disce. I. Spiritum sanctum Apostolis datum in die resurrectionis, ad peccatorum remissionem, hodie, ad corroborationem & confirmationem. II. Apostolos præparatos, orando & ieiunando ipsum meruisse accipere. III. Discipulos, cum super eos venit Spiritus sanctus, fuisse in eodem corde & amore, eadem rerum communione. IV. Spiritum sanctum aduentum suum in discipulos demõstrasse, sono repentè de cœlo facto, linguis igneis dispertitis. V. Non aliter Spiritum sanctum descendere, venire, vel dari, nisi quia eius gratia datur, quâ hodie repleti sunt Apostoli. VI. Spiritu sancto operante repentè timidos, fieri audaces; rudes, sapientes; elingues, omnilingues. VII Admirationem subsecutam esse magnalia Spiritus sancti. *à fol. 258. pag. 1. ad fol. 263. pag. 1.*

Eiusdem, homilia de quo suprà ad ea Euang. verba. *Si quis diligit me sermonem meum seruabit &c. Ioann. 14.* Accessurus Dominus ad passionem. 1. Hortatur discipulos suos ad dilectionem & mandatorum obseruantiam: 2. promittit eis Spiritum sanctum: 3. dat eis pacem in mandato, in animo, in desiderio: 4. de suo recessu præuidens turbandos, eos præconsolatur ne timeant: 5. ostendit se innocentem, propter obedientiam ex qua

ex qua iamiam esset passurus, &c. *à fol.* A 263. *pag.* 1. *ad fol.* 268. *pag.* 1.

B. THEODORI STVDITÆ sermo catechet. de Spiritus sancti degressu. Quòd Spiritus sanctus sit Deus, sit & Paraclitus. Quod vitia sint fugienda, & auaritia detestanda. *Tom.* 2. *Auctar. Bibl. Patrum, Catech.* 9. *col.* 1293. *& sequentibus.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI in aduentum Spiritus sancti hom. 40. Initio deducit præsens hoc festum multa admiranda complecti. 2. Acturus de Spiritu sancto, mysterium explicat S. Trinitatis. 3. Æqualem alijs personis, Patri & Filio, ostendit Spiritum sanctum. 4. De operationibus agit Spiritus sancti in Angelis, in Patriarchis, in Moyse, in Prophetis, in Apostolis. *A pag.* 281. *ad* 288.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo primus in die Pentecostes in illud, *Cum venerit Paraclitus quem mittam vobis à Patre, &c.* Agit de personarum Trinitate, de Trinitatis charitate, & de charitatis vtilitate. Varia autem profert ex scripturis & creaturis, de Christo testimonia. *Tom.* 16. *serm. Dominic. fol.* 15. *col.* 3. *&* 4.

Eiusdem sermo secundus in illud, *Paraclitus quem mittet Pater in nomine meo, &c.* Tractat de missione Spiritus sancti, & tres habet partes. Prima mittentis charitatem considerat. Secunda missi benignatem contemplatur. Tertia missionis vtilitatem inspicit. Quantùm ad. I. Deum Patrem in charitatis testimonium tria nobis misisse ostendit, videlicet Filium, ad nostram redemptionem, Spiritum sanctum ad nostram confirmationem, & Angelos ad nostram protectionem. Quantùm ad II. Notat Spiritum sanctum consolari nos tripliciter, cœlestes consolationes largiendo, dona charismatum in tribulationibus augmentando, & quanta sint gaudia futura demonstrando. Quantum ad III. Eumdem S. S. tria valde vtilia nos docere testatur, nimirum cognitionem veritatis, vtilem orandi modum, & voluptatum carnalium despectum. *Ibidem fol.* 15. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius in illud, *Spiritus Domini ornauit cælos Iob.* 26. Apostolos cælis assimilat, propter motum, ordinem, & concordiam. Quinque stellarum ordines in ipsis cœlis mysticis distinguit, quibus spiritos Domini eos ornauit. Primus ordo dicitur virtutum theologicarum. Secundus virtutum politicarum. Tertius donorum Spiritus sancti. Quartus octo beatitudinum. Quintus duodecim fructuum Spiritus sancti. *Ibid. serm. in Vigil. Pentecost. fol.* 36.

Eiusdem sermo quartus in illud, *Paraclitus Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, &c.* Circa missionem Spiritus sancti tria cōsiderat, videlicet mittentium authoritatem, missi benignitatem, & missionis vtilitatem. Quantùm ad I. Probat Spiritum sanctum à B Patre & Filio mitti. Quantùm ad II. Paraclitum agnoscit hominis aduocatum in beneficijs naturæ, gratiæ, & gloriæ: & consolatorem in miserijs. Quantum ad III. Duplicem missionis Spiritus sancti profert vtilitatem, boni cognitionem; (Vbiquinque scientiæ ad salutem necessariæ enumerantur.) Et ad bonum motionem; suggerit autem, S. S. bonum compellendo, alliciendo & seipsum pignus pro mercedis certitudine tribuendo. *Ibidem serm. in die Pent. fol.* 36. *col.* 3. *&* 4.

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio I. ad ea verba. *Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Psal.* 103. Tria proponit agenda: C Propter quod venit Spiritus sanctus: quomodo venit: quomodo spiritualiter in nos veniat I. Duas missiones Spiritus sancti distinguit, vnam visibilem, quæ sub quatuor signis successiuè facta est: aliam inuisibilem, quâ quotidie implet corda; & quibus indicijs deprehendatur. II. Considerat cur in igne hodie mittatur; & tres causas assignat. 1. Vt Trinitatis mysterium omnibus innotesceret. 2. Vt Dei pietatem, beneuolentiam, charitatem, quam hominibus exhibuerat, declararet. 3. Vt opera Christi consummaret, & filios Dei perfectos efformaret. III. Exquirit cur in die Pentecostes missus sit: Vt

eadem die, lex & legis consummatio perficerentur IV. Ipsam historiam hodiernam enarrans, explicat quomodo venerit, & quos effectus in Apostolis sit operatus. V. De inuisibili aduentu Spiritus sancti in animas agit, & attollit. VI. Quomodo ad huius Spiritus aduentum nos disponamus, ex ipso textu Actuum declarat. *A fol. 88. col. 2. ad fol 91. col 3.*

Eiusdem Concio 2. vnde supra. I. Comparat Iesum cum Iosue filio Num, qui sonitu tubarum, Iericho expugnauit; & hic, mundum per Apostolos Euangelicâ prædicatione: quod opus attollit. Et ad hoc missum esse Spiritum sanctum. II. Docet, non solum exterius, sed etiam in animos hominum transmissum esse Spiritum sanctum; quod ad mundi conuersionem necesse fuit. III. Expendit quanta commotione, celeritate & auiditate, audita hac tuba, mundus conuersus est. IV. Deplorat statum hodiernum Ecclesiæ à prima venustate degenerantis; & ad id optandum esse, vt idem redeat Spiritus. Quod idem de singulorum animis ostendit. V. Tria esse reformanda, intentionem; Affectionem; Operationem. Ad quæ triplex spiritus est postulandus; rectus; sanctus; Principalis. VI. Proponit varios Spiritus S. in animam, effectus. *A fol. 91. col. 4. ad fol. 94. col. 3.*

FERIA SECVNDA Pentecostes.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad ea verba Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, &c.* Quatuor elucidanda suscipit. I. Rationes aperit ob quas Deus filium suum dedit. 1. vt nos à dæmone liberaret. 2. vt vitæ æternæ doctrinis illustraret. 3. vt formam viuendi ipse præberet. II. Ideo in igne & vento missum tradit Spiritum sanctum, vt in Christum crederemus. III. Credentes in Christum, non perire docet; sed viuere in æternum. IV. Et contra, non credentes, in æternum perituros. *A pag. 89 col. 1 ad 90. col. 2.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in Euangelium hodiernum. I. Dilectionis diuinæ immensitatem ex beneficijs corporalibus, spiritualibus, & æternalibus colligit. II. Stabilitatem quantùm ad principium, medium, & finem attendit. III. Communem illam dicit, communiorem, & communissimam amicis, inimicis, & creaturis omnibus. *Tom. 3. pag. 134.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. Dei dilectionem erga homines miratur, quòd vnigenitum dederit nobis, in Incarnatione corporaliter, in Communione sacramentaliter, in iustificatione spiritualiter, & in fruitione æternaliter. *Ibidem pag. 134. & sequentibus.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo pro epistolâ. Peccatum. 1. est quædam fatuitas: 2. Spreto summo bono, rebus caducis adhæsio: 3. Quicquid legi contrariatur diuinæ peccatum est: 4. Est à rectâ ordinatione recessus 5. Grauissimus est Dei contemptus, & diuinæ maiestatis iniuria. Hoc de peccato mortali intellige, *Ex proprio sanctorum, à fol. 195. pag. 1. ad fol. 196. pag. 1.*

Eiusdem, in Euang. sermo. 1 Deus est amandus: quia, est bonitas pura, virtus immensa, sanctitas infinita, absoluta perfectio, &c. Nos ad suam similitudinem condidit, omnia subiecit sub pedibus nostris, vniuersa bona, tàm dona naturæ, quàm munera gratiæ, de eius liberalitate, largitate, sumus sortiti, &c. *Ex proprio sanct. à fol. 197. pag. 2. ad fol. 198. pag. 2.*

Eiusdem, in Euang. sermo secundus, in quo fusiùs disserit de emanatione diuinâ, quâ Spiritum sanctum verum Deum, catholica fides à Patre Filioque credit procedere: *In proprio sanctorum, à fol. 198. pagin. 2. ad fol. 196. pag. 2.*

FERIA TERTIA *Pentecostes.*

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba Ioan. 10. *Ego sum ostium, per me si quis introierit &c.* Quinque subiectis inhæret. I. quare Iesus ostium vocetur. II. Quis sit ostiarius huius ostij; Spiritus sanctus. III. septem conditiones proponit eius, qui per ostium istud ingressurus est. IV. Contra, præclndi ostendit septem generibus personarum. V. Per pascua ouibus proposita, gaudia cælestis contemplationis intelligi. *A pag. 90. 2. ad 91. col. 1.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelij; *Oues illum sequuntur, &c.* Ostendit fideles tanquam oues Christi, suum pastorem sequi, in sancta conuersatione, in secura euolatione, in beata resurrectione, & in æterna commansione. *Tom. 3. pag. 136.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat.* Tractat de malorum perditione, à Deo iudicante, & ab Angelo exequente, à proximo scandalizante, & à diabolo tentante. *Ibidem pag. 136. & sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo in epist. Baptismus tollit peccatum quantùm ad reatum, non quantùm ad dispositionem inclinantem ad malum. Omnes animæ non differunt essentiali differentiâ, sed secundùm dispositionem materiæ, per quam indiniduantur & multiplicantur. Nullus dolor erit in non Baptizatis post hanc vitam de priuatione veræ fœlicitatis, nec exterior nec interior. *In sanctorum proprio à fol. 201. pag. 2. ad fol. 202. pag. 2.*

Eiusdem, in Euang. sermo 1. de fide. Fides est ex Apostolo substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium: ex D. Thoma; habitus mentis quo inchoatur vita æterna in nobis per assensum supernaturalis veritatis: ex D. Dionys. manens credentium fundamentum: D. Aug. virtus, quâ creduntur quæ non videntur: D. Damasc. consensus non acquisitus, &c. *Ex sancto-*

A *rum proprio, fol. 204. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo 2. quo spem definit, Spes est ex magist. sentent. Certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratiâ Dei, & proprijs proueniens meritis: ex Thoma de Argentina & aliis, Audacia mentis de largitate Dei concepta, habendi vitam æternam per merita bona: ex aliis, virtus theologica infusa, per quam rationalis creatura viatrix, præstolatur obtinere à Deo æternam salutem, per adiutorium gratiæ, & meritorios actus, &c. Multa dubia circa has definitiones proponit & soluit. *Ex proprio de sanctis, a fol. 204. pag. 2. ad fol. 205. pag. 2.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 57. dicta in festo S. Pancratij, in B qua vltra ea quæ initio & in fine tractat de hoc sancto, Euangelium huius Diei, ab illis verbis: *Ego sum ostium* fusè explanat & notis illustrat. *à pag. 385. ad 392.*

FERIA QVARTA *quatuor Temporum.*

✠ RABANI MAVRI homilia de ieiunio quarti mensis. I. Aperit cur ieiunium hoc tempore institutum sit. II. Agit de oblatione primitiarum messis, quã mysticè exponit. III. Aliam habet rationem institutionis ieiunii. IV. Illud ieiunium indicit. *Tom. 5. pag. 593. col. 1. & 2.* C

FERIA QVINTA *Pentecostes.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 47. De missione duodecim Apostolorum, in festo SS. Cosmæ & Damiani. Post breue proloquium de ipsis sanctis. 1. agit de potestate tradita Apostolis, vt quasi verberones quosdam abigerent dæmones, quos ostendit inimicos esse & vltores nostros. 2. Rationes reddit cur nomina Apostolorum recenseat Euangelista. 3. Cur duodecim electi sunt. 4. Cur ad solos Iudæos prædicationem eorum circunscribat, &

quomodo id intelligendum sit. 5. Quid per regnum cœlorum appropinquans, debeat intelligi scilicet gratia Christi, & ipse Christus. *A pag. 324. ad 329.*

DOMINICA SANCTISsimæ Trinitatis.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad ea verba Ioan. 3. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cælo descendit, &c.* Declarat trahi homines à Patre per potentiam: retrahi per carnem, mundum & dæmonem. Contra quæ facit potentia Patris. II. Trahi homines à filio per sapientiam, qua præteritorum recordamur, præsentia ordinamus, futura præmeditamus. III. Trahi homines à Spiritu sancto per charitatem, quam confert, vt proximo subueniamus. *A pag. 91. col. 2. ad 92. col. 2.*

S. ANASTASII SYNAITÆ oratio de Trinitate Diuina. Multa doctè & subtiliter tractat. I. Agit de Dei incomprehensibili natura. II. Ex verbis D. Ioan. Apost. cap. 1. Sui Euangelij probat Filij cum Patre coæternitatem, ac consubstantialitatẽ, argumentis efficacissimis. III Idem facit pro coæternitate & consubstantialitate Spiritus sancti. IV. Distinctionem generationis, Verbi & processionis Spiritus sancti declarat. V. Mysterium sacro-sanctum Diuinæ Trinitatis explicat. VI. Varijsque claris similitudinibus substantiæ vnitatem, nec-non personarum Trinitatem exprimit. VII. De nominibus relatiuis Diuinarum personarum differit. VIII. Tandem vnitatem essentiæ, personarum Trinitatem, earumque consubstantialitatem rursus demonstrat eo modo quo demõstrari potest. *Apud P. Steuartium in suo Tomo singulariorat. 1. S. Anastas. Sinaitæ, à pag. 463. ad pag. 484.*

S. AVGVSTINI sermo de sacrosanctissima Trinitate. I. Naturam Dei ineffabilem incomprehensibilemque argumento à minori ad maius, & à creaturis desumpto, ostendit. II. Co-

A qualitatem Diuinarum personarum aduersus falsa Arrianorum dogmata, defendit. III. Vnitatem in Trinitate, & Trinitatem in vnitate exemplis à sole, & igne mutuatis, declarat. IV. Denique fidem Catholicam circa mysterium super adorandæ Trinitatis laudibus & encomijs celebrat, *Tom. 10. serm. 1. de Verb. Apost. fol. 55. col. 1. & 2.*

Eiusdem sermo in festo sanctæ Trinitatis I. Quosdam nimis circa mysterium vnitatis Essentiæ & Trinitatis personarum curiosos reprehendit. II. Docet, qua ratione homo Christianus Deum vnum in natura & in personis trinum credere fideliter debeat; & quòd hoc mysteriom sit incomprehen-
B sibile, etiam ipsismet Angelis. III. Quòd in præsenti vita magis bonis operibus ac virtutibus incumbendum nobis sit, quàm cognitioni rationali abstrusi huius sacramenti. *Tom. 10. serm. de Temp. 189. fol 221. & 222.*

Eiusdem sermo in eodẽ festo, de eo quod Sap. 7. dicitur. *Splendor est enim lucis æternæ, & imago inuisibilis Dei, &c.* In isto sermone duo habentur. I. Deum definiri non posse, omninò nec comprehendi II. Viginti nomina, verbum Diuinum, pro nobis hominem factum, aliquomodo exprimentia. *Tom. 10. serm. de temp. 190. 222 col 2. & 3.*

Eiusdem sermo in eodem festo, declarationem fidei Ecclesiæ Catholicæ,
C Antiquorumque patrum orthodoxorum, continens: aduersus Arrianos, Sabellianos, Apollinaristas, Photinos, Manichæos, Cataphrygas, & alios similis farinæ hæriticos. Quòd autem spectat ad Trinitatis festum, coæternitatem, consubstantialitatem, coæqualitatem, & distinctionem Diuinarum personarum Patris, Filij, Spiritus sancti declarat. *Tom. 10. serm. de temp. 191. fol. 122. col. 3. 4. & fol. 123. col. 1.*

Eiusdem sermo hac die habitus; in quo solummodo agit de Patris æterni omnipotentia in creatione, in recreatione, in resurrectione Christi Filij sui manifestata, & in mundi dissolutione manifestanda. *Tom. 10. serm. de temp. 192. fol. 123. col. 1. 2. & 3.*

Eiusdem sermo eadem die; in quo ex scripturis diuinis, ostendit Spiritum sanctum eiusdem esse substantiæ, naturæ, essentiæ, ac Deitatis, cum Patre, & Filio, *Tom. 10. serm. 194. de temp. fol 224. col. 1. 2.*

S. BERNARDI pro solẽnitate sanctissimæ Trinitatis, sermo, vbi demonstrat beatam & sempiternam Trinitatem Patrem, Filium, Spiritum sanctum, vnum Deum, creasse quandam Trinitatem ad imaginem suam; sc. animam rationalem, quæ ex memoriâ, ratione, & voluntate consistit: Hæc autem Trinitas creata, cecidit per suggestionem, delectationem, & consensum ab illâ pulchrâ & summâ Trinitate, sc. potentiâ, sapientiâ, puritate, in fœdam Trinitatem, sc. infirmitatem, cœcitatem, immunditiam. Illam vero reparauit beata Trinitas; ideo venit à Patre missus Dei Filius, & dedit fidem; post filium missus Spiritus sanctus, & dedit charitatem, & per hæc duo facta est spes redeundi ad Patrem. *Ex paruis & varijs sermonib. serm. 1. col. 440. 441.*

Eiusdem, sermo alius, Datur testimonium. I. In cœlo, beatitudinis, per Patrem, Filium, Spiritum sanctum. II. In terrâ iustificationis, per Spiritum, aquam, sanguinem. III. In inferno, damnationis: per vermem, ignem, desperationem. *Ex paruis & varijs sermonib. serm. 16. col. 450.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Isai. 6. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.* De Dei sanctitate instituitur, & trifariam partitur. I. Quòd Deus sit sanctus in seipso. II. Quòd Deus sit sanctus in Christo. III. Quòd Deus sit sanctus in opere suo. Primum membrum subdiuiditur in tres partes I agit De Patris sanctitate. II. De filij sanctitate. III. De Spiritus sancti sanctitate. Secundum membrum similiter in tres alias partes distinguitur, ostenditque Christi sanctitatem in corpore, in anima, & in diuinitate. Tertium pariter membrum tripartitam habet subdiuisionem, videlicet de sanctitate Dei in tribus suis operationibus, in creatione, in redemptione, & in æterna remuneratione. *Tom. 3.*

A *ser. de temp. pag. 138. & 139.*

Eiusdem sermo secundus de eadem solẽnitate, in illud Isai. 40. *Quis appendit tribus digitis molem terræ?* In hoc sermone fides, quam habemus de Trinitate Diuina, comparatur triplici funiculo, quo trahimur in conuersione de profundo culpæ. Tribus digitis quibus appendimur in conuersatione per gratiæ conseruationem. Tribus palmitibus quibus reficimur in fruitione; vino meroglориæ. *Tom. 3. serm. de Tẽp. p. 139.*

Eiusdem sermo tertius super illa D. Ioann. verba 1. Ioann. 5. *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, &c.* Quatuor valde notanda docet, nimirùm, Trinitatem credendam, metuendam, diligendam, ac colendam esse. *Tom. 3. serm. de Temp. pag. 140.*

B

Eiusdem sermo quartus in illud Psal. 66. *Benedicat nos Deus, &c.* De quatuor benedictionibus differit, de duabus bonis quibus à sanctissima Trinitate benedicimur, scilicet gratiæ, & gloriæ; & de duabus malis, adulationis, & fortunæ, ac tandem de benedictionibus, quibus benedicuntur ex more pœnitentes, offerentes, & militantes, quas omnes mysticè explicat. *Tom. 3. serm. de Temp. pag. 140 141.*

S. BRVNONIS sermo primus, in quo aduersus Iudæos Trinitas Diuina cum vnitate Essentiæ declaratur argumentis è scriptura tum veteris, tum noui Testamenti desumptis. *Tom. 3. pag. 72. & sequentib.*

C

Eiusdem sermo secundus, tractat I. De Diuina Trinitate personarum, earumque distinctione & coæternitate, vbi distinguit substantiam creatam ab increata, Diuina, & immutabili. II. De Diuinæ Trinitatis imagine in Angelo & homine, per intelligentiam, memoriam, & vsum expressa; vbi ad propositum ostendit, in creaturis aliquid inueniri, quod ex aliquo gignitur, & tamen non sit posterius eo ex quo gignitur. *Tom. 3. pag. 75. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius. Naturam Dei & personarum Trinitatem incomprehensibilem esse testimonijs scripturæ probat, eamque non temerè aut cu-

riosè inuestigandam demonstrat. Deinde superbiam Arrij & aliorum plus sapientium quàm sapere oportet redarguit, & argumento à minori ad maius ex propria nostri notitia deducto, reprimit. *Tom. 3. pagin. 78. & sequentibus.*

S. I. Chrysostomi sermo de sancta & consubstantiali, viuificáque ac inseparabili Trinitate; Disputat cōtra Arrium, Macedonium aliosque hæreticos, & aduersus eos multis scripturæ testimonijs & varijs rationibus è scriptura illatis, Diuinitatem Filij, ac Spiritus sancti, sicut & Patris, efficaciter probat, argumentaque in contrarium ab hæreticis ... allata subtiliter & doctè dissoluit. *Tom. 6. pag. 189. & sequentibus vsque ad pag. 204.*

Dionysii Cartusiani pro epist. sermo, quo Trinitatem personarum in diuinis, vnitatem essentiæ, generationē Verbi æterni, processionem & emanationem Spiritus sancti, multiplici exemplo demonstrat: Deinde hortatur nos, vt cum metu & reuerentiâ seruiamus Deo trino & vno; habentes faciem hominis, rectam rationem sequendo; leonis, contra hostes magnanimiter præliando; vituli ipsum Deo in sacrificium offerendo; aquilæ, cœlestia contemplando. *Ex sermonib. de Temp. à fol. 218. pag. 2. ad fol. 219 pag. 1.*

Idem sermone primo, pro Euangel. de infinitâ loquitur fœlicitate & gloriâ superdignissimæ Trinitatis, & de fideli ac humili ipsius cōtemplatione, dicens. Cum beatitudo nostra completa, quam credimus electis dandam in patriâ, sit gloriosæ Trinitatis intuitio clara; tanto in hac vitâ perfectiores consistimus, quantò plus ad illam beatitudinem modo appropinquamus, &c. *In sermonibus de Temp. à fol. 221. pag. 1. ad fol. 222. pag. 1.*

Eiusdem, sermo secundus, in Euang. in quo Nicodemi exemplo. Primò, In fide confirmamur. Secundò, Docemur, esse valdè sollicitì pro nostrâ salute, & pro eorum salutari notitiâ, quæ ad salutem pertinent. Tertiò, Informamur

A non nisi idoneum consiliarium, id est prudentem & virtuosum, requirere & amplecti, in quo sit prudentia, iustitia, mansuetudo Quartò, Instruimur, à viâ iustitiæ & ab itinere veritatis non discedere, sed vsque in finem constanter in bonis perseuerare. Quintò; Persuademur, patientes & dociles esse, non pertinaces & iracundi. *Ex sermonibus de Temp. fol. 222. à pag. 1. ad pag. 2.*

D. Eusebii Emiseni homilia de Trinitate I. Vnitatem essentiæ, & personarum Trinitatem explicat II. Thesauro Trinitatem assimilat. III. Spiritus sancti effectus varios recenset. IV. Baptismi virtutem declarat. V. Spiritus sancti Diuinitatem aduersus hæreticos probat. *Fol. 86 & sequentibus.*

B I. Gersonii sermo præsenti die habitus in illud, 1. Corinth. 3. *Videmus nunc per speculum, &c.* Colloquium instituit inter animam deuotam & rationem fidelem ac sapientem, de Deo vno in Essentia & trino in personis. Ratio fidelis animam alloquitur & eam docet Theologiam, quomodo Deus sit vnus secundum naturam, quomodo trinus secundum personas, quomodo imago summi Dei attributorumque eius reluceat in homine Ratio autem prius à fide eruditur quàm animam edoceat, deuotio verò postea accedit, & sui præsentia anima valdè illuminatur; Deus enim abundantius se reuelat & sua, deuotioni magis quàm rationi, dilectioni, plus

C quàm cognitioni; Denique animam speculo comparat, & quædam de speculorum varietate & diuersis eorum effectibus obiter tangit. *Tom. 2 part. 4. col. 546. & seq vsque ad col. 557.*

Eiusdem sermo in eadem solemnitate secundus super illa Christi Domini verba, *Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia credetis?* Docet qualiter sit loquendum & audiendum de sublimi mysterio sanctissimæ Trinitatis. Multas quæstiones merè naturales in medium profert, quas ratio humana soluere nequit licet sint intra naturæ limites, vt inde à minori ad maius argumentum desumat & huius mysterij ineffabilitatem incomprehensi-

bilitatemque ostendat. Insuper ad cognoscendam eo modo quo nunc cognosci potest, Diuinam Trinitatem fide & humilitate necessariò præditos nos esse debere instruit. Postea ad triplicem scholam nos manuducit videlicet naturæ, sacræ scripturæ, & animæ nostræ vt de tam profundissimo mysterio quoquomodo edoceamur. Denique ad mortalitatem deueniens de posse Patris, de scire Filii, de velle Spiritus sancti, differit, & ad diuinam eorum imitationem Christianos hortatur. *Tom. 2. part. 4. a col. 557. ad 563.*

GVILLELMI PARISIENSIS, sermo in hæc 2. Corinth vlt. *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit semper cum omnibus vobis.* Ex quibus trium personarum Trinitatis notitiam nobis dat. Primò. Filij *Gratia Domini nostri Iesu Christi*, cuius gratia multipliciter nobis est exhibita, 1. egenus factus est, vt nos ditaremur. 2. Cohæredes suos nos fecit. 3. gratiam dat quæ nos ei gratos reddit & nos ei gratis etiam gratanter seruire faciat. Secundò. Patris *& charitas Dei*, cuius charitas in hoc apparuit, quod 1. hominem sibi attraxit. 2. Proprio Filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum. 3. Nos in filios adoptauit. 4. Diligentem angelorum custodiam nobis adhibuit. Tertiò, Spiritus sancti *& communicatio Spiritus sancti.* Qui seipsum cõmunicat in præsenti per gratiam, & communicabit in futuro per gloriam: In itinere præsentis vitæ est Ecclesiæ solatium, in patriâ erit eius præmium. *A pag. 114. ad pag. 116.*

Eiusdem, sermo 1. in Euang. 3. *Homo quidam ex Pharisæis Nicodemus nomine &c.* quod per totum literaliter considerat; inter, hominem esse eum Deo & Deum, esse cum homine, differentiam ponit; cum malo faciente signa, Deus est, non ipse cum Deo &c. Nicodemum vult instrui Spiritualiter de regno cœlesti, circa terrena, quæ promittebat, instruitur ergo ille à Christo. Baptismum triplicem fluminis, flaminis, & sanguinis declarat. *A pag. 405. ad pag. 408.*

Eiusdem, sermo 2. in Euang. quem A duabus partibus absoluit; in quarum Primâ, Triplicem vitam probat: 1. est naturæ quæ contemptibilis est, si desit vita gratiæ, & cum brutis nobis est communis. 2. gratiæ, quæ est bonitas naturæ, & pretium gloriæ; 3. gloriæ, quæ datur fidelibus credentibus. In Secundâ; Quintuplicem natiuitatem enumerat. 1. est secundum carnem, quæ miserabilis, in illa enim nascitur homo ad laborem; habet tres comites, bonorum inopiam, malorum pœnalium abundantiam, Dei iram: 2. spiritualis, qua quis nascitur in baptismo, quæ est puræ diuinæ miserationis: habet tres comites, peccati deletionem, gratiæ collationem fomitis debilitationem. 3 qua quis nascitur per pœnitentiam, quæ est miseri- B cordiæ cum iustitiâ sociatæ; habet tres comites, amaritudinem in contritione, pudorem in confessione, laborem in satisfactione: 4. in susceptione regiminis Ecclesiastici, quæ quandoque est iræ, quandóque misericordiæ; habet tres comites quo ad malos, matris parturientis tristitiam, nascentium lætitiam, vulgi gementis angustiam: 5. in susceptione æterni præmij, quæ bonitatis immensæ, habet tres comites, gaudium sine dolore, quietem sine labore, vitam sine morte. *A pag. 408. ad pag. 410.*

Eiusdem, sermo 3. in illud *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo.* C Ex quo quatuor attendit. Primum, Christum in cruce per serpentem figuratum 1. quia de serpente fit remedium contra serpentis venenum: 2. Propter sapientiam, quâ in cruce vicit diabolum: 3. quia serpens in arcto foramine veterem pellem deponit: Secundum. Non per serpentem simpliciter, sed per serpentem æneum significatum, 1. quia serpens æneus similitudinem cum serpentibus habentibus venenum habet, veneno autem caret, 2. æs non est fabricabile, aut ductile sicut cætera metalla, 3. sonorum est valdè; Tertium, Christum exaltatum in passione, non solum propter exaltationem localem, sed propter Spiritualem, quæ est in illis qui carnem suam crucifixę-

runt. Quartum. Similitudinem Christi & serpentis esse 1. quod serpens exaltatus est in deserto, & Christus desertus est in cruce à mundo, amicis, & Patre; 2. exaltatus est serpens æneus, vt à cunctis à serpentibus percussis, aspiceretur; sic Christus, vt ab omnibus fidelibus inspiceretur; 3. serpens æneus exaltatus, vt percussis à serpentibus esset remedium; sic contra morsus serpentum infernalium, Christi passio efficax est medicina, *à pag.* 410. *ad pag.* 412.

✠ IOANNIS THAVLERI sermor. ad illud: *Ioan.* 3. *Quod scimus loquimur &c.* I. Insinuat huius festi & mysterij magnitudinem. II. Doceri nos de hoc sublimi mysterio à Christo duplici via & testimonio; prosperitatis & aduersitatis; de quibus fusè disserit. *à pag.* 304. *ad* 307.

Eiusdem sermo 2. ad eadem verba. I. Trinitatem ineffabilem esse docet. II. Considerandum esse nobis quod ad supor sanctissimæ Trinitatis imaginem facti sumus. III. Id benè percipi à spirituali viro, non à carnali. IV. Inueniri Deum & Trinitatem in ipso animæ fundo. V. De triplici testimonio quod animæ reddit Spiritus sanctus, verba facit. VI. Tria obseruanda proponit, Deum in suo fundo inuenire cupienti. *à pag.* 308. *ad* 312.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in illud 2. Corinth. 13. *Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti, &c.* Homilia in quâ cum Apost. appropiat. I. Gratiam Christo, quia Christus non solum gratias nobis confert, sed etiam seipsum gratis dedit nobis. II. Charitatem Deo patri, quoniam patris est diligere, & filium semper charum habere. III. Cõmunicationem Spiritui Sancto, quia cum sit amor, concordia & benignitas, eius est dona gratiarum erogando cõmunicare. *à fol* 1. *pag.* 1. *ad fol.* 3. *pag.* 2.

Eiusdem, homilia in Euangel. lectionem. I. Nicodemus, id est, victor populi, ex pharisæis princeps iudæorum, & magister in Israël, nocte ad Dominum accedit & de eo, tria confitetur 1. quia à Deo venerit, 2. quod magisterium eius ex Deo sit; 3. quod per hæc diuina opera aduerti possit. II. Nicodemum docet Dominus, quomodo valeamus regnum cœlorum adipisci: ad quod tria esse necessaria demonstrat, baptismum per quod peccatis exuimur, gratiâ ornamur, cœlum ascendimus: ascensionem Domini, quâ nobis cœlum aperitur: passionem Christi, quæ scala est paradisi. *à fol.* 3. *pag.* 2. *ad fol.* 8. *pag.* 1.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud Pauli. *O altitudo, &c.* De tribus loquitur nimirùm de Diuinitate, de Trinitate in Diuinitate, & de vnitate in Trinitate. *Tom.* 16. *ser. de sanctis & festis, fol.* 36. *col.* 4.

Eiusdẽ alter sermo in illud. 1. Ioann. vlt. *Tres sunt qui testimonium, &c.* Non videtur facere ad propositum, nam duo complectitur, in I. sancti cœlo assimilantur propter septem: in II. quomodo Pater, Filius, & Spiritus sanctus testimonium dant in sanctis, exponitur. Quare magis festo alicuius sancti vel omnium sanctorum conuenit, quam præsenti. *Ibid. fol.* 37. *col.* 1.

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio 1. ad ea verba: *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, &c. Ioan. vlt.* I. Vt profundissimum huius mysterij fluuium transeamus, cautè & duce ipsa fide incedendum docet, & ad Virginis auxilium recurrendum. II. Duo dicenda constituit: De Trinitatis mysterio; & de eiusdem testimonio. III. Magnam in animis hominum Dei cognoscendi inclinationem fuisse deducit: quo viribus naturæ penetrare non poterunt sine reuelatione; per quam paulatim elucescere cœpit, præsertim Trinitatis mysterium. IV. Quanta sit cognitionis huius mysterij vtilitas & necessitas exprimit. V. Hoc mysterium piè credendum esse, & fide vera tenendum. *à fol.* 94. *col.* 4. *ad fol.* 96. *col.* 3.

Eiusdem Concio 2. in eadem verba. Aliud quod priori concione proposuerat, exponendum resumit. I. Explanat ad litteram ipsa verba Apostoli, & quid intendat. II. Examinat quantùm indigeat fides testimonio: ad quod proponit,

proponit, quàm difficilè sit fidei mysterijs humanis viribus acquiescere, sinè dono cælesti. Ac sic indiget fides interiori adiutoriò, & exteriori testimonio: & id probat. III. Docet, Deo sine testimonio credendum esse, & fidem de se non indigere testimonio; sed tantum propter fragilitatem nostram & difficultatem; quia dicentis autoritatem non videmus, sed credimus. IV. De ipsis testimonijs agit. Et primum testimonium dicit esse, Patris, & Filij, & Spiritus sancti: quod actum est in baptismo Christi, & alijs modis. 2. docet esse in terra, Spiritus testimonium, in corde: Aquæ, in baptismo: sanguinis in Martyribus: & quomodo hæc vnum sint. V. Tùm plura alia à cælo B & à terra, veritatis testimonia enumerat: Multa & grandia miracula: Reuelationes & apparitiones Angelorum & Sanctorum. Scripturam sacram; quæ omnia antequam fierent, prænuntiauit. Legis Euangelicæ puritatem & sanctitatem: fidelium ipsorum modestissimam, innocentissimam, sanctissimam vitam. VI. Declarat testimonia Christi credibilia facta esse nimis, & quomodo. *A fol.* 96. *col.* 4. *ad fol.* 100. *col.* 2.

DOMINICA PRIMA *post Pentecosten.*

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad ea verba, Luc 16 *Pater Abraham miserere mei & mitte Lazarum, &c.* Notanda vult tria. I. Per Abraham significari Deum Patrem, in quo quiescunt animæ. II. De diuite tria considerat 1. præsentem eius fœlicitatem: 2. eiusdem iniquitatem. 3. in quam deuenit infœlicitatem. III. De Lazaro tria obseruat. 1. quinque illius flagella. 2. Eiusdem insignem virtutem. 3. Præmium quod assecutus est. *A pag.* 93. *col.* 1. *ad* 94. *col.* 1.

Eiusdem sermo 2. sub titulo Deum. 4 post Trinitatem in hæc verba Luc. 6. *Estote misericordes, sicut & Pater, &c.* Tra-A ctat quatuor I. Patrem illum docet esse Deum in multis misericordem. II. Declarat duo genera operum misericordiæ; corporalium & spiritualium; & vtriusque septem species. III. Mercedem eiusmodi operum esse mensuram bonam, confertam, coagitatam, super effluentem. *A pag.* 97. *col.* 2. *ad* 100. *col.* 2.

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo 1. Proponit Euangelium, quod apud nos est fer. 5. post Domin. 2 Quadrag. de Diuite & Lazaro. Et docet, quatuor tangi in illo, quorum primum hoc sermone examinat: Diuitis scilicet & mendici inæqualem conditionem, quantum ad temporalia Diuitem dicit; vt hominem Deo ignotum nomine carere; & notare hominē mundanum, carnalem, venundatum sub peccato. Deinde considerat illius vestium pretiositatem, & gulæ voluptatē. Huic oponit Lazari sortem: & singula singulis confert. Et tradit hunc Lazarum figuram esse pauperum Christi. Denique moraliter, per hominem, Corpus; per Lazarum, animam intelligit; quæ iacet ad ianuam sensuum corporis. *A pag.* 315. *col.* 1. *ad* 317. *col.* 1.

Eiusdem sermo 2. explanans reliquum Euangelij eiusdem, tria alia examinat. 1. Vtriusque hominis exitum è mundo, sed valdè diuersum. 2. Vtriusque diuersa stipendia. 3. Inuti-C lem diuitis pro fratribus postulationem. In quibus multa moralia inferuntur documenta. *A pag.* 317. *col.* 2. *ad* 319. *col.* 1.

S. AVGVSTINI homilia in illud Euangelij. *Remittite, & remittetur vobis: date, & dabitur vobis.* Eleemosynam commendat: eam Christiani sacrificium nominat: eleemosynarum duo genera distinguit, de quibus in hodierno Euāgelio, vnum videlicet erogando, alterum remittendo: hominem malum sui-ipsius probat esse inimicum. *Tom.* 10. *lib.* 50. *homil. Homil.* 29. *fol.* 106. *& seq.*

Eiusdem sermo de eo quod scriptum est in Euangelio, *Nolite iudicare, &c.* Quòd de iis quæ sunt Deo nota, & nobis incognita, periculosè proximos nostros

iudicamus. Quòd de illis quæ apperta sunt & publica mala, iudicare & charitatiuè redarguere & possumus & debemus *Ibidem serm. 102. de temp. & 1. in Dom. 4. post Trinitat. fol. 227.*

Eiusdem sermo de misericordia & indulgentia in illud Euangelij, *Estote misericordes sicut & Pater vester, &c.* Quòd non possit peccator misericordiam à Deo sperare, qui misericordiam non facit peccantibus in se. Quòd in iudice misericordia & disciplina debeant esse. Quod in nostra sit potestate quomodo iudicemur à supremo iudice. *Ibid. serm. 203. de temp & 2. in Dom. 4. post Trinit. fol. 227. & sequent.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS de fructibus eleemosinæ; quorum. 1. est. Mortificatio radicum omnium peccatorum; 2. oratio seu supplicatio; 3. illuminatio ad cognoscenda vitia & virtutes; 4. viuificatio, siue vita gratiæ; 5. liberatio à malo temporali & æternali; 6. sanitas corporalis & Spiritualis; 7. adiutorium defensiuum & impugnatiuum; 8. multiplicatio diuitiarum temporalium & gratiarum Spiritualium, 9 triumphatio diaboli, & quodammodo Dei, 10. conseruatio bonorum temporalium & spiritualium, 11. perfectio præceptorum & consiliorum; 12. gloria duplex conscientialis in præsenti, æternalis in futuro. *Ex serm de temp. Tom. 4. a pag. 194. col. 1. ad pag. 201. col. 1.*

S. BONAVENTURÆ sermo primus in illud, *Estote misericordes, sicut & Pater vester, &c.* I. Diuinam commendat misericordiam ex tribus, ex gratuitæ vocationis instantia: ex diuturnæ expectationis patientia, ex benignæ susceptionis clementia. II. Triplicem vtilitatem ex misericordia diuina prouenientem enumerat; liberat enim à peccato, locupletat in merito, & beatificat in præmio. III. Diuinæ seueritatis aduersus immisericordes manifestationem conspicit, eosque spoliari beneficio gratuitæ donationis: vituperari opprobrio diuinæ redargutionis, & cruciari supplicio æternæ damnationis, ostendit. *Tom. 3. pag. 141. & sequent.*

A Eiusdem sermo secundus vnde supra. Ob quatuor misericordiam vtilissimam prædicat quia ipsa homo meretur gratiam in mundo, fiduciam in extremo, in iudicio misericordiam, & gloriam æternam in cœlo. *Ibidem pag. 142. & seq.*

Eiusdem sermo in illud, *Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis.* De sextuplici mensura differit, naturali videlicet, vsuali, criminali, virtuali, doctrinali, & æternali *Ibidem pag. 143.*

✠ DIONYSII CARTUSIANI sermo, pro epist. quâ commendatur charitas 1. Quia inest & competit Deo, immò ipsemet Deus est charitas. 2. Quoniam præ cæteris omnibus virtutibus perfectius nos Deo coniungit. 3. A

B suo effectu: aufert enim horrorem iudicij, & facit cum securitate præstolari diem iudicij. 4 Quia præ aliis virtutibus perfectiùs nos Deo conformat. 5. Ex delectatione Spirituali, sibi in actibus suis annexâ. 6. Quia ad omnium obseruantiam præceptorum inducit, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol. 226. pag. 1 ad fol. 227. pag 1.*

Eiusdem, pro Euang. sermo Primus. Ad opera misericordiæ nos multa incitant. 1. Per ea Deo præcipuè assimilamur: 2. Per illa fit homo amabilis Deo: 3 Per ea consequitur homo à Deo maxima dona gratiæ, ac virtutum in vitâ hâc: & post vitam præsentem, fœlicitatem copiosam: 4 Per illa non

C solùm dimittuntur peccata in vitâ præsenti, sed & supplicia pro peccatis infligenda, aut totaliter, aut pro magnâ parte in futurâ vitâ. 5. Pœnam & culpam magnam incurrunt non misericordes. *In sermonib. de temp. à fol. 249. pag. 1. ad fol. 250. pag. 2.*

Eiusdem. pro Euang. sermo secundus, Primò Misericordiæ opera sunt à nobis excercenda: quia 1. à Deo in hâc vitâ remunerantur; 2. lex Christi & lex totius charitatis & pietatis id postulat; 3. sine illis, aliarum virtutum actus Deo non placent: 4. fœlicitate æternâ præmiabuntur. Secundò. Ad ea aliæ considerationes inducunt, quia 1. omnes homines in natura sunt con-

formes; 2. omnes ex iisdem primis parentibus sumus; 3. spiritualem confraternitatem simul habemus; 4. eiusdem capitis sumus membra, 5. eiusdem Patris cœlestis sumus filij. 6. sumus indigentes; 7. homines liberales sunt ad diaboli membra. Tertiò Isâ quo eleemosina petitur, quatuor attendere debet 1. quod Christus petit in membris suis; 2. quod Christus in paupere, suum petit, 3. Christus in membris suis petit, vt pro paruis magna retribuat, 4. quod ipsemet, quotidie indiget Christum rogare pro gratiâ in hac vitâ, & pro gloria in futuro. *In sermonib. de temp. à fol. 250. pag. 2 ad fol. 251. pag. 2.*

GVILELMI PARISIENSIS sermo I in cuius serie ex his epist. 4. Ioann. 4. *In hoc apparuit charitas Dei in nobis quoniam filium suum vnigenitum misit vt viuamus per eum.* Dei in nos amorem commendat, in eo quod I. Primò dilexit nos. II. Cum esset immensus, amorem suum voluit ponere in homine, qui est quasi putredo & vermis. III. Tantùm dilexit nos vt pro nobis filium suũ daret, nos in filios adoptaret, humanam naturam in eadem personâ diuinæ naturæ associari vellet. IV. Gratis dilexit nos, bonorum nostrorum non indigens, V. Tantillos siue nullos propter peccatum, adamauit. VI. Morti damnatos & vita indignos in vitam reuocauit. *à pag. 116. ad pag. 118.*

Eiusdem, sermo 2. Per quem sequentia eiusdem epist. hæc verba examinans. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Duodecim aduertit quæ timorem generare possunt in peccatoribus Primùm est consideratio lachrymarum Christi. Secundùm, Passionis Christi. Tertiùm. Culpabilitatis nostræ. Quartùm. Nostræ infirmitatis & impatientiæ. Quintùm. Misericordiæ, quam Dominus exhibet hominibus in præsenti. Sextùm. Operum iustitiæ, quæ Dominus legitur fecisse in mundo isto. Septimùm. Velocitatis & facilitatis pereundi spiritualiter, & corporaliter: propterea quod in vmbra mortis dicimur esse. Octauùm. Dei omnipotentiæ, cui peccator resistere non potest,

A neque eam effugere. Nonùm. Dei sapientiæ lucidæ, cui nihil poterit abscõdi. Decimùm. Zeli iustitiæ diuinæ. Vndecimùm. Tremoris Angelorum, & Sanctorum, in die iudicij: qui rogare pro aliquo non audebunt. Duodecimùm. Pœnarum futurarum; in quibus erunt, acerbitas, vermis, fœtor, frigus, fames, tortores, horror tàm loci quàm dæmonum, tenebræ, vincula, diuturitas, vniuersalitas, consulatorum defectus inutilitas, &c. *à pag. 118. ad pag. 120.*

Eiusdem, sermo, in Euang. Luc. 16. *Homo quidam erat diues, &c.* I. Diues iste aliquid boni habuit, propter quod bonum transitorium recepit; & Lazarus B aliquid mali, quod ignis inopiæ purgauit. II. Diuitis nomen non exprimitur, quia in paupere Deum non agnouit, nomen cum offensâ Dei sibi fecit, nomina diuitum transierunt per ora porcorum. III. Licet diuitias habere non sit malum, malorum tamen est occasio. IV. Bonum rerum temporalium non est in earum multitudine vel magnitudine, sed vsu. V. Vestitus reprehensibilis, propter sumptuositatem vel pretiositatem. VI. In conuiuijs est aliquandò splendor commendabilis, aliquandò reprehensibilis; commendabilem facit hilaritas charitatis, reprehensibilem immoderata delectabilitas. VII. Diuitis peccatum aggrauat, C quod Lazarus, erat vnus, mendicus, iacebat ad ianuam, erat vlceribus plenus vilia quærebat nihil à quocumque recipiebat, à canibus mitiùs quàm à diuite tractabatur. VIII. Pauperis miseriæ magnitudo attenditur in eo, quod micas habere non valebat, vlceribus plenus erat, copiam diuitis videbat, nullam consolationem accipiebat. IX. Bonorum mors est porta per quam transitur ad gloriam. X. Diues qui fuerat supra, post mortem est infra. XI. Diues cruciatur in lingua qua peccauerat, præsumit Abraham vocare patrem, à quo degenerauerat. XII. Hæc historia speculum est diuitum & pauperum. *à pag. 412. ad pag. 417.*

Eiusdem, sermo in Euang. Domin. I.

post Pentecosten, quem ponit in Domi. 4 huius Euang. verba sunt *estote misericordes*, &c. vbi de misericordia concionem facit: & I. Postquam litteralem intelligentiam meditatus est, triplex remedium Dominum adhibere suis electis contra mundi periculum probat; quorum 1. est, quod eripit eos citius de mundo isto, 2. in parte remouet eos de mundo, sc. quantum ad partem illam, quæ est melior & sibi carior, 3. dat quasdam gratias quibus mala in bona conuertuntur; II. Ad misericordiæ potius quam ad iustitiæ imitationem Deus nos inuitat: quia, misericordia inter virtutes excellit, & maxime Deo placet, loco in quo sumus maxime cōpe(r)it, Patri naturaliter conuenit, vnde filios in ea oportet Patrem imitari. III. Deus ita misericors est, quod eius misericordia est in omnes, est in omni opere eius, miserando animam corpori præponit, ad conuersionem nostram studiosè operatur, pœnitentem benignè recipit, de statu vilissimo ad statum regum exaltat, in periculis custodit, non pœnitentem de malitia citra condignum punit perseuerantem in bono, remunerat. IV. Amonentur misericordiæ impedimenta, quæ sunt falsæ iustitiæ triplex enim iudicium est prohibitum 1. cum iudicat quis personam, quæ non sub est eius iudicio, 2. iudicium de his de quibus solus Deus habet iudicare, 3. iudicium præceps non seruato iuris ordine. V. Hæc verba, *Dimittite & dimittemini* dicta sunt contra tenentes iram, amantes pecuniam, nolentes confiteri peccata sua. VI. Dando temporalia pauperibus, quinque sunt prouidenda; ordo, vt des de tua substantia non de vsura aut rapina, intentio recta, idoneitas personæ cui datur, modus. VII. Ad misericordiam nos excitat magnitudo præmij quod eleemosinæ datur. VIII. Cæco periculosum cæcum ducem habere. IX. Nolentes audire Euangeliorum expositiones durè reprehenduntur. *à pag.* 417. *ad pag.* 423.

✠ RADVLPHI ARDENTIS ad ea Ep. *Charissimi Deus charitas, &c.* 1. *Ioann.* 4. A homilia in qua ostendit. Primo. Charitatem Dei, qua & meritos & immeritos diligit; meritis, maxima bona reseruare, immeritis parua dare. Secundò. Proximum esse diligendum, quia opus Dei est, Deus præcipit, Deus homines dilexit, cuius exemplum imitari tenemur. Tertiò. Vera esse quæ de charitate Dei Apostolus dixerat, dum probabat se talem esse cui credi oporteret. Quartò. Charitatem commendandam 1. quod Deus eius nomine appelletur, 2. Deo nos dignos facit, 3. nos similes efficit Deo, 4. fiduciam nobis dat in aduentu Christi, 5. timorem excludit. Quintò. Deum diligendum quia, 1. in se amabilis est, 2. prior dilexit nos, 3. præmium beatitudinis æterB næ diligentibus se dabit. Sextò. Deum non posse verè sine proximo diligi. *A fol.* 11. *pag.* 1. *ad fol.* 16. *pag.* 1.

Eiusdem, homilia in Euangel. Luc. 16. *Homo quidam erat diues*, *&c.* in feria quinta post Dominicam secundam Quadragesimæ prædicabilis. I. Diuitiæ malè vsæ, vanam gloriam, voluptatem, superfluitatem, superbiam, contemptum & alia vitia generare solent. II. Quatuor miseriis affligebatur Lazarus, erat mendicus, infirmus, nemo ei subueniebat, ex visione delitiarum multam tentationem sustinebat. III. Pauper quem homo dedignatur, à Domino per Angelorum ministerium visitatur, suscipitur, transfertur in beatam C requiem. IV. Diues epulo, è medio amicorum rapitur per durum ministerium crudelium dæmonum, & transfertur in infernum. V. Diues orat pro se, nec exauditur. VI. Diues orat pro aliis, & non exauditur. *à fol.* 16 *pag.* 1. *ad fol.* 20. *pag.* 1.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud, *Estote misericordes, sicut & Pater vester, &c.* I. Ad misericordiæ opera suadenda tria proponit, eius necessitatem vtilitatem, & congruitatem. II. Notat in tribus, Dei misericordiam apparere, in donatione Filij, in iustorum glorificatione & in peccatorum iustificatione. *Tom.* 16. *serm. Dom.* 4. *post Pent. fol.* 17. *col.* 3.

FESTUM CORPORIS Christi.

✠ B. Alberti Magni sermones 32. de Sacro sancto Eucharistiæ Sacramento ad ea verba Prouer. 6. *Venite comedite panem meum & bibite vinum quod miscui vobis. Tom. 12. Lugdun. Impress.*

Sermone 1. Tractat in genere de causis institutionis huius Sacramenti; quas ad tres reducit: Memoriam saluatoris: Sacrificium altaris: cibum hominis. Contra tria mala, obliuionem Dei: debitum rapinæ alienæ: corruptionem pomi mortiferi. I. Memoriam saluatoris habendam docet propter tria argumenta charitatis illius; remissionem peccatorum; redemptionem impignatorum; continuationem beneficiorum. II. Sacrificium altaris institutum docet, vt quotidie offeratur pro quotidiana peccatorum nostrorum rapina. Vbi tres rationes assignat mutandi vetus sacrificium. 1. Potentiam creatoris, ad meliora eleuandi. 2. Debitorum nostrorum exigentiam, quæ infinita cùm sit, ad eam totus mundus non sufficeret. 3. Veteris sacrificij insufficientiam. III. Cibum hominis medicinalem, cōtra triplicem corruptionem à cibo vetito. In animam, per tenebras ignorantiæ: In carnem, per morbum prauæ concupiscentiæ. In vtrumque per mortem. *à pag. 249. col. 1. ad 251. col. 1.*

Sermone 2. agit de prima causa huius institutionis per se. Et I. quid mali sequatur ex memoria omissa Saluatoris? Amissio gratiæ subiectio potestati diaboli; deformitas culpæ. II. Habendam esse memoriam trium. 1. Præteritæ redemptionis. 2. præsentis inspectionis Dei. 3. futuri iudicij. III. Valere memoriam Saluatoris ad tria. Passionis. ad cor amore inflammandum. Inspectionis Dei, vt custodiamus nos à peccato: futuri iudicij, vt ad illud nos præparemus. IV. De præparatione ad iudicium tria notat: Modum, per pœnitentiam: Prouidentiam, pœnas eua-A dendo: lucrum, vitam assequendo æternam; quæ tribus constat, possessione regni, societate sponsi; delicijs totius boni. *à pag. 251. col. 1. ad 252. col. 2.*

Sermone 3. tractat de secunda causa institutionis huius; & tribus concludit. I. Exponit formam offerendi quæ est triplex. 1. quam notant figuræ antiquæ. 2. in forma humana. 3. in panis & vini speciebus. II. De sacrificio legali, soluit argumenta quæ proponuntur contra insufficientiam illius, & quanta sit ad culpæ remissionem declarat. Tamen causam institutionis eius probat fuisse quod vtile fuerit ad doctrinam sapientiæ. Tria enim docebat, fidem Saluatoris; formam de moribus; spem de cælestibus. *à pag. 252. col. 2. ad 254. col. 1.*

B Sermone 4. Tertium quod superiori sermone proposuerat, exequitur. Sacrificij nostri excellentiam. Et in tribus excedere scribit legis sacrificia. I. Ratione honestatis. 1. in materia panis & vini, qua nulla alia comestibilis honestior. 2. in origine virginali corporis Christi. 3. in spirituali dulcedine. II. Ratione dignitatis; constat enim carne Christi mundissima, anima iustissima, deitate altissima. Vndè est secundum se Deo acceptum, Angelis reuerendum hominibus adorandum. III. Ratione virtutis, per triplicem actum in triplici statu fidelium: In hoc mundo, peccata quotidiana relaxat: in purgatorio, pœnam alleuiat: in cælo, gaudium C magnū generat. *à p. 254. c. 1. ad 255. c. 2.*

Sermone 5. Tertiam resumit causam institutionis: vt sit cibus hominis. In quo cum triplex eluceat sapientiæ Dei ratio, primam hic deducit. I. ergo ratio eiusmodi sapientiæ est, Diuinæ liberalitatis magnitudo quantum ad tria. I. quantum ad magnificentiam doni: hoc enim in summo gradu est II. quantum ad nobilitatem dantis. III. quantum ad vtilitatem accipientis. *à pag. 256 col. 1. ad 257. col. 2.*

Sermone sexto, agit de duabus alijs rationibus sapientiæ Dei cum dat corpus suum in cibum. Secunda ergo ratio est, humanæ naturæ corruptio, quæ huius cibi exigebat medicamentum,

1. quia perire cœpimus à cibo per medicum vetito, curamur per cibum à medico persuaso. 2. quia serpens per cibum vetitum triplicem corruptionem infudit, in animam, in corpus, in vtrumque; Medicus per cibum suum integram donat sanitatem. 3. quantum ad firmam sanitatis confirmationem. Tertia ratio est humanæ naturæ conditio, quæ est Spiritus, corpus, & vtrumque. Spiritui datur res Sacramenti. Corpori signum sensibile; Vtrique, vtrumque iunctim. *a pag.* 237. *col.* 2. *ad* 259. *col.* 1.

Sermone 7. incipit agere de forma donationis Et considerat primò quod datur corpus Christi velatum. Cuius rei assignat? sapientiæ Dei quadruplex causa. I. indignitas malorum; ne si daretur nudum corpus, scandalizaretur. II. est fides bonorum 1. quia velari est esse fidei. 2. ad infidelitatis primæ remedium, quæ fuit ex auditu serpentis, & nimia sensus delectatione. 3. ad fidei meritum. *à pag.* 259. *col.* 1. *ad* 261. *col.* 2.

Sermone 8. affert duas alias rationes cur velatum dederit corpus. III. ergo ratio est, instructio morum. Et notat, tria occultari: Personam saluatoris, vt discamus personam nostram abscondere. 2. Pulchritudinem claritatis, vt nostram corporalem velemus. 3. Mirum opus omnipotentiæ, vt sciamus bonorum operum intentionem ab humano fauore abstrahere: præsertim eleemosinæ, ieiunij, orationis. IV. ratio est. imbecillitas omnium quæ id exigebat, quæ corporis gloriam oculis cernere non potest, quod fusius probat. *A pag.* 260. *col.* 2. *ad* 262. *col.* 1.

Sermone 9 attendit quid corpus Christi detur velatum sub specie panis, triplici ratione. 1. quia non potest aptius exhiberi, eo quod panis facilius inuenitur, facilius administratur. Honestius tractatur. II. quia melius rei quã significat ingerit cognitionem & fidem. Vbi tractat de signis III. propter rerum significatarum similitudinem: naturalis corporis Christi, cum mystico: effectus sacramenti in anima; quorumtrium species panis in se habet similitudinem. *A pag.* 262. *col.* 1. *ad* 263. *col.* 2.

A

Sermone 10. Exponit dari sub forma panis triticei propter tria. I. Propter nobilitatem huius grani, quod est purissimum, panis communis materia, & maximè nutritiuum. II. quia optimè exhibet fidelium congregationem, incipientium, proficientium, perfectorum. III. Propter corporis sui expressam similitudinem. Nam in aceruo positum, notat corpus in vtero virginali: in agro, corpus vt passum pro nobis. In panem completum, vt in cœlo gloriosum. *A pag.* 263. *col.* 2. *ad* 264. *col.* 2.

B

Sermone 11. Proponit duo mirabilia in consecratione corporis Christi. I. est, quod sub specie panis est verum corpus Christi; quod probat 1. testimonio fide dignorum. 2. ratione signorum positiuorum. 3. per miracula. II est, quod substantia panis mutatur in corpus Christi quod sumpsit de Virgine per verbum Dei. Quod probat à simili potestate, à minori, & à maiori. *A pagin.* 265 *col.* 1. *ad* 266. *col.* 2.

Sermone 12. Tertium mirabile in consecratione corporis Christi constituit, quod tota substantia panis, mutatur in corpus Christi, solis accidentibus remanentibus Quod probat triplici similitudine. 1. In gratia Prophetali, dum Elizeus sale aquas dulcorauit. 2. in conuersione spirituali, cum Saul mutatus est in virum alterum. 3. in mutatione naturali; ouum mutatur in auem. Ex hac mutatione colligit; quanta sit peccatoris duritia, qui conuerti recusat. Cuius tres causas assignat: longam peccandi consuetudinem: incredulitatem iustitiæ Dei: seductionē inimici. *A pag.* 266. *col.* 2. *ad* 268. *col.* 1.

C

Sermone 13. Tria mirabilia proponit, quæ in possessione Corporis Christi elucent. I. est, quod tàm magna res continetur sub tàm parua specie panis. II. Quod vnum & idem corpus est in pluribus locis. III. Quod licet sit in pluribus locis, tamen per partes non diuiditur, sed integrum manet. *A pag.* 268. *col.* 1. *ad* 269. *col.* 2.

Sermone 14. Tria mirabilia, quæ elucent in perceptione corporis Christi aperit. I. est, quod corpus Christi dùm manducatur non minuitur: quod probat ex quotidiana illud consecrandi potestate 2. ab incorruptibilitate eiusmodi corporis in se. 3 ex infinita causa pascendi; vt in fonte, rigandi; in sole illuminandi. II. est, quod corpus Christi cùm non sumitur minuitur, id est, cum reale corpus non sumitur, minuitur mysticum. III. est, quod dum manducatur augetur; quia in Christum transformamur, & sumus membra eius. *A pag. 269. col. 2. ad 271. col. 2.*

Sermone 15. Tractat de præparatione ad hoc sacramentum sumendum. Quæ cùm sit triplex duas primas hic elucidat. I. quæ consideratur in dignitate ipsius corporis sacri. Et hic tria requiri dicit; fidei plenitudinem: munditiæ magnitudinem: orationis deuotionem. II. quæ consideratur in natura panis: ex qua conficitur; Vt idem in nobis fiat, quod solet fieri ad panis confectionem. *A pag. 273. col. 1. ad 274. col. 2.*

Sermone 16. Tertium modum præparationis examinat, sub figura esus agni Paschalis. 1. Ipsius agni. 2. ferculorum enim quibus comedebatur. 3. Habitus personarum edentium illum. *A pag. 273. col. 1. ad 274. col. 2.*

Sermone 17. incipit agere de triplici manducandi modo. Et I. constituit triplicem illum modum; Sacramentalem tantum; spiritualem tantum; Sacramentalem & spiritualem simul. II. De Sacramentali tantùm, dicere proponens tres ordines eorum qui sic comedunt recenset. 1. maleuolorum, qui sumunt in peccandi voluntate. 2. dolosorùm, seu hipocritarum, qui foris probi apparent, intus autem mali sunt. 3. præsumentium, qui sunt manifestè mali, & tamen ad Sacramentum accedũt. Et vnum quemque horum trium, tria mala consequi demonstrat. Contra autem bona bonos quę sequantur aperit. *A pag. 275 col. 1. ad 276 col. 2.*

Sermone 18. Instituit tractatum de modo manducandi spirituali tantùm: A in quo tria ostendit. I. Differentiam personarum sic manducantium. II. Rationem spiritualiter manducandi istorum. Incipientium, qui comedunt ratione fidei Saluatoris: Proficientiũ, ratione bonæ conuersationis: Perfectorum, ratione deuotæ meditationis In quibus postremis considerat, appetitum, masticationem, delectationẽm. III. Effectum manducationis huius; quem facit triplicem, Peccatorum remissionem: saluationem à morte æterna; veram corporis Christi ad salutem æternam participationem. *A pag. 276. col. 2 ad 278. col. 2.*

Sermone 19. Resumit quod de præsumptuosis attigit serm. 17. quorum B tria mala recenset. I. est magna culpa, in peruersa intentione. In diuini præcepti transgressione: In maxima ingratitudine. II. est Magna offensa Dei quia peccant in Deum ipsum. III. est, multiplex plaga & grauis Dei vindicta. 1. est. damnum bonorum spiritualium. 2. temporalium inopia & excedens pretium. 3. Pestes & strages hominum. IV. Contra has plagas triplex docet remedium. 1. emendationem vitæ per pœnitentiam 2. correctionem malitiæ per superiores. 3 mutationem incorrigibilis personæ per iustitiæ distributionem. *A pag. 278. col. 2. ad 280, col 2.*

Sermone 20. Agit de tertio modo C manducandi spirituali & Sacramentali simul: Vbi I. proponit multitudinem sic non communicantium, quorum tres facit ordines: Infidelium negligentium: contemnentium. II. Ob oculos ponit fœlicitatem bonorũ corpus Christi dignè sumentium. 1. quod ea sit optima pars. 2. quod hi Spiritum sanctum verè participent. 3. quod in illis Christus inhabitet. III. Ostendit sic manducantes, remanducari à Christo; quod explicat ratione, & triplici similitudine. *A pagin. 280. col. 2. ad 281. col. 2.*

Sermone 21. Tractat de duodecim effectibus corporis Christi, contra 12. languores. Et I. dicit tres esse generales miserias nostras: Vincula culpæ;

defectum gratiæ; plagas mortis: quarum singulæ in quatuor subdiuiduntur; & sic sunt 12. Hic ergo habet de quatuor primis quæ sunt: dæmonis tētatio: fomitis repugnatio: cordis macula: creatoris offensa. II. Contra hæc quatuor mala, ordinari dicit quatuor Dominici corporis fructus. Ad 1. dæmonem fugat. Ad 2. fomitem refrigerat. Ad 3. maculam mundat. Ad 4. Iram Dei placat. *A pag.* 282. *col.* 2. *ad* 284. *col.* 1.

Sermone 22. Examinat quatuor partes secundi mali nostri, quod est, defectus gratiæ. I. ipsa mala recenset. 1. Defectum cognitionis nostri. 2. defectum dilectionis proximi: 3. defectum saporis spiritualis: 4. instabilitatem in bono. II. Contra hæc operari sacramentum, intellectum illuminando voluntatem inflammando charitate: memoriam spirituali dulcedine delectando: hominem in bono confirmando. *A pag.* 284. *col.* 1. *ad* 285. *col.* 2.

Sermone 23. quatuor species tertij mali nostri de quo supra, proponit. I. Ipsas enumerat quæ sunt. 1. debitum mortis æternæ. 2 defluxus bonæ vitæ. 3 Exilium mundanæ miseriæ. 4 incineratio corporalis naturæ II. Contra hæc ordinari tradit quatuor effectus tertij fructus Dominici corporis. 1. Ab æterna morte liberat. 2. merita næ vitæ multiplicat. 3 ad patriam vitæ deducit. 4. ad æternam vitam corpus resuscitat. *A pag.* 285. *col.* 2. *ad* 287. *col.* 1.

Sermone 24. Considerat tres effectus principales sacri corporis Domini. I. Peccatorum destructionem. Qui subdiuiditur. 1. in delectionem maculæ cordis. 2. in mitigationem stimuli carnis. 3. in resistentiam cogitationibus prauis. II. Bonorum spiritualium augmentationem; 1. ad decorem castitatis; 2. ad sustinendum aduersa; 3. ad saporem suauitatis. III. Animarum confortationem: 1. ad debellandum dæmonia: 2. ad sustinendum aduersa: 3 ad operandum bona. Aliter etiam assignat hunc tertium effectum: vitæ æternæ collationem, in tribus: Deli-

A ciarum participatione: desideriorum impletione: bonorum æterna fruitione. *A pag.* 287. *col.* 1. *ad* 288. *col.* 1.

Sermone 25. Effectus computat huius Sacramenti, à nominibus tribus illius. I. Dicitur, Verus panis. Et sic, confortat, satiat, vitam conseruat. II. Vocatur sacrificium altaris; & sic prodest in triplici statu hominis 1. In hoc mundo peccata relaxat, 2. in purgatorio pœnam alleuiat. Vbi fusè agit de tribus statibus animarum post hanc vitam 3. in cœlo, gloriam auget. III. Nominatur Sacramentum charitatis: & ita operatur, Spiritus sancti veram participationem. 2. Christi certam inhabitationem, 3 in similitudinem imaginis Dei transformationem. In interiori

B bonitate; in exteriori operis fertilitate: in cælesti regni hæreditate. *A pag.* 288. *col.* 1. *ad* 290. *col* 1.

Sermone 26. Ex tribus alijs nominibus effectus elicit. I. dicitur medicina spiritualis. Et 1. ignorantiæ tenebras illuminat. 2. concupiscentiam sanat. 3. mortem destruendo triumphat. II. Vocatur Manna. Et ita operatur, morum honestatem: cordis suauitatem: proximi pietatem. III. Nominatur Eucharistia, id est, bona gratia. Et sic similem Deo animam efficit: gratam & charam Deo: Vitam æternam tribuit. Vel ita dicitur, quia nos in Deum transformat; de quo supra sermone 20. *A pag.* 290. *col.* 1. *ad* 291. *col.* 1.

C Sermone 27. incipit tractare de sanguine Christi. Et hic quidem prout in cruce funditur. Et I. quanti sit pretij ponderat, 1. à virginali origine, 2. à dignitate innocentiæ, 3. ab vnione cum Deo. II. Rationes ponderat tanti pretij dandi, 1 est, magni debiti necessaria solutio, 2. magni amoris demonstratio. 3 magni boni recuperatio; scilicet, libertatis, à seruitute diaboli: introitus cœlestis regni. hæreditas filiorum Dei. *A pag.* 291. *col.* 1 *ad* 292. *col* 2.

Sermone 28. Duo reliqua circa magnitudinem pretij huius Sacramenti exequitur. I. est: Virtutis eius magnitudo; in tribus. In diaboli destructione: in mundi redemptione: in Dei reconciliatione:

ciliatione; quod postremum tribus constat; prætij sufficientis solutione: formositate animæ, qua grata Deo fit: charitate Deo gratissimæ, quam exhibuit. II. est, redemptorum multitudo, quorum tres sunt exercitus. Manifesti inimici: antiqui iusti: dubij amici. Pro primis fudit sanguinem è manibus: Pro secundis pedibus: Pro tertijs vulnere lateris & cordis. *A pag. 292. col. 2. ad 294. col. 1.*

Sermone 29. Sanguinem Christi spectat vt in Sacramento sumitur. Et sic spectato, tria quærit. I. Cur hoc Sacramentum datur sub duplici specie panis & vini: cuius assignat tres rationes. 1. regalis conuiuij perfectionem. 2 significationem redemptionis corporis nostri & animæ. 3. Passionis Christi perfectiorem representationem. II. Quare populus non sumit sanguinem sub specie vini sicut Sacerdotes. Cuius facti tres affert rationes. *A pag. 294. col. 1. ad 295. col. 2.*

Sermone 30. Occupatur circa tertium quæsitum. Quæsit vtilitas sumendi sanguinem Christi. Et tres effectus assignat ex triplici sanguinis consideratione. I. Vt est potus aquæ viuæ. Et sic 1. arida humectat & coniungit. 2. malè incensa refrigerat. 3. cibum verbi Dei ad membra vehit. II. Vt vinum spirituale; & sic, lauat, calefacit & lætificat. III. Vt mysterium Ecclesiæ, & sic dæmones triumphat: gratiam impetrat: in vita bona conseruat. *A pag. 295. col. 1. ad 296. col. 2.*

Sermone 31. Considerat tertio modo sanguinem Christi, prout extra Sacramentum spiritualiter bibitur. Et I. docet tot esse loca vbi hic sanguis spiritualis inuenitur, quot sunt Christi vulnera è quibus bibitur per piam meditationē. II. Ostendit quæri sanguinem Christi, ad animam totam cum tribus petentiis perfundendam & potandam. III. Tradit suauitatem gratiæ ex sanguine Christi ita sumpto, esse, quod fiat velut paradisus Dei per triplicem suauitatem. 1. gratiæ dulces flores vnitus tum, rosos charitatis: lilia castitatis: violas humilitatis. 2. frondes bonorum & A dulcium eloquiorum; ad peccatorum conuersionem; ad inimicorum reconciliationem: ad mœstorum consolationem. III. Bonorum operum fructus. *A pag. 296. col. 2. ad 298. col. 1.*

Sermone 32. Profert triplicem potum sanguinis Christi. I. Sacramentalem, qui est Sacerdotum: cuius varios effectus producit. Tùm tria genera hominum notat, qui in sanguine Christi grauiter peccant. 1. Corpore immundi per luxuriam: 2. Corde indurati. 3. lucrum de sanguine Christi aucupantes. II. Intellectualem, qui sumitur à fidelibus sub specie panis. Et hic potus dulcedinem ad tria ingenerat. 1. ad contemptum vitiorum. 2. gratiam bo- B norum eloquiorum. 3. desiderium æternorum. III. Spiritualem, qui sumitur ex meditatione passionis Christi: & causat fructum bonorum operum qui est triplex. 1. honestæ conuersationis. 2. sacræ deuotionis. 3 iucundæ pietatis. *A pag. 298. col. 2. ad 300. col. 1.*

S. Anastasii Synaitæ oratio de sacra Synaxi, &c. I. Librum psalmorum, orationem, & sacræ scripturæ lectionem multùm commendat. II. Christianorum negligentiam acriter reprehendit. III. Indignè communicantes, & coram sacra Synaxi temerè se gerentes describit, ac redarguit. IV. Debitam ad communionem suadet præparationem. V. Ad C reuerentiam in Ecclesiis obseruandam hortatur. VI. Debitæ præparationis ad sacram Eucharistiam dignè percipiendam modum tradit. VII. In voluntarias distractiones, & immodestias eorum qui Missæ sacrificio indecenter & sine reuerentia adstant, inuehitur. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patrum à col. 5. ad col. 12.*

S. Augustini sermo in illud, *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, &c.* I. Cathecumenos, vt ad epulas diuinas festinent, prouocat. II. Baptizatos, vt dignè communicent, hortatur. III. Viros coniugatos, coniuges, solutos ad castitatem, & puritatem incitat. IV. Inæqualitatem virginitatis coniugalis castitatis, & continentiæ

vidualis, in gloria visuram, explicat. *Tom. 10. serm. 46. de verb. Dom. secundum Ioannem, fol. 39.*

Eiusdem sermo de corpore & sanguine Domini Iesu Christi, &c. Quòd corporis & sanguinis Christi Sacramentum, sit vita fidelium. Quod tunc vnicuique erit vita, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritaliter manducetur, spiritualiter bibitur. Quòd fides sit necessaria, ad sacramenti corporis & sanguinis Christi intelligentiam. Quod humilitas sit tenenda, arrogantiaque vitanda. Quod malum ex nobis sit, bonum verò ex Deo. Quòd in Deum non in nos ipsos confidere debeamus. Quod Christianorum remuneratio æterna sit ex Dei misericordia licet præcesserint merita nostra. *Ibid. ser. 2. de verbis Apostoli fol. 55. & sequentib.*

S. Bernardini Senensis sermo primus de Eucharistiâ, siue de præparatione ad eam. Primò. Præparare nos debemus, 1. per contritionem, ad quam timor, spes, gratia Dei requiruntur, 2. oris veram & integram confessionem, 3. fraternam dilectionem & vnionem. Secundò. Tria maximè necessaria ad sacram communionem, 1. fides plena, siue clara in intellectu, feruida in voluntate, firma in facultate, 2. puritas magna, 3. oratio deuota. Tertiò. Manducandi ritus, cultùs, gustus in Agno paschali, designat præparationes Christiano necessarias ad Eucharistiæ sumptionem. *Ex tom. 4. à pag. 63. col. 1. ad pag. 71. col. 1.*

Eiusdem sermo secundus in quo ponitur. I. Obligatio ad communionem; quæ debet fieri, 1. propter præceptum Ecclesiæ semel in anno, 2. à filiis per parentes inductis ex charitate, 3. ne excommunicatio incurratur, 4. ne sepultura negetur, 5. vt orationes fidelium applicentur nobis, 6 quia confessio, sine proposito communicandi semel in anno, non valet, 7. si pro aliquâ causâ non sit pro tunc differenda. II. Necessitas timoris hominem indignum à cómunione retrahentis: peccatum enim eum indignum reddit quando est in habitu, in actu, in affectu. III. Necessitas vigoris perseuerantis; periculosa est enim recidiua, quia per eam peccator ordinem honestatis peruertit, prodit Christum suis inimicis, Christum confundit, &c. *Ex tom. 4. à pag. 71. col. 1. ad pag. 75. col. 1.*

Eiusdem sermo tertius, I. Septem mannæ conditiones hoc sacramentum præfigurant, 1. generationis modus, fidem designat: 2. descensionis locus, Ecclesiam: 3. recollectionis tempus, vitam præsentem: 4. mensurationis terminus, existendi modum: 5. præparationis ritus, deuotionem: 6. reseruationis casus, temporalium contemptum: 7 saporatio, gustum. II. Circà sumptionem huius sacramenti, septemplicem conscientiam possumus distinguere, 1. est scrupulosa, 2. timorosa, 3. indiscreta, 4. grossa, 5. cœca, 6. temeraria, 7. inuerecunda. III. Præparationes ad communionem debent esse, 1. examinatio conscientiæ, 2. extirpatio omnis immunditiæ, 3. excussio omnis negligentiæ, 4. irreuerentiæ exclusio, 5. discreta præmeditatio, 6. oratio deuota, 7. deuotio feruida. *Ex tom. 4. à pag. 75. col. 1. ad pag. 82. col. 2.*

Eiusdem sermo quartus, de duodecim fructibus ligni vitæ, sacratissimi huius sacramenti; quorum 1. est, viuificatio, 2. illuminatio, 3. refectio seu delectatio, 4. fortificatio seu roboratio, 5. purgatio venialium peccatorum, 6. satisfactio, 7. defensio ab aduersariis, 8. releuatio post ruinam, 9. augmentatio charitatis & virtutum, 10. conseruatio spiritualium donorum, 11. perseuerantia in bono & virtute, 12. glorificatio, siue apertio ianuæ, & consecutio gloriæ paradisi. *Ex tom. 4. à pag. 82. col. 2. ad pag. 89. col. 2.*

S. Cypriani Martyris sermo de cœna Domini, & prima institutione consummantis omnia sacramenta, sacramenti Eucharistiæ institutionem præclare celebrat. In Melchisedech sacrificio eius figuram agnoscit. Transubstantiationem & corporis sanguinisque Christi in altaris sacramento realitatem verbis efficacissimis cóprobat.

Reuerentiam, deuotionem & dignam præparationem ad suscipiendum Eucharistiæ sacramentum multis suadet, & indignè communicantes acriter reprehendit. Non aspernandam esse in mortis articulo pœnitentiam docet. *Tom 3. a pag. 463. ad pag. 468.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. sermo. Postquam Auerrois & aliorum errores refutauit; de institutione & dignitate venerabilis Sacramenti Eucharistiæ agit; quod ex Dionys. Areop. asserit esse complementum, & consummationem aliorum Sacramentorum; in quo omnium diuinorum plenitudo charismatum continetur, &c. *Ex proprio de sanctis. fol. 213. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, in Euang. sermo primus, Sacramentum hoc sacri corporis & pretiosi sanguinis sui Christus in cœna nouissimâ instituit. Festum hoc celeberrimum Romanus Pontifex Vrbanus quartus instituit, cuius tempore floruerunt Doctores egregij S. Thomas de Aquino & alij multi, & vt festiuitatem hanc promptiori potiorique animo agerent fideles, copiosas indulgentias est largitus, sc. centum dies indulgentiarum vniuersis verè pœnitentibus & confessis, qui primis inter-fuerint vesperis; totidem, qui matutinis huius festi, totidem qui Missæ, totidem qui secundis interfuerint vesperis, &c. *Ex sermonibus proprij sanctorum, à fol. 214. pag. 1. ad fol. 215. pag. 1.*

Eiusdem, pro Euangel. sermo secundus, quo ad gratitudinem pro hodierno beneficio nos inuitat, dicens inter omnia Saluatoris beneficia istud esse maximum; cuius magnitudinem ex tribus deprehendere possumus; Primò ex parte benefacientis, qui est Deus, quo nihil est dignius & sublimius; Secundò Ex parte recipientis, qui est homo, infimus conditione, & indigens: Tertiò Ex parte beneficij, sc. ex eius naturâ & specie, illud est omnium fons beneficiorum, idem dator & donum, Deus ipse, &c. *Ex proprio de sanctis fol. 215. a pag. 1. ad pag. 2.*

A I. GERSONII sermo de Eucharistia in die corporis Christi super illud Dauidis, *Memoriam fecit mirabilium suorum, &c.* I. Ostendit Christum Sacramentum Eucharistiæ instituisse, vt potentiam suam declararet, sapientiam demonstraret, & beneuolentiam erga homines exprimeret, II. Obiectiones hæreticorum aduersus corporis & sanguinis Christi in Eucharistia realitatem proponit & efficaciter soluit. III. Varios huius Sacramenti effectus refert, & communicantium discrimen explicat. *Tom. 2. part. 4. à col. 563. ad col. 573.*

D. HYERONIMI, vel potius alterius auctoris incerti homilia de corpore & sanguine Christi, I. Sacramentum Eucharisticum, & sacrificium Missæ ad hoc fuisse instituta docet, vt quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, & præsens semper esset in gratia, II. Transsubstantiationis veritatem exemplis creationis & conuersionis animæ à peccato ad gratiam comprobat, III. Eucharistiam cum manna comparat, IV. Huius Sacramenti formam in Iudæorum antiquis paginis agnoscit expressam, V. Quòd aqua vino sit permiscenda in Missæ sacrificio probat, VI. huiusce permixtionis causam & rationem aperit VII. Vnionem cum Christo & communionem explicat, VIII. Verborum Christi efficaciam paucis declarat. *Tom. 4. à col. 1012. ad col. 1015.*

✠ IOANN. NEPOT. SYLV. HIEROSOL. homilia de Eucharistia in Encænijs, I. Ostendit, vbique cum fide opus esse mandatorum obseruatione, II. Descendit vt agat contra eos, qui sub horam mysticæ mensæ in vaniloquis colloquiis occupati sunt, III. Vrget ab instante morte, & quod simus in puluerem redigendi, IV. Operandum esse bonum docet dum tempus habemus. *Tom. 1 pag 497 col. 1 & seq.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo I. ad illud: *Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, &*

sanguis meus vere est potus. I. Constituit tres gradus laudandi Deum in hoc festo, 1. Externis cæremonijs, quæ hodie frequentantur. 2. Interna deuotione & intentione, 3. Protestatione insufficientiæ nostræ ad Deum laudandum. II. Circa Euangelium, attollit summam Christi humilitatem, & immensam charitatem, quod cibus noster esse voluerit III. Ostendit vicissim hominem fieri cibum Dei. IV. Effectum huius Sacramenti esse quod viuamus propter Deum. V. Dignè sumendum esse hoc Sacramentum, & id frequenter. *A pag. 312. ad 317.*

Eiusdem sermo 2 ad hæc verba, *Ioan. 6 Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* I. Cur in modum cibi se tradiderit Dominus, exponit. II. Quibus dispositionibus sit accedendum, ex D. Dionisio tradit, 1. est vacuitas à peccato, 2. virtutum ornatus, 3. à se deficere vt in Deum transformetur, 4. esse templum Dei. III. Explicat quid sit ex D. Bernardo nos manducari à Deo, & id esse, argui & & reprehendi ab ipso, quod patienter ferendum est. Et hic est primus communicantium gradus. IV. Secundum gradum dicit esse; purè deficere, & mori omni proprietati & sensualitati. V. Tertium assignat, internam pressuram, quæ ex hac mortificatione nascitur, patienter ferre. *A pag. 317 ad 323.*

Eiusdem sermo 3. ad hæc verba. *Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* I. Huius doni excellentiam attingit, cibique à nostro præeminentiam. II. De hoc cibo tria tractanda suscipit, 1. De præclarissima illius dignitate, 2. De eius incomprehensibili fructu & vtilitate, 3. qua nos ad ipsum ratione præparare debeamus. *A pag. 323. ad 329.*

Eiusdem sermo 4. ad eadem verba. Quod obmisit superiori sermone de præparatione ad hoc sacramentum, nunc tractandum resumit. Et I. Neminem posse docet satis se dignè ad hoc Sacramentum præparare. II. Diuersos constituit communicantium gradus. III. Agit de impedimentis fructuosè communicandi; quæ dicit esse venialia peccata: & ea duplicia facit: Alia permanentia & inhærentia. Alia fluxa. IV. Proponit quanta in benè dispositis hoc Sacramentum operetur. *A pagin. 329. ad 335.*

B. Ivonis Carnotensis sermo, de conuenientia veteris & noui sacrificii. de beneficiis diuinis: de antiquæ legis figuris in noua adimpletis: de Christi mysterio à Prophetis prænuntiato: de variis Israëlitarum sacrificiis, eorumque mysticis significationibus: de iisdem sacrificiis vna oblatione Christi consummatis: de ratione & cæremonis Missæ, earumque intelligentiis: de orationibus sacerdotum nouæ legis, eorumque mysticis operationibus, in legis Mosaicæ sacerdotibus designatis. *Tom. 1. Auctar. Biblioth. Patrum, a col. 789 ad col. 809.*

S. Lavrentii Ivstiniani sermo fusissimus de Christi corpore; I. Diuina erga hominem recenset beneficia; II. Sanctam commendat elationem, III Homini vniuersa esse tradita ostendit; IV. Sacrum corporis & sanguinis Christi conuiuium celebrat; V. Carnis sanguinisque Christi in Eucharistiæ Sacramento veritatem ac realem comprobat præsentiam; VI. Communionis sanctæ varios describit effectus; VII. Indignè communicantes grauiter reprehendit; VIII. Ad benè agendum & in Domino sperandum fideles incitat, præcipuè autem sacerdotes; IX. In sacerdotes sacra mysteria polluta mente tractantes, acriter agit; X. Angelorum erga altaris Sacramentum deuotionem ostendit; XI. Eucharistici Sacramenti excellentiam prædicat; XII Quàm opportune & conuenienter Christus corporis & sanguinis sui Sacramentum sub panis & vini speciebus instituerit, declarat; XIII. Quomodo Eucharistia sit omnium mirabilium memoria & recapitulatio pluribus explicat, & quorumdam mirabilium inductione demonstrat; XIV. Sacerdotum Christi regulam sub compendio tradit; XV. Charitatis Christi erga homines excessum passim miratur.

XVI. Christum sponso, & Ecclesiam sponsæ assimilat, cui non tantum adhęsit in virginali vtero, vt essent duo in carne vna: sed etiam in corporis & sanguinis sui Sacramento, quatenus duo essent in vno Spiritu; XVII. Ecclesiam hortatur vt dignam se exhibeat Christo sponsam; XVI I. Pro tanto beneficio ad gratiarum actiones prouocat, & qualiter sint faciendæ, docet; XIX. Sacerdotum summam dignitatem prædicat; XX Ambitiosos superbosque Sacerdotes redarguit, & humilitatem suadet XXI. Rursus Sacerdotum nouæ legis excellentiam pandit. XXII. Boni Sacerdotis qualitates notat, & decimarum solutionem inducit. *Part. 2. à pag. 710. ad pag. 717.*

DOMINICA SECVNDA post Pentecosten siue infra Octauam Corporis Christi.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad hæc verba. Luc. 14 *Homo quidam fecit cœnam magnam &c* Vbi notat. I. Hominem illum esse filium Dei. II. Cœnam esse gaudium æternæ patriæ. III. Horam cœnæ esse quamlibet ætatem hominis IV. Seruum huius hominis esse prædicatorem ad vitam inuitantem. V. Quatuor genera ad hanc cœnam recipi Pauperes, debiles cæcos & claudos. VI. Tria genera hominum excludi ab eadem; superbos, auaros, luxuriosos. *A pag. 94. col. 2. ad 95. col 2.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo qui tribus concluditur. Primò, Cœnæ magnæ præparatione, cœna dicitur à coitione vescentium; est duplex, vna pœnitentiæ altera gloriæ per primam ad secundam venitur, præparanda eibaria: ad hoc concordat illud 1. Reg. 1. *Anna lactauit filium suum donec amoueret eum à lacte & adduxit eum secum postquam ablactauerat in tribus vitulis & in tribus modijs farinæ & amphora vini*, quæ de pœnitente exponuntur. Secundò, Inuitatorum excusatione; primus villam emit. hic est ambitiosus qui amore dominandi ardet, Christum tradit & ligat, subesse nequit, seruus non liber est, omnia peruertit: secundus iuga boum emit quinque, quæ sunt quinque corporis sensus, tertius vxorem, duxit, multos enim non matrimonium sed abusus matrimonij retrahit à cœna Domini. Tertiò. Pauperum & debilium introductione, vnde fœlix est miseria quæ ducit ad meliora, &c. *A pag. 319. ad pag. 322.*

S. AVGVSTINI sermo in Euangelium. Lectionis Euangelicæ mysteria aperit. Per hominem, qui cœnam fecit, Christum mediatorem humani generis intelligit; per seruos, Prophetas: per inuitatos, Iudæos, qui cœnam Christi repudiauerunt: per villæ emptionem, vitæ superbiam an bitionemque sæculi: per vxorem ductam carnis concupiscentiam, quæ nos impedit voluptate corporis à voluptate cordis: per quinque iuga boum, concupiscentiam oculorum, siue sensualem quinque sensuum exteriorum probationē: vbi pluribus ostendit Sacramenti Eucharistici veritatem sensibus non esse comprobandam: per debiles cæcos, claudos &c. humiles: per eos, quos in via & sepibus inuentos serui patris familias coegerunt intrare, Gentes, & hæreticos ad fidem conuersos. *Tom. 10. ser. 33. de verb. Domini secundum Luc. fol. 28. & sequent.*

S. V. BEDÆ homilia in Euang. Textum hoc modo exponit, homo qui cœnam fecit, Christus intelligitur: cœna, satietas internæ dulcedinis, hora cœnæ, finis mundi seruus ordo prædicatorum: excusantes, carnalibus & temporalibus sæculi occupati: villa, terrena substantia: iuga boum, quinque corporis sensus: vxor, carnis, voluptas: pauperes, debiles, cæci, &c. humiles & iusti, quos despicit mundus: in viis verò & sepibus inuenti, Gentiles. *Tom. 7 Homil. Æstiual. de temp. a col. 47. ad col 49.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in Euangelicam lectionem. Christus

commendatur à tribus, quæ cœnam quamlibet reddunt completam. I. Ab excellentia singularis dignitatis, ratione suæ puritatis & innocentiæ, in cuitatione omnium peccatorum: ratione profunditatis sapientiæ, in reuelatione diuinorum occultorum: & ratione virtutis ac potentiæ, in operatione miraculorum. II. Ab affluentia ciborum magnæ ipsius cœnæ gloriæ nimirum æternæ, in qua aderit iucunditas exultationis lætificantis, ob refulgentiam diuinæ claritatis: abundantia refectionis satiantis, ob redundantiam immensæ bonitatis: & æternitas durationis, ob carentiam omnimodæ defectibilitatis. III. A beneuolentia charitatis inuitantis, vocat siquidem instanter, per documenta & exempla: vocat gratis, per beneficia & promissa: vocat sine acceptione generaliter, comminando per æterna supplicia. *Tom. 3. pag. 143. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. Tractat de dupliei cœna gratiæ & glorię. Prima in Ecclesia militanti peragitur, secunda in triumphanti. Prima designatur per cœnam in Bethania factam in qua quatuor notantur personæ, Martha, Maria Magdalena, Lazarus, & Iudas: mysticè actiui, contemplatiui, tepidi, & malefici. Secunda per hodiernam significatur, ad quam conuiuę vocantur in prędicatione, compelluntur in tribulatione, introducuntur in euolatione, & complentur in ruinarum cœlestium impletione. *Ibidem pag. 145. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius, in illud Euãgelij, *Iam parata sunt omnia.* Quatuor notat quæ parauit Dominus, tormentum videlicet, pœnæ in inferno, oppidum Ecclesiæ in mundo, thronum iustitiæ in iudicio, & conuiuium gloriæ in cęlo. *Ibidem pag. 146.*

Eiusdem sermo quartus, in illa Euãgelicæ lectionis verba, *Compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Docet domum Ecclesiæ impleri debere familiæ abundantia, doctrinæ resonantia, gratiæ opulentia, & famæ fragrantia: his si- A quidem quatuor domus dicitur impleri. *Ibidem pag. 146. & sequent.*

DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. sermo, *Omnis qui odit fratrem suum homicida est. 1. Ioann. 3.* Sacra scriptura nos sæpissime ad charitatem hortatur: quia 1. Summa est ac dignissima virtus, iuxta Apost. maior horũ est charitas: 2. Sine eã nulla virtus est viua ac meritoria, sed mortua Deoque inaccepta: 3. Quodammodo est omnis virtus, etiam multò plus quàm iustitia: 4. Charitati præsenti cæteræ assunt virtutes, & ad eam ordinantur: 5. Per eam Deo intantùm assimilamur, quod anima nostra per charitatem fit Dei sponsa & filia, hæres & amica, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol. 233. pag. 1. ad fol. 234. pag. 1.*

B Eiusdem sermo 1. pro Euang. Quadruplicem esse cœnam ex scripturã sacrã declarat. Prima est, Cœna seu refectio corporalis. Secunda, Spiritualis, cum Christus in cor nostrum intrat & cum ipso reficitur, eius bonis actibus congratulando. Tertia, Infernalis, cuius cœnæ fercula sunt cuncta inferni supplicia quibus damnati cruciantur. Quarta, Cœlestis, id est, beata refectio electorum; in quã tria sunt fercula, tres animæ dotes, tribus theologicis virtutibus respondentes. *Ex sermonibus de temp. à fol. 235. pag. 1. ad fol. 236. pag. 1.*

Eiusdẽ in Euang. sermo 2. vbi hortatur nos fugere I. Superbiam, quæ est C inordinatus propriæ excellentiæ appetitus quæ odibiles nos Deo facit, & ab eo nos elongat. II. Auaritiam, quæ est idolorum seruitus, ex quã oriuntur fraudes, rapinæ, mendacia, periuria, falsa testimonia, dissensiones, &c. III. Luxuriam, quæ est bestiale peccatum, quæ hominem excœcat nec permitti per veram pœnitentiam resurgere, &c. *Ex serm. de temp. à fol. 236. pag. 1. ad fol. 237. pag. 1.*

S. GREGORII MAGNI homilia in Euangelium hac die habita. I. Discrimen corporalium & spiritualium deliciarum ostendit. II. Euangelij circumstantias examinat, & exponit eo modo, quo Beda hîc supra qui eadem

ferè habet quæ D. Gregorius. III. Differentiam eorum, qui ad cœnam vocantur, & venire contemnunt: eorum, qui vocantur, & veniunt: & eorum, qui sic vocantur, vt etiam compellantur, discutit. IV. Tribulationum vtilitates commendat. V. Mundana quomodo relinqui possint etiam à mũdanis, docet VI Nonnullos & sæcularem habitum gerere, & tamen sæcularem animum non habere exemplo comprobat. *Tom. 3. Homil. 36. in Euang. à col. 125 ad col. 130.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS, sermo, In epist 1. Ioann. 4. *Nolite mirari si odit vos mundus*, in quo epist. reliqua verba consideratione pertractans. Primo. Septem rationes assignat, quare mirari non debent boni, si odit eos mundus; quia 1. ipsorum Dominum mundus odiuit, 2. homines mali seipsos odio habent, vnde non mirum si alios odio habeant; 3. amicos meliores & domesticos oderunt improbi, 4. boni non sunt de mundo isto, 5. boni, malis in omnibus sunt dissimiles. 6. boni, mundo contrarij sunt, testificantes contra ipsum; 7. mali, habent palatum cordis infectum, ideo bona sunt eis amara. Secundò. Odium in proximum gladium esse probat ex vtraque parte scindẽtem dum se & proximum interimit. Tertiò. Duo opera ad dilectionem specialiter pertinere ostendit; primum est, vt spiritualem vitam proximi nostri, temporali præponamus: Secundum, vt bona nostra temporalia, necessitatibus proximi exponamus *A pag. 120. ad pag 122.*

Eiusdem sermo, in Euang. Luc. 14. *Homo quidam fecit cœnam magnam* &c. in quo 1. Dei inuitantis ad conuiuium liberalitas ostenditur ex sex. 1. cœnam suam vult omnibus notam fieri 2 cœna est magna diuturnitate, quantum ad conuiuas, quantum ad ea quæ parata sunt, 3. multi vocantur, imò omnes vocari videntur & multis modis. 4. irascitur Deus contra illos, qui vocati ab eo, nolunt venire ad tantas delicias, 5. ad diuersa loca misit pro conuiuis vocandis, immo ad omnia loca videtur misisse, 6. Hospites non solum inuitat sed etiam trahit. II. Valde peruersum est quod aliquis se excuset ne ad id veniat, citra quod quiescere non valeat, quod naturaliter desiderat, & propter quod obtinendum factus est; ad delicias huius cœnæ, factus est homo, citra illas perfectè non quiescit Dehinc rationes excusantium se ab hac cœna expenduntur, sed repudiantur. III. Si ad cœnam Dominicam sumus inuitati, tria debemus facere; temperare nos à cibo, qui cœnam nobis possit auferre; consolari nos spe huius cœnæ, si esuriamus vel sitiamus; prægustare aliquid contemplatione, ne dilatione cœnæ deficiamus. *à pag. 417. ad pag. 423.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo, quem inscribit Dom. 2. post Trinitatis, In Euangelium huius diei. Vbi I. Tres sensus huius cœnæ magnæ proponit. Internam suauitatem: Eucharistiam, & beatitudinem. Et ad vltimã, per duas primas peruenire. II. De Eucharistia docet, esse memoriale mortis Domini; & quanta operetur in animabus. III. Duas causas reddit, cur alij qui ex hoc sacramento vtilitatem non capiant. IV. Quid præstandum sit ad legitimam communionem. *à pag. 339. ad 343.*

✠ NICOLAI DE CVSA sermo, ad ea epist. *eratis enim sicut oues errantes &c. 1. Pet. 2.* Iesus est pastor & episcopus animarum nostrarum; pascit eas verbo & exemplo; quia ipse est verbum, in seipso illas pascit: In ista pascentia, mors pascit vitam; mori enim peccato est viuere iustitiæ. In eâ est delectatio in Spiritu, quæ testatur Spiritum sanctum, qui est pignus æternæ vitæ, adesse. Infirmitas quam Christus assumpsit, vt tolleret nostram infirmitatem, est nostra sanitas, &c. *In lib. 7. excitat. pag. 581.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS de epist. Homil. quâ probatur. I. Non esse mirandum si mali exosos habeant bonos, cum 1. iustorum vita contraria sit eorum vitæ, 2. boni vitam malorum damnent. 3. boni eos increpent & corrigant. II. eos qui charitatem habent viuere, illos qui non habent mori,

III Charitatem per exhibitionem operis cognosci. IV. Fugiendam esse falsam dilectionem quæ viscera pietatis claudit. *A fol.* 20. *pag.* 1. *ad fol.* 23. *pag* 1.

Eiusdem, homilia in Euang. exquo hæ eruuntur veritates. 1. Præparatio magnæ cœnæ, est æternæ beatitudinis à constitutione mundi præordinatio: 2. Hora cœnæ erit in fine mundi: 3. Alij vocantur, & consentiunt: alij vocantur & compelluntur: alij se excusant cum vocantur: 4. Introducuntur alij ad cœnam qui eorum teneant locum qui se excusauerunt, ij autem sunt humiles qui de Deo multum, nihil de se præsumentes, nec se excusant, nec intrare compelluntur. *A fol.* 23. *pag.* 1. *ad fol.* 27. *pag.* 1.

✠ Theophanis Ceramei hom. 13. Hortatur initio auditores vt parabolæ Euangelicæ sensa, velut fercula suscipiant paratis animis. Tùm cœnam illam & nuptias mysterium docet significare Dominicæ incarnationis, & coniunctionis Dei cum anima. Seruum autem ad cœnam conuocantem, Christum Dominum. Ad quam tria genera personarum accedere renuunt; quod explicat sensu mystico, de Græcis, Iudæis è Gentibus. Ad quorum locum peccatores toto orbe diffusi per Euangelium inuitantur. *à pag.* 76. *ad* 81.

S. Thomæ Aquinatis sermo in Euangelicam lectionem. Per cœnam hodiernam, Beatitudinem cælestem intelligit, eamque magnam prædicat, propter celebrantium multiplicitatem, propter ferculorum copiositatem, & propter ipsius æternitatem. Quantùm ad I. dicitur cœna gloriæ cælestis magna, ratione facientium, ministrantium, conuiuantium. Quantùm ad II. tria assignat fercula, gaudium videlicet, de omnium malorum absentia, de omnium bonorum præsentia, & de laude diuina. Quantùm ad III. Eius probat æternitatem propter tria, quia nunquam terminabitur, numquam à cœnando cessabitur, & tota simul manducabitur. *Tom.* 16. *serm. Dom. fol.* 16. *col.* 3. 4.

A

B

C

✠ B. Thomæ a Villanova Concio 1. ad illud *Manhu. Exodi.* 16. I. Admirantibus festi huius celebritatem idem respondendum, quod populo Iudæorum Moyses: *Hic est panis quem dedit nobis Dominus ad vescendum.* Huncque panem meritò honorandum decernit, ob præclaros effectus, qui fide concipiendi sunt, non sensu. II. Iactantibus Iudæis panem Mosaicum, ostendit non de illo dictum esse à Sapiente: *Panem cæli dedit eis*: sed de pane Eucharistico, longè præstantiori: quod probat ex effectibus. III. Manna fuisse figuram huius sacramenti deducit: & varias mannæ proprietates eidem accommodat. 1. quod fuerit pretiosus & candidissimus cibus. 2. quod prodigiosus in his præsertim; quod vnus, omnium saporem contineret; quod cuique sapiebat prout erat dispositus, benè bonis, malè malis: quod quemque ad sufficientiam satiabat, & collectus pro singulis ad gomor reducebatur. 3. quod solum egressis de Ægipto, pertransito mari, submersis hostibus, consumpta farinula Ægipti, datus sit. Vbi multa de frequenti communione, & de dispositione ad illam differit. IV. quod cum seruatum in alteram diem putresceret, mensura tamen illius tot annis in arca conseruata est. Sic corpus Christi, semel mortuum, in perpetuum Sacramentum transit. V. Redit vt verè mirandum esse hunc panem dicat, omni plenum dulcedine quam suis victoribus reprimittit Deus. *A fol* 100. *col.* 2. *ad fol.* 102. *col.* 2.

Eiusdem Concio 2. in eadem verba I. Declarat mysteriorum celsitudinem & huius præsertim sacramenti, tantam esse, vt vim dicendi hominum superet, & ad admirationem tandem esse deueniendum, dicendo, Manhu, quid est hoc? II. quam mirabile sit hoc sacramentum proponit, & deducit varia miracula quæ in illo fiunt. III. Hoc sola fide intelligi, hac percipi; & quàm meritò dicenti Domino credimus, docet. IV. fidem illam testimonium non quærere, habere tamen plurima, quibus credibile sit. Quorum aliqua proponit,

ponit, & historijs illustrat. *A fol.* 102. *col.* 2. *ad fol.* 104. *col.* 1.

Eiusdem Concio tertia. Tractat. de dispositione ad Eucharistiam sumendam, & duo deducit I. quàm iustè præcipiatur eiusmodi præparatio. II. qualis illa esse debeat. Et I. probat ex honore, qui antiquis Mosaicis cæremonijs deferebatur. Vnde fit, vt ampliora ipsi veritati, cuius erant figuræ, debeantur. Deindè ex varijs rationibus, sumptis. 1. à maiestate eius ad quem accedimus. 2. à periculo malè accedentium. 3. à fructu piè communicantium. II. ostendit, declaratque hanc præparationem à Domino ipso esse præstolandam Debere tamen nos probare nosmetipsos: quod tribus efficitur. 1. fide, vbi multa de realitate corporis Christi in sacramento. 2. puritate. 3. pietate & feruore. *A fol.* 104. *col* 2 *ad fol* 107. *col.* 2.

DOMINICA TERTIA *post Pentecosten.*

* B. Alberti Magni sermo, ad ea verba, Luc 15. *Congratulamini mihi quia inueni ouem meam, &c.* Quatuor agit. I. Electos esse oues Christi quia voci eius obsequuntur; quia post ipsum gradiuntur; quia in eius sibilo delectantur; quia in meridie congregantur. II. Per dragmas electos intelligi quod probat ex materia; ex forma, ex pondere, ex imagine. III. Per hominem quærentem ouem notari Christum; & per mulierem Diuinam sapientiam. IV. Per amicos & vicinos designari Angelos. *A pag.* 96. *col.* 1. *ad* 97. *col.* 1.

* S. Antonii de Padva sermo. I. Christus pœnitentes ad se reducit, cum illis reconciliatur: & eis parat æternæ gloriæ refectionem si conterantur, confiteantur, & satisfaciant, quod figuratur per Dauid, in angustia constitutos & oppressos ære alieno, recipientem. 1. Reg. 22. II. Ouis perdita inuenitur, dum pœnitens secundum A nouum hominem ambulat, & se humum reputat &c. III. Drachma amissa recuperatur, hæc est anima pœnitens, quæ per Thecuitem figuratur dum ingreditur ad regem, &c. *A pag.* 312. *ad pag.* 316.

S. V. Bedæ homilia in Euangelium. Vtramque Euangelij hodierni parabolam interpretatur de humani generis reparatione. Cur cælum desertum vocetur, explicat. Quare plus de conuersis peccatoribus, quàm de iustis stantibus gaudium fit in cælo, declarat. Quid sit pœnitentiam agere, docet. *Tom.* 7. *Homil. Æstiualib. de temp. col.* 49. *& seq.*

* S. Bernardini Senensis B sermo, de societate bonâ & malâ. I. De societate bonorum cum bonis; ex quâ illis triplex oritur bonum 1. est intellectus illuminatio, vt cognoscat bonus mala & bona; 2. affectus inflammatio, ex quâ feruor contrà malum, & ergà bonum; 3. conatus roboratio, ex quâ conatus contrà malum, ad bonum. II. De societate fragilium cum peruersis, in quâ seducuntur fragiles, 1. malitiâ naturali, criminali, infernali, 2. blanditijs auaritiæ, luxuriæ, superbiæ, 3. violentiâ, continuationis, infestationis. III. De societate bonorum cum malis, quæ est in viris perfectis & iustis quandoque desiderabilis, quandoque tolerabilis, quandoque euitabilis. *Ex ser-* C *monib. de temp. tom.* 4. *à pag* 201. *col.* 1. *ad pag.* 210. *col.* 1.

S. Bonaventvræ sermo primus, in illud Euangelij, *Inueni ouem, quam perdideram.* Bonum inuentorem Dominum prædicat, qui scit inuenire electos ad iustificandum seruientes ad remunerandum, odientes ad perdendum, & mortuos ad resuscitandum. *Tom.* 3. *pag.* 147.

Eiusdem sermo secundus, in illa Euangel. lectionis verba, *Inueni drachmam, quam perdideram.* Quadruplicem hominis considerat perditionem, nimirum, per corruptionem originalem, per trãsgressionem actualem, per exercitationem corporalem, & per damnationem æternam. *Ibid. pag.* 147. *& seq.*

Eiusdem sermo tertius, in illud, *Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.* Quatuor motiua ad pœnitentiam nunc peragendam inducentia proponit, periculi, scilicet, immensitatem: loci opportunitatem: Dei benignitatem: & pœnitendi vtilitatem. *Ibidem pag.* 148.

Eiusdem sermo quartus, vnde supra; Agit primò, de humanæ infirmitatis miseria spiritali, quæ ob tria homini euenit, ob fastum mentalis superbiæ, Deum prouocantis: ob defluxum carnalis lasciuiæ subiectum proprium deprimentis: & ob cordialis maleuolentiæ odium, proximum offendentis. Secundò, de efficacia medicinæ sacramentalis omnes animæ infirmitates sanantis, modò sit profunda, ex subiectionis reuerentia, fastum dissipantis, lachrymosa, ex doloris vehementia, carnis voluptatem impedientis, & satisfactoria, ex recompensationis diligentia, odium proximi exterminantis. Tertiò, de lætitia supernæ ciuitatis, in peccatoris conuersione, gaudent enim sancti propter beneuolentiæ charitatis latitudinem, propter Angelici casus restaurationem, & propter præmij actualis augmentum. *Ibidem pag.* 148. *& sequentibus.*

S. P. Chrysologi sermo de parabola centum ouium. Docet I. Christum Dominum hac parabola & spem peccatorum promouisse ad veniam, & superborum murmur pijssimo compressisse exemplo. II. Diuinam Christi erga homines commendat charitatem. III. De hominis reparatione disserit. IV. Ad similia, quæ Christus nostri causa peregit, exequenda hortatur. *Serm.* 168. *col.* 423. *& iuxta errorem Typographi* 419. *& sequent.*

Eiusdem sermo de parabola drachmæ perditæ. Imprimis singulas Euangelicæ lectionis discutit circumstantias. Deinde per mulierem, intelligit Ecclesiam: per drachmam, Christum numisma Deitatis plenum, per lucernam accensam, internum cordis obtutum, Spiritus-sancti igne inflammatum, vel B. Ioannem Baptistam, qui

A drachmam inuenit, & Christum demonstrauit: per decem drachmas decem legis verba, in quibus Christus latebat. Denique quo pacto Synagoga per gradus Decalogi ceciderit, imò corruerit, ostendit. *Serm.* 169. *col.* 425. *& iuxta errorem Typog.* 405. *& sequent.*

Dionysii Cartusiani pro epist. serm. in quâ docet nos Petrus Apostolus. I. Coram Deo semper humiles esse, quia 1. comparatione Dei & omnipotentiæ eius, nihil sumus; 2. nec eius omnipotentiæ resistere, nec eius sapientiæ respondere possumus; 3. quicquid boni in nobis est, à Deo iudice nostro accepimus. II. vt omnem solicitudinem nostram in Deum proijciamus, quia ipsi cura est de nobis. III.
B Vt sobrij simus, non crapulosi, sed moderati ac parci in cibo potu que; quatenus mens nostra vigeat in diuinorum consideratione, &c. *Ex serm. de temp. à fol.* 240. *pag.* 1. *ad fol.* 241. *pag.* 1.

Eiusdem, pro Euang. sermo primus. Variis modis Deo appropinquamus, secundùm quod variis modis ab eo distamus. A Deo autem distamus. I. Quia finiti & ille infinitus est, appropinquamus per profectum in perfectione. II. Quia in viâ sumus, nondum in termino, appropinquamus per mortem sanctam. III. Non habentes perfectionem ad quam tenemur, appropinquamus cum illam acquirimus.
C IV. per culpam, appropinquamus per pœnitentiam. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 242. *pag.* 1. *ad fol.* 243. *pag.* 1.

Eiusdē, pro Euang. sermo secundus în quo tria tanguntur. Primò, quod ineffabilem charitatem & misericordiam tota trinitas hominibus impendit. 1. creando nos; 2. ad supernam beatitudinem condendo; 3. supernaturalia gratiæ dona à principio dando; 4. genus humanum, non Angelos redimendo, &c. Secundò, Charitatem & misericordiam suam hominibus Christus demonstrat. 1. amorosè, inter eos conuersando; 2. vitiosos piè ad pœnitentiam exhortando; 3. de rebus ad salutem necessariis informando; 4. Sacramentum corporis & sanguinis sui

instituendo. Tertiò, Charitatem & pietatem suam nobis impendunt Angeli sancti, custodiendo nos ac protegendo, bona inspirando, Deum pro nobis exorando, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol. 243. pag. 1. ad fol. 244. pag. 1.*

S. Gregorii Magni, homilia in Euangelium hodiernum. I. Docet veram iustitiam compassionem habere, falsam verò dedignationem. II. Textum Euangelicum percurit, & explanat, eo modo, quo V. Beda hîc supra qui ex D. Gregorio, suo more, & sensum & verba mutuatus est. III Angelorum ordines, & officia describit. IV. Imitationem Angelorum, Archangelorum & aliorum ordinum spirituum suadet, & quo pacto eos imitari facili negotio possimus, pluribus declarat. V. Dispensationem diuinæ pietatis miratus, quæ stantibus, si ceciderint, minatur pœnam, lapsis verò vt surgere appetant, promittit misericordiam. VI. Conditiones dignæ & Deo acceptæ pœnitentiæ proponit, & exemplo memorabili confirmat. *Tom. 3 Homil. 34. in Euangelia à col. 112 ad col. 520.*

✠ Guillelmi Parisiensis sermo s. In his verbis Epist. s. Petr. 5. *Humiliamini sub potenti manu Dei vt vos exaltet in tempore visitationis, &c.* Tria mala quæ à mundo patimur, & eorum remedia attendens dicit. I. Mundum nos in superbiam eleuare, quare humiliationem nobis vtilem in propriæ miseriæ cognitione, subiectione, cõtemptu præsentis gloriæ; ideo valde necessarium esse homini demonstrat sub manu Dei humiliari, quia 1. non potest ei resistere nec eam effugere, 2. sola humilitate inuenitur misericordia, 3. per humiliationem veniri ad gloriam. II. Eumdem, nimia sollicitudine nos suffocare; cum cura sit Deo de nobis, dum prouidet vt pater & dominus, sanat vt medicus, regit & flagellat vt iudex: Quare in eum cura omnis proijcienda: vt, si eum amisimus, eum sollicitè quæramus, ab eius offensa caueamus: mandata eius impleamus: quæ ipsi magis placent inquiramus: habitaculum ei dignum præparemus: rationem ei

A reddamus de his quæ nobis dedit. III. Denique per immoderatum vsum, tædium in nobis mundum generare; cui sobrietas medetur, quæ amanda propter eius vtilitatem, honestatem, & crapulæ noxietatem. *à pag 122 ad pag. 124.*

Eiusdem sermo 2. In sequentia, *Vigilate quia aduersarius vester diabolus, &c.* Vigilare nos admonet vt resistere diabolo valeamus: Vigilia autem ista attenditur in apertione oculorum interiorum & strenuitate: Strennitas vero attenditur in viuacitate ad bona agenda, & agilitate fugiendo pericula. Si quis vero somnolentum se sentit, excitare se debet consideratione, pœnarum purgatorij vel inferni, exempli Christi, periculorum præsen-

B tium, quietis æternæ. *à pag. 124. ad pag. 125.*

Eiusdem sermo primus in Euangelium. Postquam illud litteraliter & mysticè intuitus est, aliquas ex eo elicit veritates. I Appropinquant Saluatori publicani & peccatores, quia, salute indigebant, eis prius appropinquauerat, mansuetudinem eius odoriferam à Prophetis prædictam senserant: Ad eum libenter debent peccatores appropinquare, cum ipse recipiat eos libenter, festinanter, lætanter, & frequenter. II. Fatuè agebant Pharisæi & Scribæ murmurantes. quia, 1. peccatores despiciebant, cum ipsi apud Deum essent contemptibiliores, 2. iustos se pu-

C tabant, cum essent superbi, 3. solam indignationem ad peccatores habebant, non compassionem, 4. murmurabant quod Dominus rem suam recipit, quã hostis fraudulenter ei surripuit; recipit quos ad imaginem creauit, & tantùm dilexit quod regni sui hæredes eos esse voluit. III. His verbis, *Congratulamini mihi quia inueni ouem quæ perierat.* Dominus charitatem ad nos indicat, ad pœnitentiam incitat, innocentiam commendat. *A pag. 413. ad pag. 416.*

Eiusdem sermo 2. in illud Luc. 15. *Dico vobis quod ita gaudium est in cælo super vno peccatore pænitentiam agente, &c.* His verbis desperationi omnino locũ obstruit. II. Cœlestis curia de conuer-

sione peccatoris lætatur. III. Nec solum lætatur sed festum agit. 1. est festiuitas quasi natalis Filij Dei, quæ natiuitas duplex, vna in vtero in conceptione sc. boni propositi, altera ex vtero in confessione peccatorum vel operum bonorum manifestatione. 2. est festiuitas Resurrectionis in qua est transitus de morte ad vitam. 3. est festiuitas Spiritus sancti qui recesserat à domo sua propter immunditias peccatorum. 4 est festiuitas regiæ coronationis, inunguntur enim qui conuertuntur ad regnum cœlorum. *à pag. 416. ad pag. 417.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo, 1. in hæc verba. 1. *Pet. 5. Charissimi, humiliamini sub potenti manu Dei.* I. Tres virtutes sectandas esse docet ex D. Petro. 1. vt nos humiliemus. Et humiliandi se duas causas assignat; defectus naturales, & peccata nostra. 2. Dilectionem Dei & proximi. 3. Discretionem. II. Agit specialiter de humilitate sub potenti manu Dei, per quam exaltemur. III. In omnibus tentationibus fiduciam in Deo esse constituendam. IV. In humilitate viuentibus, obedientiæ promptæ esse studendum. V. Ad reliqua verba D. Petri, nobis esse aliquid patiendum demonstrat. *A pag. 343. ad 351.*

Eiusdem sermo 2. in Euangelium diei Luc. 15. Vbi tractat de quadruplici genere peccatorum, quorum singuli, diuersis modis ad Iesum appropinquant. I. Perditorum peccatorum, qui semel in anno, idque sine vero dolore sacramentis participant. 2. Eorum qui malè viuunt, exterius tamen specimen pietatis præferunt, quos e Deo appropinquare credunt. 3. Hominum tepidorum & pigrorum, quibus satis esse videtur in grauia peccata non cadere; sed tamen ad Dei iudicium non se parant. 4. fœlicium & amabilium peccatorum, qui verè & perfectè Deo appropinquant. II. Agit de ouis perditæ quæsitione à Domino facta, & quâ viâ procedat. *A pag. 351 ad 357.*

Eiusdem sermo 3. ad illud, *Luc. 15. Quæ mulier habens dragmas decem, &c.*

A I. Resumit de oue, & nos oues esse debere declarat vt salui simus. II. Dragmam animam esse. Et in dragma tria debere considerari; vt iusta sit. Pondus: materia iusta; debita imago. III. Docet quomodo anima quæratur à Deo, & ipsa Deum quærat. Et quid ad hanc quæsitionem necesse sit, ex ipso Euangelij textu aperit. *A pag. 357. ad 361.*

✠ S. LAVRENTII NOVARIENS. hom 1. de Pœnitentia; de qua & hodie tractat Euangelium. Duo temporà distinguit quibus peccata delentur, vnum generaliter antè Christum, per Christum ipsum; aliud particulatim post Christum, per pœnitentiam. 2. B ostendit post lapsum, non posse recurri ad secundum baptismum, sed ad pœnitentiam 3. Enumeratione malorum nostrorum facta, præsertim auaritiæ & luxuriæ, concludit pœnitentiæ necessitatem. 4. contra hæc duo specialia vitia aliorum origines, probat maximam esse vim lacrymarum & eleemosinæ & multa de vtrisque disputat, exemplis Zachæi & Magdalenæ. 5. Tandem redit ad pœnitentiæ laudem. *Tom. 2. Bibl. PP. edit. 3 Paris. à col. 342. ad 354.*

✠ NICOLAI DE CVSA sermo 1. in Euang. *Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores. Luc. 15.* Appropinquare peccatores ad Iesum, est, appro- C pinquare Iesum ad peccatores; & non potest talis appropinquatio fieri ad perditum, nisi per illum qui scit quærere & reperire. Non potest quis peruenire ad domũ pacis æternę, nisi per Christũ portetur. Gaudium patris & magistri, est instruxisse filium & discipulum; & gaudium confratrum & condiscipulorum, est congaudere magistro & Patri. *In lib. 5. excitat. à pag. 468 ad pag. 469.*

Eiusdem, sermo 2 vnde suprà, *Gaudium erit Angelis Dei, &c.* Vbi verbum Dei recipitur, ibi recipiens verbum Dei, à Filio Dei qui est verbum Patris recipitur. Quamuis peccata grauent animam & ad inferna submergant tamen ita pius Iesus quod quærit omnem animam errantem. Quantam pœnam

mereturerrans, qui non vult inueniri & conuerti: tantum tristitiæ merito habebit nolens conuerti, quantum gaudium fuisset exortum in eius conuersione, in cœlis. Pœnitentia est voluntaria, quare homo non potest cogi ad eam. *Ext. lib. 6. pag. 542. ad pag. 544.*

✠ Radvlphi Ardentis ex ijs 1. Petr. 5. *Humiliamini sub potenti manu Dei, &c.* homilia quatuor faciens partes Primâ. Humilitatem esse virtutem demonstratur quæ facit hominem ex verâ sui cognitione sibi vilescere, & sine quâ non solum non prosunt, imo nocent cæteræ virtutes. Secundâ. Omnem sollicitudinem & spem nostram in omnibus, in Deum ponere monemur; sed de diuersis, diuerso modo. Tertiâ. Apostolus ad sobrietatem, & à comessatione & ebrietate, & ab ebrietate sæcularis cupiditatis nos hortatur; deinde ad vigilantiam in oratione, quia aduersarius noster numquam dormit, inuisibilis est, naturali callet ingenio, longæuus est. Quartâ. Spondetur fidelibus pugnantibus Dei auxilium. *A fol. 27. pag. 1. ad fol. 30. pag. 2.*

Eiusdem, in Euang. homilia I. Accedunt ad Iesum peccatores pœnitentes non solum corpore sed etiam mente, tanquam infirmi ad medicum. II. Pharisæi nescientes bonum in alio amare, sed potius inuidere & deprauare murmurabant aduersus Iesum quod peccatores reciperet. III. Per duplicem parabolam probat Dominus, non solum debere recipi peccatores pœnitentes, sed etiam quæri; sc. hominis, ouem & mulieris drachmam perditam quærentis. IV. de vno peccatore conuerso quàm de quibusdam iustis, exultant angeli, *A fol 30. pag. 2. ad fol. 33. pag. 1.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in Euangelium. Tria considerat, magnam Christi Iesu benignitatem, pœnitentiæ vtilitatem, & pœnitentis veri sanctitatem. I. Benignitatem colligit ex tribus, quia Christus pro peccatoribus suscepit humanæ naturæ infirmitatem, ipsis ostendit specialem familiaritatem, & pro iisdem pertulit crudelis

A mortis acerbitatem II. Triplicem profert pœnitentiæ vtilitatem in Euangelio hodierno signatam, in ipsa enim Christus gaudet, Angeli lætantur, & homo à perditione liberatur. III. Octo ennmerat necessaria ei, qui vult verè pœnitentiam agere. Debet siquidem amore Dei inardescere, in magnis virtutibus se exercere, cuncta difficilia sancti certaminis petere, omnia mundana relinquere, honores fugere, receptis contumeliis lætari, ad cælestem patriam anhelare, & damna præcedentia lucris sequentibus compensare. *Tom. 16. Serm. Dom. 4. fol. 17.*

B *DOMINICA QVARTA post Pentecosten.*

✠ B. Alberti Magni sermo, ad hæc verba. Luc. 5. *Sedens Iesus docebat de nauicula turbas.* Sub titulo Dom. 5. post Trinit. Duo deducit. I. Quadruplicem nauiculam distinguit; Virginem Mariam: Virgam crucis: Ecclesiam gloriosam: Animam virtuosam. II. Christum ex his nauiculis tria docere: Bonitatem, disciplinam, scientiam. *A pag. 98. col. 1. ad 100. col. 1.*

S. Ambrosii sermo in Euangelium hodiernum. I. Christum medico assimilat. II. Ipsum nobis vbique prodesse ostendit. III. Per duas naues Sy-

C nagogam intelligit & Ecclesiam, illa vacua in littore relinquitur, ista verò onusta in altitudinem reuocatur. IV. Ecclesiam nauem Petri, cum arca Patriarchæ Noë confert. V. Causam nauis Petri aliquando periclitantis, aperit & in Iudam proditorem refundit. VI. Vt malos vitemus, eorumque societatem caueamus, cohortatur. *Tom. 5. serm. 62. col. 84. & sequent.*

✠ S. Antonii de Padva sermo I. in Euangelij primam partem. I. Turbæ irruentes in Iesum vt audirent verbum Dei, moraliter per populos ad audiendam sapientiam Salomonis venientes figurantur. 3. Reg. 4. II. Duæ naues stantes notant Hierusalem & Ba-

bylonia, Paradisum & Ægyptum, Abel & Cain, Iacob &, Esau id est, congregationem verè pœnitentium, & nefandam secularium collectionem. III. Piscatores, hoc est pœnitentes, descendunt à gratia ad naturam; à gradu excellentioris vitæ, ad propriæ fragilitatis considerationem. IV. Vnanimitas sit arbor nauis. 1. Pet. 3. *In fide autem vnanimes compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles &c. à pag.* 330 *ad pag.* 332.

Eiusdem sermo 2. in alteram Euangelij partem, per quam tria nota fiunt. Primum est Christi Ascensio in nauim signata per illud 3. Reg. 10. *Classis regis Salomonis per mare ibat in Tharsis deferens inde aurum & argentum, dentes elephantorum, Simias, & Pauos.* Omnia hæc verba moraliter de pœnitente intelliguntur. Secundum. Nisi in verbo gratiæ supernæ, id est, interioris inspiratione, laxata fuerint instrumenta prædicationis, frustra prædicatorem vocis suæ iaculum mittere, hic autem per Heliam signatur. 3. Reg. 18. Tertium. Iustum timere aggrauari ex acceptis beneficijs. &c. *à pag.* 332. *ad pag.* 336.

S. V. BEDÆ homilia in lectionem Euangelicam. I. Textum litteraliter & moraliter interpretatur. II. In duabus nauibus circuncisionem & præputium agnoscit. III. Piscatores Ecclesiæ doctores dicit. VI. Prædicationem fidei rete spirituale nominat. *Tom.* 7. *Homil. Æstiual. de temp. col.* 53. *& sequent.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud. *Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat &c.* Quadruplicem considerat nauim, crucem videlicet triumphalem, mentem rationalem, pœnitentiam salutarem, & Ecclesiam vniuersalem. *Tom.* 3. *serm. Dom. pag.* 150. *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus, in illud, *Concluserunt multitudinem piscium copiosam.* Agit de quadruplici multitudine hominum, impiorum in culpa, istorum in gratia, beatorum in gloria, & damnatorum in gehenna. *Ibid. pag.* 151.

Eiusdem sermo tertius, in illa Euangelicæ lectionis verba. *Ex hoc iam eris homines capiens.* Quomodo capiantur homines à diabolo, à proximo, & à Deo discutit, & docet capi homines à diabolo, retibus, dentibus, & manibus: à proximo, calumniando, scandalizando, & prædicando: à Deo, in inferno per animæ suæ descensum, in mundo per gratiam attrahentem, & in iudicio per sententiam constringentem, vel si mauis, in extremo per mortis laqueum. *Ibidem pag.* 151. *& sequentib.*

Eiusdem sermo quartus, in illud *Relictis omnibus secuti sunt eum.* Duo complectitur, impedimenti à perfectione retrahentis desertionem: & complementi expedientis adeptionem. Quantum ad primum, docet Apostolos omnia reliquisse tanquam onera præ grauantia, vt essent expeditiores ad currendum B post Christum: tanquam vincula detinentia, vt essent securiores ad arguendum malum: tanquam obstacula præpedientia, vt essent efficaciores ad persuadendum bonum. Quantùm ad secundum ostendit Apostolos Christum fuisse secutos tanquam finem, & complementũ omnis boni triplici modo, humiliter sine superbia, propter splendorem internæ cognitionis, concorditer sine inuidia, propter amorem supernæ conuersationis: perseueranter cum constantia, propter tolerantiam continuæ afflictionis. *Ibidem pag.* 152. *& sequent.*

DIONYSII CARTVSIANI sermo in Epist. *Non sunt condignæ passiones &c. Rom.* 8. C Ex quo duo addisce. I. Supernæ fœlicitatis summam esse. 1. dignitatem & nobilitatem, est enim summi & infiniti boni charissima intuito & perfectissima fruitio, 2. & ineffabilem iucunditatem; quia Deus sublimis & benedictus, est pulchritudinis penitus infinitæ, & suauitatis immensæ, 3. plenitudinem, quæ in infinitorum bonorum conionctione est. II. Non esse condignas passiones huius temporis ad fœlicitatem cœlestem; quia, 1. sunt paruæ, gloria illa est magna, 2. breues sunt, beatitudo illa est æternalis, 3. paucæ sunt respectu gaudiorum cœlestium, 4 Iustorum passiones in hac vitâ habent consolationes spirituales an-

nexas. *Ex sermonib. de temp. fol. 247. a pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem pro Euang. sermo. 1. in quo videtur qualiter audienda sit prædicatio verbi Dei. Primò. Christiani debent properare ad locum prædicationis. Secundò, Verba prædicationis cum magnâ auiditate audire, & diligenter aduertere non sicut verba hominis, sed vt verba Dei. Tertiò. Salutis verbâ memoriter retinere Quartò. Exhortationem cum obedientia velocî audire, & protinus adimplere. Quintò, Prædicationis verba cum imitatione Christi perseuerantî & finalî audire; vt prædicatione finitâ fideles qui affuerunt, Christum spiritualiter imitentur, imitatione stabili. *In serm. de temp. a fol. 258 pag. 2. ad fol 259 pag. 2.*

Eiusdem, in Euang. sermo 2. in quo per nauiculam Petri, quam Christus intrauit, designatur. Primò. Ecclesia militans quæ fuit beatissimo Petro cōmissa. Nauicula dicitur comparatione Ecclesiæ triumphantis, & si magna sit; tùm etiam quia sui reputatione est parua. Secundò. Pœnitentia, per quam è vitiorum fluctibus enatamus, & Christo atque Ecclesiæ denuò incorporamur. Tertiò. Crux Christi, quia per illam Christus eduxit suos electos de hoc sæculo nequam. Quartò Religio cœnobitica, quæ est compendiosissima ac securissima via ad beatudinem æternam. Quintò. Charitas, quia per illam Deo vnimur, ad patriam gradimur, æternaliter saluamur. *Ex serm. de temp. a fol. 259. pag. 2. ad fol. 260. pag. 1.*

GVILLELMI PARISIENSIS sermo 1. in Epistol. Roman. 2. *Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam &c.* Quadruplici sale possunt condiri tribulationes. I. Corinde, ratione æterni supplicij, quæ generat timorem. II. Intuitu præmij cœlestis, quod est atomatica spes. III. Passionis Christi attentione. IV. Meditatione multiplicis vtilitatis & fructus quem habet tribulatio. 1. est purgatio. 2. extinctio carnalium passionum. 3. securitas contra iudicium 4. signum amoris diuini est. 5. pignus salutis æternæ. 6.

A Gaudium & solatium in futura vita. 7. consolatio Spiritus. 8 sanitas spiritualis. 9 excitatio deuotionis. 10. animatio in aduersis. 11. eruditio quæ emittit disciplinam quasi lucem. 12 confirmatio ad caput nostrum, &c. *à pag. 125. ad pag. 126.*

Eiusdem, sermo 2. Præcedentia verba iterum examinans, ex quibus colligit. I. Quam gloriam sint habituri fideles? qui modo viles & abiecti sunt; & concludit illam ex sex capitibus cognosci posse. 1. ex eo quod Dominus gloriam suam care vendidit, etiam amicis suis. 2. ex gloriâ pulchritudinis, quam videmus etiam in inferioribus creaturis. 3. à gloriâ pulchritudinis, quæ videtur in his quæ artificio fiunt

B ex lignis, lapidibus, & ære. 4. ex verbis sanctorum, quibus Dominus reuelauit eam. 5. ex eo quod legitur in Domini transfiguratione; *resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta eius facta sunt alba sicut nix*, 6. per hoc quod Christus honorem suum contulit cruci quæ ei seruit, 7. ab honore quo honorat Christus sanctos in terris, 8. per hoc quod gloria eorum similis est gloriæ Dei. II. Gaudium prædestinatorum, quod erit, 1. à beata Trinitate; videbunt, faciem Dei secundùm diuinitatem, humanitatem Christi, vnionem humanitatis ad diuinitatem, 2. à iucundâ societate, quæ erit numerosa, nobilis, amabilis, 3. à lo-

C ci amœnitate, quam faciet claritas, puritas, latitudo, 4. à corporis glorificatione in quo erit pulchritudo, libertas, impassibilitas, 5. ab inferno, ex eo quod infernum euaserūt, hostes eorum cruciabuntur; peccatum quod maximè nocet hominibus clausum erit in inferno, 6. à mundo isto, quia à pœnali miseriâ huius exilij liberati erunt, à naufragio tuti erunt, & de tanto hoste triumphauerunt. *à pag. 126. ad pag 127.*

Eiusdem sermo i. in Euangel. Luc. 5. *Cum turbæ irruerent in Iesum, &c.* In quo monemur. I. Ad amorem Verbi diuini, exemplo turbæ irruentis ad Saluatorem, vt verbum eius audiret. II. Ad obedientiam exemplo Petri qui ad verbum Domini nauem ducit in al-

tum, & retia laxat. III. Ad mutuam charitatem, exemplo eorum qui erant in naui Zebedæi, qui ad nutum eorum qui erant in naui Simonis ad eos veniunt & auxilium eis impendunt. IV. Ad humilitatem, exemplo Petri ad genua Chriſti procidentis. V. Ad benignitatem, exemplo Saluatoris, qui turbam à ſe turpiter non repellit, nec à Petro recedit. VI. Ad bonorum ſequelam & familiaritatem, in hoc quod ſubductis nauibus ad terram, & relictis omnibus ſecuti ſunt eum. *à pag.* 423. *ad pag.* 424.

Eiuſdem ſermo 2 in Euangel. in quo Primò. Per ſtagnum Genezareth, mūdum deſignat: quia 1. ſtagnum illud auras generat, 2 piſces de ſtagno ſapiunt aquam limoſam, 3. ſtagnum iſtud dicitur mare. Secundò. Duas naues dicit eſſe duas vias ſalutis, ſc. mandatorum & conſiliorum; decet prædicatorem, & præcepta & conſilia implere cum ad impletionem præceptorum & conſiliorum habeat alios incitare: Retia ſunt ſermones diuini, quibus corda audientium Deo capiuntur, &c, Tertiò. Aſſerit Piſcationem Petri nocte ſacra laborioſam & infructuoſam piſcationem laborantium in acquiſitione temporalium deſignare; Piſcationem vero in verbo Domini factam, piſcationem laborantium in his quæ pertinent ad ſalutem animarum, ſignificare. *à pag.* 424. *ad pag* 426.

✠ IOANNIS THAVLERI ſermo 1. ſumit Euangelium quod opus nos legitur in Dom. Trinitatis *Luc. 6. Eſtote miſericordes &c.* Et docet duo; quid faciendum ſit, & quid cauendum. I. Quid faciendum; vt ſimus miſericordes ſpecialiter tractat. II. fusè docet quid cauendum; ne iudicemus. III. De menſura bona diſcurrit, & quæ ſit in nobis, vt Deus in eam infundatur, oſtendit. Et quæ eadem ſit conferta, coagitata, & ſupereffluens. *à pag.* 361. *ad* 367.

Eiuſdem ſermo 2. ad hæc verba, *Luc. 6. Eadem menſura qua menſi fueritis, &c.* I. Deplorat deficere in hominibus miſericordiam, præſertim vt de aliorum defectibus non iudicent; & in eos in-

A uehitur. II. Conſiderat quatuor menſuræ qualitates hic notatas. III. Menſuram bonam ait eſſe veram & Chriſtianam vitam inſtituere. IV. Menſuram confertam, ait eſſe, toto ſtudio ad interiora rapi, & ibi Deum quærere: V. Menſuram coagitatam eſſe amorem effluentem, qui omnia ad ſe trahit. VI. Menſuram ſuper effluentem, quæ adeo abundat, vt ſuper effluat, & tota ad Deum refundatur. *à pag.* 367. *ad* 372

✠ IOANNIS THAVLERI ſermo 1. in Euangelium huius diei ſub titulo Dom. 5. poſt Trinitatem: *Cum turbæ irruerent in Ieſum Luc.* 5. Vbi I. nauim hāc mentem eſſe, & internam intentionem docet, à terrenis abſtrahendam. Et ad
B hoc neceſſarium eſſe. I Ducere in altum, id eſt, vt amor & intentio ab omnibus, quæ Deus non ſunt, in altum ducatur. II. Quod fit. 1. ſi laxemus retia, id eſt mentem, ad contemplationem cæleſtium applicemus. 2. cùm eo pertingit homo, vt cuncta ei excidant, quæ infimæ vires apprehendunt. 3. Cùm ad nil creatum demergitur, ſed in ſola firmiſſima petra ſolidatur, quæ eſt Chriſtus. III. Declarat quid ſit rete animi diſrumpi, id eſt; naturam his deditam infirmari. IV. Hanc animam dicere ſpiritualiter: *Exi à me Domine &c.* Per abyſſalem humilitatem. *à pag.* 379. *ad* 383.

Eiuſdem ſermo 2. in idem Euange-
C lium. I. Conſiderat hanc nauim fuiſſe Simonis; & notare animam verè obedientem: & Dominum in vere obedientis animo ſedere, & indè docere voluntatem ſuam. II. ipſum Euangelij textum explicat, & obſeruationibus illuſtrat. *à pag.* 383. *ad* 388.

✠ NICOLAI DE CVSA ſermo, *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium Ioann.* 16. Sicut in variis ſenſibus, participatur ſpiritus diſcretiuus: ſic Spiritus ſanctus, in variis rationabilibus animabus, &c. *Excit. lib.* 2. *pag.* 382.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in illud Epiſt. *Non ſunt condigna paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, &c. Rom.* 8. Homilia per quam patet. Nullas paſ-

ſiones

siones temporales, dignè mereri valere magnitudinem gloriæ quæ nobis in futuro tribuetur: quia fideles aliam vitam expectant, vt in eâ glorificentur in filios Dei. Fideles subiectos esse miseriis non volentes, sed tamen in spe patienter portare. Omnes tàm bonos quàm malos inter miserias huius mundi, velint nolint, ingemiscere, sed solum bonum parturire, id est, pro pariendo fructu laborare, *à fol.* 33. *pag.* 2. *ad fol.* 36. *pag.* 2.

Eiusdem pro lectione Euangelicâ homilia; quæ quinque capitulis distinguitur in quibus docemur. I. Magno cum desiderio & magnâ auiditate ad verbum Dei audiendum esse currendum. II. Per frustrationem piscationis, significari frustrationem prædicationis. III. Prædicatorem, debere ascendere, vt altus sit scientiâ & vitâ; tenere vnitatem & obedientiam; rogare ne aut per quietam dissoluatur, aut per timorem turbetur; ita viuere, vt sensualitas quiescat, & ratio in cœlum erigatur. IV. Per capturam piscium, significari Petrum & socios eius futuros piscatores animarum fore. V. Petrum stupentem consolari Dominum, & ei officium prædicationis polliceri, &c. *à fol.* 43. *pag.* 2. *ad fol.* 47. *pag.* 1.

✠ Theophanis Ceramei hom. 5. Distributis in totidem partes anni Euangelistarum scriptis quibus in Ecclesia præleguntur, explicat cur quatuor Euangelia constituta sint, quæ quatuor elementis comparat. Deinde panis explicat Euangelij litteram ex cap. 5. D. Lucæ desumptam. Tandem ad contemplandam allegoriam intendit. Et in fine declarat quomodo prædicatio piscatio sit; cum piscatio piscium intendat occisionem. *à pag.* 27. *ad* 30.

S. Thomæ Aqvinatis sermo in illud, *Relictis omnibus secuti sunt eum.* I. quatuor docet relinquenda esse, ad Christum sequendum, mundana nimirum, parentes & consanguineos, corpus suum, & propriam voluntatem. II. Nos in quatuor Christum imitari debere ostendit, in humilitate, in pietate, in charitate, & in tribulationum asperitate. *Tom.* 16. *serm. Domi. fol.* 18. *col.* 1.

DOMINICA QVINTA
post Pentecosten.

✠ B. Alberti Magni sermo, ad ea verba Matth. 5. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, &c.* Tria ob oculos ponit. I. filium Dei esse altare supra quod imponendum est munus nostrum. II. Offerendum dicit esse munus, corde, ore, & opere: & vnoquoque triplex munus. III. Declarat quæ reconciliatio præmittenda sit. *à pag.* 100. *col.* 1. *ad* 101. *col.* 1.

✠ S. Antonii de Padva sermo. In quo videtur. I. Iustitia Pharisæorum, quæ fuit in operatione tantum; non in cogitatione; Apostolorum, quæ fuit in Spiritu consilij & gratia misericordiæ. Pœnitentium, quæ est in spiritu paupertatis, &c. Iustitiam exhibere debemus, Deo honorem, nobis cautelam, proximo dilectionem, mundo contemptum, peccatis odium. II. Mandatum Christi, non esse legi contrarium, sed latius in se legem continere. III. Altare est quadruplex: superius, Trinitas; inferius, Christi humanitas; interius, mentis deuotio; exterius, carnis afflictio. Quadruplex est, munus, orationis, fidei, pœnitentiæ, eleemosinæ: quadruplex frater cui reconciliari debemus, quilibet proximus, Christus, Angelus, noster Spiritus. *à pag.* 336. *ad pag.* 342.

S. Avgvstini sermo, de eo quod in præsenti Euangelio legitur, *Qui dixerit fratri suo, fatue &c.* Linguam hominis quomodo nullus domare potest, explicat, & quòd Deus sit linguæ domitor potens, nisi contra stimulum eius velimus calcitrare, diuinis inspirationibus resistendo. *Tom.* 10. *ser.* 4. *de verbis Domini fol.* 3. *col.* 2. 3. 4.

S. Bonaventvræ sermo primus in illud Euangelij. *Omnis qui irascitur*

fratri suo &c. Agit de iracundiæ peccato, & tribus considerationibus intentum absoluit. Prima tractat de iracundia, quantùm ad originem quam habet ab interiori hominis, quæ triplex notatur, ignorantia seu mentis cæcitas, malitia siue inuidia, & crudelitas. Secunda verò de iracundia quantùm ad exteriorem diffusionem, quâ fertur contra proximum, quæ tribus completur corde, ore opere. Tertia denique de iracundia quantùm ad supplicia quibus subditur in pœnarum æternarum æternitate. *Tom. 3. serm. de temp. pag. 151. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus in illa Euangelij verba. *Si offers munus tuum, &c.* De oblationibus siue sacrificiis differit, & sex conditiones requisitas enumerat, nimirum quid offertur, cui, quantum, quomodo, vbi, & quando, quas ampliori stylo prosequitur. *Tom. 3. serm. de temp. pag. 155.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. Quatuor docet quæ sunt in recordatione offerenda scilicet, peccatorum multiplicitas, beneficiorum Dei largitas & affluentia, proximorum necessitas, & æternarum remunerationum diuersitas. *Tom. 3. ser. de temp. pag. 155. 156.*

Eiusdem sermo quartus in illa textus Euangelici verba. *Vade prius reconciliari fratri tuo, &c.* Ostendit quemlibet nostrum quadruplicem fratrem habere, Christum, Angelum, hominem, & diabolum: primo reconciliari debemus per pœnitentiam, secundo per obedientiam, eius consilia audiendo & exequendo: tertio per indulgentiam & iniuriarum remissionem: quarto verò numquam reconciliari debemus. *Tom. 3 ser. de temp. pag. 156.*

DIONYSII CARTHVSIANI pro Epist. sermo, in qua nos Apostolus Petrus hortatur, vt simus. I. in bonis actibus vnanimes. II. Proximis compatientes ad quod nos mouere debet, 1. conformitas naturæ; 2. charitas fraterna; 3. quod in multis sumus miseriis; 4. quia per hoc diuinæ pietatis miserationem meremur; 5. Christi & A sanctorum imitatio. III. Amatores fraternitatis. IV. Misericordes sicut & Christus. V. Modesti, in motu, incessu, vestitu, gestu, verbo exteriori. VI. Humiles. VII. In omni aduersitate plenariè patientes. VIII. Parati mori pro veritate & æquitate, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol. 256. pag. 1. ad fol. 257. pag. 1.*

Eiusdem, sermo primus pro Euang. de irâ; qui in tres potest diuidi partes. Prima: Ira 1. hominem intùs deordinat, & coram Deo deturpat, 2. foris contemptibilem reddit & insano similem facit; 3. ad socialem vitam reddit ineptum; 4. dæmonibus similem effingit; 5. ad gratiam & Spiritussancti habitationem indignum facit. Secunda: Iræ remedia sunt; 1. consideratio malorum prædictorum quæ incurrit; 2. B auersio considerationis eorum quæ iram prouocant; 3. consideratio mansuetudinis Christi & sanctorum; 4. consideratio multiplicis fructus & gratiæ quam vincendo iram acquirimus; 5. ad progrediendum in viâ virtutum nos mutuò iugiter exhortari; 6. consideratio aduersitatum quæ possunt accidere; 7. facere sibi consuetudinem resistendi primis motibus iræ; 8. Dei adiutorium cum fiduciâ inuocare. Tertia. Quadruplex est irascentium genus, in quibusdam enim feruor iracundiæ citò incenditur, & citò extinguitur; in quibusdam tardè accenditur, & tardè extinguitur; in cæteris tar- C dè accenditur, & citò extinguitur, in aliis citò incenditur, & tardè extinguitur, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol. 265. pag. 1. ad fol. 266. pag. 1.*

Eiusdem, sermo secundus, pro Euang. in quo Primò. Hortatur nos ad reconciliationem cum proximis, exemplo Dei à principio mundi; tempore Sedeciæ regis & ante; post Christi ascensionem, &c. ab omnibus offensus Israëlitis & Iudæis cum eis se reconciliauit. Secundò. Docet neminem dantem Deo depauperari, sed ab eo copiosissimè remunerari 1. temporalium rerum maiorem abundantiam acquirendo; 2. corporalem sanitatem adipiscendo; 3. peccatorum remissionem obtinendo;

4. gratiæ & virtutum infusionem consequendo; 5. æternæ gloriæ beatitudinem promerendo & obtinendo. *Ex sermonib. de temp. fol. 266. à pag. 1. ad pag. 2.*

S. EPHRÆM SYRI discursus de charitate siue dilectione huic Euangelio conuenientissimus. I. Remissio offensionum pondus leue dicitur. II. Inimicorum dilectio suadetur. III. Charitas sali assimilatur, præ cæteris virtutibus extollitur, præclarisque laudibus celebratur. IV. Varij dilectionis effectus recensentur. V. Charitas ficta à vera distinguitur. VI. Futura eius remunoratio declaratur. *Tom. 1. à pag. 10. ad pag. 13.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS, sermo in Epistol. 1. Pet. 3. *Omnes vnanimes in oratione estote, &c.* In quo I. Ad orationem nos adhortatur sex rationibus, 1. quod magnus ille magister qui cathedram habet in cœlo, libenter hâc voluit docere; 2. si fiat oratio eo modo quo debet, valde grata & magisterio angelico digna est, 3. officium istud ita facile est, vt nullæ excusationi pateat locus; 4. opus illud honorabile est & nullo decori peruium; 5. officium istud valdè lucrosum est, nihil est enim ad quod oratio valere non possit; 6. necessarium est nobis orare ad mala euitanda, & obtinenda bona. II. Quomodo Christus docuerit nos orare, cum dixit discipulis suis; *cum oratis dicite Pater noster, &c.* attendit & ex illa Dominiorationе commendabilem esse orationem demonstrat; 1. quod eius auctor sit Deus, omnia dignitate excedens; 2. quòd sit breuis, vt sicut dicit Beda, sit fiducia citò accipiendi quod breuiter vult rogari; 3. quòd fœcunda, nihil enim est quod in septem petitionibus non contineatur; 4. quòd spiritualis cum ex ore filij qui est veritas procedat; 5. quòd magnæ virtutis sit, verisimile enim est quod Christus petitiones quæ in ea sunt non formasset nisi eas audire vellet. *à pag. 127. ad pag. 132.*

Eiusdem, sermo, in Euang. Matth. 5. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum,* &c. Primo Euan-

A gelicum sensum perquirit. Deinde ex eo plura sumit documenta; quæ sunt. Primum, Iustitia ad regnum non introducens est quadruplex 1 transiens, quia non perseuerat, nec ad regnum introducit, cum ante regni ingressum deficiat, 2. mercedem recipiens, quæ fit vel pro re transitoria, vel laude humana, vel pecunia; Deo pecuniam præponens, est idololatria Deo contumeliosus, 3 tepida siue remissa, quæ non obstante opinione nostrâ, vera iustitia non est, 4. excedens siue sine misericordiâ; huius triplex est causa: consideratio propriæ infirmitatis, ignorantia alienæ infirmitatis, amor vanæ gloriæ. Secundum. Iustitia Scribarum &

B Pharisæorum, erat, insufficiens, quia forinseca, & terrena quantùm ad intentionem plurium. Tertium. Ita prohibetur ex qua sequitur homicidium; ira alia mala, quâ irascimur fratri; alia bona, quâ culpæ fratris irascimur. Quartum. Debemus cauere ab homicidio nostri & proximi; nostri, quod fit per peccatum mortale; proximi, quod fit, ore a detractionibus; corde, gladio materiali, malo exemplo, taciturnitate mala, incauta reprehensione, duritiâ & immisericordiâ ad indigentes, bona pauperum rapiendo. *à pag. 426. ad pag. 430.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. in Epistolam diei 1. Pet. 2. ad ea verba:

C *Estote vnanimes in oratione.* Præmissis quibusdam de oratione, modum eius in duobus consistere docet. I. Vt ab externis omnibus, quæcumque Diuina non sunt, abstineamus. 2 Vires omnes internas & externas extendamus & in Deum refundamus. Vbi ostendit orationem mentalem, vocali esse præferendam. II. Loquitur de tribus internæ & virtuosæ vitæ gradibus. 1. est contemplationis operum, donorum, & bonitatis Dei. 2. est, spiritus cuiusdam paupertatis. III. est excessus in esse Deiforme. Et quibus modis ad illos gradus perueniatur. *à pag. 371. ad 379.*

Eiusdem sermo 2. in Euangelium diei, sub titulo Dom. 6 post Trinitatis. Vbi ex occasione Euangelij Matth. 5.

aliud explicat de eiectione vendentium & ementium in templo Ioan. 11. Et ostendit I. Animam iusti templum esse Dei, quam ipse Deus inhabitare vt incipit. II. Ad hoc requirere Deum, omnia quæ non sunt Deus, aut propter Deum à corde nostro amoueamus. III. Tria constituit, quibus corruptum animæ fundum simul cum radicibus euellimus & extrahimus. 1. Conscientiam liberam & securam, per irreprehensam & intactam puritatem. 2. Si in omnibus idem & indifferentes simus. 3. Si æqualiter Dei iustitiam & misericordiam amemus & appetamus. *a pag.* 388. *ad* 393

✠ NICOLAI DE CVSA pro hodierno Euang. sermo, *Veniens offeras munus tuum, Mat. 5.* 5. Pecunia est Domini, & lucrum ex pecuniâ nō potest esse serui. Iustitia abundans non concludit quod detur nobis regnum Dei, sed quia iustitia est in seruo, gratiam meretur Domini, gratia igitur Dei est vita æterna. *Excit. lib.* 5. *pag.* 493.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in hodiernam epist. homilia. *Charissimi omnes vnanimes in oratione estote &c.* 1. Pet. 3. Apostolus I. Nos inuitat ad sex virtutes sc. vnanimitatem in oratione, compassionem infirmitatum proximi, exhibitionem officiorum charitatis, misericordiam in iniuriis dimittendis, modestiam, humilitatem. II. Ad meliorem nos hortatur retributionem sc. boni pro malo. III. Bonis æmulatoribus qui semper bonum æmulantur, neminem posse nocere ostendit; quod tendentibus ad perfectionem vtilissimum est. IV. vt corda nostra in Christo sanctificare studeamus suadet, *à fol.* 40. *pag.* 1. *ad fol.* 43 *pag.* 2.

Eiusdem, homilia in Euang. ex qua aduerte, Scribas & Pharisæos, tunc putasse se esse iustos, quando præcepta legis solo opere adimplebant, putantes se de solis operibus, non de cogitationibus esse iudicandos; cum tamen falsa hæc iustitia ad salutem non sufficeret Euangelium spiritualiter debere intelligi, quia lex est spiritualis; in hoc mandato non occides prohiberi homi-A cidium 1. operis, 2. voluntatis, 3. mali exempli, 4 prauæ doctrinæ, 5. subtractionis alimenti corporis, 6. subtractionis verbi Dei, & sic de reliquis. Offerre nos Deo debere munus nostrum, non alienum, intentione directâ, in Deum cum mundâ conscientia, &c. *à fol.* 50. *pag.* 2. *ad fol.* 53. *pag.* 2.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo primus in Euangelium. Quatuor ex textu colligit, quid faciendum, quid appetendum, quid fugiendum, & quid timendum. *Tom.* 16. *serm. de tempore fol.* 18. *col.* 2.

Eiusdem sermo secundus in illa verba Euangelij. *Omnis qui irascitur fratri suo &c.* Tria docet. I. Iram lædere hominis naturam, triplici vulnere. II. I- B ram contrariam esse Diuinæ gratiæ, triplici oppositione. III. Iracundum facilè triplex homicidium perpetrare. *Ibidem col.* 3.

Eiusdem sermo tertius, in illud, *Reus erit iudicio.* De peccatoris triplici iudicio differit, à seipso, tribus modis; ab omni creatura, triplici ratione; à Deo iudice, & malorum vindice, triplici actione, arguendo, confundendo, & condemnando. *Ibidem col.* 3. & 4.

DOMINICA SEXTA
post Pentecosten.

C ✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba. Mar. 8. *Accipiens Iesum septem panes, &c.* Duo elucidat. I. Per septem panes intelligi septem dona Spiritus sancti, de quibus Isaiæ 11. Et in quibus constant illa. Per pisciculos autem fidem & spem. II. Septem sportas plenas fragmentis panum & piscium, notare septem dotes beatificas animæ & corporis. Claritatem agilitatem, subtilitatem, impassibilitatem, cognitionem, dilectionem, fruitionem. *A pag.* 101. *col.* 2. *ad* 103 *col.* 2.

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo 1. Deus misericors, qui miseris semper nouit misereri, per Helisæum 4. Reg 7. adumbratur. 2. saturatio populorum,

septem panes & duo pisciculi figuratiuè & moraliter examinantur. 3. Septem sportæ, viros iustos Spiritus sancti septiformi gratia repletos significant; vel sunt septem primitiuæ ecclesiæ, quas Dominus septiformis gratiæ inspiratione repleuit, &c. *A pag. 342. ad pag. 345.*

S. AVGVSTINI sermo in Euangelium hodiernum; historia Euangelica allegoricè tractatur, & ad Ecclesiam ex diuersis Gentilium nationibus coadunatam refertur; Multiplicatio ex quinque panibus miraculosè facta, & hodierna ex septem, inter se conferuntur, vnam ad Iudæos pertinere dicit, & alteram Gentiles conuersos figurasse ostendit. *Tom. 10. serm. de temp. 20 fol. 230. col. 3. & 4.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. Multæ difficultates, & quæstiones resoluuntur, præsertim autem istæ. Quid sit, triduò sustinere; Quid, de longe ad Christum venire; Quid, septem panes indicent; Quid, super terram discumbere; Quid, per manus Apostolorum multiplicatos panes recumbentibus distribuere, *Tom. 7. homil. Æstiualib. de temp. col. 55. 56 57.*

✠ S. BERNARDI sermo primus in Euangelium; Mysticè textus exponitur, hoc modo. I. Triduum interpretatur de die timoris, pietatis, & rationis. II. Vt cum alijs reficiamur à singularitatis vitio cauendum, & societatis spiritum habendum docet. III. Septem panes mysticos exponit, verbum scilicet Dei, obedientiam, meditationem, lachrymas pœnitentiam, vnanimitatem socialem, & Eucharistiam. *col. 228. & 229.*

Eiusdem sermo secundus in Euangelium; Contra ingratos instituitur; De onere Dei beneficiorum suaui & leui differit; Septem misericordias diuinæ liberalitatis erga nos exhibitas enumerat, quæ veluti totidem panes in hac vita animam nostram reficiunt. *col. 230 231.*

Eiusdem sermo tertius, De fragmentis septem panum, hoc est, misericordiarum; Vbi vniuscuiusque panis tria A fragmenta siue frusta colliguntur, est que præcedentis continuatio siue subdiuisio. *col. 231 232. 233.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in lectionem Euangelicam tripartitur. I. Ostendit turbam hanc Christum sequentem indiguisse manducatione corporali, & spirituali, & sacramentali. II. Christum eius desiderijs satisfecisse & appetitus satiasse. III. Longanimitatem & perseuerantiam istius populi triduo sustinentis, qua tres actus veri pœnitentis designantur, contritio, nimirum, confessio, & satisfactio, & quomodo patienter sustinendum sit hoc triduo durante docet. *Tom. 3. serm. Domin. pag. 156. 157. 158.*

B Eiusdem sermo secundus, in illud Euangelij, *Vnde illos poterit quis saturare panibus in solitudine.* Quatuor solitudines assignat, infra nos, extra nos, intra nos, supra nos. I. solitudo, mundus, in qua septem panes, septem vitia capitalia. II. Ecclesia, in qua septem inueniuntur Sacramenta pro septem panibus. III. Bona conscientia, in qua septem panes, hoc est, septem sancti Spiritus dona. IV. Paradisus, in qua pro septem panibus septem dotes habentur. *Ibidem pag. 158. col. 1. 2.*

Eiusdem sermo tertius, in illa prima Euangelij verba, *Misereor super turbam, &c.* Agit de quadruplici diuinæ bonitatis misericordia, erga viuentes in terra, erga quiescentes in monumentis, C erga gementes in pœnis. erga exultantes in cælis. *Ibid. pag. 158. 159.*

Eiusdem sermo quartus in illud, *Manducauerunt, & saturati sunt.* De quadruplici saturitate differit, scilicet, de saturitate bonorum temporalium, donorum spiritualium, præmiorum æternorum, & pœnarum infernalium. *Ibid. pag. 159 col. 1. & 2.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI pro Epist. sermo. Vita Christi ex Aug. est exemplar conuersationis omnium Christianorum, ad hoc enim quod aliquis placeat Deo iustéque conuersetur, requiritur, 1. Conceptio boni propositi; 2. Spiritualis regeneratio; 3. Operum bonorum continuatio, & spiritualis

profectus virtutum; 4. Pugna contra aciem vitiorum; 5. Labor pœnitentiæ post ruinam; 6. Recollectio mentis ad Deum per cessationem ab occupationibus exterioribus; 7. Gratiarum & charismatum frequens renouatio; 8. Aliqualis saltem diuinorum contemplatio. *In sermonib. de temp. fol. 263. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem pro Euangel. sermo 1. in quo Dei immensitas demonstratur in misericordiâ. I. In eo quod omnem creaturam in esse & vitâ naturali conseruat. II Non solùm bonis, sed & malis necessaria vitæ & bona exteriora liberaliter exhibet. III. Peccatores à morte temporali ac æternali quotidiè tuetur. IV. Vnicuique homini Angelum sanctum ordinat. V. Inuitat ad pœnitentiam per varios modos, & ad ignoscendum paratum se ostendit. VI. Pœnitentibus, veniam petentibus, non solùm peccata remittit, sed Spiritus sancti dona & virtutes insuper largitur, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol. 271. pag. 1. ad fol. 272. pag. 1.*

Idem sermone 2. pro Euang. Christi fideles asserit refici à Christo septem panibus, idest, septem donis Spiritus sancti: quorum. 1. est Sapientiæ: 2. Intellectus: 3. Consilij: 4. Fortitudinis: 5 Scientiæ: 6. Pietatis: 7. Timoris Domini. Per pisciculos panibus iunctos, possunt intelligi dona gratiæ gratis datæ, quæ parua sunt respectu donorum Spiritus sancti, &c. *Ex serm. de temp. fol. 272. à pag. 1. ad pag. 2.*

✠ Gvilelmi Parisiensis sermo 1. in illud Epist. Roman. 6. *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.* Vbi disce, Ecclesiam velle vt baptizati sciant se quodammodo lotus & baptizatos in sanguine Christi. Primò. Vt magis timeant immunditiam peccati, quæ multum est fugienda propter 1. dignitatem rei quam peccatum inquinat: 2. difficultatem resurgendi, quæ apparet in Lucifero & aliis Angelis corruentibus: 3. eius vtilitatem, quæ potest perpendi ex eo quod Dominus immunditiam corporalem non videtur æstima-

A re respectu eius: 4. odium quo Deus eam prosequitur, etiam in illis qui fuerunt amici: 5. deteriorationem quam facit in re super quam cadit Secundò. Vt intelligant, quod tincti esse debent sanguine Christi; baptismus enim tinctio interpretatur: Eo autem tincti esse debent, interiùs per iugem Dominicæ passionis meditationem, & desiderium patiendi pro Christo; exteriùs, per carnis mortificationem. Tertiò. Vt baptismi virtutem agnoscant cuius effectus sunt, spirituales sordes abluere, ignem infernalem & purgatorium extinguere, ardorem prauarum concupiscentiarum refrigerare, exercitum diaboli submergere, terram cordis irrigare, cœlum aperire, Spiritum sanctum cōmunicare; B Dei filium efficere, imaginem Dei in homine reformare, sensus spirituales sanare, libero arbitrio potestatem quasi regiam restituere, sanctitatem qua nulla maior conferre, &c. *à pag. 132. ad pag. 135.*

Eiusdem sermo 2. In hæc eiusdem Epist. *Si mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum eo.* Desiderare debet homo esse cum Christo in beata vita; quia est socius amabilis, curialis, iucundus: Dæmonum autem societas valde timenda, quia sunt horribiles, exosi, odientes: Si vero socij volumus esse gloriæ Christi, simus nunc doloris & tribulationis. Sancti mortui appellantur, eo quod in multis mortuo C assimilentur; quia 1. sicut mortui animas redd iderunt creatori suo ita & illi redemptori: 2. corpore mortui existente in terra, spiritus est alibi: ita licet corpore sint in mundo, mente tamen in cœlo sunt: 3. sicut in mortuo non sensus; sic sancti se habent quasi non sentirent; 4. sicut mare mortuos abijcit, ita eos abijcit mundus iste: 5. sicut cum mortui non sepeliuntur, ab auibus & canibus lacerantur, sic sancti nisi se abscondant à detractoribus lacerantur. *à pag. 135. ad pag. 136.*

Eiusdem sermo in Euang. Marc. 8. *Cum turba multa esset cum Iesu, &c.* I. Dominus discipulos conuocat, vt doceat maiores consilia sua minoribus,

communicare. II. Pietatem Saluatoris multa mouerunt vt in actum miserendi exiret, 1. quod turba erat, 2 quod triduo sustinuerat eum, vel perseuerauerat cum eo, 3. turbæ indigentia, 4. quia laborauerat, & quidam de longè venerant, 5. erant in solitudine vbi necessaria venalia non inuenissent etiam si pecuniam habuissent. III. Septem panes Christus quæsiuit ad commendationem septiformis gratiæ Spiritus-sancti, vel septem gratiarum, vel septem donorum Spiritus-sancti, vel septem virtutum sc. trium Theologarum & quatuor Cardinalium. IV. Septem panes possunt intelligi, quibus vita spiritualis sustentatur, 1. opus virtutis, 2. doctrina, 3. exemplum, 4 sacramentum altaris 5. inspectio creaturarum, 6. oratio, 7. meditatio. V. Septem panes ex Bernard. quibus reficiamur isti sunt, 1. verbum Dei, 2. obedientia, 3 meditatio sancta, 4. orantium lachrymæ, 5. labor pœnitentiæ, 6. vnanimitas socialis, 7. Eucharistia. VI. Item ex Bernard. septem panes sunt septem effectus misericordiæ. VII. Sex sunt genera hominum qui non satiantur ad mensam Domini. VIII. Sex sunt in quibus hæc refectio Domini differt à quacumque alia, &c. *A pag. 430. ad pag. 435.*

✠ Ioannis Thavleri sermo 1. sub titulo Dom. 7. post Trinitatis. In Euangelium huius diei. Marci 8. Vbi agit de Augustissimo Eucharistiæ sacramento; & I. Promisisse Deum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi*: Quod de institutione huius sacramenti interpretatur. II. Tria bona inter alia, præsertim ex hoc sacramento obuenire homini tradit. 1. quod eo liberius peccata omnia remittat, & vitiorum maculas expurget 2. quod per seipsum Deus intentationibus roboret, & fortunatum virtutibus faciat. 3. quod Deus animæ, & hæc Deo vniantur. III. Confortare ostendit in tribus animæ languorem. IV. Tribus rationibus persuadet frequentandum esse hoc sacramentum. V. Bona recenset quæ in sacramento

A participantur. *A pag. 393. ad 399.*

Eiusdem sermo 2. ad illud: *Probet autem seipsum homo, &c. 1. Cor. 11.* Vbi I. aperit, qui frequentius, qui rarius huic sacramento debeant participare. II. Exprimit quomodo percipiendum sit. 1. cùm ingenti desiderio. 2. cùm amaritudine contritionis; & compassione in meditatione passionis Christi. *A pag. 399. ad 401.*

✠ Nicolai de Cvsa sermo 1. pro Euangel. *Misereor super turbam, &c. Marc. 8.* in quo duæ veritates elucidantur. I. est. Separari scholasticum à mũdo, & iungere se multitudini discipulorum, vt audit magistrum esse Christianum, & deseruisse mundum, & sequendum omni fiduciâ Christum, & à se

B omnem superfluam excutere carnis curam. II. Cum filio Dei posse esse perfectam conuenientiam; quia omnium in se gerit similitudines, &c. *Excitat. lib. 6. pag. 545.*

Eiusdem sermo secundus in Euang. ex quo tria patent. Primò. Prædicante Iesu animam vnibilem esse vitæ perpetuæ, vbi in eo per hanc vnionem pascitur vita eius, qui solus habitat immortalitatem. Secundò. Christum saluationem præstare, quia est & Dominus. Tertiò. Deum permittere rem conduci ad desperationem humani subsidij, & tunc qui sperant in eo experiuntur eius pietatem. *Excit. lib. à pag. 471. ad pag. 472.*

C ✠ Radvlphi Ardentis pro Epist. huius Dominicæ ita habente homil. *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, &c. Rom. 6.* I Baptizato infundit homo aquam, sed Deus mundat; in morte autem Christo baptizari dicitur, aut in morte, id est, fide mortis: aut in morte, id est, in efficaciâ mortis Christi: aut in morte, id est, in similitudinem mortis Christi. II. Baptizatus resurgit à morte peccatorum & de cætero viuit ad gloriam Dei, noua & gloriosa vita virtutum. III. Concupiscentia & rebellio carnis, debent in nobis esse exemplo & virtute crucifixi, crucifixæ par baptismum & macerationes carnis. *A fol. 47. pag. 1 ad fol. 50. pag. 2.*

Eiusdem de lectione Euangelica homilia quatuor constans capitulis. I. Dominus suos sequaces inediam pati voluit, vt & fidem suam in cordibus suorũ roboraret, & sequacibus suis exemplum daret inedia non desperare. II. Per compassionem quam habuit Christus sequentinm se, ostendit & nostram infirmitatem se suscepisse; & super afflictos nos pios esse debere. III. Imperfectionem suam discipuli manifestant, dum in præsentia Domini turbam pane satiari, vel impossibile, vel difficile dicunt. IV. Christus de septem panibus & paucis pisciculis quatuor millia hominum pascit; sublatis septem fragmentorum sportis, vt nos instruat in fide, mysterio, moribus. *à fol. 56. pag. 2. ad fol. 60. pag. 1.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in Euangelium; De tribus panum generibus loquitur, quibus Deus sanctos suos pascit, pane videlicet corporali, pane spirituali, & pane æternali. Septem panes mysticos profert simul & pisciculos, quos spiritaliter explicat. Septem panes dicuntur lachrymarum effusio, in verbis Dei consolatio, de Eucharistiæ sumptione delectatio, de præsentia Christi dulcedo, æternæ beatitudinis prægustatio, de possessione virtutum gaudium & exultatio, conscientiæ propriæ testimonium. *Tom. 16. serm. Domin. fol. 18. col. 4. & fol. 19. col. 1.*

DOMINICA SEPTIMA *post Pentecosten.*

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad hæc verba Marci. 7. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, &c.* ad tria reducitur. I. Ostendit hominem bonum esse arborem bonam; sub quo Sancta Trinitas requiescit: malum autem malam esse arborẽ, sub qua dæmõ commoratur. II. Qualitatem arboris ex fructu dignosci tradit. Esse autem fructus bonos 12. quos Paulus enumerat Galat. 4. & tres Ephes. 5. fructus autem malos opera carnis de quibus ad

A Galat. 5. III. Quod sit præmium bonarum arborum: & supplicium malarum tradit. *A pag. 103. col. 2. ad 104. col. 2.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo in Euangelium hodiernum Matth. 7. Descriptio fideli Propheta sub figura Helisæi, cui locum parare debemus, non falsis Prophetis. I. Cautos nos reddit contra deceptionem simulatæ sanctitatis, cuius describit hypocrisim & mendacium falsosque Prophetas moraliter dicit esse carnales affectus. II. Bonorum Prophetarum conditiones designat, in quinque quæ in arboribus desiderantur: radice humilitatis, trunco obedientiæ, ramis charitatis, folijs sanctæ prædicationis, fructu dulcedi-

B nis sanctæ contemplationis: quorum contraria in arbore malo cernuntur. Radix cupiditatis, truncus obstinationis, rami peruersi operis, folia verbi vanitatis, fructus mortis æternæ. III. Allicit ad beatitudinem sectandam Christus, vera sui nominis inuocatione sub nomine Domini, & operum exhibitione. *A pag. 345. col. 2. ad pag. 349. col. 2.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. Similitudines à Christo hodie in medium productas explicat. Discrimen boni operis & mali considerat. Hypocrisim condemnat, & veram iustitiam paucis commendat. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de temp. col. 57. & sequen-*

C *tibus.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelij, *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, &c.* Vim similitudinis exprimit, & triplicem peccati descriptionem in ea agnoscit. Prima est quantum ad interiorem originem, quam habet ex mentis arrogantia: illa siquidem arbor spiritalis, affectu voluntatis corrupta, causa est & origo malorum operum, quia adulterina, quia arida, quia infœcunda. Secunda quantum ad exteriorem consummationem, quam habet in complacentia operis: Vbi mali & boni fructus conditiones discutit & differentias. Tertia, quantum ad finalem ordinationem, quam habet in gehenna ignis æterni, qui

qui reprobis erit inextinguibilis propter cõtinuationis perpetuitatẽ: intolerabilis propter vehementissimi doloris acerbitatem: ineuitabilis propter diuinæ iustitiæ seueritatem. *Tom. 3. serm. Domin. pag. 159. & sequentib.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. Sub metaphora arboris infructuosæ quatuor mala impij ostendit, nimirum quòd eius culpa sit inexcusabilis, sententia supremi Iudicis ineuitabilis, pœna inferni interminabilis, & gratia Dei irrecuperabilis. *Ibidem pag. 161.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. Agit de fructus bonitate, quæ colligitur ex vtilitate in retributione, ex multiplicitate in operatione, ex delectabilitate in deuotione, ex perseuerantia in consummatione. *Ibidem pag. 161. & sequentibus.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo de Pseudo prophetis, & falsis Doctoribus, ac de impiis hæreticis: nec non de signis futuris in consummatione huius sæculi: paulò antequam è vita migraret. I. Sacrorum librorum lectioni addictos laudat. II. Pseudo prophetas, & hæreticos lupos, & Christi inimicos nominat, & scripturarum auctoritate comprobat. III. Cum hæreticis comedentes acriter reprehendit. IV. Pastores monet, ne prædam dent lupis. V. Euersionem hæreticorum & Ecclesiam Dei oppugnantium demonstrat. VI. aduersus Pastores & Prælatos, qui potius vestium ornatu delectantur; quàm lectione sacrorum librorum: & relicto Dei verbo, ventri inseruiunt grauiter agit. VII. De secundo Christi aduentu differit, lasciuiisque vino, & rebus ludicris incumbentes obiurgat. VIII. Modum salutis acquirendæ tradit. IX. Pœnitentiam veram suadet, & quænam sit illa, docet. X. Ad perseuerantiam cohortatur. XI. Orationem multum commendat. *Tom. 6. a pag. 473. ad pag. 488. & in fine operum S. Ephræm Syri Tom. 3. à pag. 801. ad pag. 808.*

✠ *Denegant hunc sermonem D. Chrysostomo, & tribuunt aliqui Ioanni Nepoti Syluano Hierosolimitano, & inter huius opera legunt. Tom. 1. pag. 515 col. 2. & seq.*

A ✠ DIONYSII CARTUSIANI proepist. sermo, vbi persuademur. Primò. Deum timere, & eius intuitu à peccatis discedere. Secundò. Ipsi toto corde perfecto seruire, mandata eius obseruando cum omni diligentiâ ac custodia cordis. Tertiò, discreti & pij esse in præcipiendo ac instruendo, capacitatem & dispositionem subditorum seu proximorum pensantes. *Ex sermonib. de temp. à fol. 269. pag. 2. ad fol. 270. pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo primus, contrà simulatores & callidos, in duo membra distinctus: I. Hypocrita suam prauitatem tripliciter abscondit 1. in verbis; 2. in apparatu, seu exteriori vultu, ac corporis dispositione; 3. in
B operatione, ieiunando, orando &c. vt sanctus esse credatur. II. Hypocritarum fatuitas patet 1. quia plus quærunt hominibus placere, quàm Deo 2. pro breui & paruâ mercede, æterno & maximo præmio spoliant semetipsos; 3. fructum producnnt & tamen vsu fructus se priuant; 4. non solùm fructu virtutum, gratiæ incremento, & præmio æterno se priuant, sed & perpetuam sibi damnationem mercantur. *In sermonib. de temp. à fol. 277. pag. 2. ad fol. 278. pag. 2.*

Eiusdem, sermo secundus, pro Euang. ex quo docemur. Primò. Purum ac simplicem Deum, velle sibi seruire corde
C puro & simplici. Secundò. Humanam laudem contemnere, transitoriumque honorem despicere, soloque Dei intuitu & amore facere bona, & fugere mala. Tertiò Quàm arcta sit via salutis, & quàm difficile sit saluari; quia non tantùm arbor fructus malos producens, comberenda censetur, sed etiam illa quæ bonos non efficit fructus. *Ex sermonib. de temp. à fol. 278. pag. 2. ad fol. 279. pag. 2.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS, sermo in Apostolica dicta Roman. 6. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem; ita & nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Quorum occasione duo tractat. I. Peccatorum monet Deo

viriliter, strenuè & instanter seruire, omnia membra sua quæ iniquitati seruierunt, Dei seruitio dando; in diuersis membris suis operando, & amorem temporalem Dei seruitio contrarium debellando. II. Causas pro quibus dimittunt seruire Deo examinat; Aliqui enim Deo non seruiunt quia bonus est; Alij propter iuuentutem; Alij quia pulchri sunt & decori; Alij denique propter erubescentiam, quâ videri serui Dei timent. *à pag. 136. ad pag. 138.*

Eiusdem, sermo, in Euang. Matth. 7. *Attendite a falsis prophetis*, &c. pluribus instructus partibus. I. Cauenda est hæreticorum deceptio, & falsorum fratrum simulatio. II. Hæretici dicuntur falsi quia, litteras regni cœlestis, & monetam paradisi falsificant, spiritualiter corrumpunt, vel si possunt, corporaliter persequuntur. III. Hypocritæ à tribus cognoscuntur: opprimunt bonos persequendo factis & detrahendo verbis; reprehendunt alios, vt zelum habere videantur; impatientes sunt in aduersis. IV. Hæretici possunt cognosci ex doctrina & vita: ex doctrina quia in occulto docent, illa commendant quæ propinqua sunt erroribus eorum, mulieres permittunt docere, non missi docent: ex vita, quia multum attendunt illis per quæ possunt apparere sancti, deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis. V. Spinæ dicuntur peccata quia 1. mentem pungunt, 2. se complectuntur per concomitantiam, 3. fructum bonorum operum impediunt: Spinæ etiam dicuntur peccatores, diuitiæ, tribulationes & cætera eiusmodi. VI. Iustus arbor bona habet fructus, 12. in hac vita, & totidem in altera; In hac vita sunt, bonorum temporalium multiplicatio, prosperorum & aduersorum ad salutem cooperatio, crementum bonorum spiritualium, radicatio eorumdem, consolationum spiritualium multiplicatio, secretorum reuelatio, iocunditas in benè operando, victoria de diabolo, fomitis debilitatio, experientiæ eruditio, cognitionis diuinæ prælibatio per contem-

A plationem, spei roboratio: In altera vita sunt, gaudium de egressu exilij, de absolutione carceris corporis, de tentationum euasione, de liberatione à septem vinculis pœnalibus, de diaboli eiectione, de pœnæ æternæ euasione, plena libertas, desiderata societas, consummata charitas Christi fratris nostri desiderabilis humanitas, omnimoda pacis tranquilitas, confirmata securitas. VII. Laicus oliua, clericus vitis, religiosus ficus ferens fructum dulcem; ad fructum quinque necessaria, vtilitas, incorruptio, sapor, sanitas, durabilitas. VIII. Otiosus triplici subiacet miseriæ; inhibitum est ei comedere, totus est famelicus, in magno est periculo, otium omnium sentina malo-
B rum. IX. Arbori infructuosæ parantur securis & ignis. X. In arbore duodecim attendenda ad nostram instructionem & ædificationem. 1. radicem figit in humili, 2. hyeme ab operatione cessat. 3. non vno sed omnibus operatur ramis. 4. crescit inuisibiliter, 5. non degenerat. 6. vehementer adhæret terræ. 7. humorem & nucleum diligenter seruat. 8. cultura indiget, 9. si hortensis, meliores fructus habet, 10. transplantata fœcundior est. 11. per incisionem fit nobilior, 12 onerata magis inclinatur. *à pag. 435. ad pag. 442.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo, sub titulo Dom. 8. post Trinitatis. Vbi
C simul Euangelium Dom. 7 & Epistolam Dom. 8. edisserit. I. Notata excellentia impulsus Spiritus Dei, deplorat quod pauci eiusmodi consultorem audiant. Et tres gradus constituit seruorum Dei. II. Ostendit spiritum sanctum duobus modis in homine operari: Eosque à multis respui lamentatur. III. Persuadet, vt omnes fundum habeant omnino purum, & non cariosum in operibus ad vanitatem factis, sed fructum bonum. IV. Quatuor proponit, quibus opera caries non inficiat. *à pag. 402. ad 408.*

✠ NICOLAI DE CVSA in illud Euang. *Qui facit voluntatem patris mei, &c. Matth. 7.* Genus quoddam Diuinum, vt ait Apost. nos sumus; & hoc

genus seu semen, in terra fertili germus, vti lignum semen suum: & in spiritu nostro recipimus spiritum vti vua in suo spiritu, recipit spiritum solarem: & secundum operationem spiritus Dei in nostro spiritu, facimus fructum multum, & diuinum. Ille spiritus qui mortificat carnem, est spiritus qui nos efficit filios Dei, &c. *In lib. 2. excitationem, à pag. 381. ad pag. 382.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in illud Epist. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, &c. Rom. 6.* Homilia. Hic Apostolus. I. Quia infirmi & carnales sumus, non ad perfectiora, sed leuiora & humana hortatur. sc. peccata relinquere & iustitiæ opera facere. Ostendit quæ peccatum subsequantur sc. malum, nam finis illorum mors est. III Quæ ex iustitia sequantur declarat, sc fructus in sanctificationem, & finis vita æterna IV Mortem æternam iustè pro peccato deberi, & vitam æternam tantùm gratis dari manifestè probat. *à fol 53 pag. 2. ad fol. 56. pag. 2.*

Eiusdem, hom. pro hodierna Euang. Lectione: in qua probatur, Dominum suis discipulis prædixisse duo genera persecutionum eis euentura, vnum apertum sc. traditionem à parentibus, cognatis, amicis in mortem: Alterum occultum, contra quod hic nos munit, 1. monendo cauere à falsis Prophetis, siue hypocritis, qui specie amicitiæ fraudem occultant: 2. à fructibus eos dognosci ostendens; fructus autem malorum sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, &c. 3. quibus operibus boni à malis discernantur manifestans; sunt enim propria bonorum, vt dilectio Dei & proximi, & virtutes; sunt malorum vt vitia & eorum opera; sunt communia vt media opera, sc. orare ieiunare & similia. &c. *a fol. 63 pag. 1. ad fol. 65. p. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illa Euangelij verba, *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum &c.* Tractat de tribus huius mundi arboribus, de bonis fructus bonos producentibus, de malis, malos fructus facientibus, & de sterilibus nullum fructum ferentibus. A Prima arbor commendatur à fructuum multiplicitate, à fructuum pretiositate, & à fructificandi (vt ipse loquitur) assiduitate. Secunda reprobatur ob fructuum mortificationem, peruersitatem, & malefaciendi frequentiam ac continuitatem. Tertia triplex dicitur, est enim arbor frondes producens sine floribus, arbor flores ferens sine fructibus, & arbor fructus parturiens, inutiles penitus. *Tom. 16. ser. Dom. fol. 19.*

DOMINICA OCTAVA post Pentecosten.

B ✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba, Luc. 16. *Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, &c.* Partes quinque continet. I. est, Per hominem diuitem notari filium Dei. II. Per villicum, quemlibet hominem. III. Vocationem huius fieri per terrores immissos æternæ damnationis, quibus non attendit. IV. Reddendam esse rationem de omnibus, quæ intra nos, quæ infra nos, quæ supra nos, quæ circa nos. Quæ omnia per partes enumerat. V. Duo esse per quæ iudicem placare possimus: Syneeram misericordiam, & veram pœnitentiam. *à pag. 105. col. 1. ad 106. col. 2.*

S AMBROSII sermo in Euangeliũ. C I. Scopus parabolæ hodierni Euangelij declaratur: & quid in Villieo iniquitatis imitandum sit docetur. II. Duplex tentationum species distinguitur: vna aduersitate causatur: altera prosperitate. III. Diuitum miseriæ egregiè describuntur. IV. Misericordia in pauperes pluribus suadetur. V. Eleemosynarum variæ vtilitates demonstrantur, à terra & frumento mutuata similitudine comprobantur. VI. Diues auarus homini per insaniam mente translato assimilatur. VII Auaritia ipsa diuitum accusatrix coram horrifico tribunali Diuinæ Maiestatis, nuncupatur. VIII. Diuitis auari anima porcina, animalis, & carnalis dicitur. IX. Diues, stultus nominatur.

X. Auari crudelitas depingitur, & condẽnatur. *To. 5. ser. de tẽp. a col. 87. ad co. 93.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo in Euangelium huius diei, *Luc. 16. Homo quidem erat diues qui habebat villicum.* Cõtinet Euangelici textus explanationem, quam in tres distribuit partes. I. est, Villici accusatio quod bona Domini dissipasset. Vbi 1. hominem diuitem dicit esse Christum cuius proponit duos aduentus, & duas vias charitatis & humilitatis. 2. Villicum autem esse hominem, cui tria bona commisit, naturalia, gratuita, temporalia: 3. quomodo hæc bona dissipentur. II. est, conuncatio debitorum Domini à Villico facta, cuius notat prudentiam. Et moraliter explicat debitorem olei, de charitate Dei; debitorem autem tritici, de charitate proximi: Et quid cum illarum debitoribus agere habeat prælatus seu prædicator declarat, vt à Domino laudetur. III. Bona facientium pauperibus in æterna tabernacula receptio. *A pag. 349 col. 2. ad pag. 353. col. 1.*

S. ASTERII homilia de Oeconomo iniquitatis. I. Probat nihil quidquam eorum quæ possidemus verè nostrum esse. II. Rerum humanarum & mundanarum inconstantiam declarat. III. Cunctos homines œconomos ac dispensatores bonorum, non Dominos esse ostendit. IV. Omnia huius sæculi bona transitoria esse facultatumque possessores in hac vita histrionum personas gerere, efficaciter demonstrat. V. Hominem tam corporis aspectu quàm animi, præceptis virtutis teneri, neque suæ spontis suiue ipsius Dominum esse: sed & se, & omnia in creatorem referre debere docet. VI. Sensuum mortificationem suadet. VII. Pauperum necessitatibus non subuenientes redarguit. VIII. Impensa immensa & superflua detestatur. IX. Cuiusque nostrum exitus œconomo ac dispensatori apposité assimilat. X In diuites auaros acriter inuehitur. XI. Quàm sit mors amara homini diuitiis huius mundi agglutinato & affixo, considerat. XII. Vt, dũ tempus habemus, bonum operemur, monet, vbi enim se-

A mel hinc migrauerimus, neque operandi, neque mendicandi tempus aderit. XIII. Eleemosynam commendat, ipsa siquidem apud iudicem testimonium bonum in peccatoris fauorem ferrè dicitur. *Hom. 2. à pag. 17. ad pag. 30.*

S. AVGVSTINI sermo, de eo quod scriptum est in Euangelio. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* I. Quinam verè sint minimi. II. Quid sit propriè mammona. III. Quod non liceat aliena rapere vt de alienis eleemosynæ pauperibus largiantur. IV. Quo pacto quis possit irasci sine peccato. V. Quid sit facere amicos de mammona iniquitatis? VI. Quæ sint veræ diuitiæ, & quæ falsæ. VII. In quo sita sit hominis in B præsenti sæculo vera beatitudo? *Tom. 10. serm. 35. de verbis Domini, fol. 29. & sequentib.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangel. In quibus sit imitandus Villicus iniquitatis, & in quibus non, docet. Quare Villicus iniquitatis in exemplum à Christo assumatur, declarat. Textum lectionis Euangelicæ breui explicatione litterali & morali perstringit. Cur diuitiæ mammona iniquitatis nuncupantur, ostendit. *Tom. 7 Homil. Æstiualib. de temp. col. 59. & sequent.*

S. BERNARDI homilia in Euang. Imprimis mysticè textum exponit hoc modo. Homo diues, Christus Dominus, qui diues est in omnibus: villam C habens & villicum, corporum scilicet nostrorum compaginationem, & interiorem hominem: in hac villa posuit Dominus murorum custodem, prudentiam: defensorem, fortitudinem: dapiferum, temperantiam: ad tuenda iura, iustitiam: istæ quatuor virtutes sollicitè sibi commissa officia complẽt: in hac eadem villa habuit homo iste diues nouem ruricolas, qui redderent ei fructus vsurarios temporibus suis: super hos constituit conscientiam vt accuset; memoriam, vt testificetur; rationem, vt iudicet; timorem tanquam carnificem vt excruciet. Deinde varia huius villæ enumerat bona, septem videlicet corporis, & totidem animæ, aliaque ipsis communia, quæ dantur

agricolis, alia his, & alia illis. Postea quomodo villicus iste mysticus dissipat hæc omnia bona sigillatim examinat: diffamatur autem villicus iniquitatis à frontosa petulantia, triplici scilicet voce, cogitationis, locutionis, & operis, hæc enim tres suas voces habent, vt ex scriptura colligitur: quia verò villicus omnia bona Domini sui dissipauit ideò ipsi dicitur, *Redde rationem villicationis tuæ*, quo autem pacto hæc disquisitio perficiatur, explicat Insuper quid sit illud, *Fodere non valeo mendicare erubesco*, interpretatur: mortem cruci assimilat: hominem animam efflantem accuratè depingit: quadruplicem timorem distinguit: per amotionem à villicatione, separationem animæ à corpore intelligit: in conuocatione omnium debitorum, examen omnium facultatum hominis agnoscit, & qua ratione sit hac in re imitandus, docet: Denique quid sit facere amicos de mammona iniquitatis: quare diuitiæ hoc nomine nuncupentur & quibus sit eleemosyna eroganda declarat. *A col. 237 ad col. 243. Tom. 1.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo, in Euang. Prospera dantur iustis Primo. Incipientibus, vt 1. palam fiat quod à Deo creata, gubernata & data sunt; 2. vt infirmis & imperfectis cōdescendatur; 3. vt diuersi status eū officijs diuersis ordinentur Secūdò. Proficientibus vt 1. palam fiat Deum eos eligere, deligere, & benedicere, quia in suo timore & amore viuunt; 2. vt magnificant atque in exemplum aliorū appareant; 3. vt iam in præsenti in se distincti iniicem seruiant sibi. Tertiò, Perfectis, vt illi participent gloriam 1. substantialē in fide, spe, charitate; 2. consubstantialem, in morali vitâ per exercitiū quatuor cardinalium virtutum; 3. accidētalem, in quâ bona spiritualia, corporalia temporalia. *Ex serm. de temp. Tom. 4. à pag. 210. col. 1. ad pag. 214. col 1.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus, in illud Euangelij, *Quid hoc audio de te, redde rationem, &c.* Iudicium cuiuslibet peccatoris describit. Primo citatur siue vocatur verbo sanctæ prædicationis ra-

A tionalem informantis, beneficio continuæ administrationis concupiscibilem allicientis & flagellis pœnitentiæ irascibilem deterrentis. Secundò incusatur, ob arrogantiam & inobedientiam: ob maleuolentiam & inuidiam; & ob carnalem voluptatem. Tertiò satisfactio postulatur de immundis cogitationibus cordis, de vanis & duris sermonibus oris: ac de prauis maleficijs operis. *Tom. 3. pag 162. & sequentib.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. Docet de tribus coram æquissimo Iudice Christo reddendam esse rationem, nimirum, de malis peractis, de bonis omissis, & de subditis nobis commissis *Ibid. pag. 163. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius, in illud, *Qui*
B *facit voluntatem Patris mei &c.*. Probat facientes Dei voluntatem, à Patre exaudiri in necessitate, Filio coniungi in familiaritate, à Spiritu sancto deduci in bonitate, & Trinitate admitti in immortalitate. *Ibidem pag. 164.*

Eiusdem sermo 4 in illa Euang verba, *Facite vobis amicos, &c.* Quadruplicē considerat hominis amicum, Deū scilicet creantem. Angelum dirigentem, hominem exorantem, & diabolum persequentem. *Ibidem pag. 164. & seq.*

Eiusdem serm 5. in illud lect. Euang. *Recipiant vos in æterna tabernacula* Agit de receptione hominum in mansiones cælestes per veram afflictionem, per insti-
C ctam tribulationē, per piam erogationem, & per sincerā dilectionē. *Ib p. 165.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo primus, de villico iniquitatis. I. Salis comparatione modum & discretionem in sensibus commendat. Parabolam mysticè interpretatur, Christus homo diues dicitur cuius villicus homo, ipsi enim ad colendum mundū tota fuit cōmissa possessio: villicus iste diffamatur apud Dominum à creaturis: vocatur per Euāg. petit Dominus ab ipso rationem, non vt exigat sed vt relaxet. II. Ad nos figuram Euangelicam refert, qui villici sumus, non Domini. III. Immaturam mortem lamentatur. IV. Ad imitationem villici iniquitatis in se reuersi cohortatur. *Sermo. 125. à col. 328 ad col. 331.*

Eiusdem sermo secundus præcedentis continuatio. I. Quare villicus de multis reus per vnam fraudem Domino placuisse dicatur inquirit. II. Tyrannicum mammonæ dominium eleganter describit III. Quid sit Domino debere centum cados olei, & centum coros tritici allegoricè interpretatur. IV. Numerorum centenarij & octogenarij mysteria pandit. *Serm. 126. à col. 331. ad col. 334.*

✠ Dionysii Carthusiani sermo, in epist. lectionem. Christianus debet conari ad originalis iustitiæ conformitatem redire; quod faciet. I. Corpus animæ subijciendo, & aptum animæ seruire in bonis operibus ad fœlicitatem ducentibus, reddendo; & sensus exteriores ab excessibus circà sua obiecta frænando. II. Sensualitatem rationi subijciendo, vt non moueatur neque afficiatur circà sensibilia. III. Rationem & voluntatem, quæ sunt duæ supremæ potentiæ animæ, Deo subdendo. IV. Studendo, moueri à Spiritu sancto, & non impetu concupiscentiarum aut passionum. *Ex serm. de temp. fol. 276. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo 1. Christianus quilibet debet bene regere. Primò: Proprium corpus, dando illi de necessarijs vitæ quantùm expedit ad salutem. Secundò. Animam, interiores sensus & appetitum sensitiuum rationi subdendo. Tertiò Rationem & voluntatem, illas Deo, Angelicis inspirationibus, Ecclesiasticis præceptis, subijciendo. Quartò. Exteriora bona, ea benè dispensando, sobriè ijs vtendo, sumptus in alimentis, vestimentis, habitaculis, familiisque vitando, eleemosynas largas agendo. *Ex sermonib. de temp. à fol. 284. pag. 2. ad fol. 285. pag. 1.*

Eiusdem, in Euang. sermo 2. Homo ad amicitiam Dei peruenit I. Per diuinorum obseruantiam præceptorum, II. Per impletionem consiliorū Euangelicæ legis, quæ ordinantur ad hoc vt homo sincero corde Deum diligat. III. Per opera misericordiæ. IV. Per donum sapientiæ, & actus vitæ contemplatiuæ, qui sunt Deo intendere & va- A care per diuinorū speculationem, &c. *Ex ser. de tēp. à fol. 285. p. 2 ad fol. 286. p. 1.*

✠ D. Gavdentii Brixiensis de Villico iniquitatis sermo. I. Parabolæ Euangelicæ rationem profert. II. Eleemosynarum exercitium similitudinis Villici scopum esse ostendit. III. Quomodo pauperes recipient diuites in æterna tabernacula, explicat. IV. Cuius rei simus possessores, declarat. V. Ad regnum æternum possidendum, dispergendas esse pauperibus diuitias, docet. VI. Grauem esse pecuniarum sarcinam demonstrat. VII. Bonorum operum efficientiam pluribus suadet. VIII. Per Villicum iniquitatis, diabolum intelligit, qui dissipat facultatem B Domini sui, quando in perniciem generis humani grassatur, & ipsi cæteras huius parabolæ circumstantias accommodat. IX. Dæmonis malitiam depingit. X. In tritico fidem, in oleo bona opera agnoscit. XI. fraudes Sathanæ detegit. XII. qua ratione à Domino laudetur eius prudentia, exponit. *To. 2. Bib. Pat. Gand. Brix. ser. 18. à col. 93. ad c. 98.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo in Epist. Roman. 8 quæ his verbis & sequentibus continetur. *Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus, &c.* Vbi disce. Primò. Non debere nos viuere secundum carnem; quia serua est spiritus, hostis est, stulta est. Secundò. Triplici nos debito ligari, pœnalitatis præteritorum peccatorum C pœnæ, seruitij Dei. Tertiò. Deo nos debere, vitam, reuerentiam, amorem, &c à pag. 138. ad pag. 140.

Eiusdem sermo in Euangel. Luc. 16. *Homo quidam erat diues qui habebat Villicum, &c.* Primò totum Euangel. litteraliter exponit. Secundò. Dominus nos ædificat, 1. in hoc quod diffamationi villici non leuiter acquiescit, 2. audità dissipatione bonorum suorum non neglexit inquirere. 3. in villico iniquitatis, quod laudabile est laudat, 4. villicū de remissione facta debitoribus, etiam cū damno ipsius Domini, non increpat. Tertiò, Villicus etiam nos ædificat; villicationem suam in breui finiendā esse attendit, defectus suos agnoscit,

cogitauit quid esset facturus, contra pauperitatem futuram remedium eligit. Quartò. Amicus qui eligitur debet esse discretus, bonus, lenis non iracundus, humilis, non superbus: vt ab eo ameris debes esse modestus in sermone, ipsi similis, virtuosus, obsequens & beneficus, amans: fieri potest de mammona iniquitatis, si restituantur pauperibus ab eis malè habita: erogetur consilio Ecclesiæ pauperibus, dum ignoratur Dominus, quod contra prohibitionem Ecclesiæ lucratus es pauperibus sine obligatione restitutionis das; Quintò Euangelij tota series ad mores applicatur, *a pag.* 441. *ad pag.* 447.

D. Innocentii Pap. III. ser. in Euangelium. Per diuitem, Christum intelligit: & per Villicum. Rectorem Ecclesiæ vitiis deditum, suis exigentibus culpis diffamatum, bonorum Domini sui dilapidatorem prodigum: qui tamen vocatus diuina inspiratione, vt reddat rationem villicationis suæ, cordis respondet compunctione, & ad seipsum responsionem cōuertit, vt in se puniat, quod in Dominum deliquit: debitoribus insuper suis dimittit, vt Dominus debita ipsi remittat; Vbi de significatione mystica tritici & olei, de filiis sæculi & lucis, de mammona iniquitatis, & de eleemosynis pauperibus largiendis. *Tom.* 1. *serm. Dom.* 9. *post Pentecost. à pag.* 69. *ad pag.* 73.

✠ Ioannis Thavleri sermo ad hæc verba Euangelij *Luc.* 16. *Redde rationem villicationis tuæ.* I. Præueniendum esse Diuini examinis diem delictorum recordatione ostendit. II. Illum diem nobis fortunatum reddi, si corā Deo omnia opera nostra ordinata sint. III. Diuersorum operum rationes & ordines constituit, ieiunij, Vigiliarum; exercitij matutini: examinis conscientiæ: confidentiæ in Deo, & aliorum quæ suggerit Dauid Regius Psal. 36. ab illis verbis: *Reuela Domino viam tuam.* *A pag.* 408. *ad* 416.

✠ Nicolai de Cvsa ad ea, *Filij huius sæculi, prudentiores sunt filijs lucis, &c. Luc* 16. tria hîc tanguntur I. Prudentia lucis est, vt ponderosa & tenebrosa A abijciantur: & ponit diuitias suas in paupertate sæculi huius: Prudentia vero huius sæculi opera lucis fugit, & facit opera tenebrarum. II. Prudentiam debet habere filius lucis, nam de bonis non suis, sed Domini sui debet sibi facere amicos. III. Dissipare tempus, est dissipare bona Dei, cum Deus sit æternitas & tempus eius imago, fluens ab eo. *Excitat. lib.* 2. *a pag.* 379. *ad pag.* 380.

✠ Radvlphi Ardentis in Epist. homilia. *Debitores sumus non carni vt secundum carnem viuamus &c. Rom.* 8. Monemur hac epistolâ & homiliâ; vt mens nostra Deo seruiat, sensualitatem cum sensibus suis sibi consentire compellat; & ita viuamus secundum B spiritum & non secundùm carnem: viuentes secundum Spiritum esse Filios Dei id est, qui à carne vel à Spiritu maligno, sed à Spiritu sancto ipsi carni præsidente, ad benè cogitandum, loquendum, & agendum, aguntur, *a fol.* 60. *pag.* 1. *ad fol.* 63. *pag.* 1.

Eiusdem, in Euang. homilia per quam mysticè quinque in hac parabola nobis proponuntur intelligenda. 1. Rerum nostrarum nos non Dominos, sed dispensatores esse; siuè sint bona exteriora, corporalia aut spiritualia; 2. Bona hæc nos dissipare, cum & infirmis siue egenis bona exteriora & seruitio Dei bona corporalia, Deo & Spiritui nostro bona spiritualia negamus: 3. C Rationem bis ponere Deum cum homine villico suo, & in hoc sæculo, & in iudicio: 4. Timorem vtilem esse ad consilium inuestigandum: 5. Villicum de bonis Domini sui amicos sibi præparare, cum pauperibus Christi compatitur, *à fol.* 69. *pag.* 2. *ad fol.* 72. *pag.* 2.

S. Thomæ Aqvinatis sermo in illud, *Redde rationem villicationis tuæ.* Tria considerat. I. Rationis reddendæ difficultatem. II. Testium malam rationem accusantium veritatem. III. Sententiæ in Villicum iniquitatis seueritatem. Quantùm ad primum, difficultas apparet ex eo, quod reddenda erit ratio de omnibus cogitatis, dictis, & factis. Quantùm ad secundum, tres

profert testes impium in iudicio accusantes, Deum videlicet, conscientiam, & omnem creaturam. Quantùm ad tertium, seueritatem sententiæ colligit ex tribus, nimirum quia omnibus bonis mali expoliabuntur, ignis incendio cruciabuntur, & in æternum non liberabuntur. *Tom. 16. serm. Dom. fol. 19. col. 4.*

DOMINICA NONA *post Pentecosten.*

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba Luc. 19. *Videns Iesus ciuitatem fleuit &c.* Docet I. Per ciuitatem hanc designari mundum propter falsam pacem quam sibi promittit; & peruersam actionem persequendi prædicatores. II. Septem causas ob quas de ciuitate mundi flendum est, recenset. Malitiam principum: discordiam ciuium: penuriam victualium: debilitatem murorum: multitudinem impugnantium: paucitatem repugnantium: destructionem. *à pag. 106. col. 2. ad 107. col. 2.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo in Euangel. huius diei Luc. 19. Tria peragit I. lacrymas Christi pietatis indices supra Hierusalem attendit: & 1. per Hierusalem designari dicit animam, quæ est Salem in baptismo; in pœnitentia, Iebus; in gloria, Hierusalem. 2. hanc defleri à Christo propter ruinam virtutum; quæ & ipsa flere deberet. II. Excidium ciuitatis prædicit: quod de anima exponit quæ tempus visitationis suæ non agnouit. III. Sanctitatis officium contemplatur in Christo eijciente vendentes & ementes, è templo, id est, ab Ecclesia eos qui inter sanctos, vel fictè bona, vel apertè mala faciunt. Vbi etiam aperit, quæ sit domus Dei: & sex conditiones orationis in ea faciendæ. Odorem internæ deuotionis: delectationem tribulationis externæ: lacrymas compunctionis, mortificationem carnis, vitæ munditiam, eleemosinam. *à pag. 353. col. 1. ad pag. 358. col. 1.*

A S. V. BEDÆ homilia in Euangel. Textum suo more breuiter exponendo perstringit; quæ Christus hodie egit, ad omnes electos transfert; animam peruersam suam hic diem habere docet; animæ inimicos prodit; varios visitationis diuinæ modos enumerat; in Religiosos malos agit: & Euangelicam lectionem iuxta historiam, & moralem intellectum explicat. *Tom. 7. Hom. Æstiual. de temp. col. 61. & sequent.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus, in illud Euangelij, *Videns ciuitatem fleuit super illam &c.* Exemplo Christi flendum docet pro culpa, vt ignoscatur: pro gratia, vt obtineatur: pro miseria, vt euadatur: pro patria, vt ad eam ve-
B niatur. *Tom. 3. serm. Dom. pag. 165. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, in illud, *Si cognouisses & tu, &c.* Quadruplicem ostendit cognitionem hominem ad fletum prouocantem, peccati videlicet fœditatem, retributionis æquitatem, redemptionis charitatem, & resolutionis fine mortis calamitatem. *Ibidem pag. 166.*

Eiusdem sermo tertius, in illa Euangelij verba, *Circumdabunt te, & coangustabunt te vndique.* Probat dæmones hominum animas circumdare in mundo, tentatione; coangustare in extremo, infirmitate; prosternere in inferno, damnatione. *Ibidem pag. 166. & sequent.*

C Eiusdem sermo quartus, in illud, *Domus mea, domus orationis vocabitur, &c.* Tria notantur. I. Appropriatio videlicet dominij summi Pontificis nostri Christi supra vniuersalem Ecclesiam. II. Intentio sacrificij. III. Increpatio maleficij & displicentiæ. Quantùm ad primum, docet Ecclesiam domũ Christi esse, eo quòd locus sit desiderabilis propitiationis, purgantis affectum à sordibus peccati: locus salutaris eruditionis, illuminantis & dirigentis ab errore in Deum: & locus sacramentalis refectionis perficientis, & quietantis appetitum. Quantùm ad secundum tria requirit, humilitatem animi præeuntem, sanctitatem desiderij concomitantem, & sedulitatem studij subsequentem.

ſequentem. Quantùm, ad tertium oſtendit Eccleſiam fieri ſpeluncam latronum, quando in ea reperiuntur contentio ſuperborum, inſectio lubricorum, & negotiatio cupidorum. *Ibidem pag. 167. & ſequent.*

✠ Dionysii Carthusiani in Epiſt. ſermo, in quâ Paulus Apoſt. hortatur nos. I. Ne deſideremus illicita, hoc eſt, per diuinam legem prohibita, ſc. peccata. II. Vt ſimus ſummi Dei cultores ſinceri, eum ſuper omnia appetendo, colendo, amando. III. Vt vitia gulæ vitemus, comeſſationes & potationes ſuperfluas fugiendo. IV. fugiamus luxuriæ peccata. V. Ne Deum tentemus, quærendo experimentum de omnipotentiâ & prouidentiâ eius. VI. Ne murmuremus, ſed patientes & humiles ſimus, &c. *Ex ſermonib. de temp. a fol. 282. pag. 2. ad fol. 283. pag. 2.*

Eiuſdem, pro Euang. ſermo 1. in quo Primò. Summa Chriſti pietas commendatur, qui cum appropinquaſſet ciuitati, in quâ ſui hoſtes erant, ex ineffabili pietate eis condoluit. Secundò. Chriſtus fleuiſſe perhibetur in ſuâ natiuitate, circumciſione, hodiè, in Lazari ſuſcitatione paſſione inſtante, in ſuâ paſſione. Tertiò. multiplex ſpecies laudabilis luctus ponitur 1. eſt peccata propria flere; 2. proximorum peccata deflere; 3. præſentis vitæ ærumnas, vt ab eis mereamur liberari; 4. ex conſideratione paſſionis Chriſti lachrymari, 5. deſiderio æternæ beatitudinis & propter eius dilationem; 6. præſentiæ Dei deſiderio; 7. ſpiritualis profectus & incrementi, optatione; 8. ex timore diuini iudicij & infernalis ſupplicij, &c. *Ex ſermonib. de temp. à fol. 290. pag. 2. ad fol. 291. pag. 2.*

Eiuſdem, pro Euang. ſermo 2. Chriſtus docet. I. Hieruſalem ruinam; flens, cauſa excæcationis impiorum, propria pericula non attendentium. II. Dicens, *Venient dies in te &c.* inuiſibiles hoſtes per varias ſuggeſtiones tradit inducere hominem ad peccata. III Vendentes & ementes de templo eijciens, 1. feruentem zelum pro Dei honore habere; 2. ſæcularia negotia in Eccleſiâ non pertractare; 3. Primò quærere regnum Dei & iuſtitiam eius inſinuat. IV. Dicens *Domus mea domus orationis vocabitur.* Eccleſiam Deo dicatam dicit eſſe, vt in ea 1. fideles Deum exorent; 2. vt Deus certis horis laudetur; 3. vt miſſarum ſolemnia fiant; 4. ſacramenta cum ampliori deuotione celebrentur; 5. Verbum Dei ſolemniter populo prædicetur. *Ex ſermonib. de temp. a fol. 291. pag. 2. ad fol. 292. pag. 2.*

S. Gregorii Magni homilia in Euangelicam lectionem. I. Singulas viſitationis hodiernæ particulas ponderat, ac literaliter & myſticè exponit. II. Sacerdotum vitia tangit, & plangit. III. Diem animæ peruerſæ explicat. V. Statum iniquorum depingit & ex Euangelio colligit. V. In Religioſos malos inuehitur. VI. Per templum Hieruſalem ſpeluncam latronum factum, conſcientiam Chriſtianorum ſiue mentem, illicitis cogitationibus repletam intelligit. VII. Nouiſſima hominis attentè conſiderat. VIII. Qualiter membra Chriſti efficimur, docet. IX. Ad amorem Dei & proximi exemplo prouocat. *Tom. 3. Homil. 39. in Euangel. à col. 143. ad col. 148.*

✠ Guillelmi Parisiensis, ſermo 1. In epiſt. Apoſt. 1. Corinth. 10. In quo Primò, hæc verba examinans *Non ſimus concupiſcentes malorum &c.* Rationes aſſignat quare non debemus malum concupiſcere quarum 1. eſt, quia mala concupiſcere, eſt quaſi de lapidibus famem habere; 2 diabolicum eſt; 3. mala concupiſcens malis ſaturabitur; 4. malum concupiſcere, eſt, quærere venenum ſerpentis inuiſibilis; 5. Vincula vel carcerem diaboli appetere; 6. funem ad ſuſpendium velle. Deinde malum alienum non eſſe concupiſcendum probat; quia inquit, eſt, diabolicum ignem in ſinu abſcondere, nocere proximo, ſibi ipſi nocere, Dei odium mereri. Secundò. Ratione ſequentium verborum *Neque idololatræ efficiamini.* Quatuor vitia diſ-

aliud explicat de eiectione vendentium & ementium in templo Ioan. 2. Et ostendit I. Animam iusti templum esse Dei, quam ipse Deus inhabitare vt incipit. II. Ad hoc requirere Deum, omnia quæ non sunt Deus, aut propter Deum à corde nostro amoueamus. III. Tria constituit, quibus corruptum animæ fundum simul cum radicibus euellimus & extrahimus. 1. Conscientiam liberam & securam, per irreprehensam & intactam puritatem. 2. Si in omnibus idem & indifferentes simus. 3. Si æqualiter Dei iustitiam & misericordiam amemus & appetamus. *à pag.* 388. *ad* 393

✠ NICOLAI DE CVSA pro hodierno Euang. sermo, *Venient offeras munus tuum, Matth.* 5. Pecunia est Domini, & lucrum ex pecuniâ nõ potest esse serui. Iustitia abundans non concludit quod detur nobis regnum Dei, sed quia iustitia est in seruo, gratiam meretur Domini, gratia igitur Dei est vita æterna. *Excit. lib.* 5. *pag.* 493.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in hodiernam epist. homilia. *Charissimi omnes vnanimes in oratione estote &c.* 1. Pet. 3. Apostolus I. Nos inuitat ad sex virtutes sc. vnanimitatem in oratione, compassionem infirmitatum proximi, exhibitionem officiorum charitatis, misericordiam in iniuriis dimittendis, modestiam, humilitatem. II. Ad meliorem nos hortatur retributionem sc. boni pro malo. III. Bonis æmulatoribus qui semper bonum æmulantur, neminem posse nocere ostendit; quod tendentibus ad perfectionem vtilissimum est. IV. vt corda nostra in Christo sanctificare studeamus suadet, *à fol.* 40, *pag.* 1. *ad fol.* 43 *pag.* 2.

Eiusdem, homilia in Euang. ex qua aduerte, Scribas & Pharisæos, tunc putasse se esse iustos, quando præcepta legis solo opere adimplebant, putantes se de solis operibus, non de cogitationibus esse iudicandos; cum tamen falsa hæc iustitia ad salutem non sufficeret Euangelium spiritualiter debere intelligi, quia lex est spiritualis; in hoc mandato non occides prohiberi homi-

A cidium 1. operis, 2. voluntatis, 3. mali exempli, 4 prauæ doctrinæ, 5. subtractionis alimenti corporis, 6. subtractionis verbi Dei, & sic de reliquis. Offerre nos Deo debere munus nostrum, non alienum, intentione directâ, in Deum cum mundâ conscientia, &c. *à fol.* 50. *pag.* 2. *ad fol.* 53. *pag.* 2.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo primus in Euangelium. Quatuor ex textu colligit, quid faciendum, quid appetendum, quid fugiendum, & quid timendum. *Tom.* 16. *serm. de tempore fol.* 18. *col.* 2.

Eiusdem sermo secundus in illa verba Euangelij. *Omnis qui irascitur fratri suo &c.* Tria docet. I. Iram lædere hominis naturam, triplici vulnere. II I. ram contrariam esse Diuinæ gratiæ, triplici oppositione. III. Iracundum facilè triplex homicidium perpetrare. *Ibidem col.* 3.

B

Eiusdem sermo tertius, in illud, *Reus erit iudicio.* De peccatoris triplici iudicio disserit, à seipso, tribus modis; ab omni creatura, triplici ratione; à Deo iudice, & malorum vindice, triplici actione, arguendo, confundendo, & condemnando. *Ibidem col.* 3. & 4.

DOMINICA SEXTA *post Pentecosten.*

C

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba. Mar. 8. *Accipiens Iesum septem panes, &c.* Duo elucidat. I. Per septem panes intelligi septem dona Spiritus sancti, de quibus Isaiæ 11. Et in quibus constant illa. Per pisciculos autem fidem & spem. II. Septem sportas plenas fragmentis panum & piscium, notare septem dotes beatificas animæ & corporis. Claritatem agilitatem, subtilitatem, impassibilitatem, cognitionem, dilectionem, fruitionem. *A pag.* 101. *col.* 2. *ad* 103 *col.* 2.

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo 1. Deus misericors, qui miseris semper nouit misereri, per Helisæum 4. Reg 7. adumbratur. 1. saturatio populorum,

septem panes & duo pisciculi figuratiuè & moraliter examinantur. 3. Septem sportæ, viros iustos Spiritus sancti septiformi gratia repletos significant; vel sunt septem primitiuæ ecclesiæ, quas Dominus septiformis gratiæ inspiratione repleuit, &c. *A pag. 342. ad pag. 345.*

S. AVGVSTINI sermo in Euangelium hodiernum; historia Euangelica allegoricè tractatur, & ad Ecclesiam ex diuersis Gentilium nationibus coadunatam refertur; Multiplicatio ex quinque panibus miraculosè facta, & hodierna ex septem, inter se conferuntur, vnam ad Iudæos pertinere dicit, & alteram Gentiles conuersos figurasse ostendit. *Tom.10. serm. de temp. 20 fol. 230. col.3. & 4.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. Multæ difficultates, & quæstiones resoluuntur, præsertim autem istæ. Quid sit, triduò sustinere; Quid, de longe ad Christum venire; Quid, septem panes indicent; Quid, super terram discumbere; Quid, per manus Apostolorum multiplicatos panes recumbentibus distribuere, *Tom.7. homil. Æstiualib. de temp. col. 55. 56 57.*

✠ S. BERNARDI sermo primus in Euangelium; Mysticè textus exponitur, hoc modo. I. Triduum interpretatur de die timoris, pietatis, & rationis. II. Vt cum alijs reficiamur à singularitatis vitio cauendum, & societatis spiritum habendum docet. III. Septem panes mysticos exponit, verbum scilicet Dei, obedientiam, meditationem, lachrymas pœnitentiam, vnanimitatem socialem, & Eucharistiam. *col. 228. & 229.*

Eiusdem sermo secundus in Euangelium; Contra ingratos instituitur; De onere Dei beneficiorum suaui & leui differit; Septem misericordias diuinæ liberalitatis erga nos exhibitas enumerat, quæ veluti totidem panes in hac vita animam nostram reficiunt. *col. 230 231.*

Eiusdem sermo tertius, De fragmentis septem panum, hoc est, misericordiarum; Vbi vniuscuiusque panis tria

A fragmenta siue frustra colliguntur, est que præcedentis continuatio siue subdiuisio. *col. 231 232. 233.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in lectionem Euangelicam tripartitur. I. Ostendit turbam hanc Christum sequentem indiguisse manducatione corporali, & spirituali, & sacramentali. II. Christum eius desiderijs satisfecisse & appetitus satiasse. III. Longanimitatem & perseuerantiam istius populi triduo sustinentis, qua tres actus veri pœnitentis designantur, contritio, nimirum, confessio, & satisfactio, & quomodo patienter sustinendum sit hoc triduo durante docet. *Tom.3. serm. Domin. pag. 156. 157. 158.*

B Eiusdem sermo secundus, in illud Euangelij, *Vnde illos poterit quis saturare panibus in solitudine.* Quatuor solitudines assignat, infra nos, extra nos, intra nos, supra nos. I. solitudo, mundus, in qua septem panes, septem vitia capitalia. II. Ecclesia, in qua septem inueniuntur Sacramenta pro septem panibus. III. Bona conscientia, in qua septem panes, hoc est, septem sancti Spiritus dona. IV. Paradisus, in qua pro septem panibus septem dotes habentur. *Ibidem pag. 158. col. 1. 2.*

Eiusdem sermo tertius, in illa prima Euangelij verba, *Misereor super turbam, &c.* Agit de quadruplici diuinæ bonitatis misericordia, erga viuentes in terra, erga quiescentes in monumentis,
C erga gementes in pœnis, erga exultantes in cælis. *Ibid. pag. 158. 159.*

Eiusdem sermo quartus in illud, *Manducauerunt, & saturati sunt.* De quadruplici saturitate differit, scilicet, de saturitate bonorum temporalium, donorum spiritualium, præmiorum æternorum, & pœnarum infernalium. *Ibid. pag. 159 col. 1. & 2.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI pro Epist. sermo. Vita Christi ex Aug. est exemplar conuersationis omnium Christianorum, ad hoc enim quod aliquis placeat Deo iustéque conuersetur, requiritur, 1. Conceptio boni propositi; 2. Spiritualis regeneratio; 3. Operum bonorum continuatio, & spiritualis

profectus virtutum; 4. Pugna contrà aciem vitiorum; 5 Labor pœnitentiæ post ruinam; 6. Recollectio mentis ad Deum per cessationem ab occupationibus exterioribus; 7. Gratiarum & charismatum frequens renouatio; 8. Aliqualis saltem diuinorum contemplatio. *In sermonib. de temp. fol. 263. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem pro Euangel. sermo 1. in quo Dei immensitas demonstratur in misericordiâ. I. In eo quod omnem creaturam in esse & vitâ naturali conseruat. II Non solùm bonis, sed & malis necessaria vitæ & bona exteriora liberaliter exhibet. III. Peccatores à morte temporali ac æternali quotidiè tuetur. IV. Vnicuique homini Angelum sanctum ordinat. V. Inuitat ad pœnitentiam per varios modos, & ad ignoscendum paratum se ostendit. VI. Pœnitentibus, veniam petentibus, non solùm peccata remittit, sed Spiritus sancti dona & virtutes insuper largitur, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol. 271. pag. 1. ad fol. 272. pag. 1.*

Idem sermone 2. pro Euang. Christi fideles asserit refici à Christo septem panibus, id est, septem donis Spiritus sancti: quorum. 1. est Sapientiæ: 2. Intellectus: 3. Consilij: 4. Fortitudinis: 5 Scientiæ: 6. Pietatis: 7. Timoris Domini. Per pisciculos panibus iunctos, possunt intelligi dona gratiæ gratis datæ, quæ parua sunt respectu donorum Spiritus sancti, &c. *Ex serm. de temp. fol. 272. à pag. 1. ad pag. 2.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo 1. in illud Epist. Roman. 6. *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.* Vbi disce, Ecclesiam velle vt baptizati sciant se quodammodo lotus & baptizatos in sanguine Christi. Primò. Vt magis timeant immunditiam peccati, quæ multum est fugienda propter 1. dignitatem rei quam peccatum inquinat: 2. difficultatem resurgendi, quæ apparet in Lucifero & aliis Angelis corruentibus: 3. eius vtilitatem, quæ potest perpendi ex eo quod Dominus immunditiam corporalem non videtur æstimare respectu eius: 4. odium quo Deus eam prosequitur, etiam in illis qui fuerunt amici: 5. deteriorationem quam facit in re super quam cadit Secundò. Vt intelligant, quod tincti esse debent sanguine Christi; baptismus enim tinctio interpretatur: Eo autem tincti esse debent, interiùs per iugem Dominicæ passionis meditationem, & desiderium patiendi pro Christo; exteriùs, per carnis mortificationem. Tertiò. Vt baptismi virtutem agnoscant cuius effectus sunt, spirituales sordes abluere, ignem infernalem & purgatorium extinguere, ardorem prauarum concupiscentiarum refrigerare, exercitum diaboli submergere, terram cordis irrigare, cœlum aperire, Spiritum sanctum communicare; Dei filium efficere, imaginem Dei in homine reformare, sensus spirituales sanare, libero arbitrio potestatem quasi regiam restituere, sanctitatem qua nulla maior conferre, &c. *à pag. 132. ad pag. 135.*

Eiusdem sermo 2. In hæc eiusdem Epist. *Si mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum eo.* Desiderare debet homo esse cum Christo in beata vita; quia est socius amabilis, curialis, iucundus: Dæmonum autem societas valde timenda, quia sunt horribiles, exosi, odientes: Si vero socij volumus esse gloriæ Christi, simus nunc doloris & tribulationis. Sancti mortui appellantur, eo quod in multis mortuo assimilentur; quia 1. sicut mortui animas reddiderunt creatori suo ita & illi redemptori: 2. corpore mortui existente in terra, spiritus est alibi: ita licet corpore sint in mundo, mente tamen in cœlo sunt: 3. sicut in mortuo non sensus; sic sancti se habent quasi non sentirent; 4. sicut mare mortuos abijcit, ita eos abijcit mundus iste: 5. sicut eum mortui non sepeliuntur, ab auibus & canibus lacerantur, sic sancti nisi se abscondant à detractoribus lacerantur. *à pag. 135. ad pag. 136.*

Eiusdem sermo in Euang. Marc. 8. *Cum turba multa esset cum Iesu, &c.* I. Dominus discipulos conuocat, vt doceat maiores consilia sua minoribus

communicare. II. Pietatem Saluatoris multa mouerunt vt in actum miserendi exiret, 1. quod turba erat, 2. quod triduo sustinuerat eum, vel perseuerauerat cum eo, 3. turbæ indigentia, 4. quia laborauerat, & quidam de longè venerant, 5. erant in solitudine vbi necessaria venalia non inuenissent etiam si pecuniam habuissent. III. Septem panes Christus quæsiuit ad commendationem septiformis gratiæ Spiritus-sancti, vel septem gratiarum, vel septem donorum Spiritus-sancti, vel septem virtutum sc. trium Theologarum & quatuor Cardinalium. IV. Septem panes possunt intelligi, quibus vita spiritualis sustentatur, 1. opus virtutis, 2. doctrina, 3. exemplum, 4 sacramentum altaris 5. inspectio creaturarum, 6. oratio, 7. meditatio. V. Septem panes ex Bernard. quibus reficiamur isti sunt, 1. verbum Dei, 2. obedientia, 3 meditatio sancta, 4. orantium lachrymæ, 5. labor pœnitentiæ, 6. vnanimitas socialis, 7. Eucharistia. VI. Item ex Bernard. septem panes sunt septem effectus misericordiæ. VII. Sex sunt genera hominum qui non satiantur ad mensam Domini. VIII. Sex sunt in quibus hæc refectio Domini differt à quacumque alia, &c. *A pag. 430. ad pag. 435.*

✠ Ioannis Thavleri sermo 1. sub titulo Dom. 7. post Trinitatis. In Euangelium huius diei. Marci 8. Vbi agit de Augustissimo Eucharistiæ sacramento; & I. Promisisse Deum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi*: Quod de institutione huius sacramenti interpretatur. II. Tria bona inter alia, præsertim ex hoc sacramento obuenire homini tradit. 1. quod eo liberius peccata omnia remittat, & vitiorum maculas expurget 2. quod per seipsum Deus intentationibus roboret, & fortunatum virtutibus faciat. 3. quod Deus animæ, & hæc Deo vniantur. III. Confortare ostendit in tribus animæ languorem. IV. Tribus rationibus persuadet frequentandum esse hoc sacramentum. V. Bona recenset quæ in sacramento

A participantur. *A pag. 393. ad 399.*

Eiusdem sermo 2. ad illud: *Probet autem seipsum homo, &c. 1. Cor. 11.* Vbi I. aperit, qui frequentius, qui rarius huic sacramento debeant participare. II. Exprimit quomodo percipiendum sit. 1. cum ingenti desiderio. 2. cùm amaritudine contritionis; & compassione in meditatione passionis Christi. *A pag. 399. ad 401.*

✠ Nicolai de Cvsa sermo 1. pro Euangel. *Misereor super turbam, &c. Marc. 8.* in quo duæ veritates elucidantur. I. est. Separari scholasticum à mūdo, & iungere se multitudini discipulorum, vt audit magistrum esse Christianum, & deseruisse mundum, & sequ[?]um omni fiduciâ Christum, & à se

B omnem superfluam excutere carnis curam. II. Cum filio Dei posse esse perfectam conuenientiam; quia omnium in se gerit similitudines, &c. *Excitat. lib. 6. pag. 545.*

Eiusdem sermo secundus in Euang. ex quo tria patent. Primò. Prædicante Iesu animam vnibilem esse vitæ perpetuæ, vbi in eo per hanc vnionem pascitur vita eius, qui solus habitat immortalitatem. Secundò. Christum saluationem præstare, quia est & Dominus. Tertiò. Deum permittere rem conduci ad desperationem humani subsidij, & tunc qui sperant in eo experiuntur eius pietatem. *Excit. lib. à pag. 471. ad pag. 472.*

C ✠ Radvlphi Ardentis pro Epist. huius Dominicæ ita habente homil. *Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, &c. Rom. 6.* I Baptizato infundit homo aquam, sed Deus mundat; in morte autem Christo baptizari dicitur, aut in morte, id est, fide mortis: aut in morte, id est, in efficaciâ mortis Christi: aut in morte, id est, in similitudinem mortis Christi. II. Baptizatus resurgit à morte peccatorum & de cætero viuit ad gloriam Dei, noua & gloriosa vita virtutum. III. Concupiscentia & rebellio carnis, debent in nobis esse exemplo & virtute crucifixi, crucifixæ par baptismum & macerationes carnis. *A fol. 47. pag. 1 ad fol. 50. pag. 2.*

Eiusdem delectione Euangelica homilia quatuor constans capitulis. I Dominus suos sequaces inediam pati voluit, vt & fidem suam in cordibus suorũ roboraret, & sequacibus suis exemplum daret inedia non desperare. II. Per compassionem quam habuit Christus sequentium se, ostendit & nostram infirmitatem se suscepisse; & super afflictos nos pios esse debere. III. Imperfectionem suam discipuli manifestant, dum in præsentia Domini turbam pane satiari, vel impossibile, vel difficile dicunt. IV. Christus de septem panibus & paucis pisciculis quatuor millia hominum pascit; sublatis septem fragmentorum sportis, vt nos instruat in fide, mysterio, moribus. *à fol. 56. pag. 2. ad fol. 60. pag. 1.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in Euangelium; De tribus panum generibus loquitur, quibus Deus sanctos suos pascit, pane videlicet corporali, pane spirituali, & pane æternali. Septem panes mysticos profert simul & pisciculos, quos spiritaliter explicat. Septem panes dicuntur lachrymarum effusio, in verbis Dei consolatio, de Eucharistiæ sumptione delectatio, de præsentia Christi dulcedo, æternæ beatitudinis prægustatio, de possessione virtutum gaudium & exultatio, conscientiæ propriæ testimonium. *Tom. 16. serm. Domin. fol. 18. col. 4. & fol. 19. col. 1.*

DOMINICA SEPTIMA *post Pentecosten.*

✠ B. Alberti Magni sermo, ad hæc verba Marci. 7. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, &c.* ad tria reducitur. I. Ostendit hominem bonum esse arborem bonam; sub quo Sancta Trinitas requiescit: malum autem malam esse arborẽ, sub qua dæmõ commoratur. II. Qualitatem arboris ex fructu dignosci tradit. Esse autem fructus bonos 12. quos Paulus enumerat Galat. 4. & tres Ephes. 5. fructus autem malos opera carnis de quibus ad Galat. 5. III. Quod sit præmium bonarum arborum: & supplicium malarum tradit. *A pag. 103. col. 2. ad 104. col. 2.*

✠ S. Antonii de Padva sermo in Euangelium hodiernum Matth. 7. Descriptio fideli Propheta sub figura Helisæi, cui locum parare debemus, non falsis Prophetis. I. Cautos nos reddit contra deceptionem simulatæ sanctitatis, cuius describit hypocrisim & mendacium falsosque Prophetas moraliter dicit esse carnales affectus. II. Bonorum Prophetarum conditiones designat, in quinque quæ in arboribus desiderantur: radice humilitatis, trunco obedientiæ, ramis charitatis, folijs sanctæ prædicationis, fructu dulcedinis sanctæ contemplationis: quorum contraria in arbore malo cernuntur. Radix cupiditatis, truncus obstinationis, rami peruersi operis, folia verbi vanitatis, fructus mortis æternæ. III. Allicit ad beatitudinem sectandam Christus, vera sui nominis inuocatione sub nomine Domini, & operum exhibitione. *A pag. 345. col. 2. ad pag. 349. col. 2.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium. Similitudines à Christo hodie in medium productas explicat. Discrimen boni operis & mali considerat. Hypocrisim condemnat, & veram iustitiam paucis commendat. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de temp. col. 57. & sequentibus.*

S. Bonaventvræ sermo primus in illud Euangelij, *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, &c.* Vim similitudinis exprimit, & triplicem peccati descriptionem in ea agnoscit. Prima est quantum ad interiorem originem, quam habet ex mentis arrogantia: illa siquidem arbor spiritalis, affectu voluntatis corrupta, causa est & origo malorum operum, quia adulterina, quia arida, quia infœcunda. Secunda, quantum ad exteriorem consummationem, quam habet in complacentia operis: Vbi mali & boni fructus conditiones discutit & differentias. Tertia, quantum ad finalem ordinationem, quam habet in gehenna ignis æterni, qui

qui reprobis erit inextinguibilis propter cõtinuationis perpetuitatẽ: intolerabilis propter vehementissimi doloris acerbitatem: ineuitabilis propter diuinæ iustitiæ seueritatem. *Tom. 3. serm. Domin. pag. 159. & sequentib.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. Sub metaphora arboris infructuosæ quatuor mala impij ostendit, nimirum quòd eius culpa sit inexcusabilis, sententia supremi Iudicis ineuitabilis, pœna inferni interminabilis, & gratia Dei irrecuperabilis. *Ibidem pag. 161.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. Agit de fructus bonitate, quæ colligitur ex vtilitate in retributione, ex multiplicitate in operatione, ex delectabilitate in deuotione, ex perseuerantia in consummatione. *Ibidem pag. 161. & sequentibus.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo de Pseudoprophetis, & falsis Doctoribus, ac de impiis hæreticis: nec non de signis futuris in consummatione huius sæculi: paulò antequam è vita migraret. I. Sacrorum librorum lectioni addictos laudat. II. Pseudo prophetas, & hæreticos lupos, & Christi inimicos nominat, & scripturarum auctoritate comprobat. III. Cum hæreticis comedentes acriter reprehendit. IV. Pastores monet, ne prædam dent lupis. V. Euersionem hæreticorum & Ecclesiam Dei oppugnantium demonstrat. VI. aduersus Pastores & Prælatos, qui potius vestium ornatu delectantur; quàm lectione sacrorum librorum: & relicto Dei verbo, ventri inseruiunt grauiter agit. VII. De secundo Christi aduentu differit, lasciuiisque vino, & rebus ludicris incumbentes obiurgat. VIII. Modum salutis acquirendæ tradit. IX. Pœnitentiam veram suadet, & quænam sit illa, docet. X. Ad perseuerantiam cohortatur. XI. Orationem multum commendat. *Tom. 6. à pag. 473. ad pag. 488. & in fine operum S. Ephræm Syri Tom. 3. à pag. 801. ad pag 808.*

✠ Denegant hunc sermonem D. Chrysostomo, & tribuunt aliqui Ioanni Nepoti Syluano Hierosolimitano, & inter huius opera legunt. Tom. 1. pag. 515 col. 2. & seq.

A ✠ DIONYSII CARTVSIANI proepist. sermo, vbi persuademur. Primò. Deum timere, & eius intuitu à peccatis discedere. Secundò. Ipsi toto corde perfecto seruire, mandata eius obseruando cum omni diligentiâ ac custodia cordis. Tertiò, discreti & pij esse in præcipiendo ac instruendo, capacitatem & dispositionem subditorum seu proximorum pensantes. *Ex sermonib. de temp. à fol. 269. pag. 2. ad fol. 270. pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo primus, contrà simulatores & callidos, in duo membra distinctus: I. Hypocrita suam prauitatem tripliciter abscondit 1. in verbis; 2. in apparatu, seu exteriori vultu, ac corporis dispositione; 3. in
B operatione, ieiunando, orando &c. vt sanctus esse credatur. II. Hypocritarum fatuitas patet 1. quia plus quærunt hominibus placere, quàm Deo 2. pro breui & paruâ mercede, æterno & maximo præmio spoliant semetipsos; 3. fructum producunt & tamen vsu fructus se priuant; 4. non solùm fructu virtutum, gratiæ incremento, & præmio æterno se priuant, sed & perpetuam sibi damnationem mercantur. *In sermonib. de temp. à fol. 277. pag. 2. ad fol. 278. pag. 2.*

Eiusdem, sermo secundus, pro Euang. ex quo docemur. Primò. Purum ac simplicem Deum, velle sibi seruire corde puro & simplici. Secundò. Huma-
C nam laudem contemnere, transitoriumque honorem despicere, soloque Dei intuitu & amore facere bona, & fugere mala. Tertiò Quàm arcta sit via salutis, & quàm difficile sit saluari; quia non tantùm arbor fructus malos producens, comberenda censetur, sed etiam illa quæ bonos non efficit fructus. *Ex sermonib. de temp. à fol. 278. pag. 2. ad fol. 279. pag. 2.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS, sermo in Apostolica dicta Roman. 6. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem; ita & nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Quorum occasione duo tractat. I. Peccatorum monet Deo

viriliter, strenuè & instanter seruire, omnia membra sua quæ iniquitati seruierunt, Dei seruitio dando; in diuersis membris suis operando, & amorem temporalem Dei seruitio contrarium debellando. II. Causas pro quibus dimittunt seruire Deo examinat: Aliqui enim Deo non seruiunt quia bonus est; Alij propter iuuentutem; Alij quia pulchri sunt & decori; Alij denique propter erubescentiam, quâ videri serui Dei timent. *à pag.* 136. *ad pag.* 138.

Eiusdem, sermo, in Euang. Matth. 7. *Attendite a falsis prophetis*, &c. pluribus instructus partibus. I. Cauenda est hæreticorum deceptio, & falsorum fratrum simulatio. II. Hæretici dicuntur falsi quia, litteras regni cœlestis, & monetam paradisi falsificant, spiritualiter corrumpunt, vel si possunt, corporaliter persequuntur. III. Hypocritæ à tribus cognoscuntur: opprimunt bonos persequendo factis & detrahendo verbis; reprehendunt alios, vt zelum habere videantur; impatientes sunt in aduersis. IV. Hæretici possunt cognosci ex doctrina & vita: ex doctrina quia in occulto docent, illa commendant quæ propinqua sunt erroribus eorum, mulieres permittunt docere, non missi docent: ex vita, quia multum attendunt illis per quæ possunt apparere sancti, deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis. V. Spinæ dicuntur peccata quia 1. mentem pungunt, 2. se complectuntur per concomitantiam, 3. fructum bonorum operum impediunt: Spinæ etiam dicuntur peccatores, diuitiæ, tribulationes & cætera eiusmodi. VI. Iustus arbor bona habet fructus, 12. in hac vita, & totidem in altera; In hac vita sunt, bonorum temporalium multiplicatio, prosperorum & aduersorum ad salutem cooperatio, crementum bonorum spiritualium, radicatio eorumdem, consolationum spiritualium multiplicatio, secretorum reuelatio, iocunditas in benè operando, victoria de diabolo, fomitis debilitatio, experientiæ eruditio, cognitionis diuinæ prælibatio per contem-

A plationem, spei roboratio: In altera vita sunt, gaudium de egressu exilij, de absolutione carceris corporis, de tentationum euasione, de liberatione à septem vinculis pœnalibus, de diaboli eiectione, de pœnæ æternæ euasione, plena libertas, desiderata societas, consummata charitas Christi fratris nostri desiderabilis humanitas, omnimoda pacis tranquilitas, confirmata securitas. VII. Laicus oliua, clericus vitis, religiosus ficus ferens fructum dulcem; ad fructum quinque necessaria, vtilitas, incorruptio, sapor, sanitas, durabilitas. VIII. Otiosus triplici subiacet miseriæ; inhibitum est ei comedere, totus est famelicus, in magno est periculo, otium omnium sentina malo-B rum. IX. Arbori infructuosæ parantur securis & ignis. X. In arbore duodecim attendenda ad nostram instructionem & ædificationem. 1. radicem figit in humili, 2. hyeme ab operatione cessat. 3. non vno sed omnibus operatur ramis. 4. crescit inuisibiliter, 5. non degenerat. 6. vehementer adhæret terræ. 7. humorem & nucleum diligenter seruat. 8. cultura indiget, 9. si hortensis, meliores fructus habet, 10. transplantata fœcundior est. 11. per incisionem fit nobilior, 12 onerata magis inclinatur. *à pag.* 435. *ad pag.* 442.

✠ Ioannis Thauleri sermo, sub titulo Dom. 8. post Trinitatis. Vbi C simul Euangelium Dom. 7 & Epistolam Dom. 8. edisserit. I. Notata excellentia impulsus Spiritus Dei, deplorat quod pauci eiusmodi consultorem audiant. Et tres gradus constituit seruorum Dei. II. Ostendit spiritum sanctum duobus modis in homine operari: Eosque à multis respui lamentatur. III. Persuadet, vt omnes fundum habeant omnino purum, & non cariosum in operibus ad vanitatem factis, sed fructum bonum. IV. Quatuor proponit, quibus opera caries non inficiat. *à pag.* 402. *ad* 408.

✠ Nicolai de Cusa in illud Euang. *Qui facit voluntatem patris mei, &c. Matth.* 7. Genus quoddam Diuinum, vt ait Apost. nos sumus; & hoc

genus seu semen, in terra fertili gerimus, vti lignum semen suum: & in spiritu nostro recipimus spiritum vti vua in suo spiritu, recipit spiritum solarem: & secundum operationem spiritus Dei in nostro spiritu, facimus fructum multum, & diuinum. Ille spiritus qui mortificat carnem, est spiritus qui nos efficit filios Dei, &c. *In lib. 2. excitationem, a pag. 381. ad pag. 382.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in illud Epist. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, &c. Rom. 6.* Homilia. Hic Apostolus. I. Quia infirmi & carnales sumus, non ad perfectiora, sed leuiora & humana hortatur, sc. peccata relinquere & iustitiæ opera facere. Ostendit quæ peccatum subsequantur sc. malum, nam finis illorum mors est. III Quæ ex iustitia sequantur declarat, sc fructus in sanctificationem, & finis vita æterna IV Mortem æternam iustè pro peccato deberi, & vitam æternam tantùm gratis dari manifestè probat. *à fol 53 pag. 2. ad fol. 56. pag. 2.*

Eiusdem, hom. pro hodierna Euang. Lectione: in qua probatur, Dominum suis discipulis prædixisse duo genera persecutionum eis euentura, vnum apertum sc. traditionem à parentibus, cognatis, amicis in mortem: Alterum occultum, contra quod hic nos munit, 1: monendo cauere à falsis Prophetis, siue hypocritis, qui specie amicitiæ fraudem occultant: 2. à fructibus eos dognosci ostendens; fructus autem malorum sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, &c. 3. quibus operibus boni à malis discernantur manifestans; sunt enim propria bonorum, vt dilectio Dei & proximi, & virtutes; sunt malorum vt vitia & eorum opera; sunt communia vt media opera, sc. orare ieiunare & similia. &c. *à fol. 63 pag. 1. ad fol. 65. p. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illa Euangelij verba, *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum &c.* Tractat de tribus huius mundi arboribus, de bonis fructus bonos producentibus, de malis, malos fructus facientibus, & de sterilibus nullum fructum ferentibus.

A Prima arbor commendatur à fructuum multiplicitate, à fructuum pretiositate, & à fructificandi (vt ipse loquitur) assiduitate. Secunda reprobatur ob fructuum mortificationem, peruersitatem, & malefaciendi frequentiam ac continuitatem. Tertia triplex dicitur, est enim arbor frondes producens sine floribus, arbor flores ferens sine fructibus, & arbor fructus parturiens, inutiles penitus. *Tom. 16. ser. Dom. fol. 19.*

DOMINICA OCTAVA post Pentecosten.

B ✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba, Luc. 16. *Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, &c.* Partes quinque continet. I. est, Per hominem diuitem notari filium Dei. II. Per villicum, quemlibet hominem. III. Vocationem huius fieri per terrores immissos æternæ damnationis, quibus non attendit. IV. Reddendam esse rationem de omnibus, quæ intra nos, quæ infra nos, quæ supra nos, quæ circa nos. Quæ omnia per partes enumerat. V. Duo esse per quæ iudicem placare possimus: Synceram misericordiam, & veram pœnitentiam. *à pag. 105. col. 1. ad 106. col. 2.*

S AMBROSII sermo in Euangeliũ.

C I. Scopus parabolæ hodierni Euangelij declaratur: & quid in Villico iniquitatis imitandum sit docetur. II. Duplex tentationum species distinguitur: vna aduersitate causatur: altera prosperitate. III. Diuitum miseriæ egregiè describuntur. IV. Misericordia in pauperes pluribus suadetur. V. Eleemosynarum variæ vtilitates demonstrantur, à terra & frumento mutuata similitudine comprobantur. VI. Diues auarus homini per insaniam mente translato assimilatur. VII Auaritia ipsa diuitum accusatrix coram horrifico tribunali Diuinæ Maiestatis, nuncupatur. VIII. Diuitis auari anima porcina, animalis, & carnalis dicitur. IX. Diues, stultus nominatur.

X. Auari crudelitas depingitur, & condẽnatur. *To. 5. ser. de tẽp. à col. 87. ad co. 93.*

✠ S. Antonii de Padva sermo in Euangelium huius diei, *Luc. 16. Homo quidem erat diues qui habebat villicum.* Cõtinet Euangelici textus explanationem, quam in tres distribuit partes. I. est, Villici accusatio quod bona Domini dissipasset. Vbi t. hominem diuitem dicit esse Christum cuius proponit duos aduentus, & duas vias charitatis & humilitatis. 2. Villicum autem esse hominem, cui tria bona commisit, naturalia, gratuita, temporalia: 3. quomodo hæc bona dissipentur. II est, conuocatio debitorum Domini à Villico facta, cuius notat prudentiam. Et moraliter explicat debitorem olei, de charitate Dei; debitorem autem tritici, de charitate proximi: Et quid cum illarum debitoribus agere habeat prælatus seu prædicator declarat, vt à Domino laudetur. III. Bona facientiũm pauperibus in æterna tabernacula receptio. *A pag. 349 col. 2. ad pag. 353. col. 1.*

S. Asterii homilia de Oeconomo iniquitatis. I. Probat nihil quidquam eorum quæ possidemus verè nostrum esse. II. Rerum humanarum & mundanarum inconstantiam declarat. III. Cunctos homines œconomos ac dispensatores bonorum, non Dominos esse ostendit. IV. Omnia huius sæculi bona transitoria esse facultatumque possessores in hac vita histrionum personas gerere, efficaciter demonstrat. V. Hominem tam corporis aspectu quàm animi, præceptis virtutis teneri, neque suæ spontis suiue ipsius Dominum esse: sed & se, & omnia in creatorem referre debere docet. VI. Sensuum mortificationem suadet. VII. Pauperum necessitatibus non subuenientes redarguit. VIII. Impensa immeosa & superflua detestatur. IX. Cuiusque nostrum exitus œconomo ac dispensatori appositè assimilat. X In diuites auaros acriter inuehitur. XI. Quàm sit mors amara homini diuitiis huius mundi agglutinato & affixo, considerat. XII. Vt, dũ tempus habemus, bonum operemur, monet, vbi enim semel hinc migrauerimus, neque operandi, neque mendicandi tempus aderit. XIII. Eleemosynam commendat, ipsa siquidem apud iudicem testimonium bonum in peccatoris fauorem ferre dicitur. *Hom. 2. à pag. 17. ad pag. 30.*

S. Avgvstini sermo, de eo quod scriptum est in Euangelio. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* I. Quinam verè sint minimi. II. Quid sit propriè mammona. III. Quod non liceat aliena rapere vt de alienis eleemosynæ pauperibus largiantur. IV. Quo pacto quis possit irasci sine peccato. V. Quid sit facere amicos de mammona iniquitatis? VI. Quæ sint veræ diuitiæ, & quæ falsæ. VII. In quo sita sit hominis in præsenti sæculo vera beatitudo? *Tom. 10. serm. 35. de verbis Domini, fol. 19. & sequentib.*

S. V. Bedæ homilia in Euangel. In quibus sit imitandus Villicus iniquitatis, & in quibus non, docet. Quare Villicus iniquitatis in exemplum à Christo assumatur, declarat. Textum lectionis Euangelicæ breui explicatione litterali & morali perstringit. Cur diuitiæ mammona iniquitatis nuncupantur, ostendit. *Tom. 7 Homil. Æstiualib. de temp. col. 59. & sequent.*

S. Bernardi homilia in Euang. Imprimis mysticè textum exponit hoc modo. Homo diues, Christus Dominus, qui diues est in omnibus: villam habens & villicum, corporum scilicet nostrorum compaginationem, & interiorem hominem: in hac villa posuit Dominus murorum custodem, prudentiam: defensorem, fortitudinem: dapiferum, temperantiam: ad tuenda iura, iustitiam: istæ quatuor virtutes sollicitè sibi commissa officia complẽt: in hac eadem villa habuit homo iste diues nouem rusticolas, qui redderent ei fructus vsurarios temporibus suis: super hos constituit conscientiam vt accuset; memoriam, vt testificetur; rationem, vt iudicet; timorem tanquam carnificem vt excruciet. Deinde varia huius villæ enumerat bona, septem videlicet corporis, & totidem animæ, aliaque ipsis communia, quæ dantur

agricolis, alia his, & alia illis. Postea quomodo villicus iste mysticus dissipat hæc omnia bona sigillatim examinat: diffamatur autem villicus iniquitatis à frontasa petulantia, triplici scilicet voce, cogitationis, locutionis, & operis, hæ enim tres suas voces habent, vt ex scriptura colligitur. quia verò villicus omnia bona Domini sui dissipauit ideò ipsi dicitur, *Redde rationem villicationis tuæ*, quo autem pacto hæc disquisitio perficiatur, explicat. Insuper quid sit illud, *Fodere non valeo mendicare erubesco*, interpretatur: mortem cruci assimilat: hominem animam efflantem accuratè depingit: quadruplicem timorem distinguit: per amotionem à villicatione, separationem animæ à corpore intelligit: in conuocatione omnium debitorum, examen omnium facultatum hominis agnoscit, & qua ratione sit hac in re imitandus, docet: Denique quid sit facere amicos de mammona iniquitatis: quare diuitiæ hoc nomine nuncupentur: & quibus sit eleemosyna eroganda declarat. *A col.* 237 *ad col.* 243. *Tom.* I.

S. BERNARDINI SENENSIS sermo, in Euang. Prospera dantur iustis Primo. Incipientibus, vt 1. palam fiat quod à Deo creata, gubernata & data sunt; 2. vt infirmis & imperfectis cōdescendatur; 3. vt diuersi status cū officijs diuersis ordinentur. Secūdò. Proficientibus vt 1. palam fiat Deum eos eligere, deligere, & benedicere, quia in suo timore & amore viuunt; 2. vt magnificant atque in exemplum aliorū appareant; 3. vt iam in præsenti in se distincti inuicem seruiant sibi. Tertiò, Perfectis, vt illi participent gloriam 1. substantialē in fide, spe, charitate; 2. consubstantialem, in morali vitā per exercitiū quatuor cardinalium virtutum; 3. accidētalem, in quā bona spiritualia, corporalia temporalia. *Ex serm. de temp. Tom.* 4. *à pag.* 210. *col.* 1. *ad pag.* 214. *col* 1.

S. BONAVENTVRÆ sermo primus, in illud Euangelij, *Quid hoc audio de te, redde rationem, &c.* Iudicium cuiuslibet peccatoris describit. Primo citatur siue vocatur verbo sanctæ prædicationis rationalem informantis, beneficio continuæ administrationis concupiscibilem allicientis & flagellis pœnitentiæ irascibilem deterrentis. Secundò incusatur, ob arrogantiam & inobedientiam: ob maleuolentiam & inuidiam; & ob carnalem voluptatem. Tertiò satisfactio postulatur de immundis cogitationibus cordis, de vanis & duris sermonibus oris: ac de prauis maleficijs operis. *Tom.* 3. *pag* 162. *& sequen ib.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. Docet de tribus coram æquissimo Iudice Christo reddendam esse rationem, nimirum, de malis peractis, de bonis omissis, & de subditis nobis commissis *Ibid. pag.* 163. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius, in illud, *Qui facit voluntatem Patris mei &c.*. Probat facientes Dei voluntatem, à Patre exaudiri in necessitate, Filio coniungi in familiaritate, à Spiritu sancto deduci in bonitate, & Trinitate admitti in immortalitate. *Ibidem pag.* 164.

Eiusdem sermo 4. in illa Euang verba, *Facite vobis amicos, &c.* Quadruplicē considerat hominis amicum, Deū scilicet creantem, Angelum dirigentem, hominem exorantem, & diabolum persequentem. *Ibidem pag.* 164 *& seq.*

Eiusdem serm. 5. in illud lect Euang. *Recipiant vos in æterna tabernacula.* Agit de receptione hominum in mansiones cælestes per veram afflictionem, per inflictam tribulationē, per piam erogationem, & per sincerā dilectionē. *Ib p.* 165.

S. P. CHRYSOLOGI sermo primus, de villico iniquitatis. I. Salis compara tione modum & discretionem in sensibus commendat Parabolam mysticè interpretatur, Christus homo diues dicitur cuius villicus homo, ipsi enim ad colendum mundū tota fuit cōmissa possessio: villicus iste diffamatur apud Dominum à creaturis: vocatur per Euāg. petit Dominus ab ipso rationem, non vt exigat sed vt relaxet. II. Ad nos figuram Euangelicam refert, qui villici sumus, non Domini. III. Immaturam mortem lamentatur. IV. Ad imitationem villici iniquitatis in se reuersi cohortatur. *Sermo.* 125. *à col.* 328 *ad col* 331.

Eiusdem sermo secundus præcedentis continuatio. I. Quare villicus de multis reus per vnam fraudem Domino placuisse dicatur, inquirit. II. Tyrannicum mammonæ dominium eleganter describit. III. Quid sit Domino debere centum cados olei, & centum coros tritici allegoricè interpretatur. IV. Numerorum centenarij & octogenarij mysteria pandit. *Serm. 126. à col. 331. ad col. 334.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, in epist. lectionem. Christianus debet conari ad originalis iustitiæ conformitatem redire; quod faciet. I. Corpus animæ subijciendo, & aptum animæ seruire in bonis operibus ad fœlicitatem ducentibus, reddendo; & sensus exteriores ab excessibus circà sua obiecta frænando. II. Sensualitatem rationi subijciendo, vt non moueatur neque afficiatur circà sensibilia. III. Rationem & voluntatem, quæ sunt duæ supremæ potentiæ animæ, Deo subdendo. IV. Studendo, moueri à Spiritu sancto, & non impetu concupiscentiarum aut passionum. *Ex serm. de temp. fol. 276. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo 1. Christianus quilibet debet bene regere. Primò: Proprium corpus, dando illi de necessarijs vitæ quantùm expedit ad salutem. Secundò. Animam, interiores sensus & appetitum sensitiuum rationi subdendo. Tertiò. Rationem & voluntatem, illas Deo, Angelicis inspirationibus, Ecclesiasticis præceptis, subijciendo. Quartò. Exteriora bona, ea benè dispensando, sobriè ijs vtendo, sumptus in alimentis, vestimentis, habitaculis, familiisque vitando, eleemosynas largas agendo. *Ex sermonib. de temp. à fol. 284. pag. 2. ad fol. 285. pag. 1.*

Eiusdem, in Euang. sermo 2. Homo ad amicitiam Dei peruenit I. Per diuinorum obseruantiam præceptorum, II. Per impletionem consiliorũ Euangelicæ legis, quæ ordinantur ad hoc vt homo sincero corde Deum diligat. III. Per opera misericordiæ. IV. Per donum sapientiæ, & actus vitæ contemplatiuæ, qui sunt Deo intendere & vacare per diuinorũ speculationem, &c. *Ex ser. de tēp. à fol. 285. p. 2 ad fol. 286. p. 1.*

A

D. GAVDENTII BRIXIENSIS de Villico iniquitatis sermo. I. Parabolæ Euangelicæ rationem profert. II. Eleemosynarum exercitium similitudinis Villici scopum esse ostendit. III. Quomodo pauperes recipient diuites in æterna tabernacula, explicat. IV. Cuius rei simus possessores, declarat. V. Ad regnum æternum possidendum, dispergendas esse pauperibus diuitias, docet. VI. Grauem esse pecuniarum sarcinam demonstrat. VII. Bonorum operum efficientiam pluribus suadet. VIII. Per Villicum iniquitatis, diabolum intelligit, qui dissipat facultatem Domini sui, quando in perniciem generis humani grassatur, & ipsi cæteras huius parabolæ circumstantias accommodat. IX. Dæmonis malitiam depingit. X. In tritico fidem, in oleo bona opera agnoscit. XI. fraudes Sathanæ detegit. XII. qua ratione à Domino laudetur eius prudentia, exponit. *To. 2. Bib. Pat. Gaud. Brix. ser. 18. à col. 93. ad c. 98.*

B

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo in Epist. Roman. 8 quæ his verbis & sequentibus continetur. *Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus, &c.* Vbi disce. Primò. Non debere nos viuere secundum carnem; quia serua est spiritus, hostis est, stulta est. Secundò. Triplici nos debito ligari, pœnalitatis præteritorum peccatorum pœnæ, seruitij Dei. Tertiò. Deo nos debere, vitam, reuerentiam, amorem, &c *à pag. 138. ad pag. 140.*

C

Eiusdem sermo in Euangel. Luc. 16. *Homo quidam erat diues qui habebat Villicum, &c.* Primò totum Euangel. litteraliter exponit. Secundò. Dominus nos ædificat, 1. in hoc quod diffamationi villici non leuiter acquiescit, 2. audità dissipatione bonorum suorum non neglexit inquirere. 3. in villicò iniquitatis, quod laudabile est laudat, 4. villicũ de remissione facta debitoribus, etiam cũ damno ipsius Domini, non increpat. Tertiò. Villicus etiam nos ædificat; villicationem suam in breui finiendã esse attendit, defectus suos agnoscit,

cogitauit quid esset facturus, contra paupertatem futuram remedium eligit. Quartò. Amicus qui eligitur debet esse discretus, bonus, lenis non iracundus, humilis, non superbus: vt ab eo ameris debes esse modestus in sermone, ipsi similis, virtuosus, obsequens & beneficus, amans: fieri potest de mammona iniquitatis, si restituantur pauperibus ab eis malè habita: erogetur consilio Ecclesiæ pauperibus, dum ignoratur Dominus, quod contra prohibitionem Ecclesiæ lucratus es pauperibus sine obligatione restitutionis das; Quintò Euangelij tota series ad mores applicatur, *a pag. 442. ad pag.* 447.

D. Innocentii Pap. III. ser. in Euangelium. Per diuitem, Christum intelligit: & per Villicum. Rectorem Ecclesiæ vitiis deditum, suis exigentibus culpis diffamatum, bonorum Domini sui dilapidatorem prodigum: qui tamen vocatus diuina inspiratione, vt reddat rationem villicationis suæ, cordis respondet compunctione, & ad seipsum responsionem cōuertit, vt in se puniat, quod in Dominum deliquit: debitoribus insuper suis dimittit, vt Dominus debita ipsi remittat; Vbi de significatione mystica tritici & olei, de filiis sæculi & lucis, de mammona iniquitatis, & de eleemosynis pauperibus largiendis. *Tom. 1. serm. Dom. 9. post Pentecost. à pag. 69. ad pag. 73.*

✠ Ioannis Thauleri sermo ad hæc verba Euangelij *Luc. 16. Redde rationem villicationis tuæ.* I. Præueniendum esse Diuini examinis diem delictorum recordatione ostendit. II. Illum diem nobis fortunatum reddi, si corā Deo omnia opera nostra ordinata sint. III. Diuersorum operum rationes & ordines constituit, ieiunij, Vigiliarum; exercitij matutini: examinis conscientiæ: confidentiæ in Deo, & aliorum quæ suggerit Dauid Regius Psal. 36. ab illis verbis: *Reuela Domino viam tuam. A pag. 408. ad 416.*

✠ Nicolai de Cvsa ad ea, *Filij huius sæculi, prudentiores sunt filys lucis, &c. Luc* 16. tria hîc tanguntur I. Prudentia lucis est, vt ponderosa & tenebrosa A abijciantur: & ponit diuitias suas in paupertate sæculi huius: Prudentia vero huius sæculi opera lucis fugit, & facit opera tenebrarum. II. Prudentiam debet habere filius lucis, nam de bonis non suis, sed Domini sui debet sibi facere amicos. III. Dissipare tempus, est dissipare bona Dei, cum Deus sit æternitas & tempus eius imago, fluens ab eo. *Excitat. lib. 2. a pag. 379. ad pag. 380.*

✠ Radvlphi Ardentis in Epist. homilia. *Debitores sumus non carni. vt secundum carnem viuamus &c. Rom.* 8. Monemur hac epistolâ & homiliâ; vt mens nostra Deo seruiat, sensualitatem cum sensibus suis sibi consentire compellat; & ita viuamus secundum B spiritum & non secundùm carnem: viuentes secundum Spiritum esse Filios Dei id est, qui à carne vel à Spiritu maligno, sed à Spiritu sancto ipsi carni præsidente, ad benè cogitandum, loquendum, & agendum, aguntur, *a fol. 60. pag. 1. ad fol. 63. pag. 1.*

Eiusdem, in Euang. homilia per quam mysticè quinque in hac parabola nobis proponuntur intelligenda. 1. Rerum nostrarum nos non Dominos, sed dispensatores esse; siuè sint bona exteriora, corporalia aut spiritualia; 2. Bona hæc nos dissipare, cum & infirmis siue egenis bona exteriora & seruitio Dei bona corporalia, Deo & Spiritui nostro bona spiritualia negamus: 3. C Rationem bis ponere Deum cum homine villico suo, & in hoc sæculo, & in iudicio: 4. Timorem vtilem esse ad consilium inuestigandum: 5. Villicum de bonis Domini sui amicos sibi præparare, cum pauperibus Christi compatitur. *à fol. 69. pag. 2. ad fol. 72. pag. 2.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in illud, *Redde rationem villicationis tuæ.* Tria considerat. I. Rationis reddendæ difficultatem. II. Testium malam rationem accusantium veritatem. III. Sententiæ in Villicum iniquitatis seueritatem. Quantùm ad primum, difficultas apparet ex eo, quod reddenda erit ratio de omnibus cogitatis, dictis, & factis. Quantùm ad secundum, tres

sequentem. Quantùm, ad tertium ostendit Ecclesiam fieri speluncam latronum, quando in ea reperiuntur contentio superborum, infectio lubricorum, & negotiatio cupidorum. *Ibidem pag. 167. & sequent.*

DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. sermo, in quâ Paulus Apost. hortatur nos. I. Ne desideremus illicita, hoc est, per diuinam legem prohibita, sc. peccata. II. Vt simus summi Dei cultores sinceri, eum super omnia appetendo, colendo, amando. III. Vt vitia gulæ vitemus, comessationes & potationes superfluas fugiendo. IV. fugiamus luxuriæ peccata. V. Ne Deum tentemus, quærendo experimentum de omnipotentiâ & prouidentiâ eius VI. Ne murmuremus, sed patientes & humiles simus, &c. *Ex sermonib. de temp. a fol. 282. pag. 2. ad fol. 283. pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo 1. in quo Primò. Summa Christi pietas commendatur, qui eum appropinquasset ciuitati, in quâ sui hostes erant, ex ineffabili pietate eis condoluit. Secundò. Christus fleuisse perhibetur in suâ natiuitate, circumcisione, hodiè, in Lazari suscitatione passione instante, in suâ passione. Tertiò. multiplex species laudabilis luctus ponitur 1. est peccata propria flere; 2. proximorum peccata deflere; 3. præsentis vitæ ærumnas, vt ab eis mereamur liberari; 4. ex consideratione passionis Christi lachrymari, 5. desiderio æternæ beatitudinis & propter eius dilationem; 6. præsentiæ Dei desiderio; 7. spiritualis profectus & incrementi, optatione; 8. ex timore diuini iudicij & infernalis supplicij, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol. 290. pag. 2. ad fol. 291. pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo 2. Christus docet. I. Hierusalem ruinam; flens, causa excæcationis impiorum, propria pericula non attendentium. II. Dicens, *Venient dies in te &c.* inuisibiles hostes per varias suggestiones tradit inducere hominem ad peccata. III Vendentes & ementes de templo eijciens, 1. feruentem zelum pro Dei honore habere; 2. sæcularia negotia in Ecclesiâ non pertractare; 3. Primò quærere regnum Dei & iustitiam eius insinuat. IV. Dicens *Domus mea domus orationis vocabitur.* Ecclesiam Deo dicatam dicit esse, vt in ea 1. fideles Deum exorent; 2. vt Deus certis horis laudetur; 3 vt missarum solemnia fiant; 4. sacramenta cum ampliori deuotione celebrentur; 5. Verbum Dei solemniter populo prædicetur. *Ex sermonib. de temp. a fol. 291. pag. 2. ad fol. 292. pag. 2.*

S. GREGORII MAGNI homilia in Euangelicam lectionem. I. Singulas visitationis hodiernæ particulas ponderat, ac literaliter & mysticè exponit. II. Sacerdotum vitia tangit, B & plangit. III. Diem animæ peruersæ explicat. V. Statum iniquorum depingit & ex Euangelio colligit. V. In Religiosos malos inuehitur. VI. Per templum Hierusalem speluncam latronum factum, conscientiam Christianorum siue mentem, illicitis cogitationibus repletam intelligit. VII. Nouissima hominis attentè considerat. VIII. Qualiter membra Christi efficimur, docet. IX. Ad amorem Dei & proximi exemplo prouocat. *Tom. 3. Homil. 39. in Euangel. à col. 143. ad col. 148.*

GVILLELMI PARISIENSIS, sermo 1. In epist. Apost. 1. Corinth. 10. C In quo Primò, hæc verba examinans *Non simus concupiscentes malorum &c.* Rationes assignat quare non debemus malum concupiscere quarum 1. est, quia mala concupiscere, est quasi de lapidibus famem habere; 2 diabolicum est; 3. mala concupiscens malis saturabitur; 4. malum concupiscere, est, quærere venenum serpentis inuisibilis; 5. Vincula vel carcerem diaboli appetere; 6. funem ad suspendium velle. Deinde malum alienum non esse concupiscendum probat; quia inquit, est, diabolicum ignem in sinu abscondere, nocere proximo, sibi ipsi nocere, Dei odium mereri. Secundò. Ratione sequentium verborum *Neque idololatræ efficiamini.* Quatuor vitia dis-

suadet; 1. idololatriam; 2. diffidentiam de Deo quæ vocatur tentatio, 3. fornicationem; 4. murmur contra Deum, vel contra eum qui loco Dei est, &c. *A pag.* 140. *ad pag.* 143.

Eiusdem, sermo 2. In illud præcedentis Epist. *Qui se existimat stare videat ne cadat.* Ex quo veritates sequentes elicit I. Signa tria posse dari, per quæ aliquis credere potest se in bono statu esse: quorum 1 est, virtus siue potestas quâ aliquis longo tempore se posse cauere ab omnibus quæ Deus prohibet; & implere quæ præcipit; 2. recta dispositio interioris appetitus, propter quam mala & desipiunt & bona sapiunt; 3. dulcedo cordis, siue pax & tranquillitas, per remotionem remorsus conscientiæ. II. Aliquem se præcipitare in peccatum, vel timore mali, vel amore transitorij boni vel errore, vel cupiditate alicuius lucri, &c. III. Septem occasiones cadendi ministrare, 1. altitudinem loci, 2 pedum infirmitatem; 3. Scandalum vel obicem in via; 4 negligentiæ somnum; 5. viæ lubricitatem; 6. foueæ propinquitatem; 7 ponderis grauitatem. *A pag.* 143. *ad pag.* 145.

Eiusdem, sermo in Euang Luc. 19. *Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns ciuitatem fleuit super illam* &c. cuius litteralem intelligentiam postquam ex Beda præsertim tradidit; multa ex eo attendenda profert. 1. In Christo quadruplex fletus, sc. infantiæ, super Lazarum, super ciuitatem hanc, & in cruce, nos monet vt fleamus 1. pro incolatu præsentis miseriæ 2. compunctione, 3. compassione. 4. pro dilatione gloriæ. II. Irreuerenter ad sacrum locum aliquis se habet, in eo male viuendo, opus terrenum agendo, molestiam inferendo, eum polluendo, proximo nocendo, filio Dei in propriâ personâ contumeliam faciendo. III. Debent frequenter prædicare illi ad quos pertinet vt prædicent; ad exemplum Christi, qui quotidiè erat docens in templo. IV. Circa seriem Euangelij, duodecim considerari possunt quæ ad superiora referri & A reduci debent. V. Septem mala ventura incitant peccatorem ad fletum; sc. temporalium bonorum spoliatio; occursus inimicorum; amissio status pœnitendi; magna confusio; separatio reproborum ab electis; exclusio à gloria, gehennalis pœnæ miseria. VI. Sunt in peccatore quinque pericula, insensibilitas peccati; remedij abominatio; peruersitas, corruptio actiua, seu aliorum infectio induratio in malo. VII. Domus Dei est triplex; superior, cœlum; inferior exterior, Ecclesiæ; interior, anima iusti: circa domum exteriorem, sc. Ecclesiam, debemus habere amorem, venerationem fiduciam impetrandi. *A pag.* 447. *ad pag.* 452.

B ✠ Ioannis Thavleri sermo in Euangelium hodiernum Luc 19. sub titulo Dom. 10. Post Trinit. Vbi I. Ciuitatem illam denotare impiorum hominum amicos, verè deflendos. II. Quid illis obuenturum sit ex præsenti comminatione Christi proponit. III. Multis exaggerat scelerum magnitudinem, quibus abundat mundus. IV. Hortatur vt dum tempus suppetit, Deum loquentem audiamus. *A pag.* 419. *ad* 423.

Eiusdem sermo alter in Epistolam huius diei, ad ea verba: *Diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, 1. Cor* 12. Vbi I. declarat fideles membra esse diuersa eiusdem corporis, quæ singula suos actus habent II Omnia illa à Deo, esse donata, & nemioem ab ijs impediri. III. Vndè dignoscat homo, an operum suorum finem habeat Deum aperit. IV. Vnicuique Deo esse cooperandum & laborandum. *A pag.* 416. *ad* 419.

C ✠ Radvlphi Ardentis in cap. 10. 1. Corinth. homilia, quâ, Primò. A quinque vitijs nos dissuadet, sc. concupiscentiâ malâ, idololatriâ, fornicatione, tentatione Dei, murmuratione. Secundò. Temporales pœnas quibus primi præuaricatores puniebantur, significasse æternas pœnas, quibus omnes præuaricatores in inferno puniēdi sūt, probat Tertiò Ne à tentatione apprehendamur & superemur nos monet. Quartò. Deum, quia verax est in pro-

missis, non permissurum nos tentari vltra posse nostrum, ostendit. *a fol. 65. pag. 2. ad fol. 69. pag. 2.*

Eiusdem, homilia in Euang. ex cuius serie Dominus se habere demonstrat; veram humanitatem, cum sicut verus homo plorat: veram diuinitatem, dum futura tanquam præsentia videt & narrat: veram iustitiam, cum æendentes de templo eijcit, & eos punit: veram charitatem, quando nec indignis substrahit gratiam prædicationis; quos enim expulerat per iustitiæ rigorem, hos ad salutem reuocare quærit per prædicationem. *à fol. 76. pag. 1. ad fol. 79. pag. 1.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in illud Euangelii *Circumdabunt te inimici tui vallo, &c.* Tractat de aduersitate vanam huius mundi prosperitatem secutura & diuiditur concio in tres partes, prima agit de ipsius aduersitatis vniuersalitate, secunda de pœnarum quæ in ipsa erit multiplicitate, tertia de eiusdem æternitate. Quantùm ad primam, probat ab octo partibus, mala reprobis tunc euenienda esse, nimirum à terra, aqua, aëre, igne, sole & astris, sanctis, Christo Iesu, & ab Angelis. Quantùm ad secundam, octo malorum pœnas enumerat, quæ sunt, summæ ignorantiæ cæcitas in rationali, continua odij & iræ angustia in irascibili, omnis suauitatis carentia in concupiscibili, sonitus flentium & vlulantium in auribus, effusio lachrymarum corpora comburentium in oculis, fœtor intolerabilis in naribus, cibus & potus amarissimus in ore, & ignis ardentissimus in corpore. Quantùm ad tertiam paucissima habet de damnationis æternitate. *Tom. 16. serm. Domin. fol. 20. col. 2. 3.*

A

DOMINICA DECIMA
post Pentecosten.

✠ B. Alberti Magni sermo ad ea verba Luc. 18. *Publicanus à longe stans nolebat oculos ad cælum leuare, &c.* Exemplo publicani sex nobis ad veram pœnitentiam necessaria proponit. I. Considerationem Diuinæ seueritatis. 2. inspectionem propriæ fragilitatis. 3. dolorem admissæ iniquitatis. 4. sinceritatem confessionis. 5. strenuitatem satisfactionis. 6. Orationem. *A pag. 108. col. 1. ad 109. col. 1.*

✠ S. Antonii de Padva sermo. I. Quatuor species tumoris in Pharisæo reperiuntur; qui bonum à se habere existimat; si datum à Deo, pro meritis datum reputat; iactat se habere bonum quo caret; appetit videri quod habet despectis alijs: Leoni assimilatur. II. humilians se coram Deo, oculos demittens, Deum ad se adducens, Publicanus nobis veri pœnitentis forma est. III. Christus humilem exaltat, ipsum iustificans: superbum humiliat, eum reprobans. *à pag. 358. ad pag. 361.*

B

S. Basilii Selevciæ oratio in Publicanum & Pharisæum. I. Christum medico pluribus assimilat, eumque medicum absque pharmaco nominat. II. Passiones, animæ ægritudines dicit. III. Superbiam, ægritudinum arcem nuncupat, eiusque mala recenset. IV. Humilitatis laudes pangit. V. Pharisæum & Publicanum orantes contemplatur. VI. Singulas parabolæ Euangelicæ circumstantias examinat. VII. Christum cum Iudice comparat, qui hodie litem dirimit inter deiectum peccatorem, & iustum sese magnificè iactantem. VIII. Publicanum laudibus celebrat. IX. Pharisæi fastum detestatur. *Orat. 35. à pag. 180. ad pag. 185.*

C

S. V. Bedæ homilia in Euangelium. Textum breui expositione percurrit, quatuor species profert quibus omnis tumor arrogantium demō-

stratur, & parabolam hodiernam de A vtroque populo Iudæo ac Gentili typicè interpretatur. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de temp. col. 63. & sequent. hom. Dom. II. post Trinitat.*

S. Bernardi sermo in illa Euág. verba, *Omnis qui se exaltat, humiliabitur.* Agit de vera & falsa humilitate, ac de vera & falsa exaltatione. Quatuor autem considerat, summam videlicet fœlicitatem in cælo ad quā suspiramus mediam in Paradiso vnde cecidimus, infœlicitatem mediam in hoc mundo proqua gemimus, & in inferno extremam infœlicitatem quam meritò formidamus: siue vitam & vmbram vitæ, mortem & mortis vmbram. Tandem discrimen ponit inter humilem & humilitatem, illudque exponit. *Col. 390. & sequent.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo, in quo tangit Quorundam confidentiam arrogantem & vitiosam: Differentiam status Pharisæi & Publicani, in actu, in fructu, & ratione. *Ex sermon. de temp. tom. 4. à pag. 220. col. 2. ad pag. 225. col. 1.*

S. Bonaventuræ sermo primus in illud Euangelij. *Publicanus a longè stans, &c.* Docet hominem in hac vita stare debere. I. Ad seruiendum Deo retribuenti. II. Ad acquiescendum Angelo custodienti. III. Ad subueniendū proximo indigenti. IV. Ad resistendum diabolo inuadenti. *Tom. 3. serm. Dom. pag. 168. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Deus propitius esto mihi peccatori.* Quòd homo propitiationē Dei mereatur, per veram confessionem, per fraternam condonationem, per deuotam orationem, & per piam erogationem. *Ibid. pag. 169. col. 1.*

Eiusdem sermo tertius in illa Euangelij verba, *Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* Quadruplicem considerat hominis descensum, nimirum per transitionem mortalem, per humiliationem pœnitentialem, per resolutionem corporalem, & per demersionem infernalem, *Ibidem pag. 169. & sequen.*

Eiusdem sermo quartus in illud, *Qui se exaltat humiliabitur.* Ostendit in his verbis totius salutis humanæ summam contineri, quæ consistit in humilitate meriti, & sublimitate præmij; de vtraque differit. Quantùm ad primam, triplicem agnoscit in Publicano & pœnitente humilitatem, reuerentiæ videlicet, in opere, ex consideratione supremæ Maiestatis: contritionis in corde, ex recordatione commissæ iniquitatis: recognitionis culpæ in ore, ex timore æternæ calamitatis. Quantùm ad secundum, docet pœnitentem triplici exaltatione sublimari; exaltatur siquidem decore cœlestis gratiæ delentis maculam peccatoris: virtute abundantioris B iustitiæ, bona meritorum accumulantis: & honore deiformis gloriæ, ad gaudia æterna sublimantis. *Ibidem pag. 170. & sequent.*

S. I. Chrysostomi in Publicanum & Pharisæum sermo. I. Ecclesiæ statum prato assimilat. II. Christi miracula virtutesque breuiter perstringit. III. Pharisæum arrogantiā quam pecuniis ditiorem repræsentat. IV. Publicani humilitatem & pœnitentiam eleganter describit. V. Arrogantiam detestatur, humilitatisque virtutem commendat. *Tom. 6. à pag. 569. ad pag. 575.*

✠ Dionysii Cartusiani sermo pro Epist. in quā docet nos Apo- C stolus I. Quod absque speciali iuuamine Spiritus-sancti, nihil bonum valemus cogitare, loqui aut agere II. Qualiter Christus decorauit Ecclesiam militantem per diuersa gratiæ dona & officia. Vt vnusquisque gratiam sibi à Deo misericorditer datam, charitatiuè communicet proximis. IV. Quanta sit fortitudo & firmitas fidei Christianæ, quæ tot confirmata est miraculis. *In serm. de tēp. à fol. 289 p. 1. ad fol. 290. p 1.*

Eiusdē de Euang sermo. 1. Superbia fugienda est; quia, Primò. Homilitatem nos edocuit Dominus in suâ conceptione, natiuitate, infantiâ, conuersatione, passione. Secūdò, Deo maximè displicet. Tertiò. Dedecet omnem creaturā intellectualem ac rationalē.

Quartò. Contumeliam, rapinam, iniuriam & furtum facit Deo. Quintò. Ex eâ multa oriuntur peccata. Sextò. Maximum infert animæ damnum efficiendo eam diabolo similem; priuando diuino auxilio; diuinâ illuminatione destituendo. *Ex serm. de temp. à fol. 296. pag. 2 ad fol. 297. pag. 2.*

Eiusdem in Euang. sermo 2. vbi ex Greg. quatuor superbiæ species describuntur, sc. dum aliquis 1. Bona quæ habet, putat à seipso habere: 2. Se putat habere pro meritis suis bona, quæ habet à bonitate & misericordiâ Dei: 3. Se credit habere bona quæ non habet: 4. In æstimatione suâ, se præponit aliis, & eis despectis, cupit videri singulariter habere bonum quod habet. Deinde tres humilitatis gradus hîc recensentur. *In serm. de temp. à fol. 297. pag. 2. ad fol. 298. pag. 2.*

S. EPHRÆM SYRI discursus ad euersionem superbiæ. I. Virtutes cunctas humilitate destitutas, vanas dicit. II. Callidi hostis varias prodit in homines dominandi, artes. III. Superbiam omnino repudiandam docet. IV. Superborum obiectionibus occurrit, easque efficacissimis dissoluit argumentis. V. Humilitatem variis sanctorum omni virtute præditorum exemplis commendat. VI. Iustos docet modum, vanitatis tentationibus fortiter resistendi. VII. Vt resipiscat homo religiosus ab elata cogitatione propriæ complacentiæ, hortatur. *Tom. 1. à pag. 88. ad pag. 91.*

GVILLELMI PARISIENSIS, sermo 1. in Apostolica dicta. 1. Corinth. 12. *Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto.* Ex quibus nos instruit. I. Christianum male viuentem, Christum negare; eiusque negationem peiorem esse infidelium negatione; quia, infideles negant eum verbo, mali Christiani facto: Infidelium negatio habet ignorantiam, quæ locum non habet in malis Christianis. talis Christianus nullius legis esse videtur: tales Christiani habentur vt apostatæ. II. Malum esse Christianum ignominiosum esse, quia talis apostata est: Proditor est cum Deū

A impugnet à quo habet quicquid habet: monstrum est, partim Christianus, partim sarracenus; maledictioni subiacet: infœlix est, hæreditatem regni cœlorum à se alienans, bona in manu sua annihilans, quod alijs est bonum sibi malum faciens, fidem mortuam habēs, in fide manens quæ ad cumulum damnationis eius est. III. Bonum esse Christianum, magnum esse; quia, talis seruus est regis, cui seruire regnare est; filius Dei; hæres Dei, cohæres Christi; fœlix est, eum ad eum omnia bona confluant, in manibus eius crescant bona, mala sint ei bona. *à pag. 145. ad pag. 149.*

Eiusdē, sermo 2. In hæc prioris epist. *Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem.* In quo. Signa dantur præsentiæ Spiritus sancti in aliquo: quorum 1. est sensus spiritualis, quo dolemus quæ amisimus & commisimus, 2. motus membrorum ad operationes salutis & proximi subuentionem, 3 Spiritus attractio, eum aliquis gratiam Spiritus sancti attrahit orando Sex dantur signa mortis in peccatore 1. desperatio non euadendi à morte, 2. magna miseria, quæ potius mors dicenda quam vita, 3. nulla fructus productio, 4. ab aliquo valde necessario separatio, 5. vilitas, 6. virtutis & defensionis defectus. *à pag. 149. ad pag. 150.*

B

C Eiusdem, sermo 3. Præcedentibus verbis immorans; ratione quorum duodecim enumerat, quæ homines mouere debent ad gratis & liberaliter operandum quorum 1. gratis datum est illud vnde operari debemus; 2. ad dandum, gratia data est, non ad vendendum; 3. Dominus promittit danti dari; 4. multiplex effectus liberalitatis, qui est in offensarum remissione, gratiæ augmentatione, ad bonum finem perductione &c. 5. homines assimilantur Deo, qui ex liberalitate fecit quicquid fecit; 6 cū damus melius vēdimus si propter Deum damus; 7. quod datur, si pro Deo datur, melius seruatur; 8. quod sumus daturi, in dando quodammodo melioratur; 9. Deus liberalitatē nos docet verbo & exem-

plo, magnitudine, multitudine eorum quibus dat, &c. 10. magnæ nobilitatis est liberalem esse; 11. gloriosum & curiale dare; 12. lex naturalis, scripta in corde hominis, id monet &c. *A pag. 150. ad pag. 153.*

Eiusdem, sermo, in Euang. Luc. 18. *Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant &c.* Ex qua parabola, à superbia conatur nos reuocare, & ad humilitatem inuitare exemplo Pharisæi & Publicani. 1 Parabola hæc dicta est ad quosdam de se confidentes tanquam iustos, & non vere iustos, & aspernantes cæteros; fatui sunt qui cōfidant de operibus suis bonis, cum non possint scire vtrum verè bona sint: Dicta est etiam parabola ad eos qui peccabant in Deum, se iustificando; & in proximum, alios aspernando: Laborant hi sicut Pharisæus, quatuor speciebus superbiæ; putant à se habere quod à Deo habent; meritis suis attribuunt, quod est ex mera gratia; pauperes sunt, cum se credunt diuites; se iustos singulariter arbitrantur: Septem in Pharisæo fatuitates aduerte; orationem à gratiarum actione incipit; se solum iustum putat; gaudet de dissimilitudine vel inæqualitate; publicanum singulariter despicit, cum nullus sit despiciendus; infirmitates ei abscondit à quo sanationem quærere debebat; eleemosinam petiturus, diuitias suas ostendit; gloriatur de falsa monetá sc. de genere operum, quæ sunt absque humilitate. II. In Publicano quatuor discreta facta reperiuntur. sc. reuerentia sacrorum, à longe stans, oculos ad cœlum non leuat, percutiendo pectus de pessimo hoste suo vindictam sumit, miseriam suam diuinæ opponit iustitiæ. *A pag. 452. ad pag. 456.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo in Euangelium hodiernum Luc. 18 sub titulo Dom 11 post Trinitatis In quo I. templum illud quo ascenditur ad orandum esse internum animæ fundum ostendit. II. Duos homines, esse interiorem & exteriorem, qui ascendere debent. III. Orationem iuuari Eucharistiâ oportunè sumptâ. IV. Plu-

A ra subijcit de frequenti communione; à qua vitia nostra deterrere nos non debent. V. Ad. Religiosos conuertitur, quus ordinatè & piè viuere hortatur. Ad quod multa suggerit. *A pag. 423. ad 428.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in ea epist. verba. *Fratres scitis quod cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes &c. 1. Cor. 12.* homilia. I. Homines duci à spiritibus malignis ad idololatriam & blasphemiam, patet; filij enim iræ nati sunt, & filij iræ manent. II. vera confessio à Spiritu sancto est; nec enim benè cogitare, nec benè loqui, nec benè operari ex nobis possumus. III. Dona etsi diuersa à Spiritu sancto

B dantur, vt sunt gratiæ, ministrationes, operationes, &c. *A fol. 72. pag. 2. ad fol. 76 pag. 1.*

Eiusdem, ex lectione Euangelij homilia, tribus membris composita. Primò. Superbiæ quatuor species videntur, sc. 1 cum quis bonum quod habet non à Deo sed à se æstimat habere; 2. dum quis bonum quod habet credit se habere à Deo sed ex meritis suis; 3. cum quis se iactat habere bonum quod non habet, 4. cum quis cæteris despectis, singulariter appetit videri quod habet. Secundò. Ad confundendam eorum multiplicem superbiam, inducitur parabola Domini, de superbo iusto, & humili peccatore. Tertiò. Deus superbum despicit & donis vacuum à

C se eiicit; humilem respicit & iustificat; ideo superbia est ruina iustorum, & humilitas est exaltatio etiam peccatorum. *A fol. 82. pag. 2. ad fol. 86 pag. 1.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 16. in Euangelium hodiernum. Primo docet, hic constitui ascensus ad Deum gradum humilitatis; & superbiæ detrimenta 2. Vbi duo in parabola homines introducuntur, contentionem significare Dominum inter improbitatem vituperandam, & virtutem laudandam. 3. tùm ipsam parabolam per partes explanat. Ostendit orationem ad Deum euehere; quid distet oratio à voto & quid vtrumque sit 4. Agit de humilitatis euectione celsissi-

ma, quam in publicano attollit. 5 Pharisæi superbiam & inanem gloriam vento comparat, arborem fructu nudante, & pluribus in hoc vitium inuehitur. *A pag. 92. ad 109.*

S. Thomæ Aquinatis sermo primus in Euangelium. Tria pertractat, magnam Pharisæi superbiam, veram Publicani humilitatem, & Dei iustitiam. Quantùm ad primum ex tribus Pharisæi superbiam colligit, se etenim simpliciter iustum cogitabat: cæteros despiciebat, & sua bona iactabat. Quantùm ad secundum, Publicani humilitatem ostendit similiter ex tribus, quia à longè stabat: indignum se videre templum iudicabat: & se peccatorem asserebat. Quantùm ad tertium Christi iustitiam commendat ex Publicani iustificatione: Pharisæi condemnatione: & superborum deiectione humiliumque exaltatione. *Tom. 16. Serm. Domin. fol. 20. col. 4.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Deus propitius esto mihi peccatori.* I. Quòd firmiter speranda sit diuina misericordia, quia ipse Deus diues est in misericordia, quia proprium eius est misereri, quia longam habet consuetudinem miserendi. II. Quòd imitandus sit in oratione Publicanus ad implorandam Dei misericordiam, ob eius breuitatem, necessitatem, & humilitatem. III. Quòd peccator vt sibi Deum reddat propitium, habeat cordis humilitatem & contritionem, peccatorum suorum confessionem; & pro ipsis punitionem siue satisfactionem. *Ibid. fol. 20. & seq.*

DOMINICA VNDECIMA post Pentecosten.

✠ B. Alberti Magni sermo de ça verba Marci 7. *Apprehendens Iesus surdum & mutum, &c.* I. docet, per surdum & mutum peccatorem designari, & quomodo. II Ad huius curationem quatuor fieri, quæ mysticè exponit. 1 de turba seorsum educit. 2. digitos in auriculas mittit. 3. expuens linguam eius tangit. 4 suspiciens in cœlum ingemuit. *A pag. 109. col. 2. ad 110 col. 2.*

A

✠ S. Antonii de Padua sermo in quo. I. Christus egrediens de finibus Tyri & Sidonis, docet exeundum à via perditionis & veniendum ad viam vitæ & semitam iustitiæ. Decapolis quæ est ciuitas decem vrbium denotat decem virtutes Christiano necessarias; vita, mores & virtutes iusti describuntur. II. Surdi & muti curatio litteraliter & moraliter exprimitur: hic obedientia pœnitentia, & erubescentia, confessio, Christi obedientia, natiuitas, passio, humanitas, commendantur. *a pag. 361 ad pag. 366.*

B

S. V. Bedæ homilia in Euangel. I. Textum iuxta literam & intellectum interpretatur. II. De surditate spiritali & impedimento linguæ generis humani disserit. III. Per digitos Christi dona Spiritus-sancti intelligit, sicut & per sputum verbum Euangelij. IV. Segregationem huius surdi & muti à turba mysticè explicat. V. Quasdam baptismi ceremonias exponit. VI. Christi Domini exemplo iactantiam vitandam docet. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de temp. col. 65. & sequent.*

S. Bonaventuræ sermo primus in illud Euangelij, *statim apertæ sunt aures eius.* Quatuor aperienda dicit, oculos ad credendum fideliter: aures ad obediendum humiliter: os ad loquendum vtiliter: & manus ad subueniendum misericorditer. *Tom. 3. serm. Dom. pag. 171. & sequent.*

C

Eiusdem sermo secundus, in illa Euangelij verba, *Solutum est vinculum linguæ eius & loquebatur rectè.* Imprimis de linguæ spiritalis impedimentis disserit. De inde remedia adhibet, & vincula soluit: soluitur autem vinculũ superbiæ mentalis, per timorem reuerentiæ filialis: inuidiæ, per amorem beneuolentiæ vniuersalis: & carnalis lasciuiæ, per decorem pudicitiæ cælestis. Denique perfectè confessionis tres notat conditiones, ad hoc requisitas vt homo loquatur rectè. *Ibidem. pag. 172. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. Peccatum vinculum dicitur, quo homo ligatur veluti pedibus, per prauum affectum: manibus, per iniquum tactum: collo, per nociuum verbum, & lingua, per indebitum silentium. *Ibid. pag.* 173. *& sequentib.*

Eiusdem sermo quartus in illud, *Bene omnia fecit.* Sequentia probat. I. Deum omnia facere per potentiam. II. Omnia trahere per gratiam. III. Omnia prospicere per notitiam. IV. Omnia innouare per gloriam. *Ibidem. pag.* 174.

✠ DIONYSII CARTHVSIANI pro epist. sermo, in quo cum Apost. innuit, Christianam fidem non inniti rationi humanæ, sed supernaturali operationi diuinæ; quæ à Deo tanquàm sigillum applicatur legis Euangelicæ documentis, in testificationem; Ideo assentiri ijs quæ sunt fidei, non esse leuitatis, quamuis sint incomprehensibilia; Quod probat contrà erroris Mahometici vanitatem. *Ex serm. de temp. à fol.* 295 *pag.* 1. *ad fol.* 296. *pag.* 1.

Eiusdem, sermo secundus, in quo curationis surdi & muti spiritualis datur intelligentia. Primò. Per eum designantur, qui verbis Dei obedire negligunt aut contemnunt; & vniuersi, qui peccata sua sinceriter confiteri non curant. Secundò. Surdus & mutus per turbam ad Christum ducitur: vt innuatur, mente surdum seu vitiosum, per seipsum non valere ad Deum accede, cum non sit in charitate. Tertiò. Cum turba pro surdi sanitate rogasset, Christus apprehendit eum & duxit seorsum, per quod intelligendum est. 1. Deum conferre frequenter gratiam aliquibus, meritis ac precibus aliorum; 2. eos quos Deus à vitijs curat, debere vitare praua consortia, &c. *Ex serm. de temp. à fol.* 302. *pag.* 2. *ad fol.* 303. *pag.* 1.

Eiusdem, in Euang. sermo 2. de Spirituali intellectu curationis surdi & muti. I. Christus ponit digitos in auribus surdi: quia nullus euratur ab interiori surditate & mutitate, & alijs vitiis nisi per infusionem Spiritus sancti. II. Sputo linguam eius tangit, homo enim à verbis spiritualibus silens,

A non potest sanari, nisi à Christo donum sapientiæ sortiatur. III. Ad cœlum aspexit, vt doceat nos in omni angustiâ ad Deum confugere. IV. Ingemuit, vt cum gemitu intimo inuocemus, & propter peccata nostra & aliorum ingemiscamus & doleamus. *Ex serm. de temp. à fol.* 303. *pag.* 1. *ad fol.* 304. *pag.* 1.

✠ GVLIELMI PARISIENSIS sermo 1. In D. Pauli Epist. 1. Corinth. 15. *Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris.* Homo timeat facere peccatum, pro quo Deus mortuus est: & passionis ipsius remedio vtatur: Passio enim Christi, refugium est contra mala pœnæ; deuotus quippe sua non sentiet, si ducis sui vulnera intueatur: Passio
B Christi refugium est contra mala culpæ, diabolus enim timet crucem in qua est deuictus: Si fides hæsitat, si spes diffidit, si charitas friget vel defatigata est, Christum patientem considera: Prudentiæ, iustitiæ, mansuetudinis, stabilitatis humilitatis, obedientiæ, pietatis commendationem in passione Christi attende. *à pag.* 153. *ad pag.* 155.

Eiusdem sermo 2. Præcedentis Epist. Hæc dicta discutiens, *Gratia Dei sum id quod sum.* Ex quibus concludit, septem modis se habere aliquem indignè vel indebito modo ad gratiam Dei. Primò. Cum ad eam in necessitate non recurrit. Secundò. Dum pulsanti Deo
C non aperit, sed eius gratiæ & ei cor clausum habet. Tertiò. Si eam extinguat, donum spiritus abscondendo. Quartò. Si doctorem gratiæ contristat, Spiritum sanctum à se per peccatum expellendo & spiritum malignum inducendo. Quintò. Cum eam odit & persequitur in aliis, ne faciant quæ sunt Spiritus-sancti. Sextò. Si emit vel vendit gratiam Dei, vt simoniaci, quod est magnum peccatum in tempore gratiæ, est enim contra gratiam. Septimò. Dum quod est gratiæ tribuit alij. *à pag.* 155. *ad pag.* 156.

Eiusdem sermo 3. Citata superius iterùm referens & eorum occasione hominem ad sui cognitionem perducens; ad quam multùm valet si consideret homo.

homo. Quid sit per naturam? sc. contemptibilis, miserabilis, filius putredinis, frater vermium, filius iræ; loquimur autem hic de naturâ corrupta. Quid sit per culpam? sc. infœlix & maledictus; maledictus declinans à mandatis Dei; infœlix, omnia bona à se fugando; exosus Deo. Quid sit per gratiam? sc. benedictus in cunctis viis suis, Dei filius, hæres Dei, Christi cohæres. Quid fecerit in sancto Paulo gratia? quod sc. multùm profecerit in meritorum multiplicatione, diaboli impugnatione, proximorum ædificatione, Dei cognitione: vide autem ne gratia otiosa sit: talis enim deficit: data est à Deo vt fructum habeat & lucrum, & in cœlesti thesauro ponatur. *à pag.* 156. *ad pag.* 158.

Eiusdem sermo in Euangel. Marc. 7. *Exiens Iesus de finibus Tyri, &c.* vbi de curatione surdi & muti à Christo facta disserit, & tribus totum concludit sermonem. Primò. Per hunc surdum & mutum peccatorem designari vult, cui diabolus, cum ceperit eum, loca illa obstruit per quæ facilius ab eo posset expelli & Deus introduci, sc. aures & os: hunc diabolus surdum facit ad clamorem pauperis, fratri veniam petenti, ad audiendum verbum Dei: mutum vero ad Dei laudem, orationem, confessionem, proximi instructionem. Secundò. Circa modum curandi multa à Christo facta ad morum informationem examinat: nam Christus 1. adduci ad se finit, 2. pro salute illius rogari permittit, 3. à turba eum eijcit, 4. digitos in auriculam eius mittit 5. linguam saliua tangit, 6. in cœlum suspicit, 7. gemit. Tertiò. Quid hanc sanationem secutum sit inquirit. Ex parte sanati tria sunt secuta, sc. aurium apertio, solutio vinculi linguæ, recta locutio: ex parte verò sanantis, qui præcipit ne alicui miraculum dicerent, tantò magis publicatum quantò publicatio à saluatore magis prohibita est: hæc ad mores prosequitur. *à pag.* 456. *ad pag.* 458.

✠ Ioannis Thavleri sermo 1. ad ea verba. 2. *Cor.* 3. *Littera occidit, spiritus autem vivificat.* sub titulo Dom. 12. post Trinitatis. I. Constituta diuersitate legis & Euangelij, docet ad bona Euangelij perueniri per quandam laborum legis tolerantiam. II. Necessariam esse perfectam resignationem in omnibus, vt Deus secundum suum beneplacitum agat. *à pag.* 429. *ad* 431.

Eiusdem sermo 2. ad hæc verba Euãgelij *Marci* 7. *Benè omnia fecit, &c.* Sub eodem titulo. I. Considerat auscultationem diabolicæ vocis surdũ efficere hominem. II. Aliam causam assignat in Religiosis, tenaciorem adhæsionem ad proprios conceptus, & instituta, quæ ex proprio ingenio susceperunt. III. Verbum Dei auribus eorum inspirari, qui veraciter Deum diligunt. Et quibus vijs hic amor dignoscatur, assignat. IV. Agit de septem donis Spiritus sancti, ad hoc, quod Saluator in aures surdi digitos suos immisit. *A pag.* 431. *ad* 434.

✠ Nicolai de Cvsa sermo, in illud verbum. *Ephata. &c. Marc.* 7. Sicut ignis consumit arborem: Sic Spiritus Iesu cœlestis purgat animas: & purissimam substantiam, quæ summitas est intelligentiæ eius, attrahit, & in eam immittit Spiritum suum veritatis, vt ibi maneat, per quem resuscitatur & viuificatur continuè immutando, vsque ad eius conformitatem. *Excitat. lib.* 6. *à pag.* 586. *ad pag.* 587.

✠ Radvlphi Ardentis homilia pro epist. *Notum vobis facio Euangelium quod prædicaui vobis, &c* 1. *Corinth.* 15. Apostolus. I. Prædicationem suam commendat cum eam vocat Euangelium, quod bonum nuncium interpretatur: deinde auctoritate sui Apostolatus, virtute, vtilitate, &c. II. Christi passionem, sepulturam, & resurrectionem confirmat testimonio scripturarum Apostolorum & suo. III. Se humiliat in coactâ conuersione: in extenuitate, se extremum vocatione dicens, in indignitate: in nullâ de se præsumptione. *à fol.* 79. *pag.* 1. *ad fol.* 81. *pag.* 2.

Eiusdem, in Euang. homilia in qua describitur, Domini solicitudo quam habet pro salute humani generis; dum

pro salute hominum, terras & vrbes peragrat. Curandi miseria, cum surdus & mutus vocatur; & ita nec miseriam iudicare, nec auxilium postulare, nec consilium audire potest. Miserorum hominum charitas qui adducunt eum ad Iesum, & quod ille non poterat pro eo rogant. Virtus Domini curantis; quæ in tribus patet, in doctrinâ, in humilitate, in potentiâ. Diuulgatio miraculi contra mandatum, ex dilectione non ex contemptu. *à fol. 89. pag. 1. ad fol. 92. pag. 1.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in Euangelium. Tria complectitur, nimirum, magnam ac multiplicem cuiuslibet peccatoris infirmitatem; ad eius curationem varia necessaria: & ex ipsius curatione vtilitatem. Quantùm ad primum, tres profert hominis peccantis infirmitates; cæcitatem, per mentis obtenebrationem: surditatem, per inobedientiam: & mutitatem, per delictorum occultationem. Quantùm ad secundum, tria ad peccatoris curationem requisita ostendit, videlicet, sanctorum & Ecclesiæ orationem, donorum ac gratiæ Spiritus sancti susceptionem: & pœnitentiæ operationem, quæ consistit in tribus in præsenti Euangelio designatis, nempe in cordis dolore, oris confessione, & mandatorum Dei ac Sacerdotis adimpletione. Quantùm ad tertium, ex conuersione peccatoris, triplicem refert vtilitatem, ab omni siquidem spiritali infirmitate homo liberatur: Deus inde laudatur: eiusque potentia & bonitas declarantur. *Tom. 16. serm. Dom. fol. 21. col. 3.*

DOMINICA DVODECIMA post Pentecosten.

*B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba Luc. 10. *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, &c.* I. Ostendit hominem illum, esse quemlibet Christianum. II. Hierusalem patriam cœlestem notare, à qua homo defluit ad voluptates sæculi. III. Per latrones notari dæmones, qui tri- A bus hunc hominem vexant, Spoliant, vulnerant, semiuiuum reliquunt. IV. Samaritanum, figuram esse filij Dei, à quo octo bona recipit homo iste. *à pag. 111 ad col. 1. ad 112. col. 2.*

* S. ANTONII DE PADVA sermo, in Euangelium hodiernum: De tribus tractatum instituit. I. quod deuoti Dominum contemplantes, lætantur mentali gaudio, ad hæc: *Beati oculi qui vident &c.* Sed videndus est æquè in patibulo, ac in cælo. II. Dilectionis Dei & proximi legem exponit & præmia. Vbi quatuor in dilectione concurrere debere ostendit, Cor, animam, vires, mentem: & quid significent. III. Peccatorum delinquẽtium proponit imaginem in homine incidente in latro- B nes; à quibus spoliatur & vulneratur. Cùm prius habitaret Hierusalem, & similis Iob, septem filijs, septem beatitudinibus esset fœcundus. Et ita moraliter totam parabolam hominis descendentis ab Hierusalem in Hiericho expendit. *à pag. 366. col. 1. ad pag. 372 col. 1.*

S. AVGVSTINI sermo de eo quod dicit Dominus in Euangelio, *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Qualiter perfectam charitatem erga proximum tenere debeamus docet, & illicitis amoribus exclusis, licitos hominis in hominem quærit, diuersosque charitatis gradus numerat. Primus gradus liciti amoris incipit à coniugio; secun- C dus amor filiorum est; Tertius propinquorum, Quartus extraneorum; Quintus inimicorum. Rursus, amicitia excepta, quam facit mala conscientia, distinguit dilectionem erga proximum, in amorem consuetudinis, & amorem rationis, in amorem amicitiæ, & amorem concupiscentiæ. Deinde à proximi amore ad Dei ascendit amorem, & quãta perfectione sit Deus diligendus, tradit. Denique perpetuam esse hominum in hac vita ægritudinem efficacissimis rationibus demonstrat: & vt proximum propter vitam æternam diligamus, cohortatur. *Tom. 10. lib. 50. Homil. homil. 38. fol. 112. & sequent.*

S. V. BEDÆ homilia in Euange-

lium. Suo more textum ad litteram & sensum moralem explicat: & parabolam hominis descendentis ab Hierusalem in Hiericho, de Adamo siue de homine in miseriam per peccatum lapso interpretatur. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de temp. col. 67. & sequentibus.*

S. Bernardini Senensis sermo, in Euang. de diuinâ dilectione, in quâ attendamus. I. Actum nobilissimum, qui est diligere Deum super omnia. Deus præcipit nobis eum diligere. 1. non cognoscere; 2. nec timere; 3. non diligi; 4. nec aliud principaliter diligere, multiplici ratione. II. Obiectum dignissimum, quod est Deus, ratione potentiæ, sapientiæ, clementiæ; principium creationis & gubernationis, exemplar dispositionis, consummatio gloriæ sempiternæ; diligendus Deus vt creator, redemptor, glorificator. III. Modum; ex totâ animâ, toto corde, tota mente, totis viribus: qui omnes modi describuntur, exponuntur, & fusius elucidantur. *Ex serm. de temp. tom. 4. à pag. 225. col. 1. ad pag. 231. col. 2.*

S. Bonaventuræ sermo primus in illud Euangelij, *Beati oculi, qui vident quæ vos videtis.* Quatuor videnda docet videlicet, quid dolendum, quid agendum, quid spernendum, & quid recipiendum. *Tom. 3. serm Dom. pag. 174. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Diliges Dominum Deum tuum.* Deum diligendum monet, quia nobis est pater creatione, amicus redemptione, sponsus amore, vita glorificatione. *Ibidem pag. 175.*

Eiusdem sermo tertius in illa Euangelij verba, *Appropians alligauit vulnera eius, infundens, &c.* Iuxta præsentem parabolam ostendit Deum ligare hominem decem ligaturis, hoc est, præceptis, ipsi subuenire oleo misericordiæ, & pietatis triplici modo, quia eius sanat animam ægritudine laborantem, multiplicat gratiam, & consecrat ad gloriam. *Ibidem pag. 175. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus in parabolam Euangelicam. Primi parentis triplicem statum describit, primò statum originalis innocentiæ: secundò statum præuaricationis & culpæ: tertiò statum pœnarum & miseriæ. Status primus per Hierusalem designatur, secundus per Hiericho, & tertius per latrones. Quantùm ad primum, Hierusalem dicitur figura status innocentiæ, ob dignitatem delitias, & securitatem protectionis diuinæ. Quantùm ad secundum, in Hiericho, notatur status culpæ, propter defectus obscuritatis & ignorantiæ ad cognoscendum verum, tepiditatis & ignauiæ ad operandum bonum, timiditatis & inconstantiæ ad fugiendũ & superandum malum. Quantum ad tertium, dæmones latrones dicuntur quia despoliauerunt hominem gratuitis virtutibus, vulnerauerunt eum in potentijs naturalibus, debilitauerunt que eum in potentiarum viribus. *Ibid. pag. 176. & sequent.*

Dionysii Carthusiani pro epist. serm. Lex Euangelica excellentior est antiquâ; quia. I. Data est ab vnigenito Dei filio Iesu Christo. II. Lex Moysi disponebat ad eam, ideo comparatur ad eam sicut imperfectum ad perfectum. III. Bona cœlestia & æterna manifestè promittit, docet & ad ea immediatè introducit suos obseruatores perfectos. IV. Legis proprietates perfectissimè conueniunt Euangelicæ legi, &c. *In sermon. de temp. à fol. 301. pag. 1. ad fol. 302. pag. 1.*

Eiusdem, sermo 1. pro Euang. quo ostenditur. Primò. Visionis diuinæ iucunditas, ex comparatione cum ciuibus, domesticis & familiã. Salomonis. Secundò Christianorum fœlicitas, qui Christi documenta, miracula, conuersationis eius in sæculo isto exempla & opera, quotidiè audiunt, legunt, cognoscunt, &c. Tertiò. Mortalis peccati damnum 1. enim priuat hæreditate regni cœlestis; 2. captiuat sub defectu multiplici; 3. peccati seruitutis subijcit atque diaboli; 4. spoliat donis gratuitis, id est, gratiâ gratum faciente; charitate, donis, virtutibusque infusis; 5. vulnerat in naturalibus, quia per illud naturales vires inficiuntur, & ad vir-

tutes magis ineptæ redduntur. *Ex sermonib. de temp. fol.* 309. *a pag.* 1. *ad pag.* 2.

Eiusdem, pro Euang sermo 2. Deum debemus summè diligere I. Propter curam & infinitam bonitatem ipsius. II. Ob suam omnimodam & vniuersalem perfectionem. III. Ratione propinquitatis. IV. Propter vniuersa beneficia sua generalia, corporalia, spiritualia, naturalia, supernaturalia, quibus conseruamur. V. Quia in eo solo tota nostra consistit fœlicitas, & tot bona nobis præparauit atque promisit in cœlis, &c. *Ex serm. de temp. à fol.* 309. *pag.* 2. *ad fol.* 310. *pag.* 2.

S. Eligii Noviomensis homilia in Euangeliũ, Parabola hodierna de Adamo primo parente exponitur, virtus & pœnitentia commendantur, & vt qui illicita commisit, à licitis etiam motu pœnitentiæ abstineat, suadetur. *Tom.* 2. *Bibl. Patrum Hom.* 9. *col.* 157. *& sequent.*

Gvillelmi Parisiensis, sermo 1. In Apostoli Epist. 2. Corinth. 3. quæ ita habet. *Sufficientia nostra ex Deo est,* Sufficientiam triplicem deprehendit. Prima est. Ad subsistendum; homo enim ex nihilo ad nihilum redigeretur nisi à Deo in esse conseruaretur, ab hostibus suis immò à dæmonibus citò perimeretur nisi à Deo defenderetur, citò deficeret si non à Deo cibo sustentaretur. Secunda. Ad bene viuendum, homo enim insufficiens est bonã vitam inchoare, in eâ perseuerare, aut proficere; difficile ei est facere bonum facile incidere in malum, quasi impossibile resurgere. Tertia ad cordis desiderium implendum quod temporalibus repleri non potest; propter Animæ capacitatem, quæ nihil minus Deo repleri potest, bonorum temporalium vacuitatem; impossibilitatem quæ est in bonis temporalibus intrare in cor hominis essentialiter & illud ideo replere. *à pag.* 158. *ad pag.* 159.

Eiusdem sermo 2. In quo citata referens, triplicem iterùm sufficientiam dinumerat, ad quam omnes aliæ quæcumque possunt referri. Prima. Sufficientia est naturæ, quæ alimenta & ve-

A stes quibus tegamur subministrans, vt simus contenti obligat. Secunda. Gratiæ, quæ ipsius Dei possessionem, in quãtùm possideri in hac vitâ potest, dans, sufficere hanc nobis suggerit. Tertia. Gloriæ, in qua Deum plenè & perfectè possidentes, omnibus bonis replebimur cum beatitudo sit status omnium bonorum congregatione perfectus; Ideo nihil ad sufficientiam vel desiderium addi poterit. *à pag.* 159. *ad pag.* 161.

Eiusdem, sermo 1. in Euang. Luc. 10. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis, &c.* I. Deus diligendus est, quia est creator dans esse; conseruator, in esse conseruans; creator, dans bene esse; glorificator, dans optimum esse: Diligendus

B ex Bernard. toto corde, hoc est, sapienter; tota anima, id est dulciter: totis viribus, hoc est, fortiter siue perseueranter. II. Proximus diligendus vt nos ipsi, sc. ad gratiam in præsenti & ad gloriam in futuro; siue vt beneficij impensione foueatur, & nullâ malitia lædatur. III. Reliquum Euangelij litterali & morali explicatione illustratur. *à pag.* 458. *ad pag.* 460.

Eiusdem, sermo 2. ex quo multa notatu digna proponuntur. I. Beati qui non solum vident vel non vident, sed qui Christum imitantur, & facie ad faciem vident. II. Frequenter videnda sunt oculis cordis; credenda, vt articuli fidei; cauenda, sc. peccata; agenda, opera virtutum; timenda, sc. pœ-

C næ futuræ; speranda; vt gaudia æterna. III. Deum debes diligere ex toto te qui totum te fecit, redemit, glorificabit, prouidet toti: Toto corde eum diliges, si intellectum in obsequium Christi captiues, studium tuum des Christo, & ad Dei visionem ardens anheles: Quadrupliciter autem intellectus captiuatur. 1. vt in his quæ fidei sunt Deo obediamus; 2. vt melius de proximo quam de Deo sentiamus; 3. vt sensum superioris nostri sensui nostro præferamus; 4. vt circa nos attendentes, ab alijs oculos auertamus. IV. Septem mala accidunt ei qui per peccatum mortale à Deo recedit. 1. est descensus siue deiectio, 2. amissio pacis,

3. mutabilitas, 4. quod incidit in potestatem Dæmonum, 5. despoliatio: spoliatur virtutibus: bonis operibus, bonis Ecclesiæ, 6. vulneratio, 7. mors nobilioris partis. V. Diabolus Latroni assimilatur, quia 1. dimittens vilia pretiosa rapit, 2. lumen prædicatoris & consilij odit, 3. cum non potest intrare per vnum locum, alium quærit ingressum, 4. cum debile ostium inuenit, impingit; cum forte, transit, 5. quem inuenit solum inuadit. VI. Multa sunt remedia contra latrones infernales: quorum 1. est, vt domum conscientiæ nostræ frequenter scrutemur, 2. vt somnum pigritiæ caueamus, 3. vt portam oris & fenestras sensuum, diligenter custodiamus, 4. vt lumen sapientiæ habeamus 5. vt thesaurum nostrum in loco tuto reponamus, 6. vt orando ad Deum clamemus. VII. Curam animarum habentibus consolatio esse debet, quod Christus animas curauit; acceptanda est hæc cura ex amore Dei & compassione proximi; Qui hanc curam susceperunt nouem debent obseruare ex diligentiâ Samaritani, quæ debent circa animas curandas & regendas fideliter custodire. *à pag. 460. ad pag. 465.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo de mandato dilectionis, in illud, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* I. Quàm magnum, quàm optimum sit Deo seruire declarat. II. Quòd Deo seruire sit ipsum diligere, demonstrat. III. Quatuor Dei dona præcipua hominibus collata refert IV. Tradit modos Deum diligendi & proximum. *Tom. 2. Institu. Monast. serm. 88. pag. 411. & sequent.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. ad ea verba Euangelij, *Luc 10. Beati oculi qui vident quæ vos videtis.* Sub titulo Dom. 13. post Trinitatis. I. tractat de oculi interni excæcatione, vnde oriatur: quod scilicet diuersis vitiorum pelliculis obductus sit. II. Beatos esse oculos nostros, quia vident plurima de Domino. III. Vnum videndum esse necessario, nihilum nostrum; & quid simus ex nobis. IV. Ad nihilum nostrũ

A cognoscendum conferre considerationem nostri exterioris hominis, & quàm vilis sit. V. fructuosè ab his Christi passionem meditari, qui sublimitatem Domini patientis admirantur, & de sua vilitate humiliantur. *à pag. 434. ad 439.*

Eiusdem sermo 2. ad eadem verba. I. Insinuat duplici ratione beatos dici oculos. 1. per contemplationem sublimis & incomparabilis animæ nobilitatis. 2 per purissimam humilitatem, & mansuetudinem. II. Agit de amore Dei, & modis eius hoc loco designatis. Vbi præsertim de mente tractat; deque eius ad Deum propensione. *à pag. 439. ad 444.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in B Epist. lectionem hodiernam, *Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum, &c. 2. Corinth. 3.* in qua Apostolus. Primò. Se & cæteros Apostolos fiduciam habere in Deum per Christum ostendit; non de toto, aut de parte in se, sed totam & de omnibus in Deum. Secundò. Suum, aliorumque Apostolorum ministerium commendat, cum ostendit à Deo ministros factos fuisse, idoneos per bonam vitam, famam, prædicationem noui Testamenti, id est, Euangelij Tertiò. Noui magis quam veteris Testamenti ministerium esse glorificandum probat. *A fol. 86. pag. 1. ad fol. 89. pag. 1.*

Eiusdem homilia ex Euangel. Luc. C 10. I. Maledicti Iudæi, qui Christum tantum corporaliter viderunt; beati oculis cordis Christum vident & fidei vitam tenent; beatiores discipuli qui cum & oculis corporis & oculis cordis simul viderunt. II. Legisperiti oculi, etsi videbant dominum exterius, tamen non videbant in eo quæ discipuli videbant. III. Legisperitus sciens quod pluribus modis dicitur proximus vel cognatione, vel familiaritate, vel fide, vel mente, vel loco; quærit quis in hoc loco proximus intelligatur. *à fol 95. pag. 2. ad fol. 99. pag. 2.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 11. circa Euangelium hodiernum. Post captatam auditorum bene-

uolentiam, Euangelij expositionem aggreditur ab interrogatione legisperiti. Deindè vnum à Trinitate filium, tria facere quibus ille insidiator proprijs velut laqueis capiatur, ostendit: 1. Effugit captiones tentatoris; 2. tumorem superbi comprimit; 3. & in parabola, dispensationis Diuinæ mysterium sensim iosinuat. Atque his propositis ipsum Euangelij textum illustrat. Vbi primo de duplici dilectione Dei & proximi. Tum parabolam allegoricè interpretatur de lapsu humanæ naturæ, eiusque per Christum reparatione. Tandem ad lapsum vniuscuiusque transfert; cui Saluator præstantem illam compositionem olei & vini misericorditer instillat, Angeloque custodi committit. *à pag. 63. ad 69.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in Parabolam hodiernam. Tria explicat. I. Quatuor miserias homines incurrere cùm peccant, priuantur enim gloria cælesti, dæmonibus subijciuntur, bonis gratuitis expoliantur, & in naturalibus vulnerantur. II. Quadruplicem esse Dei erga miserrimum peccatorem misericordiam, nimirum humanæ naturæ susceptionem, sacramentorum ad salutem hominis institutionem, gratiæ infusionem, & suæ passionis amaritudinem. III. Quatuor misericordias pœnitentibus exhibendas, compassione siue subleuatione, oratione, instructione, & veniæ donatione. *Tom. 16. serm. Dom. fol. 22. col. 1.*

DOMINICA DECIMA-tertia post Pentecosten.

✠ B. Alberti Magni sermo ad ea verba Luc. 17. *Dum ingrederetur Iesus quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi.* Vbi tria examinat. I. quid significet hoc castellum? Mundum hunc. II. Quid per decem leprosos denotet? quemlibet peccatorem, qui decem præcepta legis violat. III. Quid ad leprosorum munditiam requiratur? Quinque: fides, iudicis ven-

A turi: humilitas: pœnitentia: iustitia: confessio: oblatio, quam ex leprosi oblatione declarat. *à pag. 112. col. 2. ad 114. col. 1.*

✠ S. Antonii de Padva sermo, in quo per tria Christus nobis ostendit modum transeundi de præsenti patria ad gloriam. Primò, Transeamus spretis & calcatis vanitate & dolo, per Dei mandata, ipsa obseruando; vt virtutes seruemus & ad Deum eamus. Secundò. Peccator est leprosus, qui ad Deum debet accedere, vt salutem & misericordiam petendo obtineat: vbi de lepræ generibus & locis fusè agitur. Tertiò Ingratitudo condemnatur; & omnia, non nobis sed Deo esse tribuenda, ostenditur. *à pag. 372. ad pag. 377.*

B S. V. Bedæ homilia in Euangel. I. Per leprosos hæreticos intelligit. II. Sacerdotalem auctoritatem & dignitatem ex textu colligit. III. Casum electorum, à casu reproborum distinguit, vtrumque examinat. IV. Decennarij numeri mysterium aperit. V. Mundum ingratum ostendit. VI. Quid sit, sanitate reparata, surgere & ire, mysticè interpretatur; (vbi de spirituali profectu.) *Tom. 7. Homil. Æstiual. de temp. col. 70. & sequent.*

S. Bonaventvræ sermo primus in Euangelicam lectionem. Mundum in castello agnoscit, sicut in decem leprosis peccatores decem mandatorum C transgressione vitiatos. Contrahitur autem animæ lepra quatuor modis corde, ore, opere, & consuetudine. Sanatur verò baptismali regeneratione, compunctione, confessione, & satisfactione. *Tom. 3. ser. Dom. pag. 178.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Leuauerunt vocem dicentes: Iesu præceptor, &c.* Leuandum docet oculos ad lucem contemplationis, linguam ad vocem orationis, manus ad virtutem operationis, & mentem seu caput ad spem æternæ retributionis. *Ibid. pag. 178. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius in illa Euangelij verba, *Nonne decem mundati sunt, &c.* Ostendit à peccatis ad iustitiam conuersos à lepra culpæ mundari, à pœna

gehennæ liberari, gratia sanctificante ditari, & vita gloriæ non priuari. *Ibidem pag.* 179.

Eiusdem sermo quartus in illud Euangelij, *Steterunt a longè & leuauerunt vocem, dicentes Iesu præceptor, &c.* In leprosis animæ pœnitentes commendantur quantùm ad tria. I. Quantùm ad gestum circumspectionis, stantes humiliter ad deflenda peccata, viriliter ad superanda dæmonis tentamenta, perseueranter ad obtinenda æterna præmia. II. Quantùm ad præconium laudis inuocando Iesum, qui laude dignus existit, cùm per ipsum tria nobis donentur, in quibus perfecta humani generis salus consistit; quæ sunt remissio omnium peccatorum, infusio charismatum diuinorum, & consummatio desideriorum. III. Quantùm ad meritum petitionis, isti siquidem leprosi petierunt liberari à triplici defectu per triplicem effectum, à calamitate corporis, per collationem sanitatis: à cæcitate mentis, per claritatem veritatis: & ab iniquitate affectus & voluntatis, per infusionem interioris sanctitatis. *Ibidem pag.* 179. *& sequent.*

✠ DIONYSII CARTVSIANI pro Epist. sermo: Iudæorum patet excœcatio, quia 1. Messiam venturum solùm ad suam liberationem asseruerūt; 2. putant Christum ad hoc venturum, vt eruat eos de captiuitate temporali & corporali. Tria promisit Deus Abrahæ, 1. terræ sanctæ collationem; 2. seminis sui multiplicationem; 3. cœlestis mercedis beatam retributionem: Hæc tria promittit Deus fidelibus suis, sc. temporalium sufficientiam, spiritualium bonorum abundantiam, præmium fœlicitatis æternæ. *In serm. de temp. à fol.* 306. *pag.* 2. *ad fol.* 307. *pag.* 2.

Eiusdem, pro Euang. sermo primus. Duplex est corruptio & duplex incorruptio; vna est corporalis, cui opponitur corporalis integritas; altera spiritualis, quam facit peccatum, cui opponitur integritas spiritualis, quam faciunt sapientia & charitas; sapientia summum donum Spiritus sancti, charitas summa virtus, quæ igni variâ ex

A ratione comparatur, &c. *Ex serm. de temp. à fol.* 314. *pag.* 2. *ad fol.* 315. *pag.* 2.

Eiusdem, in Euang. sermo secundus, vbi per lepram intelligit omne peccatum mortale: quia 1. ità hominem inficit, vt à consortio omnium separetur: 2. Hominem ciuiliter facit mortuum quoad actus vitæ ciuilis: 3. Dum inualescit, est morbus generalis totum inficiens corpus, & auferens homini vsum sufficientem membrorum: 4. Morbus est contagiosus: Ita peccatum, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 315. *pag.* 2. *ad fol.* 316. *pag.* 2.

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo 1. Vbi illud Apostoli quod ad Galatas scripsit diligentius attendens, *Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini*

B *eius. Galat.* 3. Ad mandatorum Dei obseruationem hortatur variis modis & multiplici ratione. I. Decalogum cōmendabilem monstrat; à scribentis dignitate, quiest Deus; breuitate, quæ decem verbis complexa est, virtute & vtilitate, saluatur enim obseruans. II. In Dei mandatis duodecim virtutes obseruat, 1. enim Dei amicos faciunt, 2. socios Dei, 3. attinentes Deo, omni genere attinentiæ, 4 homini impetrāt quicquid voluerit, 5. obedientiam petunt, 6. seruant hominem ne amittat aliquod bonum, 7. custodiunt nos, ne aliquod nobis malum accidat, 8. beant in præsenti: 9. à morte æterna custodiunt, 10. à morte mala custodiunt, 11.

C ad cœlestem vitam introducunt, 12. faciem Dei ostendunt. III. Alia octo discutit ad mandatorum Dei obseruantiam inducentia, 1. enim ad hoc homines facti sunt, 2. multas benedictiones habent obseruatores, 3. mandatorum obseruatio, est gratissimum Deo sacrificium, 4. meliorem thesaurum in hâc vitâ non potest facere homo, 5. Deus vult ea obseruari, 6 magnæ securitatis est ea seruare, 7. aliæ creaturæ, homine minus à Deo honoratæ, præceptum sibi ab eo datum custodiunt. 8. multiplex malum ex transgressione prouenit. IV. Iterum tria ad mandatorum obseruationem inducentia refert, sc. beneficiorum Dei considera-

tionem, præcipue creationis, sustentationis, redemptionis; omnipotentiæ Dei quam nullus effugere potest meditationem; mercedis spem quæ obseruantibus dabitur. V. Reliquo sermone breuem, sed vtilem, Decalogi dat sensum & intelligentiam. *à pag. 161. pag. 166.*

Eiusdem sermo 2. Quem in gratiam Patriarchæ Abrahæ composuit: cuius vitam laudabilem & imitandam ex citatis superiùs probat: Refert enim septem in quibus bene se habuit ad Deum, & sex quibus ad proximum bene se habuit. Primò. Ad Deum, 1. praua societate ab eo non recessit, 2. ad præceptum Dei, terram, cognationem & domum patris reliquit, 3. quæ acquisiuit in bello decimauit, 4. Deo contra naturam credidit in sobole promissâ, 5. ad præceptum Dei carnem suam circumcidit, 6. Deo familiaris, humilis fuit, 7. ad Dei præceptum filium suum immolare voluit. Secundò. Ad proximum, 1. pacem cum totâ terrâ habere studuit, 2. fratri suo Loth fidem in aduersis seruauit; exponens se periculo, vt à periculo eum liberaret, 3. liberalis absque venalitate fuit, 4. tantam benignitatem habuit vt pro hoste orarit, 5. pereuntibus Sodomitis compassus, veniam pro eis petiit, 6. Hospitalis ad peregrinos fuit, &c. *à pag. 166. ad pag. 167.*

Eiusdem sermo in Euangel. Luc. 17. *Dum iret Iesus in Hierusalem, transibat per mediam Samariam, &c.* in quo. Primò. Ad emundationem lepræ spiritualis quatuor commendantur, sc. fides, humilitas, magnitudo desiderij, obedientia. Secundò. Sanatus à Deo, quatuor ad salutis conseruationem debet obseruare, quæ in Samaritano notantur; 1. visum fidei habeat, 2 velocitatem siue viuacitatem, 3. gratitudinem, 4. vitationem occasionum peccãdi. Tertiò. Quatuor modis legimus lepram curatam fuisse, sc. ablutione aquæ, ostensione sacerdoti, tactu manus Domini, manus occultatione; quæ pertinent ad lepræ spiritualis curationem, 1. ad dolorem contritionis, 2. ad erubescentiam confessionis, 3. ad molestiam satisfactionis, 4. ad operum occultationem. Quartò. Multiplex lepra inuenitur, 1. simoniæ, 2. proprietatis, 3. inobedientiæ, 4. superbiæ, 5. inuidiæ murmurantis, 6. inanis gloriæ, 7. carnalitatis. *à pag. 465. ad pag. 468.*

S. Leonis sermo de ingratitudinis vitio ac decem leprosis. Populum reprehendit quòd maiorem obtinerent insana spectacula frequentiam, quàm beata Martyria: & in ingratos homines grauiter agit. *Serm. in Octaua Apostolorum Petri & Pauli, col. 230. & sequent.*

Nicolai de Cusa in Euang. sermo, *Iesu præceptor miserere nostri. Luc. 17.* Homo non potest facere omnia quæ vult, ex eo quod voluntas est ad optima inclinata; & nihil volitum, nisi sub ratione boni eligatur; sed facere non possumus omnia, quia caro aduersatur. *Excit. lib. 5. pag. 472.*

Radulphi Ardentis in illud. *Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius, &c. Galat. 3.* Homilia ex quâ manifestum est. I. Salutem esse ex gratia, non ex operibus legis, vel aliquibus præcedentibus meritis. II. Per solum Iesum Christum gratiam factam, & per eum diuinam benedictionem ad omnes gentes deriuandam. III. Salutem non esse ex lege; quia tempore Abrahæ nondum data erat lex; si ex lege non ex promissione esset. *A fol. 92. pag. 1. ad fol. 95. pag. 2.*

Eiusdem, homilia quâ litteralis & mysticus Euang. sensus aperitur. In litterali, sex sunt consideranda 1. circa salutem hominum Domini solicitudo: 2. Miserorum in Leprosis commiseratio: 3. Legis à Christo obseruatio, dum eos ad Sacerdotes mittit: 4. Leprosorum fides, spes, obedientia: 5. Christi potentia in eorum fine extraneo adiutorio curatione: 6. Bonum gratitudinis, & ingratitudinis malum. In mystico quatuor licet attendere 1. quò & per quam viam debemus ire, 2. quomodo debemus à Domino postulare intus mundari: 3. quomodo Christus criminosos à peccatis mundet, 4. quomodo

quomodo ingratitudinem fugientes de emundatione aut gratiarum collatione Deo gratias agere debemus. *à fol. 103. pag. 2. ad fol. 107. pag. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in Euangelium. Per decem leprosos decem genera peccatorum intelligit, infidelium videlicet & hæreticorum, blasphematorum & detractorum, gulæ deditorum, auarorum, superborum, ambitiosorum hypocritarum, luxuriosorum homicidarum, & desperatorum quæ omnia scripturæ testimoniis comprobantur. *Tom. 16. serm. Dom. fol. 22. col. 2. & 3.*

DOMINICA DECIMA *quarta post Pentecosten.*

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba Matth. 6. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Qui quatuor partibus completur. I. Dominum cui seruire decet, esse Iesum Christum. II. Dominum autem quem deserere conuenit esse diabolum, demonstrat. III. Dei seruitium ex quatuor officijs pendere: Sanctitate: Æquitate, Pietate; Castitate. IV. Rationes assignat quare Domino seruire teneamur. I. propter seruilem conditionem. 2. quia serui empti sumus pretio magno: 3 quia recompensare debemus Christi seruitium. 4. quia id promisimus in baptismo. 5. quia beneficijs quotidie afficimur. 6. quia merces magna reposita est, *A pag. 114. col. 1. ad 115. col. 2.*

SANCTI AMBROSII sermo in Euangelicam lectionem tripartitur. I. Diuitem, seruum ostendit II. Eumdem camelo ob deformitatem & alia incommoda similem dicit. III. Ad pœnitentiam & diuitiarum contemptum eum hortatur. *Tom. 5. ser. Dom. serm. 65. col. 94.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo ex cuius visceribus tria eruuntur, quorum, Primum est. Duo domini sunt sensualitas & ratio; sensualitas sit ancilla, ratio dominetur, vt omnia in no-

A bis pacificet; Deo tamen obediat, vt creaturæ nobis obsequantur; Deum habenti nihil deest, neque ei diuitijs seruiamus. Secundum: Diuinæ prouidentiæ omnia nostra committenda ne sollicitudo nimia mentem perturbet, perturbatam distrahat. Tertiò. Iusti licet in terra, in cœlis degere videntur quia primùm regnum Dei quærunt, contra peccatores, &c. *à pag. 377. ad pag. 382.*

✠ S. ANTIOCHI LAVRÆ MONACHI hom. 13. Hodiernum tractat Euangelium Et primo ostendit, non ex satiari animam cupidam. 2. Non cogitare de morte instante, 3 frustra congestores thesaurorum sudare. 4. quàm sit vtile animum auocare ab omni cupiditate,

B declarat. *Tom. 2. Bibl. PP. edit. 2. Paris. col. 201.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium hodiernum. Textum explicat, & diuitem auarum, diuitiarum seruum esse demonstrat. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de temp. col. 72.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelij, *Nemo potest duobus dominis seruire.* Quatuor ad salutem necessaria enumerat, fidem videlicet, pœnitentiam, vitam virtutibus ornatam, & ad Deum ascensionem: ad hæc autem consequenda, quatuor alia requiruntur nimirum, reuelatio pro fide attractio pro pœnitentia, temporalium

C repudiatio ad bene viuendum, & vnio pro eleuatione ad Deum. *Tom. 3. pag. 181. serm. Dom. col. 2.*

Eiusdem sermo secundus in illud Euangelici textus, *Scit enim Pater vester &c.* Deum, Patrem nostrum esse demonstrat ex quatuor, ex paterna videlicet, procreatione, ex paterna dilectione, ex paterna procuratione & sollicitudine, & ex paternæ hæreditatis collatione. *Ibidem pag. 182. col. 1. 2.*

Eiusdem sermo tertius in illud Euangelij, *Quærite ergo primum regnum, &c.* Quatuor quærenda esse in hac vita ostendit, medicum, id est, Christum, quia ægroti sumus; gratiæ thesaurum, quia egeni; sponsum, quia anima nostra sponsa dicitur; Regnum Dei, quia co-

Hhh

hæredes Christi. *Ibid. pag.* 182. *col.* 2.

Eiusdem sermo quartus vnde supra, tribus cõsiderationibus absoluitur. Prima agit de Regno Dei à nobis quærendo, primò fide spe & charitate, secundò bonis desideriis, tertiò conuersationibus sanctis, Secunda verò de excellentia istius Regni quantùm ad tria, nimirùm pulchritudinem, delitiarum affluentiam, & malorum carentiam. Tertia denique de efficaci istius Regni inquisitione per iustitiam, vnde habetur, *Et iustitiam eius*, ad quam tria inducunt & hominem efficaciter operari faciunt. Simplex intentio, strenua actio, & studiosa sollicitudo. *Ibid. pag.* 183. 184. *col.* 1 2. 3. & 4.

✱ S. CHROMATII AQVILEIENS. Con. 2. in cap. 5. Matth. circa Euangelium hodiernum duo tractat. Primum duos esse dominos, vnum legitimum, qui est Deus; alterum seducentem per peccatum. 2. qui Deo seruit, dæmoni subijci non posse: & contra qui dæmoni seruit, à Deo fieri alienum. *Tom.* 2. *Biblioth. Patrum* 2. *edit. Parisiens. col.* 396.

S. P. CHRYSOLOGI sermo in Euangelium de terrenorum cura despicienda. Imprimis quàm fiot fœlices in Deum confidentes, & è contra quàm infœlices fiduciam in eum non habentes, & nimis de mundanis, ac vanis curis sollicitì, pluribus declarat. Postremò Euangelij reliqua verba ad propositum exponendo, transcurrit, & suo more interpretatur. *Serm.* 163. *à col.* 410. *ad col.* 413.

✱ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, in Epist. Apostolus hîc nos hortatur. I. Corpus animæ subijcere, exercendo quæ expediunt ad salutem. II. Rationi sensualitatem subdere, appetitum sensitiuum regendo circà sensibilia. III. Omnia vitia charitati fraternæ contraria fugere. IV. Habere in nobis duodecim spiritus fructus. V. Gaudere in Domino semper. VI. Esse in spe longanimes, & Deo feruenter seruire. *In sermonib. de temp. a fol.* 313. *pag* 2. *ad fol.* 314. *pag.* 1.

Eiusdem sermo 1. pro Euang. in quo

A nos Saluator inuitat vni & soli Deo seruire; auaritiam fugiendo, sollicitudinem immoderatam rerum abijciendo, quærendo, primò regnum Dei, & iustitiam eius; sicque confidendo in Deo, &c. *Ex serm. de temp. à fol.* 321. *pag.* 2. *ad fol.* 322. *pag.* 2.

Eiusdem in Euang. sermo 2. quo docemur. Primò. Auaritiam calcare, quia 1. Christus hoc nos docuit, & præcepit, 2. Christus Christianorum exemplar vitam pauperrimam elegit, 3. lex Euangelica est perfectior omni aliâ lege, 4. diuitiæ sunt multarum culparum occasio, 5. hominem impedit à spirituali profectu, 6. Christiani filialem debent habere amorem. Secũdò. Quæ

B sint auarorum stultitiæ, qui 1. non prouident de necessariis pro cœlo, 2. corpori prouident & animam negligunt, 3. morti propinqui, cumulare nituntur, 4 vltrà modum se onerant. Tertiò. Quæ auaritiæ sunt remedia, sc. consideratio paupertatis Christi, breuitatis vitæ præsentis, periculorum & vitiorum quæ imminent, multiplicis fructus ex contemptu diuitiarum, &c. *In sermonib. de temp. a fol.* 322. *pag.* 2 *ad fol.* 323. *pag.* 1.

✱ GVILLELMI PARISIENSIS, sermo 1. In epist. Galat. 5. ex qua hæc verba eruens. *Fructus autem spiritus est, charitas gaudium pax, &c.* In quo postquam duos paradisos, vnum in terra,

C alterum in cœlo considerauit; tertium in Anima vult esse, in quo Spiritus sanctus lignum vitæ sit; in hoc ligno identitatem, fructuum varietatem in specie eorundem assiduitatem, tandem pretiositatem esse, ex professo probat; Præcipuè tamen in horum fructuum varietate immoratur, & ex epist. duodecim enumerat; quorum Primus. Charitas quadruplicem habens virtutem, 1. sanat omnem lethalem infirmitatem, cui sanationi attestatur bona dispositio gustus spiritualis, 2. hominem facit sapientem, 3. diuitem reddit propter sui pretiositatem; hominem Deo facit placentem. Secundus. Gaudium, quod excedere videtur gaudium carnale, in continuitate, puritate, exulta-

tione; fructus ipsius sunt, diu viuere vita gratiæ, benè & socialiter cum hominibus conuersari, terrena despicere, de diabolo triumphare: Ad iucunditatem autem bonorum faciunt; puritas conscientiæ, exoneratio à debito mortis æternæ, solutio à vinculo diaboli, quies à cruciatu malarum affectionum, quies animæ & conscientiæ, præsentia gratiæ diuinæ, testimonium Spiritus sancti, bona societas, iucunditas boni operis, securitas mentis, relaxatio à multis operibus laboriosis, & periculosis, exaltatio à terrenis, sapientiæ amor, operum recta directio, diuini amoris magnitudo, voluntati diuinæ conformatio, gaudium congratulationis, perseuerantia in bono. præmij spes, Dei visio facie ad faciem. Tertius. Pax, quadruplici constans virtute, quâ Dei filio assimilat, ad sapientiam præparat oculum cordis mūdando; locum Deo præparat, pacem æternam dat: Octo verò sunt quæ pacem peccatoris impedire videntur, sc. ira, odium, lis, bellum, sollicitudo mūdi, tumultus exterior, inquietudo quoad locum, molestia contra voluntatem. Quartus: Patientia, quæ solidus est cibus, virtus ipsius est. 1. hominem plusquam fortem efficere, sapientiam dare, custodire à nocumento mortiferi, hominem coronare. Quintus. Longanimitas, quâ Deum sustinendo expectamus, quem expectare debemus; quia nihil melius potest expectari, non fallit debito modo expectantem, ad nostram vtilitatem differt; vt sc. afflictione expectationis cruciati & purgati, digni simus illud accipere, desideriū crescat obtentum melius custodiatur; virtus longanimitatis est; omnia alia bona custodire, hominem Domino fidelem reddere brauium recipere siue Deum comprehendere, coronam augere. Sextus. Bonitas, quæ propriam hominis corruptionem sanat, ab igne tribulationis seruat, gratiam in corripiendo tribuit, in prædicatione proficere facit. Septimus. Benignitas siue liberalitas per quam homo amatur, honoratur Deo assimilatur, ab bonum finem

A perducitur. Octauus. Mansuetudo siue tractabilitas, quæ hominem conseruat, amorem & gratiam ipsi comparat, corripit vtiliter, salutem æternam tribuit. Nonus. Fides, virtute sua, hominem laudari faciens, exaltari, à Deo amari, coronari. Decimus. Modestia, per cuius virtutem, hominis vita carnalis & spiritualis seruatur, vita iucunda fit, Deo homo redditur similis, sufficiens denique homo efficitur. Vndecimus. Continentia, quæ vitam spiritualem & corporalem prolongat, ad iucunditatem spiritualem præparat, Deum & Angelos lætificat, à pessimo hoste nos custodit. Duodecimus. Castitas, cuius beneficio anima fit miræ

B pulchritudinis, Deo assimilamur, à spirituali corruptione seruamur, in statu gloriæ ponimur. *A pag.* 167. *ad pag.* 180.

Eiusdem sermo 2. In posteriora præcedentis Epist. verba, *Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* Dei sumus iure creationis, conseruationis, & emptionis, siue redemptionis: Quare de parte Dei stare debemus. I. Igitur valde optandum esse de parte Dei, quia, 1. magna dignitas est seruire Deo; 2. qui non habet Deum pro domino, pessimum habet dominum, sc. diabolum, 3. Deus est valde bonus. II. Sex dantur signa quibus aliquis esse de parte Dei dignoscitur: quorum 1. est, Dei verbum liben-

C ter audire; 2. humilitatem amare; 3. mutuò sese diligere; 4. spiritualiter se circumcidere; 5. carnem suam cum Christo crucifigere; 6. misericordiam proximo præstare. *A pag.* 180. *ad pag.* 182.

Eiusdem sermo 1. in Euang Matth. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire.* In quo Euang. seriem litteraliter attendens dicit quòd creatura nulla, Deum odit affectu, & si effectu; Principium tentationis auaritia est; præmodica fides est quæ nec de minimis est certa, Deus bonis filiis viscera non claudit. *a pag.* 468. *ad pag.* 469.

Eiusdem sermo 2. per quem instrumur de seruitute quam Deo debemus. I. Nemo potest seruire Deo & diabolo,

propter vnius sublimitatem, alterius vilitatem, voluntatum contrarietatem? Deo seruire debemus ratione creationis & redemptionis II. Cui seruiendum à nobis est inquiritur? & respondetur 1. Deo, quia qui non habet Deum dominum, habet pessimum dominum, scilicet diabolum; dominus iste nobilissimus est, benignus est præceptor, fortissimus protector, liberalissimus remunerator, sapientissimus gubernator: 2. Non diabolo, quia est inimicus noster, implacabilis inimicitiâ, grauis exactor, dominus litigiosus dans pro præmio supplicium, & nihil ab eo tenemus: 3. Non mundo, quia est exactor, litigiosus, crudelis, infidelis: 4. Non corpori, quia est, exactor litigiosus, crudelis, infidelis III Diuitiæ à Dei non seruitute expellere vt nos in suam trahant captiuitatem, declarantur: quia 1. auari sunt custodes diuitiarum non domini, 2 inferiores sunt diuitiis suis, 3. diuitiis obediunt, in eis acquirendis & conseruandis totam vitam expendunt. IV. Deo cum diuitiis seruire possumus. 1 eas pro amore Del contemnendo, 2. in acquisitione earum laborando, ne pro necessariis nobis, furtum vel rapinam committamus, 3. eas conseruando vt opportunius distribuantur, 4. eas distribuendo. V. Multæ sunt causæ quare fideles non debent esse solliciti de necessariis vitæ, &c. *A pag. 469 ad pag. 473.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo in hæc verba Epistolæ: *Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Galat. 5.* Vbi I. docet quomodo spiritu ambulandum sit, vt induamur nouum hominem II. Esse quatuor in quibus foris In vita & conuersatione nostra Deo conformari debemus. 1. quod inuisibilis est Deus, & ita nemo in nobis scandali materiam videat. 2 quod Deus stabilis est, & incommutabilis: ita & nos in vitæ proposito. 3. quod Deus omnium creaturarum in se idæas contineat, quæ in ipso vita sunt: ita & nos simus omnium virtutum effigiatores. 4. quod Deus bonus est, & fons bonitatis: ita & nos eidem vt fonti bonitatis coniungamur, vt boni simus. *A pagin. 444. ad 446.*

A

Eiusdem sermo in Euangelium, sub titulo Dom. 15. post Trinit. ad hæc verba Matth. 6. *Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius.* Vbi I. de eradicanda solicitudine temporalium, præsertim autem auaritia, tractat. II. Quærendum esse regnum Dei, & iustitiam eius. III. Mouet quæstionem cur quærentibus beneplacitum Dei, obueniat ægestas & paupertas: quod tribus soluit rationibus. IV. Exemplum proponit veræ pacis internæ Iesum Christum extrema omnia licet patientem. *A pag. 452 ad 457.*

✠ NICOLAI DE CVSA pro Epist. sermo, in quo hæc demonstratur. Primò. Anima ex philosophis, composita est ex eodē & diuerso, sicut numerus ex pari & impari. Secundò. Si anima ad hoc à Deo est, vt attingat visionem gloriæ maiestatis eius, tunc non habet corpus, nisi vt visibilia Dei opera attingat, ad finem gloriæ Dei. Tertiò. Si quis videt mulierem pulchram, & ambulat spiritu; talis Deo gloriam tribuit, & se conuertit ad admirationem pulchritudinis infinitæ. Quartò Fructus motus, quo nos iubet Apostolus spiritu ambulare, sunt charitas, gaudium, pax. Quintò. Caro concupiscit aduersus spiritum, quia vnumquodque agit secundùm formam suam. *Excit. lib. 7. à pag. 554 ad pag. 556.*

B

✠ Eiusdem sermo 1. in Euangelium Declarat vni seruiendum esse Domino, quia pluralitas diuisionis est principium, Deinde, quia vnus homo non potest nisi vnum amorem habere; cùm charitas sit forma perfectissima, totam subiecti capacitatem absorbens; vt forma cæli, in qua eius materia quiescit. Nec antè quietatur anima, quàm in Deo per charitatem. *Exercitat. lib. 5. pag. 472.*

C

Eiusdem sermo 2. in Euangelium. Ostendit dilectionem esse continuam viuificationem, & æternæ vitæ possessionem. II. Hunc amorem non posse esse nisi vnicum Patris & filij & Spiritus sancti. Nec posse inesse duos amores

æquales. Binarius enim radix est diuisionis. Vnde nemo potest Deo seruire, & alteri quod non est Deus. III Iterum id probat, quia vnus est finis, ad se trahens. IV. In Deo inesse omnia quæ ipsum repræsentant, in eoque esse ipsam veritatem, ad quam intellectus hominis propendet, tanquam ad veram sponsam sapientiam. At anima, miserè se ad seruos conuertit, præsertim ad diuitias. V. Hortatur vt à terrenorum desiderio transferamus animum, ad solum Deum & regnum cœlorum, *Exercita*. *lib*. 8. *a pag*. 594. *ad* 596.

✠ RADVLPHI ARDENTIS pro Epist. Galat. 5. homilia, *Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis, &c.* quatuor hic facit Apostolus. Primò. Monet nos viuere secundum spiritum, non secūdum carnem; desideria enim spiritus & carnis sunt opposita. Secūdò. Carnem impedire, ne faciamus voluntatem spiritus; & spiritum impedire, ne faciamus quod vult caro, probat. Tertiò, Desideria carnis enumerat, quæ sunt, fornicatio, immunditia impudicitia, luxuria, idolorū seruitus, &c. Quartò. Spiritus desideria profert, & sunt charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. *à fol*. 99. *pag*. 2. *ad fol*. 103. *pag*. 2.

Eiusdem homil. in Euang. verba, quibus Dominus. I. Neminem posse duobus dominis contrarijs seruire ostendit, id est, diabolo siue mundo, & Deo: quorum si vnus diligatur, alter odio habetur. II. Prohibet solicitudinem temporalium, quæ amorem & intentionem æternorum in nobis suffocat & extinguit. III. Quid petere debeamus declarat; primum enim regnum Dei, tanquam metam & præmium petere debemus; quod quotidie in oratione dominicâ rogamus venturum. *à fol*. 112. *pag*. 1. *ad fol*. 114. *pag*. 1.

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 43 Euangelium huius diei tractat. Et præludio facto. 1 explicat quid per dominos duos intelligi debeat. 2. solicitudinem rerum temporalium amouet, & in Deum reijciendam docet ◆ro cibis & vestibus. 3. Exponit quid per lilium mysticè significetur, & quid per fœnum. 4. ad humilitatem hortatur. *a pag*. 303. *ad* 307.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud, *Nemo potest duobus dominis seruire*. Docet Christo seruiendum propter quinque, quia congruum, cùm omnes aliæ creaturæ illi seruiant; quia est verus & legitimus noster Dominus titulis creationis, emptionis, & quotidianæ educationis: quia liberalissimus, confert enim illi seruienti triplicem vtilitatem; quia nobis perquam necessarium est, Deo seruire; Denique quia nobis multùm vtile. *Tom*. 16 *ser. Domin. fol*. 23. *col*. 1. & 2.

DOMINICA DECIMA-quinta post Pentecosten.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba Luc. 7. *Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim. &c.* Vbi notat quatuor. I. Per ciuitatem Naim mundum hunc exprimi. II. Per defunctum adolescentem, peccatorem significari, qui ad notitiam venit aliorum. Vbi explicat, hunc à quatuor elementis mysticè in infernum deferri. III. Per matrem, Ecclesiam notari vult. IV. Quæ requirantur vt peccator hic resuscitetur. *A pag*. 115. *col*. 2. *ad* 117. *col*. 1.

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo, in quo filij defuncti viduæ ciuitatis Naim suscitatio, ex circumstantiis omnibus cum historia Iudith concordare probatur; & ex ambabus, multæ veritates morales ad peccatoris conuersionem, pœnitentis & ad Deum confugientis solatium, bonum, & salutem eliciuntur. *a pag*. 382. *ad pag*. 387.

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. Hodiernum Christi miraculum de homine lethali criminum funere separato interpretatur, hoc modo. Mater vidua, est Ecclesia; porta

ciuitatis qua defunctus effertur, quilibet corporis sensus; loculus in quo mortuus iacet, malè secura desperati peccatoris conscientia; defunctum efferentes, immunda desideria, quæ homines rapiunt in interitum, vel mala societas nociuo fauore peccatorem demulcens; tangitur loculus superni formidine iudicij; reuiuiscit verò defunctus interna compunctione. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de temp. col. 72. & sequentibus.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelij, *Ecce defunctus efferebatur.* Agit de quadruplici modo quo homines efferuntur, scilicet transgressione mortali, conuersione pœnitentiali, resolutione corporali, & resurrectione generali. Quantùm ad primum, homines efferuntur de gratia in culpam, de bono statu in malum, de templo gratiæ ad regnum Babyloniæ. Quantùm ad secundum, efferuntur de culpa ad gratiam, de malo ad bonum, de mundo ad religionem. Quantùm ad tertium, hominis effertur corpus ad sepulchrum, mala anima ad infernum, iusta ad cælum. Quantùm ad quartum, transferentur peccatorum corpora de sepulchro in infernum, & iusti in paradisum. *Tom. 3. serm. Domin. pag. 184. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Resedit, qui erat mortuus.* Iuxta quadruplicem mortem, quatuor enumerat genera mortuorum. Primi, morte naturæ priuantur vita naturali. Secundi, morte culpæ vita spirituali. Tertij, morte gratiæ vita carnali. Quarti, morte gehennæ vita æternali. *Ibidem pagina 185. colum. 1. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius, in illa Euangelij verba, *Cœpit loqui.* Ex scripturis colligit loqui brutum in indebita subditi afflictione: mortuum in pia confessione: cornu in maledicta Antichristi blasphemia & tonitruum in vltima Christi disceptatione. *Ibidem pag. 185. & sequent.*

A Eiusdem sermo quartus in illud, *Resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, &c.* In tres distribuitur partes. Prima, peccati stipendium declarat, triplicique pœna peccatum puniri ostendit; pœnalitate præsentis miseriæ, humanum genus multipliciter affligente; mortis calamitate, animam à corpore crudeliter separante; & acerbitate infernalis gehennæ, animam cum corpore æternaliter cruciante. Secunda verò suscitationem mortui attentè considerat; Dominum suscitasse triplicem mortuum, iuxta triplicem actum animæ demonstrat; & ideo ipsum esse datorem vitæ & salutis animæ, secundum trinam sui potentiam probat: suscitatio

B si quidem prima, puellæ scilicet; manifestata fuit manducatione, iuxta actum vegetabilis, secunda, Lazari, ostensa fuit ambulatione, iuxta actum sensibilis; tertia, adolescentis, de quo in hodierno Euangelio agitur, quæ probata fuit loquutione, iuxta actum rationalis. Tertia denique, de Christo, propter opus recreationis laudando differit; ratione potentiæ, in deiectione hostis antiqui; sapientiæ, in reuelatione hominis prostrati; & misericordiæ, in missione Spiritus-sancti. *Ibidem pag. 186. & sequent.*

DIONYSII CARTVSIANI sermo in Epist. in quâ Apostolus monet nos I. Vt non solum viuamus per

C interiores actus virtutum, sed & per exteriorem conuersationem, & mandatorum executionem. II. Vt non efficiamur nec simus inanis gloriæ cupidi. III. Vt Proximos quacumque tentatione & culpâ præuentos piè instruamus. IV. Defectus nostros mutuò piè & charitatiuè portemus. V. Instructoribus nostris grati simus, & de bonis nostris communicemus, & vicem rependamus illis. VI. Non existimemus nos aliquid esse cum nihil simus. *Ex sermonibus de tempore à pagina 319. pagina 2. ad paginam 320. pag. 2.*

Eiusdem pro Euang. sermo primus, in quo probat duplicem esse suscitationem; vnam spiritualem, quâ Deus per

gratiam suam suscitat peccatorem à morte peccati ad vitam gratiæ; alteram corporalem, de vtraque fusius agit. *In serm. de temp. a fol. 327. pag. 2. ad fol. 328. pag. 2.*

Eiusdem pro Euangel. sermo secundus. Peccatorem spiritualiter portat. I. Amor peccati, seu vanitatis ac voluptatis. II. Timor spiritualis laboris, seu exercitij virtuosi, aut pœnitentiæ. III. Præsentis vitæ prosperitas, seu temporalium affluentia rerum. IV. Immoderata confidentia de misericordiâ Dei, quasi minor sit iustitia diuina, quàm misericordia. *Ex sermonib. de temp. a fol. 328. pag. 2. ad fol. 329 pag. 2.*

GVILLELMI PARISIENSIS, sermo I. in Epist. Galat. 6. quæ dicit, *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus, &c.* In quo quinque huius Epist. verba examinat & exponit: quorum Primum est, *Si spiritu viuimus*, quod de spirituali hominis profectu intelligit: Hunc profectum impediunt, defectus desiderij proficiendi; diuisio animi nimia, sapientiæ defectus; pusillanimitas; mutabilitas. Vt autem homo proficiat spiritualiter tria desiderantur sc. desiderium magnum proficiendi, discretio siue scientia, humilis oratio: Alia ad eundem profectum requiruntur, vt opera sint purè bona, voluntariè facta, cum magna fiant deuotione, sint numero plura, humiliter exerceantur. Secundum. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi.* Per quod vanam gloriam multum esse timendam bonis, & præcipuè incipientibus deprehendit; id que testimoniis scripturæ sacræ & sanctorum Patrum probat. Tertium. *Inuicem prouocantes*, ex quo eos arguit homines, qui ita sunt peruersi, vt ea libentius dicant aliis vnde sciunt eos amplius fore scandalizatos Quartum, *Inuicem inuidentes.* Circa quod notat cum cætera peccata aliquem excusationis colorẽ habeant, inuidiam nullum habere; nullam enim habet delectationem, sed cruciatum. Quintum, *Si præoccupatus fuerit homo, &c.* Præoccupatus aliquis censetur, qui vel ad horam non videt quid agendum sit, vel si videat vincitur vt malum faciat

A cum sc latet veritas vel cum compellit infirmitas: talis leuius tractandus est; contrà obstinatus. *a pag. 182 ad pag. 185.*

Eiusdem sermo 2. In eiusdem Epist. illa scripta, *Alter alterius onera portate &c* Ex quibus sequentes disce veritates; quarum, Prima est. Ad portandũ onus fratris nostri infirmi monent nos, 1. Christus exemplo suo, 2. Angeli qui hominem portant, 3. creaturæ inferiores. Secunda. Onus proximi quod portare debemus multiplex est, 1. culpæ quod portandum est orando, vel aliter iuuando, 2. pœnæ, quod habet quatuor species, sc. onus, pœnitentiæ, iniuriæ illatæ, infirmitatis displicentis, necessitatis. Tertia. Sex debent mouere homines ad subueniendum animabus

B quæ sunt in purgatorio, sc. grauitas ignis cruciantis; magnitudo paupertatis; nobis loqui impossibilitas; defectus eorum qui pro ipsis eorum statum nobis indicent; bona quæ ab eis habemus; mutua in nos charitas, cum gloria beabuntur. Quarta. Deponendum onus pœnitentiæ assumptæ; quia, est quoddam pondus quia aliter pœna nos manet æterna, quia à magno pondere non liberat. *à pag. 185. ad pag 188.*

Eiusdem sermo in Euangel Luc. 8. *Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim &c* in quo sequentia aduerte. I. Saluator tres mortuos suscitauit, vt sciamus ipsum habere potestatem super triplicem

C mortem, sc. naturæ, culpæ, gehennæ; & super triplicem vitam, naturæ, gratiæ, gloriæ. II. Spiritus sanctus peccatum per mortem voluit designari, ad ostendendum quantum sit fugiendum: Assimilatur autem morti peccatum, quia mors 1. separat ab anima corpus, à quâ habebat valorem suum, 2. aufert sensum corpori, 3. motum corporis tollit, 4. putrefactione & corruptione terminatur, fœtore corporis, & sepulturâ; sic peccatum. III. Euangelij litteralis & moralis sensus aperitur. IV. Visitatio quadruplex, 1. subuentionis in pauperes, 2. mutuæ familiaritatis inter amicos & notos, 3. correctionis, quæ est Prælatorum in subditos, 4. damnationis. *a pag. 473. ad pag. 476.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo in hæc Epistolæ verba Galat. 5. *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.* Declarat triplici ratione nobis esse ambulandū. I. est externa, erga nos ipsos & proximos: quod fit, vanam gloriam fugiendo, & proximum non prouocando. II. est, iuxta exempla Domini Saluatoris, quorum imaginem formare debemus & auxilium Diuinum ad opus deprecari. III. est, absque imaginibus & formis, cum simplici fide per scientiam & ignorantiam in scopum suum tendere. Et explicat quæ sit illa ignorantia. *A pag.* 447. *ad* 451.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in Epist. Galat. 5. *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus, &c.* homilia; quâ I. Inuitamur ad vitam spiritualem, hac ratione; si nec spiritualiter, nec etiam corporaliter possumus viuere, nisi ex spiritu, secundùm spiritus, non secundùm carnis voluntatem, operemur. II. Ostenditur vitam spiritualem illam esse, quæ vitia fugit & virtutes sequitur. III. Præcipitur vt subditi omnia bona sua communicēt spiritualibus suis magistris, quia 1 debitum est, 2. expediens est, 3. vtile est. *A fol.* 107. *pag.* 2. *ad fol.* 112. *pag.* 1.

Eiusdem homilia in ea quæ habentur in Euang. Luc. 7. quibus ostenditur redemptoris nostri, 1. circa salutem nostram solicitudo; quia pergebat, vbi sciebat esse infirmos; 2. misericordia, cum compatitur viduæ, quæ triplici infortunio misera erat; vidua enim erat filium defunctum efferebat, alium non habebat; 3. humilitas cum loculum mortui, quem solo nutu resuscitare poterat, tangerè non veretur; 4. omnipotentia, cum ad solum eius imperium mortuus suscitatur. *A fol.* 117 *pag.* 1. *ad fol.* 119 *pag* 1.

SIMEONIS STYLITÆ sermo de semper mente complectendo suum cuique discessum, huic Euangelio aptandus I. Statum animæ è corpore exeuntis plenum horroris describit. II. Animæ peruersæ, & iustæ quanta sit post mortem differentia ostendit. III. Virtutes commendat, & vitia detestatur.

A IV. Peccati causas & remedia indicat. *Tom.* 2. *Bibl. Patr* 103. *& sequent.*

B. THEODORI STVDITÆ sermo catechet. Decimus tertius tractat de mortis recordatione, ac vitæ peractæ defensione ad horrandum tribunal; vbi de obedientia religiosa. Vicesimus primus de exitus nostri memoria, & de morte dignis pœnitentiæ fructibus præuenienda. Trigesimus-tertius de eadem materia, ac de compunctione, necnon de præsentis vitæ inconstantia. Octuagesimus Octauus de eadem mortis recordatione, de hominis, in exitu animæ, miseria, ac de somno mortis iustorum, causa quietis ipsorum. Centesimus-septimus de vltimæ horæ memoria, de præparatione ad mortem, B deque sacra synaxi dignè percipienda. Centesimus decimus-quintus de re eadem & de pœnitentia. Centesimus-vigesimus primus de hora mortis incerta, ac de vigilantia ne subitò præoccupemur. *Tom.* 2. *Auctar. Bibl. Patr.*

DOMINICA DECIMA-
sexta post Pentecosten.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba Luc. 14. *Ecce homo quidam hydropicus erat antè Iesum, &c.* In tribus occupatur. I. Per domum Principis Pharisæorum Ecclesiam significari. C Per principem autem B.V. Mariam. Et hanc domum ingredi Iesum vt comedat animarum conuersione. II. Per hydopicum peccatorem designari, & septem peccata capitalia. III. Tria requiri ad curationem hydropici. 1. vt à Iesu respiciatur. 2. vt duplici ab eo manu misericordiæ & iustitiæ apprehendatur. 3. vt sanet eum & dimittat. *A pag.* 117. *col.* 1. *ad* 118 *col.* 2.

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo, in Euangelium diei. Luc. 15. successiuè illud exponit & in tres partes diuidit. I. est ingressus Christi ad principem: quo figuratur ingressus Christi in mundum domum diaboli; in die Sabbati, quia requiem dedit à labores à concussione,

sione, à seruitute dura; tribus remedijs innocentiâ, paupertate, passionis suæ humilitate. Venisse autem Christum vt faceret voluntatem Patris, quod est panis eius. Hydropicum autem notare carnalem hominem & auarum. II. est, curatio ægroti, quem 1. apprehendit Christus manu misericordiæ, vt educeret à profundo vitiorum. 2. Sanauit, peccata remittens. 3. dimisit, à vinculis culpæ, & pœnæ, & tentationis, ad gaudium. Vbi ostendit peccatorem educi è luto miseriæ, panniculis humilitatis & paupertatis Christi. Deindè seruandam esse vnitatem spiritu in vinculo pacis. III. Auertit à superbia, & humilitatem insinuat. *A pag. 387. col. 1. ad 392. col. 1.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium. Auaros hydropico similes facit, & de ipsis textum explicat. Deinde de nuptijs allegoricis inter Christum spõsum & Ecclesiam sponsam loquitur: ac de humilitate Christiana, quæ per locum nouissimum intelligitur, disserit. *Tom. 7. in Homil. Æstiu col. 74. & sequent.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo in Euang. de calamitatibus senum quarum. I. In animâ 1 est impatientia, 2. tristitia. 3. ignorantia, 4. tenebrositas, 5. prauitas 6 insensibilitas, 7. cæcitas mentis. II. In corpore 1. cõmotio ossium, 2. debilitas crurium, 3. diminutio dentium. 4. obscuratio oculorum, 5. immobilitas labiorum. 6. leuitas in dormiendo, somnus enim leuis, 7. obduratio aurium, non possunt audire consonantia & sonora. III. Ex experientiâ 1 est tremor capitis. 2. nutatio corporis, 3. canities verticis, 4. tumor ventris vel aliorum membrorum, 5. infrigidatio seu remissio libidinis, 6. mors, 7. luctus & mœror. *Ex sermonib. de temp. tom. 4, à pag. 239. col. 1. ad pag. 247. col. 2.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illa Euangelij verba. *In domum cuiusdam principis.* De quatuor principibus agit, nimirùm Christo, Angelo, homine, & diabolo. De primo, eum principem esse misericordiæ, iustitiæ, & gloriæ ostendit. De secundo, ipsum nobis

B ministerium exhibere in exilio, testimonium in iudicio, & consortium in regno, declarat. De tertio, iniquorum principum qualitates, imo potius vitia enumerat, ob quæ à Deo, qui aufert spiritum principum, reprobantur. De quarto, huius principis tyrannidem describit, & horret. *Tom. 3. pag. 187. 188.*

Eiusdem sermo secundus, in illud, *Amice ascende superius.* Sequentia continet, hominem ascendere debere ad veritatem, contemplatione; ad virtutem, sancta conuersatione; ad dignitatem, vocatione, & non ambitione; ad immortalitatem, diuina charitate. *Ibid. pag. 188.*

Eiusdem sermo tertius in illa textus Euangelici verba, *Qui se humiliat, &c.* Humilitatis necessitatem qualitatem, & vtilitatem docet. Quantùm ad necessitatem, tria profert quæ nos inducunt ad eius exercitium; nimirum cõditionis nostræ vilitatem, saluantis Dei humilitatem, & saluationis necessitatem. Quantùm ad qualitatem, humilitatem veram à corde, ore, & opere procedere debere ostendit. Quantùm verò ad eius vtilitatem, tres fructus enumerat, à malo liberationem, in bono auxilium, & in cælo exaltationem. *Ibidem pag. 189.*

Eiusdem sermo quartus in illud Euangelij. *Ipse verò apprehensum sanauit eum, &c.* Miraculum huius hydropici C duplici modo exponit, primo litteraliter, secundo mysticè & moraliter. Quantùm ad litteram, tres Christi virtutes præclaras notat, humilitatem in tangendo infirmum, virtutem diuinam in curando morbum, & liberalitatem in dimittendo eum liberum. Quantùm verò ad mysticum & moralem sensum, tria designari docet istis Christi actionibus & virtutibus, gratiæ videlicet infusio designatur, per apprehensionem, culpæ expiatio, per miraculosam curationem, pœnæ relaxatio, per liberam dimissionem: gratiæ autem infusio triplici modo fit per amaritudinem pœnitentiæ, in detestatione peccati; per iustitiæ rectitudinem, in

adimpletione præceptorum; per fortitudinem patientiæ, in mali inflicti tolerantia: culpæ verò expiatio triplici etiam fit modo, humilitate, castitate, & paupertatis amore, vbi multa de hydropisi materiali & spirituali quæ inter se conferuntur: pœnæ autem relaxatio similiter tribus modis perficitur, supplicatione deuota ad Deum, dilectione diuina, & alienæ offensionis indulgentia. *Ibid. pag.* 189. *& sequent.*

✠ Dionysii Carthusiani pro Epist. sermo. Secundùm cuius doctrinam studeamus semper esse radicati in charitate Dei & proximorum, vt cognoscamus quæ sit charitatis, 1. Latitudo, non solùm amicos sed & aduersarios corde, ore & opere diligendo: 2. Longitudo, futuram beatitudinem longanimiter expectando: 3. Sublimitas, per sanctam dilectionem applicando nos & vniendo Domino Deo 4. Profunditas, condescendendo proximo nostro & patientiam mutuò habendo, &c. *In sermonibus de temp. à fol.* 326. *pag.* 1. *ad fol.* 317. *pag.* 1.

Eiusdem pro Euang. sermo 1. in quo describit septem hydropicorum proprietates per quas septem peccata mortalia designantur. Prima est. Tumor corporis ac membrorū, præcipuè ventris; hæc est superbia. Secunda. Compressio spirituum, per quam figuratur inuidia. Tertia. Ardor sitis, ista est auaritia. Quarta Indigestio humorum, hic describuntur iracundi. Quinta. Tarditas pedum ad incedendum, quæ accidiosos denotat. Sexta fœtor anhelitus per quam luxuria adumbratur. Septima. Genitalium inflatio quæ gulam demōstrat quatenus luxuriæ præbet materiam, &c. *Ex sermonibus de temp. à fol.* 333. *pag.* 2. *ad fol.* 334. *pag.* 2.

Eiusdem sermo 2. pro Euang. ex quo instruimur. Primò. Quanta sit fragilitas & malitia cordis humani. Secundò. Quanta sit negligentia & impietas malorum ac negligentiam prælatorum Pharisæos sequentium. Tertiò. Ambitionem vitare, nec superiorem locum appetere. Quartò. Qualiter ad cœlestem fœlicitatem oporteat peruenire, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 334. *pag.* 2. *ad fol.* 335. *pag.* 2.

A

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo 1. In quo Apostoli de seipso loquentis verba expenduntur, *Flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, Ephes.* 3. Et ex iis ostenditur S. Paulum genibus flexis quinque à Deo petiisse, quæ vt valde vtilia pro nobis postulare debemus: horum. Primum est. Firmitas boni propositi quæ multum valet vt animas nostras saluemus & bonum inchoatum non deseramus. Secundum. Iugis meditatio Christi, oculis enim misericordiæ libenter respicit eum Christus qui oculos cordis frequenter habet ad ipsum. Tertium. Vt homo faciat bona ex charitate, aliter enim non prosunt ad salutem. Quartum. Scientia vtilis, sicut illa quâ scit aliquis quantum Christus nos dilexit, &c. Quintum Profectus ad virtutum plenitudinem, vt impleamur hic plenitudine gratiæ tendentes in plenitudinem gloriæ. *à pag.* 188. *ad pag.* 191.

B

Eiusdem sermo 2. In gratiam charitatis in qua radicari debemus, sic habet Apostolus in eadem Epist. *In charitate radicati & fundati, &c.* Quia charitas optimus locus est; quia est. I. Securus, qui enim in loco isto est in Deo est & euius manibus & protectione nullus inimicorum eripere potest. II. Iucundus, secura enim mens quasi iuge conuiuium; quare non erit iucunda mens? quæ manens cum Deo, nihil timere habet. III. A morte securus. Charitas enim vita est & quicquid extra charitatem est, mortuum est; cum Deus sit ipsa charitas in quo vita, extra quem mors. Denique gloria regni Dei in quatuor consistere animaduertitur sc. in longitudine æternitatis, latitudine charitatis, sublimitate dignitatis, profunditate cognitionis. *à pag.* 191. *ad pag.* 192.

C

Eiusdem sermo 1. in Euangel. Luc. 14. *Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum, &c.* quod breuiter circa litteralem intelligentiam percurrendo, præcipuè animaduertit hanc parabolam propositam ad

humiliationem Pharisæorum, qui reprehensibiles de auaritia, per hoc quod faciebant in sabbato opus cupiditatis; reprehendunt in Christo factum in sabbato opus charitatis. *à pag. 476. ad pag. 477.*

Eiusdem sermo secundus, sequentibus constans capitibus. I. Pharisæi ex sex reprehensibiles, 1. ei quem pascebant nocere intendebant, 2. peccato pleni, peccatum quærebant in eo qui peccatum non fecit, 3. deficiebant cōpassione, 4 tacuerunt quando loqui debuerūt, 5. de minimis habebant magnam curam, de maximis paruam, 6. amore vanæ gloriæ laborabant. II Saluator laudabilis ostenditur in manifestatione potentiæ, dum curat paralyticum; sapientiæ, respondens illorum cogitationibus; bonitatis, dùm obseruatores suos instruit. III. Auarus hydropico assimilatur in inflatione, fœtido anhelitu, siti insatiabili. IV. In hoc quod Dominus sabbato curat insinuatur, 1. quod ille qui ab actu peccandi cessat, spiritualiter sanatur; 2. quod cæteris temporibus propter animarum salutem contemplatiuo licet se à contemplatione subtrahere. V. In primo loco aliquis discumbit, aliis in corde suo se præferendo, primatum ambiendo, primatum vsurpando, adepto primatu ocio vacando. VI. Triplex malum sequitur promotiotionem indigni, sc. acceleratio mortis ipsius, magnitudo confusionis, magnitudo tormentorum. VII. Recumbendum in nouissimo loco propter humilitatem, pacem, exaltationem sequentem. VIII. Multis gradibus ascendit quis superius sc. mundum contemnendo, carnem spiritui subijciendo, animum ad sui considerationem colligendo, statum perfectionis assumendo. *à pag. 477. ad pag. 480.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo in hæc Epistolæ verba: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi. Ephes. 3.* Vbi I. Veram docet resignationem, tàm pro se, quàm pro amicis inter aduersa viuentibus: quia tristitia multum officit profectui spirituali. II.

A Transcendenda esse omnia creata, & ad solum Deum eundem, vt comprehendamus cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo sublimitas & profundum. III. Id etiam prodesse, vt sciamus quæ sit supereminentis charitatis scientia Christi. *A pag. 457. ad 463.*

✠ NICOLAI DE CVSA sermo. Circa epist. diei. *In charitate radicati & fundati. Ephes. 5.* Id vt declaret supponit primo, omnia ad ostensionem gloriæ Dei formata esse. 2. fusè docet omnem paternitatem à paternitate Dei patris oriri; & fœcunditatem, à fœcunditate eiusdem. Atque ita omnem filiationem ex filiatione filij Dei; & omnem spirationem ex spiritu Dei: & om-

B nem amorem ex amore Dei, & similia: quamuis sit diuersa ratio nominandi Diuina, & creata. Deinde deducit, omnem sanctitatem sanctorum esse ex charitate in qua sunt radicati; & concludit, eum qui cum sanctis est comprehensor, comprehendere quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profunditas charitatis. De quibus singulis conditionibus differit. *Exercitat. lib. 8. à pag. 569 ad 598.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in Apostoli dicta Ephes. 3. *Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, &c.* homilia, in hac lectione hortatur Apostolus Ephesios & quoslibet nostrum, ad constantiam & fortitudinem fidei, spei,

C & charitatis 1. obsecrans eos ne deficiant in tribulationibus; 2. ostendens se orare pro fortitudine & perfectione eorum; 3. gratias agens Deo qui potens est dare suis melius quàm ipsi sciunt postulare. *à fol. 114. pag. 1. ad fol. 117. pag. 1.*

Eiusdem in illud Euangel. Luc. 7. *Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, &c.* homilia Christus. Primò. Apud principes & suos insidiatores, non solum declinare & manducare refugit, immo etiam eos corrigit & instruit, magnitudinem suæ benignitatis & misericordiæ ostendit; & nobis exemplo sui, quid facere debeamus innotescere facit. Secundò. Cogitationibus

eorum malis respondet, & eos in cordibus suis vrget, & concludit; ita vt præ confusione taceant. Tertiò. In reprehensione Pharisæorum, qui primos accubitus in cœnis diligebant, vbi inuitatus recumbere debeat ostendit cum dicit, *Cum inuitatus fueris ad nuptias noli recumbere in primo loco, &c.* sic humiliantes nos honorari merebimur ab inuitante. *A fol. 121. pag. ad fol. 124. pag. 1.*

S. Thomæ Aquinatis sermo primus in Euangelium. Tria complectitur, hydropici infirmitatem, per quam vitia denotantur, præsertim verò luxuria, superbia, & auaritia; Christi Domini clementiam, sanando infirmum istum, & peccatorem, à morbo luxuriæ, superbiæ, & auaritiæ, puritatis, humilitatis, & voluntariæ paupertatis remedio; eiusdem Christi sapientiam, interrogationibus inimicorum conuenienter respondendo. *In serm. Dom. tom. 16. fol. 23. col. 4. & fol. 24. col. 1.*

Eiusdem sermo secundus in illud Euangelij, *Omnis qui se exaltat, &c.* Multa docet, videlicet, superbum tribus modis contra Deum se erigere; superbum triplici humiliatione puniendum; & contra hominem sanctum tripliciter humiliatum: & à Deo tribus exaltationibus remunerandum & honorandum. *Ibidem fol. 24. col. 1. 2.*

DOMINICA DECIMAseptima post Pentecosten.

✠ B. Alberti Magni sermo ad ea verba: *Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Quatuor explicat. I. Quid sit ex toto corde, tota anima, tota mente diligere Deum. II. Quinque causas pertractat cur Deus sit diligendus. 1. quia ad imaginem suam creauit. 2. quia de potestate diaboli eripuit. 3. quia peccata nostra dissimulauit. 4. quia corporalia largitur bona. 5. quia regnum cæli præparauit. III. Tribus signis dicit innotescere an Deum diligamus. 1. Man-A datorum Dei obseruantiâ. 2. eleemosinarum largitione. 3. nulla de die iudicij trepidatione. IV. Triplex bonum ex ea dilectione consequi. 1. quod à Trinitate amemur. 2. quod nobis filij gloria manifestabitur. 3. quod à Trinitate inhabitabimur. *A pag. 118. col. 2. ad 119. col. 2.*

✠ S. Antiochi Lauræ Monachi hom. 128. tota est de charitate erga Deum, cuius naturam & vtilitates proponit varijs scripturæ testimonijs præsertim autem quod nos vniat Deo. *Tom. 2 Bibl. PP. edit. 3. Paris. col. 334. & 335.*

✠ S. Antonii de Padua sermo in Euangelium Matth. 22. Initio comparat Christum Soli, qui ignem venit B mittere in terram, calore humilitatis contra frigiditatem superbiæ: splendore castitatis, contra luxuriæ obscuritatem: leuitate paupertatis, contra ponderositatem auaritiæ. II. Agit de fidei nostræ excellentia, quæ Christum Deum confitetur & hominem. III. Ex historijs & figuris veteris legis plures colligit & vrget morales obseruationes. 1. Nos debere esse templum Dei, 2. intentionem rectè dirigendam esse. 3. Hypocrisim fugiendam. 4. Cor nostrũ altare esse Dei. 5. Vitam iusti, viti similem esse, vt fodiatur compunctione: amputetur confessione: sustentetur satisfactione. 6. Balsamo etiam comparatur eadem vita; in quo considerat C balsami lacrymam, quæ est contemplatio: semen, quod est verbum Dei: corticem, asperitatem pœnitentiæ: lignum, corpus mortale. *A pag. 391. col. 1. ad 394. col. 2.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium. Textum ad litteram exponit. Quare præceptum de diligendo Deo dicatur primum & maximum mandatum, paucis declarat. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de tmp. col. 76. & sequent.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo in Euang. de silentio laudabili & vituperabili. Primò. Silentium 1. est laudabile, quia virtus, quod ex parte temporis patet, 2. vituperabile, quia delictum, ex Alex. Secundò. Peccat 1. mortaliter taciturnus, in omnibus quæ

dicere obligatur ex præcepto vel officio; 2. venialiter, cum tacere expedit aut decet. Tertiò. Maius peccatum 1. loqui quàm tacere, quia communius sic peccatur; 2. tacere quàm loqui quia damnosiùs. *Ex sermonibus de temp. tom. 4. à pag. 147. col. 2. ad pag. 251. col. 1.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelij *Diliges Dominum Deum tuum.* Quatuor signa profert, quibus perpenditur & probatur vera Dei dilectio. Primum signum dicitur sollicitudo cogitationis; secundum, fortitudo affectionis; tertium, rectitudo intentionis; quartum, promptitudo operationis. *Tom. 3. serm. Dom. pag. 191.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Ex toto corde.* Docet Dominum exigere à nobis totum cor. I. Ad credendum. II. Ad pœnitendum. III. Ad bene viuendum. IV. Ad obediendū. V. Ad orandum. VI. Ad diligendum. VII Ad reminiscendum Deum. VIII. Ad gratias agendum. *Ibid. pag. 191. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. Agit de vera dilectione, quæ ex sex signis colligitur; nimirum, ex detestatione peccatorum; ex repulsione inimicorum: ex obseruantia mandatorum: ex prouisione subditorum: ex renunciatione terrenorum, & ex tolerantia aduersorum. *Ibid. pag 192.*

Eiusdem sermo quartus in Euangel. Ostendit mandatum dilectionis verbis Christi in Euangelio expressum, regulam esse totius hominis: Appetitus siquidem concupiscibilis ipsius regulatur à Christo in summo diligibili, imperando actum charitatis; Appetitus verò irascibilis eleuatur in summo honorabili, insinuando obiectum diuinitatis; Appetitus autem rationalis illustratur in sommo intelligibili, explicando modum veritatis. Vbi commendatur charitas: suadetur Dei dilectio propter conditionem naturalis esse, quam habemus ex creatione; propter collationem multiplicis gratiæ; ac propter donationem hæreditatis perpetuæ: traditurque modus diligendi Deum fideliter, sincerè, & indesinenter. *Ibid. pag. 191 & sequent.*

A S. CÆSARII exhortatio ad tenendam vel custodiendam charitatem I. Probat neminem se vnquam iustè excusare posse, quòd veram charitatem habere non valeat. II. Veram charitatem ita diffundi in cordibus omnium Christianorum, vt eam, si velint, possint iugiter custodire eiusque dulcedine incessabiliter satiari ostendit. III. Tam leuem esse charitatis sarcinam, vt non premere, sed leuare consueuerit, demonstrat. IV. Iuramentis deditos reprehendit. V. Diuinæ legis obseruandæ facilitatem efficaciter declarat. VI. Charitatem omnium virtutum radicem nominat, & vim istius similitudinis explicat. VII. Dilectionem multis præclarisque encomiis ce-
B lebrat. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patrum à col. 1521. ad col. 1523.*

DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. sermo. I. Quilibet Christianus tenetur Euangelicæ legis præcepta seruare, 1. vnum Deum colendo per fidem spem, & charitatem, 2. humilitatem sectando, 3. superbiam fugiendo. II. Mansuetudinem nos docet Apostolus. III. Patientia, virtus est necessaria omni fideli in præsenti vitâ, quæ aduersitatibus plena est. IV. Charitatiuè inuicem sustinere debemus, sicut à Deo misericorditer tolerari optamus. V. Seruare monemur vnitatem spiritus in vinculo pacis. *Ex serm. de temp. à fol.*
C *332. pag. 1. ad fol. 333. pag. 1.*

Eiusdem pro Euangel. sermo. I. Vt cognoscere possit homo an amore spirituali extatico diligat Deum, describuntur hic proprietates amoris carnalis extatici, i. est. Multa de se inuicem concipere in absentiâ. 2. Desiccatio membrorum. 3. Concauitas oculorum. 4. Siccitas oculorum seu carentia lachrymarum. 5. Inordinatus pulsus. 6. Profunda cogitatio, & sollicitudo versa ad interiora. 7 Inflammatio & commotio insaniæ similis. Eadem proprietates in amore extatico spirituali perfectiùs & pleniùs reperiuntur. *Ex sermonibus de temp. à fol. 339. pag. 2. ad fol. 340. pag. 2.*

Eiusdem sermo 2. pro Euang. Amor

hîc quintuplex ponitur. Primus est. Naturalis, qui est affectio animi quâ eos qui nobis in naturâ & naturalibus communicant seu sunt prupinqui, vel eminentiores videntur, diligimus. Secundus. Socialis, qui est affectio quâ eos cum quibus familiariùs conuersamur, diligimus. Tertius. Mercenarius, quo aliquid amamus, non propter commodum eius, sed inquantùm est nobis vtile. Quartus. Carnalis, quo aliquid propter delectationem carnalē, amatur. Quintus. Spiritualis, quo Deum propter seipsum, & intellectuales creaturas felicitatis capaces, in Deo diligimus, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 340. *pag.* 2. *ad fol.* 341. *pag.* 2.

✠ GVILLELMI PARISIENSIS, sermo I. Vbi dicta Apostoli Ephes. 3. perpendens, *Obsecro vos ego vinctus in domino vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis.* Per priora vt acquiescant ipsi Paulo exhortanti Ephesij suadet; tum quia animarum zelo loquebatur; tum quia pro salute ipsorum & Christi gloria in carcere detinebatur: Per posteriora, triplicem esse vocationem docet sc. prædicationis, cuius doctrina negligi non debet? crucis, in qua Christus omnes ad gloriam cœlestem vocauit; dignitatis, ad quam vocamur: Septem autem hæc dignitas requirit sc. vt indigna caueamus, mundana contemnamus, aduersa viriliter toleremus, magna agamus, in bonis operibus vsque in finem perseueremus, ad illam dignitatem velociter tendamus, hilariter faciamus. *à pag.* 192. *ad pag.* 194.

Eiusdem sermo 2. Eiusdem Epist. hæc continens, *Obsecro vos ego, &c. cum omni humilitate, & mansuetudine & patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* In quibus videntur quæ sunt necessaria ad illam dignitatem habendam ad quam vocati sumus; sc. Primò. Humilitas, quæ non solum est gratia, sed etiā vas & receptaculum aliarum gratiarum & via est ad sublimitatem. Secundò. Mansuetudo quæ est tractabilitas quæ facit hominem perfectè à Deo in præsenti possideri quem in futuro merito possidebit. Tertiò. Patientia, qui enim socij sunt tribulationum Christi, socij erunt & consolationum, siue gloriæ. Quartò. Vnitas spiritus in vinculo pacis; solus enim Christus, cum membris suis sibi & ad inuicem vnitis ascendit in cœlum. *à pag.* 194. *ad pag.* 196.

Eiusdem sermo in Euang. Matth. 22. *Accesserunt ad Iesum Pharisæi: & interrogauit eum vnus ex eis, &c.* Per quem de dilectione Dei & proximi instruimur. I. Mandatum de dilectione, est maximum; quia de re excellentissima; & primum ratione prælationis, vel ordine diligendorum, vel propter primam tabulam in quâ scripta sunt Dei præcepta. II. Vltima pars Euangelij litteraliter transcurritur. III. Salutare est sacrificium attendere mandatis, id est, causa salutis; cum aliis sacrificiis potest damnari homo, etiam cum sacrificio altaris; cum hoc, non. IV. Maximè attendendum mandatis de dilectione Dei & proximi; quia, in illis est abbreuiatio legis, sunt facilia, grata, vtilia. V. Inter affectiones animæ seu actiones, dignior est dilectio. VI. Ignis superni amoris, se manifestat malorum compassione, bonorum gratulatione, debitorum dimissione, rerum subuentione. *à pag* 480. *ad pag.* 483.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo I. in Epistolæ hæc verba: *Obsecro vos ego vinctus in Domino. Ephes.* 4. Tractat de vocatione Dei. Et I. quis sit ille qui vocat: Pater cælestis. II. Quo nos vocat; ad dilectum filium suum. III. Quæ sit vocatio illius, & quos vocat. IV. Quomodo hanc vocationem dignè sequi debeamus, cum omni humilitate, mansuetudine & patientia. V. De triplici hominum genere agit, quos diuersis modis vocat Deus. 1. Per præcepta & prohibitiones. 2. Per consilia. 3. Per exempla Christi intus & foris: actiue & passiuè. *A pag.* 463. *ad* 467.

Eiusdem sermo 2. in eadem verba. Hortatur ad eas sectandas virtutes, quas eo loco enumerat D. Paulus: præsertim verò mansuetudinem & patientiam. Deindè declarat qua via ad vni-

tatem spiritus pertingere liceat. *A pag.* 467. *ad* 470.

Eiusdem sermo 3. circa Euangelium. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Matth.* 22. Sub titulo Dom. 18. post Trinit. Ex occasione eorum quæ dicta sunt antè Euangelij huius historiam I. Inuehitur in eos qui verbum Dei non audiunt eo fructu quo conuenit. II. Duo statuit hominum genera per Scribas & Pharisæos designata, in quos beatitudo eorum non cadit qui vident Christi mysteria. III. Humiles solos, dici & esse beatos. Ad quam virtutem hortatur fusius. *A pag.* 470. *ad* 473.

Eiusdem sermo 4. in Euangelium, sub eodem titulo. Agit in eos qui fundum peruersum habentes, proprio amori dediti sunt. Et horum tria constituit genera quorum est peruersa intentio. Deindè dilectionem ex D Bernardo triplicem facit. 1. Dulcem seu affectuo⸗am. 2. Sapientem siue prudentem & rationalem. 3. fortem, quæ & essentialis dicitur Denique huius amoris fortis, tres proprietates recenset valdè mysticas, quas vocare possum; abstractiuam, Abyssalem, Essentialem. *A pag.* 473 *ad* 481.

✠ RADVLPHI ARDENTIS ex dictis ab Apost. ad Ephes. cap. 4. *Obsecro vos ego vinctus in domino vt dignè ambuletis &c.* homilia Apostolus Paulus vinctus erat catena ferri, corporis, & charitatis. I. Obsecrat Ephesios, vt dignè ambulent vocatione quâ vocati sunt, siue ad fidem, siue per fidem ad vitam æternam. II. Monet nos habere virtutes per quas retinetur & obseruatur charitas & pax hæ virtutes sunt, humilitas, mansuetudo, patientia, mutua supportatio. III. Hortatur vt simus per charitatem vnum corpus & vnus spiritus; id est, vinciamur in vnum per confœderationem. *à fol.* 119. *pag.* 1. *ad fol.* 121. *pag.* 3.

Eiusdem homilia pro Euang. in partes quatuor distincta Prima. Conuenerunt Pharisæi in vnum contra Dominum; vt quem non poterant ratione, vincerent multitudine: & per vnum illum interrogant, vt si vinceret, omnes victores viderentur: & si vinceretur, solus vict⸗s videretur. Secunda. Dominus respondens Pharisæis, instruit nos de dilectione Dei & proximi & de ordine diligendi: Deus diligendus, quia bonus, benefactor, præmiũ nobis est; ex toto corde, animâ, viribus: Omnis homo diligendus, &c. Tertia. Christus congregatos Pharisæos interrogat, vt eorum ostendens ignorantiam, eorum confutaret superbiam. Quarta. Discipulos & simplicem turbam moraliter instruit, de vero pastore, mercenario, & fure; mercenarios ostendens Pharisæos & scribas, dum probat quomodo se habeant, quid eis à populo debeatur, quæ vitia habeant, & prohibet discipulis ne eos imitentur. *à fol* 117. *pag.* 1. *ad fol.* 135 *pag.* 2.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud, *Dixit Dominus Domino meo, &c.* Agit de Christi Diuinitate, humanæ ipsius naturæ dignitate, & potentia ac iustitia. Notatque Christum Dominum potestatem & iustitiam suam in reprobos ostensurum. I. Contra eos cum toto orbe pugnando. II. Furorem suum eis demonstrando. III. Eos sæuissimè iudicando. IV. Tenebris infernalibus ipsos excæcando. V. Æternum supplicium eis inferendo. VI. Ipsos omnes æternæ morti destinando. *Tom.* 16. *ser. Dom. fol.* 141. *& seq.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio 1. De mandato amoris, ad ea verba *Matth.* 22. *Diliges Dominum Deum tuum.* Initium ducit à necessitate amoris de amore locuturo. Deindè considerat. I. quam iucundum & suaue sit mandatum de diligẽdo Deo. II. quàm iustum & æquum est vt eum diligamus. III. Explicat quomodo hoc mandatum & nouum est & vetus. IV. Quàm ingens præmium pro tàm leui mandato reponatur; & cur, non diligentibus minetur Deus. V. Quòd in hoc salutem constituit in quo omnes potentes sunt. VI. Attollit amoris excellentiam quam nemini denegat Deus, & ad eam hortatur. *à fol.* 110. *col.* 3. *ad* 112. *col.* 3.

Eiusdem Concio 2. in eadem verba,

Aperit initio propositum tractandi tria I. quare diligẽdus est Deus. 2. quomodo diligendus est. 3. quomodo amorem eius obtinebimus. Ex tribus primum cõsiderat, rationes scilicet propter quas Deus diligendus est; quas ad tres reducit, quia amamus Deum propter se, propter suas, propter nos. In quorum primo immoratur hac concione. Ostendit ergo Deum diligibilem esse propter se, esseque illum centrum amoris, ad quem omnes animæ tendere debeant: pro quo insito feruntur motu, à solo peccato retardato. Vbi agit; cur amor Dei præcipiatur, & non sui. Tùm inuehitur in animam hoc amore destitutam. *A fol. 112. Col. 4. ad 115. Col. 2.*

Eiusdem Concio 3. in eadem verba. Resumit initio paucis quod de diligendo Deo propter se dixit. Concione 2. Et hunc esse summum amorem. II. Naturam corruptam aliud amãdi sumpsisse exordium, à seipsa III. Diligendum Deum proponit ex eo quod Dominus est, id est, quia illi ex beneficio debetur amor. IV. Hæc beneficia ob quæ nos ipsos illi debemus, enumerat. V. docet diligendum esse quoque Deum propter nos & vtilitates nostras, quas vrget. VI. Transit ad modum quo Deum diligere debemus; quod superiori conc. proposuerat. Et docet I. Deum esse diligendum fine modo, fine mensura. II. Exponit quid sit Deum diligere ex toto corde, ex tota anima, ex omni mente. Et sic Deum esse diligẽdum. III. Diligendum esse dulciter, prudẽter & fortiter. VII. Agit de tertio quod proposuerat: qua via ad Dei amorem peruenire possimus. Et I. à Deo gratis dari tradit. 2. Multa nos ad amorem disponere. Cordis puritatem; Desiderium illius anxium, & deprecationem ad Deum: Proximi dilectionem & alia eiusmodi, quibus veluti lignis sacer ignis accenditur, fouetur & nutritur. *A fol. 115. Col. 3. ad 118. col. 4.*

Feria 4. quatuor temporum Septembris.

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 23. Ducit initium ab attentione auditorum, quam laudat. 2. Ostẽdit Dominum causam morbi prius expurgare, infidelitatem patris filium offerentis, & quæ fuerit illa. 3. Attribuit etiam defectui fidei quod Apostoli curare hunc non valuerint, vbi et agit de potestate fidei. *à pag. 144 ad 149.*

Sabbato quatuor temporum Septembris.

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 11. aggreditur eam Euangelij hodierni partem quæ est de muliere habente spiritum infirmitatis. Et primo inuehitur in comedones raptoresque in Ecclesia. Deinde obseruationibus illustrat ipsam litteram. Tertio, Allegoricum historiæ proponit sensum, & mulierem hanc typum gerere Ecclesiæ antea ad Idola curuatæ 4. pro moralitate, hortatur vt ad vitia & terrena propensi non simus, præsertim autem, vtà periurio abstineamus. *à pag. 69. ad 76.*

✠ RABANI MAVRI homilia de ieiunio septimi mẽsis. Initio agit de lege festorum expiationis & tabernaculorum. II. Illam mysticè exponit. III. Occasione præcepti mortificationis in die tabernaculorum, indicit ieiunium huius mensis. *Tom. 5. pag. 597. col. 2. & 598. col. 1.*

DOMINICA DECIMA

octaua post Pentecosten.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad hæc: *Matth. Ecce offerebant Iesu paralyticum &c.* Tribus absoluitur. I. Paralyticum notare peccatorem; quod, ex causis eius morbi declarat. II. Per eos qui Domino illum offerebant, figurari, misericordiam & orationes iustorum. III. Quatuor contulisse ad sanitatem huius paralytici, peccatoris I. Peccati remissionem; 2. assurrectionem à terrenis ad Diuina 3 corporis macerationem 4. Aspirationem ad patriam cælestem. *A pag. 120. col. 1. ad 121 col. 1.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo, Paraliticus sanatus peccatoris conuersionem significat, qui surgit quando vitia in quibus iacuerat deserit, tollit grabatum

batum carnem à carnalibus desideriis ad voluntatem spiritus attollens, vadit in domum suam dum in paradisum, redit vel ad internam sui custodiam ne iterum peccet. *Apag.* 395. *ad ad pag.* 396.

S. VENERABILIS BEDÆ homilia in Euangelium. Textum litteraliter, moraliter, & allegoricè explicat; saluationem animæ per paralytici curationem designat; quinque causarum differentias, pro quibus in hac vita affligimur corporalibus molestiis, enumerat. *Hom. Æstiual. de temp. Tom.* 7. *col.* 77. *& sequentibus.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelij, *Offerebant ei, &c.* De quatuor generibus Christo offerentium, seu adducentium tractat, ægri illi offeruntur, tanquam medico, ad sanandum paruuli, tanquam Episcopo ad confirmandum: Rei, tanquam Iudici ad iudicandum, sponsa tanquam sponso ad cohabitandum. *Tom.* 3. *pag.* 194.

Eiusdem sermo secundus in illa textus Euangelici verba, *Filius hominis habet potestatem in terra, &c.* De quatuor Christi Domini potestatibus disserit, de potestate iustificandi in mundo, de potestate iudicandi in iudicio, de potestate regnandi in cœlo, de potestate poniendi in inferno. *Tom.* 3. *pag.* 194. *col.* 2.

Eiusdem sermo tertius in illa verba. *Tolle lectum tuum.* Agit de quadruplici lecto, scilicet concupiscentiæ, conscientiæ, pœnitentiæ, & sapientiæ: quæ omnia scripturarum authoritate confirmat. *Tom.* 3. *pag.* 195.

Eiusdem sermo quartus in illa verba, *Surge. tolle & vade.* Perfecta sanitas tam hominis exterioris, quantùm ad corpus, quam hominis interioris quantùm ad animam notatur. Triplex malum paralysis materialis in corpore, & peccati in anima, declaratur; homo siquidem tali morbo perculsus inhabilis est ad standom, ad operandum impotens & ad ambulandum minimè idoneus. Sic anima peccato possessa. Contra primum malum, dicit *Surge*;

A scilicet, à tribus, à tenebris ignorantiæ, à concupiscentiæ illecebris, & à dura captiuitate potestatis diabolicæ. Contra secundum malum imperat, *tolle*, quod quidem verbum iustitiæ denotat exequutionem. Tertiò. Deoique malo contrarium adhibet medicameotum, præcipiens ambulare, *& vade*, eundum autem est in domum nostram, nempe gloriam æternam, humiliter, peccata perpetrata defleodo; indesinenter perseueraodo; ac viriliter inimicos nostræ salutis fortiter debellando. *Tom.* 3 *pag.* 195. 196. 197.

S. P. CHRYSOLOGI sermo in Euangelium hodiernum. I. Christum in humanis actibus diuina gessisse mysteria demonstrat. II. Cur Christus in
B nauiculam ascenderit, docet. III. Ipsius in nauim ingressum allegoricè ad Ecclesiam refert. IV. Eumdem verum Medicum esse non solùm corporum, sed & animarum duplici similitudine probat. V. De animarum infirmitatibus curandis disserit. *Serm.* 50. *col.* 130. 131. 132.

S. I. CHRYSOSTOMI homilia in Paralyticum, per tectum demissum, quòd non sit ille, de quo apud D. Ioannem agitur. Multa, eaque diuersa complectitur. I. Euangelistas inter se aliquando diuersa loqui non tamen contraria. II. Varia Euangeliorum loca conciliat. III. Quibus distinguuntur duo paralytici, vnus apud Ioan-
C nem, & alter apud tres alios Euangelistas ostendit. IV. Christum Iesum medicum admiratione dignum, qui solo verbo sanat quascumque infirmitates, omniáque restaurat, comprobat. V. Eumdem Christum verè benignum esse & misericordem, etiam erga ingratos & indignos, demonstrat. VI. Paralytici fidem commendat. VII. Cur Christus priùs à peccatis, quàm ab infirmitate corporali paralyticum liberauerit, inquirit VIII. Peccata omnium malorum & morborum fontes & causas dicit. IX. Christi filij Dei cum patre æqualitatem, probat. X. Ad patientiam in aduersis, & infirmitatibus firmiter habendam hortatur. *Serm. de*

uersis noni testam locis, ser. 64. & iuxta errorem Typographi 62. parte 2. sermonis, à pag. 927. ad pag. 940.

✝ DIONYSII CARTVSIANI de Epist. sermo Deo gratias quotidiè agere debemus pro acceptis beneficiis. I. Quia scriptura ad hoc multipliciter nos hortatur. II. Indesinenter enim illis vtimur. III. Quoniam non regratiari, est valdè rusticanum. IV. Quia beneficiorum eius est immensa multitudo. V. Deo singulariter gratiarum actio placet. VI. Actus iste est homini multipliciter fructuosus, 1. enim beneficia collata custodit ne amittantur, 2. maiora meretur; 3. magnam gloriam in futuro promeretur. *Ex serm. de temp. a fol. 338. pag. 1. ad fol. 339. pag. 1.*

Eiusdem pro Euang. sermo primus, Ecclesia per nauim designatur, quia I. Est vehiculum per quod fideles transferuntur per sæculum istud nequam, ad portum salutis æternæ. II. Populus Christianus fide & charitate ornatus, indesinenter est in tribulationibus seu aquis afflictionis. III. Nunquam in toto demergitur nec succumbit, quia à Spiritu sancto in tribulationibus iuuatur. IV. Contra inuisibilium, hostium impugnationes, per gratiam Spiritus sancti firmatur. V. In eâ vnus est pontifex summus vniuersalisque rector. VI. In eâ debent vniuersi fideles esse timorati. VII. In illa volens integer esse & computari, debet mollia carnis non appetere, nec diuitiarum abundantiam quærere. *In serm. de temp. à fol. 345 pag. 2. ad fol. 346. pag 2.*

Eiusdem pro Euang. sermo secundus, in quo inter alia duo tanguntur. I. Qualiter debeat vnusquisque proximo suo cooperari ad bonum de quo in hodierno Euangelio exemplum habemus in quatuor viris istis qui paralyticum in lecto iacentem tulerunt, &c. II. Quid per istos portatores signetur, per hos intelligi possunt 1. diuinus instinctus ad bona instigans; 2. Angelica inspiratio; 3. hortatio superiorum; 4. naturalis instinctus ad bonum. Præterea per hos possunt designari, 1. bona & deuota societas; 2. paterna Dei visitatio

A per aduersitates; 3. eleemosynarũ largitio; 4 preces ac merita deuotorum. *Ex sermon. de temp. à fol. 346. pag. 2. ad fol. 347. pag. 2.*

I. GERSONII sermo in illud Euang. *Vade in domum tuam.* De quatuor domibus per tractat. & totidem orationes instituit.

Prima oratio est de domo materiali iuxta litteralem sensum, ad quam mittitur paralyticus sanatus. Secunda de domo allegorica, militante videlicet Ecclesia. Tertia de domo tropologica, propria conscientia Quarta de domo anagogica, fœlicitate cælesti & gloria æterna. Prima oratio miraculum ad litteram exponit, & I. Christi Diuinitatem ac dignitatem ex tri-

B bus probat, ex peccatorum relaxatione, ex cogitationum agnitione, ex paralytici subita curatione. II. Verum ac propriè dictum miraculum à solo Deo fieri tanquam à causa principali ostēdit. III. Pluribus disserit de Theologia aduersus indoctos: de canonizatione, & quod ad hominis canonizationem, sola miracula non sufficiant ac de artibus magicis rationabiliter sub mortis interminatione vetitis.

Secunda oratio Ecclesiam domum esse à Christo Domino ædificatam demonstrat, ad quam ire debet Paralyticus spiritalis, & in qua inueniri debent Sacerdotes & Ecclesiastici viri,

C qui triplici officio in ipsa fungi habent, videlicet, speculatorum, patrum siue pastorum, & ianitorum. In vitiosos ac inscios Ecclesiasticos grauiter agit, & exinde tres considerationes in fauorem Theologiæ elicit; ac tandem diuersas domos in quas eunt mali Sacerdotes potius quàm in Ecclesiæ domum nominat & enumerat.

Tertia oratio loquitur de domo conscientiæ propriæ ornanda, ordinanda, & adeunda: quæ tria miro & mystico modo, seruata similitudine domus, prosequitur.

Quarta oratio quo modo, quo duce, qua via sit adeunda domus gloriæ æternæ pulchrè ac subtiliter docet; Vbi multa passim de fœlicitatis excellentia

ac mansionis beatæ laude apposite loquitur. *Tom. I. part. 2. serm. in Dom. 19. post. Pent. a col 642 ad col. 671.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo 1. in Epist 1. Corinth. 1. cuius illa verba sunt. *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei quæ data est nobis in Christo Iesu.* In quibus triplex ad nostram instructionem doctrina. Prima. Gratiarum actionem nos instruit; ad quam mouere debent nos, Sanctorum admonitiones; creaturarum voces; ipsum tempus in quo sumus; electorum in paradiso gratiarum actiones; vtilitas multiplex ex illa proueniens, hominem enim in tribulatione custodit, diuinam largitatem ad dandum prouocat; ornatus quo Deo placent; suæ contrariæ sc. ingratitudinis rusticitas; ex qua multiplex malum, sc ablatio acceptorum à Deo, nouorum bonorum prohibitio, pœnarum additio. Secunda Ad fraternam dilectionem hortatur, ad quam triplex exemplar nobis proponit Ecclesia, 1. amorem quem ad nos ipsos habemus; amorem Christi ad nos, amorem quem habent membra ad inuicem in eodem corpore. Tertia. Ad discretionem nos inuitat, qua de bonis spiritualibus proximorum debemus gaudere, non de profectu temporalium proquo potius; est timendum. *à pag. 196 ad pag. 198.*

Eiusdem sermo 2. In quo per præcedentia citata mundi diuitias contemnit & condemnat; Christiani verò, quæ sunt in Christo approbat. I. Differentiam quadruplicem inter vtrasque ponens; cum enim Christiani semper, vbique, in omnibus sint diuites & veras diuitias habeant: Diuites in mundo, hodie non cras, hic non alibi, in hac re non alia sunt diuites & falsas habent opes. II. Diuitiarum huius mundi malitiam aperiens, Animam enim inquinant, ignominiosæ sunt, perditionis sunt causa, vel quia produntur vel quia hominem produnt. *à pag. 198. ad pag. 200.*

Eiusdem sermo in Euang. Matth 9. *Ascendens Iesus in nauiculam, &c.* Ex quo circa paralytici curationem plura attende. Primò Blasphemia fit tribus modis, 1. cum Deo attribuitur quod ei non conuenit, 2. cum de Deo negatur quod ei conuenit, 3. quando quod Dei est aliquis sibi attribuit. Secundò. Breuis huius Euangelij expositio datur. Tertiò Paralyticus iste figurat spiritualiter homines voluptuosos; paralysim autem omnem sequuntur quatuor mala, 1. tremor, 2. insensibilitas siue propriorum defectuum, siue alienæ miseriæ, siue diuinæ suauitatis, 3. immobilitas; 4. mollities quædam; Quartò. Saluator sex fecit sanando paralyticum, a. fidem offerentium eum respexit, b. paralyticum vocauit, c. ad confidentiam eum monuit, d. priùs animam quàm corpus sanauit, e. duplici rationem se non blasphemare ostendit, f. dixit ei, surge tolle lectum tuum: hæc ad mores applicanda. Quintò. Prælatus portare subditum debet, orando, compatiendo, curam & sollicitudinem habendo, cibo spirituali pascendo. Sextò. Quatuor portatores, possunt intelligi quatuor quæ peccatores ad Iesum adducere solent, 1. consideratio propriæ fragilitatis, 2. onus propriæ iniquitatis, 3. consideratio beneficiorum Dei, 4. consideratio suppliciorum inferni. Septimò. Surgendum à peccati lecto, quia in eo non quiescitur verè, sicut nec in spinis; propter lecti huius immunditiam, propter imminens periculum, propter verecundiam. Octauò. Peccator tres habet lectos in quibus vult quiescere, sc. superbiam, voluptatem, auaritiam. *à pag. 483. ad pag. 487.*

✠ Nicolai de Cvsa sermo ad ea verba *Matth. 9. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* I. ostendit: sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificari. Vnde naturam nostram tradit, vt est ex Adam non esse vnibilem Diuinitati: quod probat ex variis oppositionibus inter hominem secundum Adam, & eundem secundum Christum; quæ declarant in Adam omnes mori; in Christo omnes viuificari. II. Venisse Christum qui

vim intellectiuam hominis impleret, & doceret artem vsurificâdi. III. Hanc autem esse fidem. *Exercitat. lib. 5. pag. 469. & 470.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS pro Epist. 1. Corinth. 1. *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, &c.* homilia ex qua disce I. quia de nostro nihil habemus, vnde Deo retribuere valeamus, saltem debere nos semper eius debitores confiteri. II. Gratias agendas Deo esse pro gratia acceptâ, siue sit gratia, ad gratiam: siue gratia pro gratiâ: siue pro gratiâ ad gratiam. III. Expectandam & cum desiderio sperandam reuelationem Iesu Christi, quam iniqui nec expectant, nec sperant. *à fol. 124. pag. 1. ad fol. 127 pag. 1.*

A Eiusdem de Euangel, litteralis & tropologica expositio, homilia. Litteraliter Christus se veram humanitatem habere ostendit dum nauem ascendit, transfretat, patriam terrenam visitat: & veram diuinitatem in fidei cognitione, peccatorum remissione, alienarum cogitationum cognitione, paralytici per solum imperium curatione. Tropologicè, erudimur vt nauiculam ascendamus, & ab huius mundi exilio ad æternam transfretemus patriam: non nostram tantùm sed proximorum salutem procuremus: fidem perfectam per charitatem operantem habere studeamus: Non solum pro nobis, sed & pro aliis intercedamus. *A fol. 139. pag. 2. ad fol. 142. pag. 1.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud Euangelij *Ascendit Iesus in nauiculam, &c. Et venit in ciuitatem suam.* Per nauiculam intelligit vitæ sanctitatem: per ciuitatem verò, patriam cœlestem, ad quam quiuis homo festinare debet propter securitatem, propter amœnitatem, & propter copiositatem: quæ tria triplici modo subdiuiduntur & ad litteram exponuntur. *Tom. 16. ser. Dom. pag. 25. col. 2. & 3.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 21. Euangelium huius diei non ex Mathæo, sed ex Marco expendit. Et initio conqueritur quod singulis conuentibus verbo faciens, nullam sibi obuenire videat vtilitatem. 2. litteram explanat Euangelij vbi præsertim tractat de spectata offerentium fide. Corporis morbos effecta esse peccatorum. Cur iustos etiam calamitates circumueniunt. 3. Allegoricum sensum historiæ proponit. 4. Moralem doctrinam insinuat hic notatam. *à pag. 130. ad 137.*

DOMINICA DECIMA nona post Pentecosten.

A ✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad ea verba. *Matth. 22. Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.* In quo quinque docentur. I. In hominem regem, Deum esse Patrem. II. Nuptias factas filio esse coniunctionem filij eius cum Ecclesia. Ad quas nuptias accurendum esse tradit. III. Quatuor genera hominum ab his nuptiis excludi. 1. qui noluerunt venire, Gentiles, Iudæi, Hæretici. 2. Superbi, villæ emptionem prætendentes. 3. Auari, negotiationi attenti. 4. luxuriosi. IV. Venisse ad has nuptias eos qui vicinæ mortis meditatione occupati erant. V. Recencet mala eorum, C qui ad nuptias illas non accedunt. *A pag. 121. col. 1. ad 122. col. 2.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo. I. Tres sunt nuptiæ, primæ celebratæ fuerũt in vtero beatæ Virginis, secundæ celebrãtur in templo animæ fidelis, tertiæ in templo gloriæ cœlestis, ad has omnes inuitantur peccatores, sed pauci veniunt etsi vocati. II. In illa verba, *Rex autem cum audisset iratus est,* dicit, in primo aduentu fuisse misericordiam, in secundo futuram iudicij veritatem. III. Tres sunt vestes nuptiales, byssina, polymita & coccinea; quæ in tribus nuptiis sunt necessariæ; qui sine veste nuptiali inuentus fuerit, condemnabitur. *à pag. 396. ad paginam 400.*

S. Avgvstini sermo in Euangelium & præcipuè in hæc verba, *quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem.* Multa inquirit, & soluit, videlicet quis sit iste Pater familias, quis eius filius, quænam istæ nuptiæ? Deinde contra adulterinos habitus virorum, ac mulierum acriter inuehitur. Postremò vt portemus imaginem cœlestis, & non terreni cohortatur. *Tom. 10. serm. de Temp. serm.* 147. *fol.* 149. *col.* 4. *& fol.* 150. *col.* 1.

S. Bernardi (vel potius alterius Patris apud eumdem) sermo huic Dominicæ aptandus; agit etenim de nuptiis filij Regis, id est, Verbi incarnati cum sponsa Ecclesia: Incarnationis mysterium sub nuptiarum symbolo describit, & ornamenta sponsæ à sponso allata & ei collata profert, & ostendit. *Apud D. Bernard. à col.* 1721. *ad col.* 1725. *inter serm. D. Bernard. falsò adscriptos.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo in Epist. de mendacio. I. Officioso, quod fit ad conseruandum rem, 1. temporalem, 2. corporalem, 3. spiritualem, quod aliquando mortale aliquando veniale peccatum est, semper autem peccatum. II. Iocoso, quod contingit, vel cum delectatione propriâ, vel cum alienâ, vel cum varia culpâ, & hoc etiam aliquando mortale, aliàs veniale est. III. Pernitioso, in quo triplex deceptio contingit, sc. in rebus 1. temporalibus, 2. corporalibus, 3. spiritualibus: semper autem manens tale est peccatum mortale, aliàs non. *Ex serm. de temp. tom.* 4. *à pag.* 251. *col.* 1. *ad pag.* 259. *col.* 1.

S. Bonaventvræ sermo primus in Euangelium. Nuptias Christi cum sponsa Ecclesia commendat ob quatuor excellentias, nimirum, ob sponsi magnitudinem, ob sponsæ pulchritudinem, ob filiorum multitudinem, & ob conuiuarum plenitudinem. *Tom.* 3. *serm. Domin. pagin.* 197. *col.* 1.

Eiusdem sermo secundus in illud, *Rex autem cum audisset iratus est, &c.* Tripartitur. Primò differit de diuinæ
A iustitiæ concitatione. Secundò de culpæ detestatione. Tertio de pœnarum ob demerita, & scelera perpetrata diris inflictionibus. *Ibidem pagin.* 197. 198.

Eiusdem sermo tertius in illa textus Euangelici verba, *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem.* Per hanc vestem bonæ vitæ conuersationem intelligit, quæ homini Christiano necessaria dicitur, ad vitandam damnationem: ad tentationes repellendas: ad benedictiones recipiendas; & ad gloriam æternam consequendam. *Ibid. pag.* 198. 199.

Eiusdem sermo quartus in illa Euangelij verba, *Multi sunt vocati, pauci*
B *verò electi.* Agit de quadruplici electione, nempè diuina, humana, Angelica, diabolica. *Ibidem pagin.* 199. *col.* 2.

✠ Dionysii Carthvsiani sermo, pro Epist. in quâ monet nos Apostolus. I. In virtutibus & earum actibus proficere, & per sanctas meditationes ad Deum nos leuare. II. Vt vitemus omne mendaciũ, iocosum, officiosũ perniciosũ. III. Vt sic irascamur quod nec peccemus, nec in irâ perseueremus. IV. Vt non demus locum diabolo, sed orando, ieiunando, documenta, exempla & præcepta Dei pensando viriliter resistamus tentationibus eius. V. Ne quis furetur, quia
C furari ex suo genere peccatum est mortale, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 344. *pag.* 2. *ad fol.* 345. *pag.* 1.

Eiusdem pro Euang. sermo primus, de matrimonio quintuplici. Primum est. Corporale, quod est legitima coniunctio maris & fœminæ. Secundum. Personale, quod est vnio verbi æterni cum naturâ humanâ. Tertium. Sacramentale, sc. coniunctio Christi cum Ecclesiâ. Quartum. Spirituale, & quotidianũ, videlicet vnio Christi gratiosa cum fideli, deuotáque anima. Quintum. Super-cœleste, quod est Ecclesiæ triumphantis, vtpote beatifica vnio mentis creatæ cum Deo, &c. *In sermon. de temp. à fol.* 352. *pag.* 2. *ad fol.* 353. *pag.* 1.

Eiusdem in Euang. sermo secundus; vbi tanguntur impedimenta perueniendi ad spirituales nuptias, ac salutem; quorum 1. est. Nolle conuerti, acquiescere, ac obedire: 2. Negligentia, siue omittendo bona opera, siue ea cum indebitâ reuerentiâ faciendo: 3. Superbia, ambitio, seu vana gloria: 4. Auaritia: 5. Manifesta malitia, &c. *Ex sermon. de temp. à fol.* 353. *pag.* 1. *ad fol.* 354. *pag.* 1.

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium hodiernum, quod totum percurrit, ac pro more explicat. Vbi quædam de Incarnationis mysterio sub nuptiarum comparatione: quædam de Ecclesia militante bonis & malis repleta: quædam de charitate, per vestem nuptialem designata: quædam etiam de fine vitæ præsentis, & eius incertitudine, an bona vel mala futura sit; quæ exemplis sui temporis comprobat. *Tom.* 3. *Hom.* 38. *in Euangel. à col.* 136. *ad col.* 143.

Gvillelmi Parisiensis sermo 1. Vbi Epist. ad Ephes. 8. locum hunc, *Renouamini in nouitate sensus vestri.* Explicans I. Vetustatem in peccato esse affirmat; quia, morti æternæ proximum facit, animam curuat, visum obscurat, ita debilitat vt ad primum impulsum suggestionis in peccatum deueniatur, rugam duplicitatis causat, canitiem ex defectu caloris amoris diuini procurat. II. Sex renouationis in creaturis ostendit species, 1. fit per ignem tribulationis, 2. per arctam pœnitentiam & viam quæ ad paradisum ducit, 3. per considerationem passionis Dominicæ, 4 per mundi contemptum & desertionem, consideratione malorum quæ habet, 5. per mutatorium orationis & contemplationis, de virtute in virtutê proficiendo 6. per glorificationem corporum. *à pag.* 200. *ad pag.* 201.

Eiusdem sermo 2. Per quem ex præcedentibus ad tria nos inuitat sc. Ad mentis renouationem, à vetustate peccati; ne si remaneat peccatum, bonitatem auferat operum, & omnia in anima deprauet. Ad linguæ gubernatio- A nem & quantum ad veritatem & quantum ad lenitatem; veritas mendacium detestatur; lenitas iram nescit. Ad manualem operationem; qui enim non laborat non manducet, laborandum vt habeamus vnde viuamus, & furari non sit necesse; laborandum vt tribuamus necessitatem patienti, habeamus; cum non possint omnes laborare. *à pag.* 201. *ad pag.* 203.

Eiusdem sermo in Euang. Matth. 22. *Simile factum est regnum cœlorum homini regi, &c.* quod ad litteram & ædificationem prosequitur & inter præcipua dicit. I. Nuptias quas fecit rex filio suo, coniunctionem Christi & Ecclesiæ significare; B nuptialis thalamus, est virginalis vterus; sponsus, est filius regis; sponsa, Ecclesia, quæ cœlum dicitur propter inhabitationem Dei, luminositatem, sublimitatem, II. In nuptiis mundi, matutinale conuiuium esse maius vespertino; in nuptiis verò Christi è contrario. III Quatuor de causis inuitatos non venire ad nuptias: Prima est error vel defectus fidei: Secunda, defectus amoris veri boni: Tertia, immoderatus amor transitorij boni: Quarta, appetitus alieni mali. IV. Admirari Dominum quatuor de causis quòd in nuptiis filij sui reperit hominem non vestitum veste nuptiali. V. Charitem esse vestem nuptialem, C quia nuptiæ Christi & Ecclesiæ specialiter charitatem requirunt. VI Hanc quæstionem. *Amice quomodo huc intrasti? &c.* specialiter posse intelligi factam illi qui intrat Ecclesiam per susceptionem curæ. VII. Tres quæstiones facturum Dominum prælatis in die iudicij, 1. amice quomodò huc intrasti? 2. Quomodo vixisti, aut sicut pastor aut sicut pecus? 3. quomodo rexisti? *à pag* 487. *ad pag.* 491.

Hvgonis a Sancto Victore sermones tres, ex libro Esther. & Euãgelio hodierno, de spirituali Christi conuiuio. In his quicquid in Regis Assueri conuiuio notatur, totum mysticè ad Christum & Ecclesiam refertur, & exponitur. *Tom.* 2. *Institut.*

Monast. sermon. 91. 92. 93. *à pag.* 413. *ad pag.* 416.

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. In Epistolæ verba hæc: *Renouamini in spiritu mentis vestræ. Ephes.* 4. Vbi I. docet, quid ex Apostolo agendum sit vt renouemur spiritu mentis nostræ. 1. quid sit faciendum. 2. quid fugiendum; mendacium omne: iræ impetus: omne furtum. De quibus fusius tractat. II. Animam hominis docet quinque vocari nominibus secundum varias operationes, Animam, Spiritum Animum, Mentem, fundum. III. In hac mente renouari nos debere & quomodo, declarat. *A pag.* 481. *ad* 486.

Eiusdem sermo 2. in Euangelium. *Simile factum est regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Matth.* 22. sub titulo Dom. 20. post Trinit. I. De sancta Cordula tractat, & docet hominem vtiliter quandoque à Deo sibi ipsi relinqui. II. Ad textum Euangelij deueniens, agit de nuptijs animæ cum filio Dei. III. Præparationes sponsæ spiritualis ad instar corporalis examinat, & 1. de vestibus. 2. de sui resignatione perfecta, per quam veteribus nudatur. IV. Eligendum esse vitæ institutum, non hunc aut illum, sed qui vocationi propriæ conueniat. *A pagin.* 486. *ad* 489.

Eiusdem sermo 3. in idem Euangelium, vbi agit de inuitatis ad nuptias, ad hæc verba: *Ecce prandium meum paraui.* I. Sponsæ sunt animæ quæ inuitantur, quibus necesse est veteribus exui, vt à Deo vestiantur. Vbi præsertim docet vitiorum radices esse euellendas. II. Inuitari multos ad nuptias, sed miserè se excusare. Vbi agit de vocationum varietate, & vocationis obseruatione. III. Ipsam nuptiarum præparationem considerat: Tauros, externa hominis opera: altilia, internas contemplationes: nuptias, intimam quietem: vestem nuptialem, amorem charitatis, & purissimæ intentionis. *A pag.* 489. *ad* 494.

✠ RADVLPHI ARDENTIS homilia in hæc Epist. Ephes. 4. *Renouamini spiritu mentis vestræ, &c.* In quâ ad

A nouitatem innocentis vitæ inuitamur: Primò, quidem vt de malo in bonum mutemur, vetustatem peccati deponamus & nouitatem amissam recuperemus. Secundò. Vt partes nouitatis, quas sequi, & vetustatis, quas fugere docemur cognoscamus: vetustatis quidem quæ sunt vetustas cordis, oris, operis; nouitatis verò, quæ sunt nouitas cordis, oris, operis. *a fol.* 135. *pag.* 2. *ad fol.* 139. *pag.* 2.

Eiusdem homilia qua Euangelij singulæ partes moraliter explanantur. Per regem Deum filium regem sibi conregnantem habentem intellige; qui suo filio nuptias fecit, cum nostram sibi assumere naturam constituit; causa B nuptiarum est, reconciliatio hominis cum Deo, dotalitia sunt, fidei annulus; prandium, sacramentorum communio: Inuitati, sunt Iudæi, qui se variis modis excusant; vestis nuptialis est charitas quâ impij à bonis discernuntur; Pauci electi qui in nuptiis Christi in æternum epulabuntur sunt amici Dei, &c. *A fol.* 144. *pag.* 2. *ad fol.* 148. *pag.* 1.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud Euangelij. *Missis exercitibus suis perdidit homicidas illos.* Tractat de malorum perditione in tremendo Dei iudicio, & in tres partes diuiditur. Prima loquitur de exercitibus Angelorum, sanctorum, & creaturarum, C quos mittet Deus ad perdendum malos. Secunda, de perditione triplici peccatorum veloci, vniuersali, & æternali. Tertia, de numero perdendorum. *Tom* 16. *sermonib. Domin. fol.* 25. *&* 26.

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio, ad hæc verba Euangelij, *Matth.* 22. *Simile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo.* Initio diuersitatem animarũ proponit, quarũ aliquæ vadunt ad Deum per contritionẽ: aliæ per timorem: aliæ per contemplationem & sapientiã. Aliæ per orationem & laudem: aliæ per charitatem. Et istæ sunt sponsæ. II. His omnibus pacificè & sine inuidia in Ecclesia cõuersandum docet. III. Demiratus sponsi

& sponsæ delitias, eorum excellentiam proponit paraphrasi in Psal. 44. *Eructauit cor meum verbum bonum.* Quem & applicat ad conditiones boni principis (*concionabatur enim coram Imperat. Carolo V.*) IV. Redit ad officia animæ Christo desponsatæ. 1. vt audiat voces Diuinas. 2 Vt videat: credit & intelligat. Videat autem quæ ad salutem animæ faciunt. 3. Inclinet aurem per obedientiam & renuntiationem proprij intellectus & voluntatis. 4. Obliuiscatur domus Patris sui, id est carnis deliciarum. Quibus conditionibus concupiscet Rex decorem eius. *A fol. 135. col. 4. ad 138. col. 4.*

DOMINICA VICESIMA post Pentecosten.

✠ B. Alberti Magni sermo ad hæc verba, *Ioan. 4. Domine descende priusquam moriatur filius meus.* Tria vult principaliter notari. I. Regulum quemlibet hominem adumbrare. II. filium Reguli, animam seu spiritum hominis, qui in medio abundantiæ temporalis infirmatur significare. III. Ad eius curationem septem horas requiri. 1. Intelligat homo quod à Deo sit creatus. 2. Ad quid sit creatus. 3. quæ à creatore mandata acceperit. 4. Videat quid in mandata peccauerit. 5. vt peccata detestetur. 6. Vt futuri iudicij sit memor. 7. vt de peccatis conteratur. *A pag. 102. col. 2. ad 124. col. 1.*

✠ S. Antonii de Padva sermo. I. Regulus quemlibet Christianum repræsentat qui à rege Christo regulus nuncupatur; qui ex quolibet Angelorum est ordine, cum illorum singulos imitatur. II. Reguli filius, est anima cuiuslibet fidelis Christi; qui dum in Capharnaum moratur, infirmatur ad mortem, &c. III. Regulus credit & ipsius fides operatur, ipsum fides illuminat, reliqua moraliter disce. *a pag. 400. ad pag. 404.*

✠ D. Avgvstini sermo in Ep. hæc verba, ad Ephes 5. *Videte quomodo cautè* A *ambuletis &c.* I. Tradit duo esse quæ faciunt dies malos, malitiam & miseriam. II. Omnes dies esse malos ex his principijs. III. Explicat quid sit tempus redimere; temporalia amittere quæ auferuntur vt Deo vaces, & non litibus. *Tom. 10. serm. 24. de verbis Apostoli, pag. 129. col. 1. & 2. edit. Colonien. anno 1616. Et iterum hom. 10. ex 50. & in appendice sermo 16 sed auctus ab aliquo Tom. eodem.*

✠ S. Bernardini Senensis in Euangel. sermo, de multiplici statu animæ. Primò. Offensionis, per septem gradus peccator descendit in peccatorum profundum: quorum 1. est consensio, 2. operatio, 3. continuatio, 4. B publicatio, 5. excusatio, 6. impugnatio aliorum, 7 contaminatio pestifera cæterorum. II. Mentalis illuminationis; septemplici enim lumine peccator à Deo illuminatur, 1. lumen est recognitio præteritæ vitæ, 2. admiratio factarum iniquitatum, 3. contritio ex peccatorum conditione, 4. mutatio in aliam vitam, 5. apprehensio cum reliquerit peccata sua, 6. confessio, 7. dissipatio, omnium quæ sunt bono proposito contraria. III. Emendationis, quæ sextuplex est, 1. vigorosa, vt non ad peccata redeat, 2. verecunda, 3. timorosa timore naturali, reuerentiali, corporali, 4. lachrymosa, 5. pia per eleemosinas, 6. affectuosa, 7. rigorosa. *Ex* C *sermonib. de temp. tom. 4. à pag. 256. col. 1. ad pag. 270. col. 2.*

S. Bonaventvræ sermo primus In illud Euangelij, *Cuius filius infirmabatur.* Secundum septem vitia capitalia, septem animæ infirmitates enumerat, quas ex diuersis scripturæ locis colligit & probat. *Tom. 3. serm. domin. pag. 200.*

Eiusdem sermo secundùs in illud *Descende priusquam moriatur filius meus.* Tripartitur. Primò, ostendit virtutis Christi Domini excellentiam, & magnificentiam, ratione potentiæ, sapientiæ, & misericordiæ. Secundò, mortis necessitatem ex tribus, videlicet, debilitate, ignorantia, & pœnalitate seu miseriis, quibus homo repletur. Tertiò tres Christi descensus in carne, in mẽte, & in

& in iudicio ad hominem morbo laborantem corroborandum, illuminandum, & glorificandum. *Ibid. pag.* 200. *&* 201.

Eiusdem sermo tertius in illud. *Hora septima &c.* Notat ex scriptura, varia horarum genera, præsertim autem quatuor, horam, videlicet conuersionis peccatorum, horam operationis mandatorum, horam passionis in aduersis, & horam deuotionis. *Ibid. p.* 201.

✠ Dionysii Carthusiani pro Epist. sermo. Hîc nos hortatur Apostolus. Primò. Vt circumspecti simus in omnibus, considerando proprios actus, an vere sint virtuosi. Secundò, Vt tempus redimamus, illud fructuosè expendendo. Tertiò. Ne imprudētes simus aut insipientes, sed discreti atque sapientes. Quartò. Ne vino inebriemur, nec aliquo potu, cum ebrietas ex suo genere sit mortale peccatum. Quintò. Vt impleamur Spiritu sancto, id est, gratiâ eius & virtutibus perficiamur. Sextò. Vt inuicem simus subiecti in timore altissimi. *In sermonib. de temp. à fol.* 350. *pag.* 2. *ad fol.* 351. *pag.* 1.

Eiusdem pro Euang. sermo 1. In febricitantibus duo considerantur. 1. frigus, 2. calor, quæ in peccante reperiuntur. I. Frigus, id est, torpor, acidiæ, quo ad opera virtuosa tàm tardus est peccator, quasi per modum glaciei esset constrictus, seu animo congelatus. II. Calor, siue, amor carnalis aut mundialis quo seipsum & alios carnaliter amat, propria commoda & oblectamenta quærendo, magis temporalia quàm spiritualia amando, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol.* 358. *pag.* 1. *ad fol.* 359. *pag.* 1.

Eiusdem sermo 2. pro Euang. in quo docet Saluator. I. Vnumquemque qui præest aliis, si viderit aliquem ex sibi commissis, aliquo vitio in animâ infirmari, debere pro curatione eius internâ ac salute perpetuâ sollicitum esse. II. Quanta sit carnalium duritia, dicens, *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.* III. Quod alia sunt iudicia Dei, alia hominum, quod enim hominibus altum est, abominatio est ante Deum. IV. Quantùm valeat apud Deum fides, & oratio; cum Regulus iste imperfectus in fide, tamen illa & precibus repetitis obtinuerit filio sanitatem. *Ex sermonib. de temp. fol.* 359. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

S. Gregorii Magni homilia in hodiernum Euangelium, ad populum in Basilica sanctorum Nerei & Achillæi, die Natalis eorum habita; Mouetur difficultas quoad litteram de fide Reguli, & soluitur. Humilitate Christi superbia nostra retunditur. Ad huius mundi contemptum fideles cohortatur. *Tom.* 3. *homil.* 28. *in Euang. col.* 89. 90. 91.

✠ Guillelmi Parisiensis sermo. In ea Epist. ad Ephes. cap. 5. *Videte quomodo caute ambuletis.* Ex quibus tria eruuntur. Primum. Qui vult cautè ambulare in viâ præsentis vitæ frequenter debet inspicere, viæ initium, medium, & finem. Secundum. Quinque causæ sunt propter quas cautè ambulandum est in via paradisi, 1. quia arcta via est quæ ducit ad vitam, 2. thesaurum istum habemus in vasis fictilibus, 3. via est lubrica & ad ruinam facilis, 4. tenebræ viatores excæcant, 5. hostis propinquus & in insidiis, &c. Tertium. Sex sunt in quibus viatoris discretio consistit sc. vt competentem eligat societatem, à sciente diligenter iter requirat, pericula declinet, non nisi necessariis se oneret, operam det de die hospitari, cum indigenis non litiget. *à pag.* 203. *ad pag.* 205.

Eiusdem sermo 1. in Euang. Ioann. 4. *Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur, &c.* Vbi breui explicatione litteræ, Regulum pro sanatione filij suppliciter deprecantem, & Christum eius preces exaudientem, sanare eius filium considerat. *à pag.* 491. *ad pag.* 492.

Eiusdem sermo 2. in quo I. Filius reguli infirmus, docet nos filios magnatorum frequenter infirmitate corporali detineri: cibos enim regios ait Hierony. morbi sequuntur regij, sed & spirituali, cum ex nobilitate generis frequenter superbia vitæ sequatur.

II. Febricitans, intelligi potest peccator generaliter; specialiter febris, peccatum auaritiæ vel cupiditatis est. III. Terminatio febris spiritualis septē horis prætenditur; prima hora habet frigus timoris; secunda; cum ad augmentum lucis gratiæ, considerat aliquis beneficia quæ à Deo accepit & mala quæ ei intulit; tertia, feruida est feruore iræ; quarta, est doloris, in qua feruorē iræ sequitur sudor lachrymarum; quinta est, spes veniæ; sexta est gratiæ vel gloriæ; septima, boni propositi, in quâ reliquit eum febris. IV. Regulus non rex, etsi fide diminutâ, salutem tamen filij impetrauit; reprehensione dignus fuit, quia corporalem Domini descensum petiit. V. Serui reguli fuerunt beneuoli domino suo, salutem filij sui nunciãdo; & Christo, laborem eius nolendo, descendendi ad sanationem infirmi: ideo salutis fuerunt participes, credentes in Christum. VI. Infirmitas filij reguli, fuit occasio salutis Regulo & toti domui suæ; sic tribulatio aliqua multos saluat, &c. *à pag.* 492. *ad pag.* 494.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in Epist. homilia. *Videte quomodo cautè ambuletis, &c.* I. Cautè viam huius mundi ambulare debemus; rectè, plane & modestè per fidem ad patriam cœlestem pergentes, nec nimis aut citò aut lentè eamus. II. Expediri nos necesse est, & redimi à temporalibus solicitudinibus; quas quidam insipienter amplectunrur, dicentes se hoc facere, vt habeant vnde erogent pauperibus. III. Vt alacrius viam Dei pergamus, monemur inebriari; non ebrietate humana, sed spirituali: tres sunt ebrietates, vna vinosa, quæ mala; altera mundana, quæ pessima; tertia spiritualis, quæ sanctissima. IV. De solâ humilitate & obsequio contendendum est, subiecti inuicem in timore Christi. *à fol.* 142. *pag.* 1. *ad fol.* 144 *pag.* 2.

Eiusdem in Euangel. homilia in qua sequentes veritates expenduntur. I. Accedeus Regulus ad Dominum propter infirmitatem filij postulat ab eo, sed indiscretè; quia 1. prætermissâ salute animæ, solam corporis filio suo petit sanitatem, 2. dominum descendere ad sanandum filium suum rogat, 3. de incredulitate à Domino correptus, in eadem adhuc perstat. II. Ideo à Domino iustè corripitur, & propter incredulitatem increpatur. III. Eum benignè Dominus exaudit; duo ab ipso postulauerat, vt descenderet, & filium eius sanaret; in hoc in quo non benè postulauerat, non eum exaudit: In quo vero benè, & si non plenè postulauit, eum pleniùs audit. *à fol.* 151. *pag.* 2. *ad fol.* 154. *pag.* 1.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in Euangelium. Duos hominis status considerat, infirmitatis, & reparatæ sanitatis. Infirmatur septemplici febre, continua, quotidiana, tertiana, quartana, ethica, ephimera, putrida. A febre autem liberatur septemplici remedio; quæ omnia è scripturis deducit, ac mysticè explicat. *Tom.* 16. *dom. fol.* 26. *col.* 2 3.

DOMINICA VICESIMA prima post Pentecosten.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba, *Matth.* 18. *Cum cœpisset homo Rex rationem ponere cum seruis suis &c.* Quatuor proponit. I. Hominem regem, filium Dei figurare. II. Rationem ponendam, notare examen faciendum meritorum. III. Debitore decemmillium talentorum repræsentari transgressorem decem mandatorum Dei. IV. Debitori eiusmodi, tria facienda esse vt remissionem debiti obtineat. 1. Vt coram Deo se prosternat. 2. vt emendationem in futurum promittat. 3. vt proximo suo, quod in se deliquit, ignoscat. *A pag.* 124. *col.* 1. *ad* 125. *col.* 2.

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo. ex quo aduerte. I. Christum regem hominum merita & peccata in iudicio discussurum; in quo erunt Angeli testes, thronus Dei Eremitæ & Monachi; officium Angelorum erit, assistere & ministrare. II. Omnem hominem de-

bere Iesu Christo decem millia talenta, id est, decalogi obseruationem. III. Peccatorem Deo debitorem, debere procidere, rogare, omnia reddere, hoc est, confiteri, conteri, satisfacere. IV. Cui misericorditer condonatur, aliis condonare debere. V. Optimam orationem esse, si virtutibus sociata fuerit. VI. Dimissa peccata quoad culpam non redire, sed quodammodo ratione ingratitudinis. *a pag. 404 ad pag. 410.*

S. BERNARDINI SENENSIS In Epist. sermo, veritas viriliter est I. Erigenda, quia eius 1. diminutio seu defectio est criminosa, 2 absconsio periculosa, 3 manifestatio fructuosa; duodecim enim habet fructus, si prædicetur. 1. à Spiritu sancto fabricatur, 2. hostes interficit, 3. spiritum à carne diuidit, 4. incendit, 5. reficit, 6. defendit à tentationibus, 7. indurationem mollificat, 8. confortat, 9. purificat; 10. sanat, 11. adiuuat & confirmat, 12 glorificat. II. Amplectenda sc. publicè in plateâ, quia impugnatur propter 1. manifestationem, quia in modum lucis est manifestatiua, 2. directionem, qua in bonum mouet, 3. dissimilitudinem, dissimiles enim virtuosis oderunt veritatem. III. Defensanda, tria autem non sinunt defendere veritatem, 1. timiditas & metus terrenæ potestatis, 2 carnalitas, siue appetitus carnalis voluptatis, 3. cupiditas mundanæ auiditatis. *Ex sermonib. de temp. tom. 4 a pag. 270. col. 2. ad pag. 279. col. 1.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in illud Euangelij, *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam &c.* Hominis nequitia tangitur; diuinæ dignationis liberalitas ostenditur; & deuotæ orationis vtilitas refertur. Quantum ad primum, hominem dicit nequam tribus modis, contra semet-ipsum, male viuendo; contra proximum, ipsum persequendo; & contra Deum, eius iudicia & facta reprehendendo. Quantùm ad secundum, hominis debita varia commemorat. Quantùm ad tertiū, vtilis & attentæ precationis, circum-

A stantias notat. *Tom. 3. serm. Dom. pag. 202.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. Agit de malis seruis à Domino in Euangelio damnatis; Quatuor autem numerantur, nimirum; seruus, iussa Domini spernens; seruus, terrena debita extorquens; spiritalia lucra negligens, & carnalia desideria exquirens. Vbi de inobedientia, inuidia, negligentia, & concupiscentia. *Ibidem. pag. 230.*

Eiusdem sermo tertius in illud, *Omne debitum dimisi tibi, &c.* Docet debita culpæ & gehennæ peccatori dimitti condonanti sibi debita clementer, amanti feruenter, roganti diligenter, & toleranti patienter. *Ibidem pag. 203.*
B *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus In Euangelium. Tria facit, serui nequitiam increpat: Diuinam misericordiam ipsi exhibitam exprimit: & indulgentiam alienæ offensionis suadere nititur. Quantùm ad primum, dicit aliquem nequitiam hanc serui incurrere triplici de causa; scilicet, propter malitiam prauæ cogitationis in corde; fraudem, simulatæ loquutionis in ore; & sæuitiam, alieni delicti in opere. Quantùm ad secundum, docet Deum peccatori propitiari ob vehementiam contritionis, diligentiam puræ confessionis, & sufficientiam condignæ satisfactionis. Quantùm ad tertium,
C probat hominem teneri alteri misereri, ex consideratione suscepti beneficij, diuini exempli, & æterni supplicij. *Ibid. pag. 204. & sequent.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo huic Euangelio facili negotio aptandus. Quòd homo acceperit in mundi exordio principatum, id ex sola Dei benignitate illi obuenerit. Quòd tres modos seruitutis induxerit peccatum; primus modus seruitutis ille dicitur, quo mulieribus imperant viri: secundus, quo homo homini subiicitur: tertius, quo Principes & magistratus suppliciis, tormentis, ipsaque morte subditos afficiant. Quòd parentes sint à filiis honorandi. *Tom. 1. serm. 4. in Genesim. à pag. 897. ad pag 904.*

Eiusdem sermo in parabolam hodiernam decem millium debitoris, & centum denarios exigentis. I. Charitatem commendat. II. Loco exordij sumpta à citharœdis comparatione, artifici citharæ neruos periè contrectanti se assimilat. III. Suos laudat, ob eliminatā ac depulsam iureiurādi prauā consuetudinem. IV. Rationem & causam parabolæ hodiernæ declarat. V. De reddenda ratione in die iudicij coram æquissimo Iudice disserit. VI. Actiones bonas & tribulationes ad veniam peccatorum imputati docet. VII. Imperatam fuisse serui venditionem eo fine, vt non venderetur, à rerum exitu comprobat. VIII. Vt non deficiamus in fundendis precibus, cohortatur. IX. Maximam de obtinenda peccatorum venia fiduciam ingerit. X. Dei humanitatem ac bonitatem ostendit. XI. Perpetuò recordari suorum omnium delictorum, quantum sit bonum perpendit. XII. Peccare in proximum non malum minimum esse demonstrat. XIII. Nihil peius iniuriarū recordatione testatur: eiusque mala enunciat. XIV. Iniuriarum condonationem, & inimicorum reconciliationem suadere conatur. Hæc autem omnia ex Euangelio hodierno colligit, & deducit. *Tom. de diuersis noui Testamenti locis serm. 1. à pag. 1. ad pag. 19.*

DIONYSII CARTVSIANI pro Epist. sermo. I. Confortari debet Christianus virtutibus; quia 1. defectuosus, infirmus ac fragilis, est & sine Deo nihil potest facere, 2. contrà hostes inuisibiles continuum habet bellum, 3. magna imminent pericula, 4. non tantùm impotens est ad bona, sed & pronus ad mala, 5. ad finem tendit supernaturalem. II. Multæ considerationes hominem in Deo confortant; quarum 1. est, infinitæ bonitatis Dei, 2. infinitæ eius misericordiæ, 3. charitatis altissimæ, 4. veritatis diuinæ, 5. summæ sapientiæ Dei, 6. omnipotentiæ eius. III. Modi tentationibus diaboli resistendi sunt, caput eius conterere, id est, superbiam; stare in continuo Dei timore; Deum inuocare; Do-

A minicam passionem inspicere; in Deo plenè sperare; nouissima præmeditari, &c. *Ex sermonib. de temp. à fol. 356. pag. 2. ad fol. 357. pag. 2.*

Eiusdem pro Euang. sermo primus, ad mutuā dilectionem multa nos inducere debent. I. Quia Deus hoc ipsum nobis præcepit, & specialissimè id à nobis requirit. II. Consideratio bonitatis & misericordiæ Dei. III. Multiplex fructus, quem ex hac dilectione consequimur; per eam enim propriorum peccatorum indulgentiam meremur; gratiæ, virtutumque infusionem & incrementum, &c. IV. Multiplex damnum, quod non diligendo, neque ignoscendo incurritur, &c. *In sermonib. de temp. à fol. 363. pag. 2. ad fol. 364.*
B *pag. 2.*

Eiusdem pro Euang. sermo secundus. Præcepit Saluator, *Si peccauerit in te frater tuus vade & corripe inter te, &c.* In te, hoc est, 1. ex Aug. te sciente, 2. ex Hierony. directè contrà te, non contrà Deum directè, 3. te solum læserit, non alios. Præceptum de correptione fraterna est affirmatiuum, ideo obligat semper non ad semper; hinc facienda correptio est, cum debitis virtutū circunstātiis. Fraterna correptio est actus iustitiæ, pertinens ad superiores; non est omittenda ob id, ne correptus fiat deterior, &c. *Ex serm. de temp. à fol. 364. pag. 2. ad fol. 365. pag. 1.*

C I. GERSONII sermo Lugduni habitus in sancta Synodo anno 1421. super illud hodierni Euangelij. *Redde quod debes.* Tribus considerationibus absoluitur, quarum hæc est Prima; Reddere debet Deo, sibi, & proximo omnis Ecclesiasticus, præsertim curam habēs animarum, cognitionem atque scientiam decem præceptorum. Secunda; Reddere debent viri Ecclesiastici Prælati maiores & minores gratis, diligenter & sincerè sacramentorum ministrationem. Tertia; Reddere debent omnes Prælati de seipsis tanquam de existentibus in statu perfectionis exercendæ, & non solum acquirendæ, exempla sanctæ vitæ. Cæterum quadruplex dogma prædicaturis ad populum tra-

ditur, de non acriter reprehendendis, coram populo, dominis iam Ecclesiasticis quàm Laicis; de non appertè redarguendis Curatis & Religiosis, de superfluo mulierum ornatu; de excessibus periuriis, ac fraudulentiis mercatorum reprobandis. *Tom. 2. part. 4. a col. 233. ad col. 239.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo 1. In Apost ad Ephes. cap. 6 Epist. ita dicentem. *Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius.* Exqua sequentia collige. Primò. Confortari nos debere in Domino tanquam in strenuo & prævio duce, dante exemplum strenuè agendi vt Apostoli; fideli adiutore, vt S. Stephanus, liberali remuneratore vt beata Cæcilia. Secundò Multos propter stultitiam suam in bello perire, hæc stultitia multiplex est; eorum qui 1. sumunt arma nimis onerosa, 2. ante pugnam armare se nolũt, sed cum vulnerati sunt, 3. in ipso conflictu arma sua proijciunt, 4. nolunt resistere hostibus in loco vbi facilius possent, 5. ex qua parte etsi debiliores à dæmone impugnantur ex ea minus nolunt se munire, 6. nolunt hostem interficere dum paruulus est, 7. contra amicos suos pugnant; & hostes suos amicos reputant, cum peiores sint inimici, 8. de propè nolunt pugnare cum hoste, cui ex propinquitate robur accedit vel accrescit, & ex elongatione vires amittit, 9. fugiendo cum hoste pugnant qui eos magis insequitur, 10. cum pugnandum sit contrariis similibus pugnant, vt odio contra odium, &c. 11. Laborant in impugnatione hostium suorum, cum gloriosius absque conflictu possent de eis triumphare, 12. Iuuant hostem suum ad sui interfectionem. Tertiò. Diabolum esse valde timendum propter astutiam, potestatem, cui nulla comparanda in hoc mundo; inuisibilitatem; nequitiam. *à pag. 205. ad pag. 208.*

Eiusdem sermo 2. In præcedentem Epist. in qua legitur, *Accipite*, id est, *Induite vos armaturam Dei.* Armatura Dei est commendabilis, quia est Dei, vel à Deo datur; alia arma dantur à tyrannis; armatura corporis, propriè est ar-

A matura sui vel clientis; corpus enim spiritui seruit, arma vero ista militaria sunt, quia sunt spiritus non corporis; denique arma sunt lucis, non tenebrarum: Reliquæ Epistolæ partes litteraliter & moraliter exponuntur. *a pag. 208. ad pag. 210.*

Eiusdem sermo in Euang. Matth. 18 *Simile est regnum cælorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis.* Vbi mystica explicatione præuia notat. Primò. Quod seruus iste ad rationem cum Domino venit vbi insufficientiam suam agnouit, & sententiam iustitiæ sibi grauem audiuit: sed ad curiam misericordiæ appellans, à Dei misericordia plusquam peteret impetrauit. Se-

B cundò. In hoc seruo nequam, fuisse duplicem culpam, quam secuta est triplex ira: fuit enim ingratus Domino & immisericors conseruo, Ingratitudini, respondet ira Domini, quæ habet triplicem effectum: dixit enim ei conuitium, improperauit beneficium, misit eum in supplicium. Tertiò, Deum habere carcerem vbi peccatores torquentur, stabulum & palatium: Carcer est infernus, stabulum mundus, palatium paradisus. Quartò. Deum exigere à nobis rationem de bonis nobis commissis, & de bonis omissis; Item de malis à nobis commissis & de malis nobis dimissis. Quintò. Aliquem Deo esse debitorẽ, vel ex facto alieno, vel propter

C bona à Deo accepta, vel ex aliquo facto bono proprio, vt cum castitatem vouet, vel licite iurat, vel ex iure naturali aut diuino, vel ex humana constitutione. *A pagin. 494. ad pagin. 497.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo in Epist. diei. *Ephes. 6. Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius.* I. Docet animo non esse despondendum ob difficultates vitæ spiritualis, sed confortari debere hominem in Domino & in potentia virtutis eius. II Muniendam esse animam armis ipsius Dei, quod posse summæ est excellentiæ. III. Tentationibus expositam esse vitã nostrã satis vtiliter. IV. Arma hæc sumenda, esse mansuetudinem & humilitatẽ,

V. Describit contra quos ineundum nobis certamen est, aduersus rectores tenebrarum harum; vndè ad Dei protectionem & lumen recurrendum est scuto fidei, & gladio verbi Dei. *A pag.* 494. *ad* 498.

✠ B. PAVLI DIACONI in Euang. hodiernum, homilia, qua illius textum summatim perstringit, & ordine persequitur. Per regnum cœlorum, Ecclesiam: hominem regem, humani generis conditorem, qui in iudicio rationē cum seruis suis ponit: debitorem, peccatorem: debitoris vxorem, cupiditatem suam: filios eius, peruersas cogitationes: vniuersa quæ habet, malignas simul & multiplices: procidere, in terram cadere, intelligit. Deinde serui impudentis iniustitiam & crudelitatem, sed superbiam non impunitam attentè considerat. Denique sententiam valdè terribilem qua totius clauditur intentio lectionis profert. *Ex Auctuar. Biblioth. vet. Patr. tom. 1. à fol.* 834. *col.* 2. *ad fol.* 836. *col.* 2.

✠ RADVLPHI ARDENTIS ex lectione Epist. *Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Ephes.* 6. homilia qua exhortatur nos; Nec confidere in nobis, nec in aliqua re temporali, sed in solo Deo, qui & potest & vult nos iuuare & victores facere. Pugnare contrà non naturam, sed vitia carnis & sanguinis; quæ ieiunando, laborando, & operando superantur: pugnare contrà diabolum, mundum, carnem, hostes nostros inuisibiles. Sumere armaturam Dei, arma spiritualia quibus spirituales debellentur hostes. *à fol.* 148. *pag.* 1 *ad fol.* 151. *pag.* 2.

Eiusdem homil. in Euangel. I. Ponit Deus rationem cum nobis seruis suis, quando nos diiudicat & discernit: Duo autem sunt iudicia Dei, vnum discretionis meritorum, quod fit quotidie in Ecclesia; alterum discretionis præmiorum, quod fiet in iudicio extremo. II. Verè pœnitentibus facilè miseretur Deus, & emendationem promittentibus. III. Misericordiæ nostræ crudelitas demonstratur. IV. Diuinæ iustitiæ seueritas contrà immisericordes exer-

A cebitur. *A fol.* 157. *pag.* 1. *ad fol.* 160. *pag.* 1.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in Euangelium. Tria considerat. I. Iustam Dei indignationem, contra eos qui legem eius spernunt, qui in peccatis vsque in finem perseuerant, qui temporalibus diuitiis abutūtur, & qui proximis non compatiuntur. II. Duram peccatorum damnationem: cruciabitur siquidem peccator à quatuor tortoribus, à Deo, à conscientia, à morte æterna, & ab omni creatura. III Debitorum redditionem; dedit autem nobis Deus mundum cum creaturis; corpus cum sensibus; animam cum viribus; & gratiam cum virtutibus: nos verò reddere ipsi debemus pro mūdo

B eleemosynam; pro corpore, puritatem; pro anima, vitam immaculatam; & pro gratia gratiam, bonis operibus incumbendo. Qui ista debita non reddiderit in hac vita, tormenta patietur æterna. *Tom.* 16. *serm. Domin. fol.* 26. *& seq.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 2. Post laudatos auditores, docet aquâ huius parabolæ, vinum allegoriæ temperari. Vt prosit. Et circa parabolam primo explicat, cur non enucleatos proponit Doctrinæ suæ sensus sed per parabolas. Et quatuor profert rationes. 2. duas in Christo naturas iudicari in hoc homine Rege tumque successiuè parabolam allegoricè explicat debitoremque decem millium ta-

C lentorum vniuersam hominum naturam vult intelligi. Et per talentum, peccatum. Vbi ponderat filios quoque pro peccato parentum venundari. Condonatione suggeri, Deum erga pœnitentem esse munificum. Expendit ingrati serui erga cōseruum duritiem. Angelorum contra illum indignationem, Domini seuerum iudicium. Et tandem, ad misericordiam erga eos qui in me peccauere, adhortatur. *A pag.* 7. *ad* 13.

DOMINICA VICESIMA secunda post Pentecosten.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad hæc verba. *Matth. 22. Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces &c.* In quo quatuor obseruantur. I. Hunc magistrum esse Christum, qui docet nos quadrupliciter. 1. per seipsum, per internam inspirationem. 2. per Angelos Diuina reuelatione. 3. Per homines, Prædicatores & Sacerdotes, verbo & exemplo. 4. Per creaturas. II. A tali magistro hic insinuari, nullum in regnum cælorum posse intrare, nisi sit humilis, pauper & mũdus. III. Viam Dei quam docet Iesus, esse viam iustitiæ; quæ talis est, vt quæ sunt hominum hominibus excluamus: quæ autem Dei, Deo reddamus. IV. Non esse personarum acceptionem apud Deum, *A pag. 125. col. 2. ad 127 col. 1.*

S. AMBROSII sermo in Euangelium hodiernum. I. Quòd neque publici actus, neque militia, neque aliud quicquam à mandatorum obseruantia, vt norma rectè viuendi hominem impediant, pluribus declarat. II. In milites exactores, & in alienorum bonorum raptores acriter inuehitur. III. De militia carnali & spiritali differit. IV. Ecclesiasticos mercimonia exercentes, intercessiones vendentes, & viduarum munera libenter amplectentes grauiter reprehendit. *Tom. 5. serm. 66. de temp. col. 95. & sequent.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo. Pharisæi diuisi dicti, significant superbos Ecclesiæ Prælatos; qui quia impij super aras diaboli sacrificant, Iesum capere in sermone nituntur; adulantur, quia perfidi, seditiosi. Christus Pharisæorum nequitiam detegit, numisma sibi ostendi cupit per quod Anima Trinitatis imagine insignita adumbratur, &c. *à pag. 410. ad pag. 414.*

✠ D. AVGVSTINI sermo de eo quod scriptum est in Euang. *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c.* & de stipendiis mi-

A litantium. *Concordat de verbo ad verbum cum supercori sermone S. Ambrosij; habetur autem tom. 10. serm. 19. de verbis Domini fol. 20. col. 2. & sequent.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelicam lectionem. Litterali & morali expositione textum, suo more, breuiter perstringit: & de nomine Cæsaris Regibus Romanis imposito quædam annotat. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de Temp. col. 80. & sequent.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS sermo, veritas Primò. Adhæret 1. cordi, habet enim esse in mente, 2. ori, cui aduersatur iactantia, ironia, duplicitas, 3. operi, vt adimpleatur quod diligitur, intenditur, docetur. Secundò. Distinguitur in veritatem 1. vitæ, se-
B cundum quam homo rectè viuit, 2. iustitiæ, secundùm quam homo rectitudinem legis in his, quæ sunt ad alterum seruat, 3. doctrinæ, quæ consistit in manifestatione verborum, de quibus scientia est Tertiò. Confitenda, aliud est enim à veritate declinare affirmando vel negando; aliud veritatem tacere; aliud veritatem negare, quando illa liceant vel non. Vide. *In serm. de temp. tom. 4. à pag. 279. col. 1. ad pag. 284. col. 1.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in Euangeliũ. Christum tanquam veracem & sapientem Magistrum cõmendat; Primò, à dignitate officij, propter scientiam, facundiam, & vitæ
C sanctitatem quas habet, & quæ docenti a prædicanti necessario requiruntur; Secundò, à dicti soliditate, triplici de causa, videlicet quia habet veritatem puræ intentionis in cordis cogitatione, rectæ loquutionis, in oris eruditione, & honestæ conuersationis in operis ostensione; Tertiò, à dicti vtilitate, eò quòd doceat homines veraciter respectu credentium, delectabiliter respectu promissorum, & efficaciter respectu agendorum. *Tom. 3. serm. Dominical. pag. 205. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Ostende mihi numisma census.* Docet nos ostendere debere veritatem in prædicatione, iniquitatem in confessione,

bonitatem in operatione, & Dei imaginem in expiratione. *Ibid. pag.* 207. *col.* 1.

Eiusdem sermo tertius in illa Euangelij verba, *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, &c.* Agit de quadruplici redditione, quam à peccatoribus exigit Deus; vult enim sibi reddi in hoc mundo dignam satisfactionem: in extremo suam imaginem: in iudicio rectam rationem: & in inferno æternam punitionem: *Ibidem pag.* 207. *col.* 2.

Eiusdem sermo quartus in illud, *Cuius est imago, & superscriptio.* De triplici Dei imagine differit, naturali videlicet, spiritali, & æternali, eamque describit: *Ibid pag.* 208.

S. CÆSARII ARELATENSIS homilia in illud Euangelij, *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Siue, vt inscribitur, Admonitio ad eos, qui sic eleemosynas frequentius faciunt, vt tamen & rapinas exerceant, & adulteria quotidiana committant. Imprimis eleemosynam peccatoribus multùm prodesse fatetur, ea tamen conditione, vt qui eleemosynas pro peccatis suis erogat, crimina capitalia exercere iam desinat: & sic pecuniam suam per eleemosynam Deo offerat, vt simul & animam propriam ipsi Domino ex corde tradat. Deinde adulteros, & fornicatores persequitur & in ipsos acriter inuehitur. *Tom.* 2. *Biblioth. Patrum Homil.* 16. *col.* 605 *& sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in Epist. sermo. Vbi instruimur. Primò. Omnia opera nostra bona à Deo esse, nam ipse inchoat in nobis bona, & ea continuat ac perficit. Secundò. Quod aliquandò ex rationabili causa licet nobis iurare. Tertiò. Charitatem habentes, magis ac magis abundare in scientiâ, non qualicumque sed salutari. Quartò. Vt sinceri simus & sine offensâ conuersantes, atque bonis operibus bona opera adijcientes, &c. *Ex sermonib. de temp. a fol.* 362. *pag.* 1. *ad fol.* 363. *pag.* 1.

Eiusdem in Euang. sermo. 1. Christus inquantùm Deus, est substantialiter verus & veritas, inquantùm saluator

A veritas est via m Dei in veritate docens. In Christo fuit veritas triplex sc. vitæ, doctrinæ, iustitiæ; secundùm quam eum tripliciter possumus & debemus imitari, &c. *Ex sermonib. temp. à fol.* 369. *pag.* 1. *ad fol.* 370. *pag.* 1.

Eiusdem in Euang. sermo 2. ex quo disce Deo nos debere obedientiam, reuerentiam, nosipsos & omnia nostra. Deinde Deum à nobis requirere, vt eius impleamus præcepta & mandata vicariorum suorum; quæ præcepta fusius hîc recensentur, & eorum transgressores acrius arguuntur, &c. *Ex serm. de temp. fol.* 370. *a pag.* 1. *ad pag.* 2.

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo 1. In caput 1. Epist. B. Pauli ad

B Philippenses ita loquentis, *Confidimus in Domino Iesu, quia qui cœpit in nobis opus bonum, perficiet vsque in diem Domini Iesu.* Ex qua hæc documenta dantur, quorum. Primum est, hoc verbum *Confidimus in Domino* dici contra eos, qui 1. in virtute humanâ confidunt, 2. de bonis inchoatis malum prophetant, 3. solliciti sunt de inchoatione alicuius boni, & pro hoc Deo instant in oratione, & in ipso de eius inchoatione confidunt; postquam verò bonũ est inchoatum, non cogitant de eius conseruatione, sed præsumunt illud sine Deo conseruare. Secundum. Quadruplici ratione potuisse Apostolum confidere in Deo, quod conseruaret bonum incœptum in Philippensi-bus: quia 1. hoc pertinebat ad Dei no-

C bilitatem, ad ipsius gloriam pertinet, hoc experiebatur, fideles erant Deo Philippenses. Tertium. Ad hominis perfectionem facere, 1. vt à malis amplius caueat non tantum operibus sed & verbis, 2. augmentum gratiæ, & quantum ad lucem cognitionis, & quantum ad calorem sancti amoris, 3. bonorum operum multitudinem. *a pag.* 210. *ad pag.* 211.

Eiusdem sermo 2. In quo ab his verbis incipiens, *Testis mihi est Deus quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi.* Multas veritates ex singulis reliquæ Epistolæ locis tangit; Proximo compatiendum in defectibus affirmat: Charitatem abundantem cum scientia in fidelibus

fidelibus requirit: Amorem eorum qui carnaliter contra Deum se amant, non esse verum, sed fallacem & perniciosum affirmat: Abundantiam charitatis in eo ponit vt non solum amicos sed & inimicos diligamus: Scientiam siue discretionem necessariam esse dicit cum dilectione ne sic eos amemus, vt eorum vitia diligamus: Non sufficere bona eligere à malis, sed inter bona meliora vult esse eligenda: Sinceritatem siue puritatem à putredine vel corruptione eximit. *à pag. 211. ad p. 213.*

Eiusdem sermo 1. in Euang. Mat. 22. 22. *Abeuntes Pharisæi consilium inierunt vt caperent Iesum in sermone.* Quod litteraliter examinans Pharisæorum hypocrisim Christum simulatè interrogantium & Christi prudentem responsionem considerat. *A pag. 497. ad pag. 498.*

Eiusdem sermo 2. I. Mali sc. Pharisæi consilium ineunt, sed non inueniunt. II. Verbum Dei in verbo capere volunt, sed inutiliter. III. Dominus non respondet eis secundùm verba oris, sed intentionem cordis. IV. Non tam citò respondet eorum quæstioni, sed eos interrogat; vt ex verbis eorum, cōgruam responsionem eliciat. V. Laudatoribus iram ostendit; valdè enim periculosa est laudatio. VI. Nec timore, nec fauore, à veritate deuiat iudicij. VII. Iussit attendi cuius esset imago, præcipiens reddi Cæsari quod Cæsaris erat, & Deo quod Dei. VIII. Hæc verba *cuius est hæc imago?* possunt intelligi de interiori imagine naturali, de interiori acquisita, de exteriori. Prima indubitanter est Dei. in hanc imaginem vult Dominus vt attendamus cuius sit 1. vt intelligentes expressam similitudinem nostram ad partem cœlestem, eū teneriùs amemus, 2. vt agnito tanto Dei beneficio, pro eodem gratias agamus, 3. vt imagini Dei in nobis debitam reuerentiam exhibeamus 4. vt propter interiorem pulchritudinem quæ diuinæ est similitudinis; exteriorem, quæ à pulchritudine brutorum vincitur, & indiget adiuuari contemnamus, 5. vt ei cui similes sumus natura, studeamus similes esse gratiâ & gloriâ; de duabus aliis imaginibus inquirere non est necesse. IX. Sex requiruntur in denario quæ in homine Deus quærit, 1. est imago sua, quæ potest intelligi legis charitas 2. superscriptio, quæ debet esse præceptorum iuris naturalis, 3. grauitas. 4 inflexibilitas, 5. dulcis sonus 6. integritas. *a pag. 398. ad pag. 500.*

✠ Ioannis Thauleri sermo 1. in Epist. diei. Philip. 1. *Oro fratres vt charitas vestra magis ac magis abundet.* I. Tradit hoc à nobis præcipuè exigere Deum, vt ipsum diligamus, idque perfectius quo possumus. II. Perfectionem amoris Dei metiendam esse ex perfectione amoris proximi: Et in quo dilectio exercenda sit. III. Opus esse docet scientia, vt ritè charitas hæc ordinetur, & nos met-ipsos iudicantes, in Deum immergamur per resignationē perfectissimam, per quam omnia amoris obiecta consequemur. IV. Gradum eminentissimum charitatis insinuat, quem vocat abnegationem & transformationem in occultam Dei caliginem. *A pag. 499. ad 503.*

Eiusdem sermo 2. in Euangelium Matth. 22. *Cuius est imago hæc & superscriptio?* Sub titulo Dom. 23. post Trinit. Et I. persuadet vt ex anima imagines & inscriptiones externas, quæ Dei vitiant imaginem, amandemus. II. Ac tum eandem animam seu templum suum inhabitare, suâque imagine insignire Sanctissimam Trinitatem, & in eandem transferre vnitatem. III. Inuehitur in eos qui hunc summum gradum statim initio bonæ vitæ æmulantur, & fastidiunt imitatores fieri imaginis Iesu Christi: Cùm tamen via sit ad perfectiorem vnionem cum Deo per sui-ipsius abnegationem. *A pagin. 504. ad 510.*

✠ Nicolai de Cusa sermo ad illud Euangelij. *Matth. 22. Ostendite mihi numisma census.* Totus est vt doceat nos esse numisma Dei, & habere imaginem ex Diuina ratione impressam. Et I. tradit numisma per intellectum Dei nos esse, vnde illi nos debemus. II. Ex & quod sumus numisma Dei, & ex nostra superscriptione, statim cōcludit

reddi nos debere Deo nō mundo: & ex statu cuiusque, cui sit soluendus. III. Productionem causæ regulam esse iudicij: quidditatem denarij, solutionem esse quæstionis, cui debeatur. Et bene concludere Christum ex viso denario & super scriptione, reddendum esse Cæsari: & ex eo, nos esse reddendos. IV. Hortatur nos, vt in medijs tentationibus, idipsum quod hic agitur perscrutemur & concludamus. V. Persuadet vt in puritate numismatis permaneamus; vt digni simus reddi Deo. *Exercitat. lib. 8. à pag. 607. ad 610.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS homilia in hodiernam Epist. qua Apostolus Paulus. De nobis perficiendis in Deo confidit, & sperat perfecturum Deum in nobis gratiam incipientem, perficientem, saluantem & coronantem. Affectū erga nos probat, nos diligens, & socios in defensione & confirmatione Euangelij habere desiderans. Orat nos proficere vsque ad præmij perceptionem. *à fol. 154. pag. 1. ad fol. 157. pag. 1.*

Eiusdem pro lectione Euangelicâ homilia in qua Primò. Pharisæorum malitia versutiaque demonstratur cum falsitate veritatem; cum malitia, bonitatem in Christo persequuntur. Secundò. Eorum insidias Dominus dissoluit, 1. duplicitatem eorum arguendo, 2. responsum ita temperando vt nec contrà legem, nec contrà sæcularem potestatem dicat. *à fol. 165. pag. 1. ad fol. 167. pag. 2.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud Euangelij, *Magister, scimus quia verax es & viam Dei in veritate doces, &c.* Considerant, I. Magisterij Christi dignitatem, quæ illi conuenit quia veritas apud eum solum semper consistit; quia habet docendi potestatem; quia solus potest docere de omnibus; quia solus docere valet interius. II. Magisterij vtilitatem, ipse enim Dominus nos edocuit vias valde vtiles, vias scilicet pœnitentiæ, sapientiæ, obedientiæ, & charitatis. III. Docendi æquitatem, non enim Christus accipit personam alicuius; siue in iustificando, siue in docendo, siue in puniendo, siue

A in remunerando. *Tom. 16. serm. Domin. fol. 27.*

DOMINICA VICESIMA-tertia post Pentecosten.

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo. Agit de principe Synagogæ Iairo. Vbi. I. Tradit Iairum, qui interpretatur illuminans, notare hominem Christianum, cuius quatuor lucernas statuit. 1. est verbum Dei. 2. opus bonum. 3. intentionem rectam. 4. humilitatem Christi. II. Iairum principem, docere. Christianum vt sui princeps sit,
B quo possit accedere ad Dominum. III. Animam esse illam filiam quam saluare est Iesu Christi. IV. textum Euangelicum huius suscitationis percurrit, adhibitis obseruationibus. V. Agit de muliere sanguinis fluxum patiente, peccatricem animam significante; quæ fluxu illo prodit immunditiam peccati mentis, corporis, & operis; quæ à carnalibus affectionibus curari non potuit à malis medicis; sed ex attactu vestis Christi, à carne Christi & passione illius. *A pag. 414. col. 1. ad 416. col. 2.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangel. I. Docet salutem humani generis in hodierna lectione describi. II. Per Archisynagogum, Moysen intelligit. III.
C Filiam eius, Synagogam dicit. IV. In muliere profluuio sanguinis laborante, & à Christo cœlesti medico restituta sanitati, Ecclesiam ex Gentibus congregatam agnoscit. V. Quid sit retro venire, vestimentum Christi tangere, fontem sanguinis confestim siccari mystiçè interpretatur. VI. Synagogæ infirmitatem & luctum exprimit. VII. Reliquas miraculi & resurrectionis filiæ Archisynagogi circumstantias, eodem intellectu prosequitur. VIII. De triplici resurrectione animarum pluribus disserit. *Tom. 7. Hom. æstiual. de Temp. à col. 81. ad col. 84.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS sermo, in Euang. de multiloquio cuius examinat Primò. Offensionem,

multi loquium 1. aliquando peccatum, aliquando non, 2. aliquando mortale, aliquando veniale; 3. aliquando grauius, aliquando minus graue peccatum quam vaniloquium aut stultiloquium. Secundò. Infectionem, mali effectus eius sunt, 1. in ratione, amissio considerationis intimæ & discretæ; 2. in voluntate, voluntatis pollutio, peccati multiplicatio; 3. in facultate, possibilitas vitandi non disposita ad vitandum in imperfectis, possibilitas disposita ad vitandum sed non completa in perfectis. Tertiò. Emendationem, emendabitur lingua ab omni vitio si consideremus linguæ 1. formationem, 2. locationem, 3. discretionem. *Ex sermonib. de temp. tom. 4. à pag. 284. col. 1. ad pag. 291. col. 2.*

S. BONAVENTVRÆ sermo in illud Euangelij, *Veni, impone manum tuam super eam & viuet.* Per manus impositionem, misericordiæ Christi intelligit operationem, quæ purgat culpam; reparat naturam; confert gratiam; & præparat gloriam. *Tom. 3. serm. Domin. pag. 208. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Cum eiecta esset turba, intrauit Iesus, & tenuit manum eius, & dixit, Puella surge.* Quatuor documenta ad salutem necessaria ex his verbis colligit; Primum, vt impedimentum salutis euitetur; Secundum, vt efficaciter de salute cogitetur; Tertium, vt voluntas per gratiam ad salutem adiuuetur; Quartum, vt à peccato anima in salutem iustificetur. *Ibid. pag. 209.*

Eiusdem sermo tertius in illud lectionis Euangelicæ, *Confide filia, fides tua te saluam fecit.* Tripartitur & Primò ostendit Deum adoptare animam in filiam, propter splendorem cœlestis intelligentiæ, propter decorem castitatis ac munditiæ, & propter timorem humilitatis ac reuerentiæ. Secundò, ipsam animari tribus modis, scilicet Filij sapientia, vt illuminetur ab errore infidelitatis & ignorantiæ: Spiritus-sancti clementia, vt purgetur à peccati deformitate: & Patris potentia, vt sanetur à languore & miseria. Tertiò,

A veræ fidei circumstantias & conditiones declarat, nimirum vt sit solida in credendo vera fideliter, deuota in expectando promissa certitudinaliter, magna in operando ardua viriliter. *Ibid. pag. 209. & sequent.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo primus de filia Archisynagogi, déque muliere sanguinis profluuio laborante. I. Parentum passiones describit, quas sumunt & proferũt de affectibus, & amore filiorum. II. Christum imposuisse manum super puellam docet, vt eadem manus quæ iam creauerat filiam, recrearet & reduceret ad vitam. III. Domini prætereuntis narrat virtutem. IV. Licita fidei furta prodit. V. Hominum miseriam deflet ac lamenta-
B tur, qui quotidie corpus Domini tractantes & sumentes, à suis vulneribus non curantur. *Sermon. 33. à col. 85. ad col. 88.*

Eiusdem sermo secundus de eisdem. I. Duplicem distinguit fœlicitatem; vna dicitur, cùm quis in peccatorum turpitudinem non venit: altera cùm aliquis iniquitatum veniam peccatis latentibus inuenit: Vbi de malo pudore, quo homo retinetur à peccati confessione. II. Cogitationum procellas, quibus mulier instar magni maris iactabatur, describit. III. Indignè corpus Christi tangentes & sumentes grauiter reprehendit, ac deplorat. IV. Oculorum Christi virtutes paucis ex-
C plicat. V. Dei vbiquitatem prædicat. VI. Quare mors apud Deum somnus dicatur, rationem affert. *Serm. 34. à col. 88. ad col. 91.*

Eiusdem sermo tertius, de muliere profluuio sanguinis obnoxia. Laudatur mulier ista, quòd fidem habuerit: quòd vestimenti Christi fimbriam attractauerit: quòd Ecclesiæ figuram prætulerit. *Serm. 35. col. 91. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus, de Hæmorrhoissa, & filia Archisynagogi. I. Mulierem sanguinis fluxu laborantem, beatam prædicat varias ob causas. II. Interrogationis Christi quærentis quis eum tetigisset, rationes profert. III. Allegorico discursu filiæ Archisyna-

gogi,& mulieris Hæmorrhoissæ mysteria pandit: per illam intelligens Synagogam,& per istam, Ecclesiam Gentium fide populorum coadunatam. *Serm. 36. à col. 93. ad col. 96.*

S. I. CHRYSOSTOMI sermo in principium indictionis noui anni, & in Martyres, atque in mulierem, quæ sanguinis fluxum patiebatur. I. Sanctos Martyres præclaris encomiis celebrat. II. Fidei mirabiles effectus paucis recenset. III. Hæmorrhoissam miseram & beatam prædicat. IV. Eius infirmitatem & afflictionem viuo colore depingit. V. Christum medicum,& sanitatum fontem nominat,eumque variis titulis & elogiis condecorat. VI. Mulierem profluuio sanguinis afflictam ob sanitatis deprædationem & furtum commissum multùm commendat. VII Eiusdem mulieris fidem aggressionis conciliatricem,& infirmitatis victricem laudibus prosequitur. VIII. Ad similis fidei imitationem mentes suorum excitat, & Saluatoris corpus quotidie contrectantes hortatur. *Tom. 6. a pag. 533 ad pag. 538.*

✠DIONYSII CARTHVSIANI in epist. sermo, Cum Deus in cœlo potissimè esse dicatur, meritò conuersatio perfectorum Christi fidelium dicitur esse in cœlis: ibi enim animæ & cogitationes eorum sunt. Necessarium nobis est sequi Christum, & alios virtuosos; quia iam multi sunt per vitiorum itinera gradientes, qui inimici sunt Christi, quorum Deus venter est, &c. *Ex sermonib. de temp. a fol. 367. pag. 2 ad fol. 378. pag. 2.*

Eiusdem in Euang. sermo 1. Christus fidem multipliciter commendauit; quia 1. omnium fundamentum est virtutum, & sine eâ nihil est meritorium, 2. est lux & oculus mentis, ostendens homini vltimum finem, propter quem omnia debet peragere, 3. per fidei actum Deum maximè honoramus. Humilitas vocatur virtutum fundamentum, quia ad omnium gratiarum profectum disponit; & superbiam omnium vitiorum originem, extirpat. Hæ virtutes, in muliere à sanguinis fluxu

A curatâ deprehenduntur, cuius curationis circumstantiæ mysticè explicantur,&c. *Ex sermon. de temp. a fol. 374. pag. 2. ad fol. 375. pag. 2.*

Eiusdem pro Euang sermo 2 in quo differit de suscitatione filiæ Iaïri, & eius spiritualem dat intelligentiam, &c. *Ex serm. de temp. a fol. 375 pag. 2 ad fol. 376. pag. 2.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo 1. in Epist. ad Philip. cap. 3. in qua legi potest, *Gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt.* Sapientia humana ponit gloriam in confusione, diuitias in paupertate, delitias in amaritudine. Primo. Gloriam in confusione; quia, 1. illa gloria est circa corpus & ea
B quæ ad corpus pertinent, 2. circa vestes, 3. circa opes, quæ sunt compedes, 4. circa victualium delitias, quæ sunt aqua immunda submergens animam. Secundo. Diuitias in paupertate, quia hæ diuitiæ, 1. ad paupertatem æternam ducunt, 2. paruæ sunt respectu animæ quæ Dei est capax; parum sunt pretiosæ, etsi ab hominibus æstimentur; 3. defectus multos iis afferunt, qui eas possident, 4. cupiditatem augent. Tertio Delitias in amaritudine, quia mundanæ opes, 1. ad amaritudinem æternam ducunt, 2. dulcedo fœlicitatis humanæ multis doloribus respersa est, 3. palato ægro non credendum est sed viris sanctis qui ea contempserunt,
C 4. voluptas hominis interficit morte culpæ & ponit eum in amara & miserâ vitâ quæ deterior morte vel temporali vel æterna, *à pag. 213 ad pag. 215.*

Eiusdem, sermo. 2. in sequentia citatæ Epistol. verba. *Nostra autem conuersatio in cœlis est.* Quem in duas partes distribuit, quarum, Prima. Apostolum talem vitam duxisse in terris, qualem ducunt qui sunt in cœlis probat; quia similis erat vita eius vitæ cœlesti, 1. in exaltatione à terrenis, 2. in puritate, 3. in lumine sapientiæ, 4. in charitate, 5. in concordiâ Dei, 6. in gratiarum actione, 7. in oratione. Secunda. Apostoli exemplo, nobis suadet conuersari in cœlis; quia, 1. cœlum patria nostra est,& libenter habitat homo in patriâ

suâ, 2. pater noster cœlestis ibi est, ideo mente libenter habitare debemus in cœlo, 3. ibi thesaurus noster est, ibi enim ponimus quicquid veri boni facimus, 4. patria illa habet omnes bonas conditiones, est enim, abundans, pulchra, pacem habens, bonâ societate fœlix, contrarium in mundo isto experimur, *à pag. 215. ad pag. 216.*

Eiusdem sermo, in Euang. Matth. 9. *Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit* &c. in quo de curatione hemoroïssæ; & suscitatione filiæ Archysinagogi differit, & I. Circa litteralem intelligentiam occupatus, Euangelistarum dicta concordat, & an fuerit Martha soror Mariæ, quæ sanguinis fluxum patiebatur, inquirit? &c. II. B Per mulierem istam fluxum sanguinis patientem quæ in via curatur, peccatorem manifestum repræsentat: sicut per puellam, domi suscitatam, occultum peccatorem: Duplex autem est sanguinis fluxus, vnus menstrualis, per quem designatur peccatum ex infirmitate; alius continuus, per quem figuratur peccatum ex certâ militiâ. III. Curationem considerans dicit mulierem ad Iesum accessisse, sed retrò & dixisse, *Si tetigero tantum fimbriam*, &c. vt innuat peccatores ad Deum necessarium habere accessum per fidem; sed & timorem, dùm retrò accedit; confidentiam demum, quæ notatur in muliere dùm dicit, *Si tetigero*, &c. IV. C Animaduertit Christum sanaturum hanc mulierem, quatuor fecisse; ad mulierem se conuertisse, eam vidisse, ad confidentiam monuisse, & filiam vocasse; quæ peccatori applicat. V. Modum suscitationis puellæ attentiùs perquirens, in eo sex attendenda reperit, quæ in suscitatione peccatoris occulti deprehendit, 1. pater pro ea rogat, 2. Petit vt imponat ei manum, 3. Tibicines exire iubentur, 4. Turba tumultuans recedere habet, 5. Petrus admittitur, Iacobus & Ioannes, 6. assumuntur pater & mater puellæ, &c. VI. Per puellam mortuam, animam mali claustralis adumbrat, cuius peccata, quia sunt mundo occulta, ideo eius infirmitas non determinatur. VII. Circa suscitationem puellæ, septem facta esse à Christo enumerat & examinat, quæ à nobis sunt imitanda. *A pag. 500. ad pag. 504.*

✠ Nicolai de Cusa sermo ad ea verba. *Matth. 9. Confide filia fides tua te saluam fecit.* Declarat fidem & spem, quæ per amorem completa sunt saluare. II. Omnia quietari dicit in specie sua, & extra se non extendi: sed intra illam omnem eius appetere perfectionem: Sic hominem, non quietari in specie sua, quæ est species animalis rationalis, habentis intellectum, nisi immortalis speciei suæ consequatur perfectionem. Et ita ad Deum semper aspirare. III. Christum hunc esse Deũ desideratum cunctis gentibus: qui salutem omnium operatus est. In quo omni bono adimplemur. IV. Nos ad illum accedere per fidem; quod multis probat. V. Charitatem esse formam & vitam omnium virtutum, qua possidemus vitam amatam. Cuius amoris natura est, vt nunquam quiescat, & sit liber, donec in amato conquiescat. Ad quem, non ad mundum, hortatur esse festinandum. *Exercitat. lib. 4. à pag. 461. ad 466.*

✠ Radvlphi Ardentis in Epist. homilia quâ suademur. I. Paulum imitari nne dignum & alios sanctos efficaciter per virtutes, vt humilitatem, patientiam, charitatem, cæterasque imitari. II. Euitare eos, quorum mores, nec valent, nec ædificant. III. Tendere mente, ore, opere, in cœlum; & ibi desiderio habitare. IV Perseuerantiam habere, vt nec superbia sursum nos eleuet, nec desperatio deorsum absorbeat, nec ventus adulationis à dextris moueat, nec ventus detractionis à sinistris. V. Auxilium ferre his qui in Euangelio laborant. *à fol. 160. pag. 1. ad fol. 165. pag. 1.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo, in mulierem sanatam. In hodierno Christi miraculo tria agnoscit, miseriam animæ peccantis, peccatoris humilitatem, & pœnitentiæ vtilitatem. Quantùm ad primum ostendit pecca-

torem tribus modis pati fluxum sanguinis, nimirum nimio amore consanguineorum, fluxu carnalium delectationum, & operatione quorumlibet peccatorum. Quantùm ad secundum, docet pœnitentiam in his tribus consistere, in fide, humilitate, & labore, quæ in actione mulieris fimbriam vestimenti Christi tangentis designantur. Quantùm ad tertium, triplicem declarat pœnitentiæ vtilitatem, Christi videlicet ad peccatorem conuersionem, gratiæ Dei infusionem, & salutis æternæ adeptionem. *Tom. 16. serm. Dom fol. 27. & sequent.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 10. Principio expendit curà Virgine suscitationum inchoauerit miracula. Deinde Euangelium per partes ad litteram explanat, notatis quæ ad moralitatem occurrunt. Tandem allegoriam sequitur, duplicemque historiam synagogæ & Ecclesiæ ex gentibus congregatio adumbrationem fuisse memorat: Ad finem vultimũ vnumquemque in his miseram animæ suæ conditionem animaduertere, quæ & sanguine fluat; & morbo conflictata inualescente, vita priuetur. *à pag. 57. ad 63.*

DOMINICA VICESIMA-quarta post Pentecosten.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo in Euangel. Dom. 4. quadragesimæ, quo erit referendus. *Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces. Ioan 6.* Circa quod quatuor obseruat. I. Puerum hunc denotare filium Dei. II. filium Dei, quinque panes & duos pisces proposuisse. 1. est, Ingressus eius in mundum. 2. laborum perpessio. 3. salutaris prædicatio. 4. fidelis oratio. 5. in cruce corporis immolatio. 6. primus piscis fuit resurrectio, & secundus Ascensio. III. Per quinque millia, notari eos qui quinque sensus in obsequium Christi captiuant. IV. Per duodecim cophinos significari totidem gaudia quæ reponuntur transeuntibus ad mensam gloriæ. *A pag. 127. col. 1. ad 128. col. 2.*

A

✠ S. BERNARDINI SENENSIS in Euang. sermo, Deus infliget peccatoribus in iudicio extremo tormenta. I. Corporalia, contra eos triplex officium exercebit Christus. 1. Secreta cordis cognoscet; 2. ea tempore & loco manifestabit 3. illis terribiliter comminabitur. II. Temporalia, sc. 1. infirmitates & pestilentias, quibus flagellabuntur, 2. pestes, per quas occidentur, 3. damnationem, quam in inferno miserabiliter patientur; & in eis transitorium gaudium conuertetur in æternam pœnam. III. Æterna, erunt enim

B

cruciatus eorum in inferno, 1. Desperabiles; 2. Horribiles & violenti, 3. interminabiles. *Ex sermon. de temp. tom. 4. à pag. 291. col. 2. ad pag. 296.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus in Euangelium. Duodecim signa Antichristi aduentum præcurrentia notantur. I. Senes fatui & sine prudentia. II. Christiani sine fide. III. Populus sine pace & dilectione. IV. Diuites sine misericordia. V. Iuuenes sine reuerentia. VI. Pauperes sine humilitate. VII. Mulieres sine verecundia. VIII. Matrimonium sine continentia. IX. Clerici sine honestate & sanctitate. X. Religiosi sine veritate & austeritate. XI. Prælati sine solicitudine regiminis, & pietate. XII. Domini terrarum sine amore subditorum, & sine liberalitate. *Tom. 3. serm. Dom. pag. 211. & sequent.*

C

Eiusdem sermo secundus in illud, *Væ autem prægnantibus, & nutrientibus, &c.* Agit de septem maledictionibus peccatorom quæ in sacris scripturis leguntur, & in septem peccata mortalia feruntur. I. In superbiam, *Væ coronæ superbiæ &c. Isaia 28.* II. In inuidiam, *Væ illis, qui in viam Caim abierunt, &c. Iudæ epist.* III. In iram, *Væ genti insurgenti super genus meum. Iudic. 16.* IV. In auaritiam, *Væ ei qui multiplicat non sua. &c. Habac. 2.* V. In pigritiam, *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida &c. Matth. 11.* VI. In gulam, *Væ vobis, qui saturati estis, Luc. 6.*

&, *Cui væ, &c. nonnè his qui commorantur in vino, &c. Prouerb.* 23. VII. In luxuriam, *Apparuit ignominia tua, &c. væ tibi Hierusalem. Hierem.* 13. *Ibid. pag.* 213.

Eiusdem sermo tertius in illud Euangelij. *Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* Christum, Angelos, Homines dæmones aquilis assimilat; Christum propter iustificandi altitudinem; Angelos propter volandi fortitudinem; homines propter renouandi aptitudinem; dæmones propter deuorandi consuetudinem. *Ibid. pag.* 213. *& seq.*

Eiusdem sermo quartus in illud, *Tunc apparebit signum filij hominis in cælo.* Quadruplex signum nouissimi temporis demonstrat; nimirum erroris ad decipiendum: terroris ad concutiendum: amoris ad conuincendum: & decoris ad retribuendum. *Ibidem. pag.* 214.

S. Ephræm Syri sermo de consummatione sæculi & Antichristo. I. Malitiam Antichristi eiusque signa & prodigia fallacia describit. II. Quare Deus spiritu erroris tentari mundum patietur, causam aperit. III. Vniuersi desolationem & consummationem depingit ac lamentatur. IV. Ad compunctionem lachrymasque excitat, quatenus effugere possimus superuenturam orbi terrarum maximam tribulationem. V. Antichristum Balaac assimilat, qui duplici morte enecare conabatur filios Israël, impio scilicet sacrificio & nefaria fornicatione. VI. De signo Antichristi quo suos veluti charactere distinctos notabit, disserit, & vbi ac quomodo imprimetur, docet. VII. Militis spiritalis arma, quibus possit de inimicis reportare victoriam, declarat. VIII. Antichristi natiuitatem, fraudes, hypocrisim, crudelitatem, mendacia, magicas artes, & in omnes persecutionem maximam refert. IX. Omnium hominum, vniuersique orbis lamenta, & extremam miseriam in mundi fine visuram exprimit. X. Antichristi fallaciam, & inopiam detegit. XI. De Heliæ & Enoch futuro aduentu & eorum prædicatione loquitur. XII. Creaturarum planctum, & Iudicis aduentum repræsentat. *Tom.* 1. *à pag.* 219. *ad pag.* 225.

* Gvillelmi Parisiensis sermo. In hunc prophetiæ Hieremiæ locum cap. 33. *In diebus illis saluabitur Iuda, &c.* Ex cuius visceribus postquam quærendum esse Deum dixit quando, 1. prope est, 2. nos quærit paupertatem nobis mittendo vel infirmitatem, tanquam nuncium; 3. lumen doctrinæ habetur, salutarem pro confessione doctrinam eruit, quam in quatuor partes distribuit & Primo, Confessionem commendabilem esse demõstrat. 1. ab auctoritate eius qui eam adduxit. sc. filij Dei; 2. ex hoc quod ipsa est curia misericordiæ Dei, 3. ex formâ quâ proceditur in iudicio confessionis, quæ plena est dulcedine & misericordiâ: differt à formâ iustitiæ humanæ, creditur enim reo narranti factum suum, iudex vel arbiter ponitur reo familiaris in causa de qua sibi iudicium, non feruntur nisi sententiæ absolutionis, qui venit ad hoc iudicium cum dignus fuerit patibulo remunerabitur regno æterno; 4. à facilitate remedij comparatâ ad magnitudinem periculi; qui enim in peccato mortali sunt, lepram spiritualem habent corporis leprâ periculosiorem, 5. à multiplici eius virtute; hominem enim viuificat, exonerat ab onere pœnæ quam debebat pro peccato suo, homini gratiam acquirit, Deum placat; 6. à continuitate, baptismus bonam vitam inchoat; sed confessio non solum inchoat, sed etiam cõseruat. Secundò. Sacramentum pœnitentiæ, requirere tempus plenitudinis & abundantiæ probat; duo enim hoc tempore debent abundare sc. Dei miseratio & hominum humilitas: Dei miseratio 1. ad hominum attractionem, 2. ad misericordiam Deo placentem hominibus vtilem inuitationem, 3. ad peccati de speratione is expulsionem: Hominum humilitas, quia, 1. est receptaculum gratiæ, 2. Deus se humiliauit vt nos humiliaremus, 3. superbia fuit in perditoribus humani generis, se excusans & Deum accusans: Quare, hic rationescur in confessionis sacra-

mento diuina bonitas appareat; & in aduentu peccatores ad solemnitatem natalis Christi debeant se præparare: breuiter tanguntur. Tertiò. Species malæ confessionis, quæ multæ sunt, enumerat: quarum, 1. est se excusans & Deum accusans, 2. desperantium se, qualis Iudæ proditoris, 3. diminuta, vel quia circumstantiæ celantur, vel quia peccatum aggrauant, 4. eorum qui peccata sua confitentur habent tamen voluntatem ad ea redeundi, 5. illorum qui in confessione se laudant & aliis præferunt, 6. horum qui sua peccata ad gloriam publicant, 7. vero quæ bona humilis & deuota est. Quartò. Conditiones bonæ confessionis percurrit, quæ debet esse voluntaria, accelerata, frequens, humilis, verecunda, amara, discreta vera, nuda, fidelis, integra, obedire parata. *a pag. 216. ad pag. 226.*

Eiusdem sermo de quadruplici expositione sacræ scripturæ, quem fecit in hac die, sed ad quascumque est applicabilis: Quadruplicem ergo sensum sacræ scripturæ dicit esse; quorum, Primus est, Historicus siue litteralis, qui narrat rem gestam siue quod factū est. Secundus. Moralis siue tropologicus; moralis qui ad mores pertinet, tropologicus, id est sermo translatus. Tertius. Allegoricus siue mysticus, cùm fit sermo de Christo capite vel Ecclesia militante; dicitur allegoricus, quasi alia vel aliena locutio; mysticus quia aliquid occultum sub sensu litterali attendit. Quartus. Anagogicus, qui est quando fit sermo de Ecclesia triumphante, siue de vita æterna & Sanctorum Beatitudine, dicitur anagogicus quasi sermo ducens sursum. *pag. 504.*

A ✠ IOANNIS THAVLERI sermo in Epist. hæc verba: *Deus eripiat nos de potestate tenebrarum, & transferat in regnum filii dilectionis suæ. Coloss. 1.* Vbi instituit I. debere nos in dilectione Dei continuè proficere. II. Tres gradus attendendos proponit per quos ad superiora conscendere licet: 1. est timor Dei: 2. Amor pius. 3. Sciens charitas. III. Quàm malè agatur cum ijs qui per has vias incedere renuunt, & tepidè conuersantur. IV. De horum iterato reditu ad Deum, verba facit. *a pag. 510. ad 515.*

B ✠ NICOLAI DE CVSA sermo ad illud Euangelij. *Matth. 24. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Id vt declaret præmittit dæmonem principem tenebrarum expellendum esse, vt lux succedat. Et generaliter non nisi priori corrupta, nouam formam induci. Vndè duo à Christo doceri tradit. I. Mundo tendente ad occasum, signum oriri redemptionis nostræ. II. quod sicut signa corruptionis præcedunt interitum mundi; sic signa præcedent appropinquantem Deum vt regnet. Tùm deducit exempla

C transitus corruptibilis naturæ in incorruptibilitatem. Deindè multa subijcit de præparatione B. Virginis vt digna esset quæ fieret mater Dei, præsertim quod immunis ab omni culpa & concupiscentia extiterit, A quibus proinde purgari non debuit: quod omnibus alijs ad Deum suscipiendum, necessarium est. Atque ita B. Virginem ab æterno ordinatam esse & præparatam à Deo vt mater fieret vnigeniti filij Dei. *Exercitat. lib. 5. pag. 493. vsque ad 496.*

Finis Concionum de Tempore.

SAPIENTIAM OMNIVM
ANTIQVORVM
EXQVIRET SAPIENS.

ECCLESIASTICI XXXIX.

CON-

CONCIONATORIA
PATRVM
BIBLIOTHECA.

PROPRIVM
SANCTORVM
ORDINE MENSIVM SERVATO.

IANVARIVS.

FESTVM SANCTI HILARII Pictauiensis. XIV. Ianu.

DIONYSII CARTHVSIANI sermo. S. Hilarius, 1. Virtuosè & honestissimè in sæculari habitu, & coniugali statu conuersatus est. 2. In Episcopatu conuersationem sanctam deduxit. 3. Patiens in aduersis maximè fuit. 4. Eminens miraculis extitit, &c. *Proprio sanct. fol.* 73. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

B. P. DAMIANI sermo de translatione. S. Hilarij Pictauiensis Episcopi. I. Nominis eius dignitatem declarat. II. Historiam Translationis huius Confessoris succinctè transcurrit. III. Murum Ecclesiæ impenetrabilem nuncupat. IV. Quædam miracula ab ipso patrata recenset. V. Cur Moysi corpus & sepulchrum abscondatur, multorum verò Sanctorum ossa reuelentur, eorumque reliquiæ in honore habeantur, inquirit, & quæstioni satisfacit. VI. Quare nonnulli Sanctorum tantopere studuerint suis prouidere sepulchra corporibus, causam aperit. VII. Corpus Christi terræ promissionis lacte & melle mananti assimilat, ad quam tendere debemus. *Tom.* 2. *serm.* 2. *pag.* 151. *& sequent.*

FESTVM SANCTI PAVLI Primi Heremitæ. xv. Ianu.

DIONYSII CARTHVSIANI in die Sancti Pauli heremitæ sermo, quo laudatur. I. A pueritiâ suâ sanctâ & innocenti, quia sexdecim annos natus in eremum perrexit. II. A vitâ suâ sanctissimâ eremiticâ & longæuâ. III. Propter miraculosam manifestationem, quâ S. Antonio reuelatus est. IV. Ex mirabilibus quæ inter ipsum & Sanctum Antonium contigerunt. *In Sanctorum proprio, à fol. 72. pag. 2. ad fol. 73. pag. 1.*

FESTVM SANCTI MAVRI Abbatis. xv. Ianu.

S. BENEDICTI ABBATIS sermo, in quo. I. Benignitatem charitatis nostræ impendi debere his affirmat, quos aliquo modo eâ indigere cognoscimus. II. Hortatur, vt nobis procuremus à fletibus temperantiam, ne versutia antiqui hostis, vnde aliis salus acquiritur, inde nobis detrimentum in aliquo ingeratur. III. Probat, quantò austeriora causa salutis aliorum pertulerimus, tantò maiora nos à Deo recepturos in cœlesti regno. *In Auctuar. Biblioth. veterum Patrum, Tom. 1. à fol. 706. col. 2. ad fol. 707. col. 1.*

FESTVM SANCTI ANTONII Abbatis. xvii. Ianu.

DIONYSII CARTHVSIANI sermo, ex quo S. Antonium laudabilem aduerte. I. In tempore pueritiæ suæ, atque in sæculo. II. In quotidiano & magno virtutum profectu in vita monastica. III. A victoriâ tentationum. IV. Ab heremiticâ & solitaria vita. V. In animi fortitudine, qua se martyribus coniunxit, & eis in carcere ministrauit. VI. In magna sapientia & discretione, ac efficacia in
A exhortando alios & instruendo. VII. A prophetiæ gratia, atque cœlestium multitudine visionum. *Ex proprio de Sanctis, à fol. 73. pag. 2. ad fol. 74. pag. 2.*

I. GERSONII sermo primus in die S. Antonij, coram Concilio Constantiensi habitus Dominica secunda post Epiphaniam. Huius sanctissimi Abbatis merita prædicat, virtutes refert, actionesque eius præclaris celebrat encomiis. *Tom. 1. parte prima à col. 317. ad col. 335.*

Eiusdem sermo secundus de eodem, in illud Matth. 3. *Pœnitemini, &c.* I. Veniam petit à B. Antonio si non singulis eius virtutibus dicendis insistat. II. Eas ineffabiles prædicat, suam que in suffi-
B cientiam in ipsius laudibus celebrandis planè confitetur. III. Tres proponit hominis natiuitates, prima dicitur dolorosa, quæ est tam bonorum quàm malorum, quando scilicet puer nascitur & plorat in hoc mundo mortali: secunda gratiosa quæ conuenit bonis per gratiam regeneratis: tertia gloriosa, eo quòd sit in gloria & cœlesti patria; de secunda autem præcipuè sermonem instituit. IV. Virtutes & dona, quæ infunduntur animæ in hac secunda hominis natiuitate enumerat & expendit. V. B. Antonij certamen cum dæmone, fidem eius, spem & charitatem, animæ nutrices, impugnante, describit. VI. Christianorum fidem compro-
C bat. VII. Tria vitia fidem nostram in aliquibus impedientia prodit, curiositatem videlicet, carnalitatem, & iniquam ingratitudinem. VIII. Spem multùm commendat. IX. Patientiam in aduersis suadet. X. Bonos & malos spiritus esse probat. XI. Quæstiones mouet, quam ob causam permittat Deus malignos spiritus seruis Christi nocere: & quare maligni spiritus possint compelli ipsis inuitis bonum aliquod agere; quas breuiter soluit. XII. Docet dæmones fingere se compelli per vanas superstitiones propter tria. XIII. Tria prærequiri ostendit, vt alicui credatur consilio. XIV. Charitatem considerat, & in quantum respicit vitam contemplatiuam, & in quantum spe-

ſtat ad actionem. XV. Amorem proprium prodit, tanquam charitatis & diuinæ gratiæ inimicum. XVI. Orando, finem ſermoni inponit. *Tom. 2. part. 4. à col. 651. ad col. 663.*

Eiuſdem ſermo tertius vnde ſupra, in illud Sap. 10. *Dedit illi ſcientiam Sanctorum.* Per hanc ſcientiam, ſui-ipſius intelligit cognitionem, quam habuit D. Antonius, & eius exemplo ſcire debemus primò, per cauſam noſtram finalem ſecundò, per cauſam materialem: tertiò, per cauſam formalem: quartò, per cauſam efficientem; in cauſa finali, finem vitæ præſentis agnoſcit: in materiali, hominis fragilitatem conſiderat: in formali, rationem animæ eiuſque dignitatem contemplatur: in efficienti, Deum ipſum reſpicit. Varia autem documenta paſſim tradit, videlicet de puerorum bona & vtiliſſima educatione curanda: de ſanctis inſpirationibus non reijciendis: de perfectionis deſiderio in ingreſſu religionis habendo: de bonorum exemplo ſequendo: de voti excellentia: de peccatorum religioſi & viri ſæcularis diſcrimine: de ingreſſu religionis non impediendo: de peccatis mortalibus & venialibus Religioſorum: de quatuor efficaciſſimis contra luxuriam remediis, oratione, occaſionum vitatione, continua occupatione, & Diuinæ ſcripturæ lectione: de ſortilegis fugiendis: de voluntate Dei, tempore tribulationis, patienter expectanda: de non credendo inimicis noſtræ ſalutis: & de conuertendo omnia in bonum. *Ibidem à col. 663. ad col. 676.*

Eiuſdem ſermo quartus de eodem, in illud Sap 10. *Certamen forte dedit illi vt vinceret.* I. Vanâ lætitiâ natiuitates ſuas celebrantes reprehendit. II. Arma ſpiritualia, quibus ornatus fuit S. Antonius; dæmones, carnem, & mundum debellaturus, profert & enumerat. III. Quatuor inſultus inimicorum B. Antonio Christi militi factos, & ab ipſo repreſſos declarat & pluribus explicat. Primus dicitur per carnalem luxuriam factus; Secundus per affligentem aduerſitatem; Tertius per cu-

A pidam proſperitatem; Quartus verò per mendacem iniquitatem. Luxuriæ autem oppoſuit temperantiam & continentiam, aduerſitati fortitudinem & patientiam, proſperitati iuſtitiam, & iniquitati mendaci prudentiam ac veritatem: ſicque munitus de inimicis Chriſti & ſuæ ſalutis inſignem reportauit victoriam. *Ibidem à col. 676. ad col. 687.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS ſermo primus in honorem Sancti Antonij in quo Sap. cap. 10. *Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas & oſtendit illi regnum Dei,* Examinans, ſingulas partes de Sancto Antonio intelligi deſiderat. I. Eum iuſtum agnoſcit, dum nihil de re alienâ retinere voluit; vnde intelli-
B gens ſe omnia à Deo habere, omnia voluit ei reddere, in ſeruitio eius expendendo. II. De loco periculoſo eductum, de virtute in virtutem eleuatum, & per vias rectas ad regnum ſiue regni viſionem perductum conſiderans, perfectionis viam tenuiſſe, & metam attigiſſe fatetur. III. Rectam fuiſſe Beati Antonij vitam probat; quia, Chriſto & Sanctis eius fuit conformis. IV. Quatuor iuſtum deducere per vias rectas demonſtrat. ſc. Sapientiam, temperantiam, iuſtitiam, fortitudinem. V. Dei regnum vidiſſe, & in illud introductum fuiſſe dicit cum dixit ei Deus. *Intra in gaudium Domini tui. Matth. 24.*
C Idem regnum vidiſſe affirmat in contemplatione, cum à dæmonibus laceratus, eleuans oculos ad cœlum, cœlo aperto vidit lucem ad ſe influre & dæmones diſparere. *In proprio Sanctorum ſermon. 40. à pag. 51. ad pag. 53.*

Eiuſdem, ſermo ſecundus de quo ſuprà in illud Eccleſiaſtic. 13. *Venatio leonis onager in eremo.* In quo quatuor oſtẽdit. Primum. B. Antonium onagrum dici poſſe, dum ab onere rerum temporalium expeditus & à ſeruitute mundi liberatus mundum deſerit & ſolitudinem eligit Secundum. Meritò eundem ſanctum deſerti habitationem, habitationi mundi praelegiſſe, quia quicquid eſt in mundo occaſio eſt ſpiritualiter pereundi. Tertium. Diabo-

lum per leonem figurari quia sicut leo A habet collum rigidum & inflexibile, os latum & fœtidum, ossa durissima & sine medulla, &c. hæc spiritualiter de diabolo intellige. Quartum. Diabolum non contentum hominibus mundanis quasi domesticis animalibus viros spirituales venari & circa eorum captionem studiose laborare. *In eodem propriꝭ serm. 4. a pag. 53. ad pag. 55.*

B. Theodori Studitæ sermo catechet. in S. Antonium. Agit de diuina liberalitate, ac de vita ineunda Dei illicè, & formosa. Explicat autem illud Domini Matth. 5. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*, per ciuitatem animum humanum intelligens, & per montem culmen virtutum B. verò Antonium illiteratum doctis doctiorem prædicat. *Tom. 2. Auctar. Bibliot. Patrum serm. catech. 43. col. 1325. & seq.*

CATHEDRA S. PETRI APOSTOLI. XVIII. Ianu.

S. Ambrosii sermo in Cathedra S. Petri in Euangelium. *Venit Iesus in partes Cesareæ Philippi, &c.* I. Profectum B. Petri post peccatum demonstrat. II. De nomine Petræ, qualiter conueniat Christo, & qualiter Petro differit. III. Fidem S. Apostoli, quòd Domini iussu super aquas ambulauerit, commendat. IV. Ob eamdem causam eius charitatem & erga Iesum amorem laudibus celebrat: ambulabat enim magis dilectione, quàm pedibus. V. Quòd non nisi per pericula properatur ad Christum, Petri exemplo inter vndas gradientis & periclitantis, comprobat. *Tom. 5. serm. de Sanctis serm. 2. col. 129. & sequent.*

S. Basilii Seleuciæ oratio in illud, *Quem me dicunt homines esse filium hominis.* I. Docet Moysem Hebræorum doctorem, discipulorum animos suppliciis Ægyptiorum excitasse, vt disciplinam cognitionis Dei ipsis & Iudæorum filiis traderet. Christum verò sua præcepta Apostolorum choro promulgasse, non quidem suppliciis, quibus alios puniuerit: sed miraculorum & humanitatis suæ fontibus patefactis. II. Discipulorum Christi, ignorantiam attentè considerat. III. Quomodo Christus summus Magister, paulatim facta doctrinæ accessione, ipsos ex discipulis magistros effecerit, declarat. IV. Christi silentium notat, cùm alij in eius confessionem voces erumperẽt. V. Quod per interrogationem doctrinam exordiri res sit sapientię perquam familiaris; ex scripturis demonstrat. VI. B. Petri responsionem Christo interroganti factam multùm commendat, & accuratè discutit. *Oratione 25. à pag. 136. ad pag. 142.*

S. Odonis Abbatis in Cathedra Sancti Petri sermo. I. Christianos B omnes regij generis & officij sacerdotalis consortes agnoscit. II. Summum Beati Petri sacerdotium prædicat. III. Illum pręclaris titulis celebrat. IV. Eius confessionem commendat & potestatem miratur. V. Ad spiritalem lætitiam, ob B. Petri merita & dignitatem, suos hortatur. *Biblioth. Cluniacensis serm. 1. S. Odon. à col. 127. ad col. 131.*

FESTUM S. SEBASTIANI Martyris. XX. Ianu.

Dionysii Carthusiani sermo, pro festo SS. Fabiani & Sebastiani Martyrum in quo laudatur. C I. S. Fabianus à Pontificiâ dignitate ad quam diuinâ reuelatione & apparitione columbæ à populo electus est. II. S. Sebastianus propter, 1. fidei suæ firmitatem, sapientiæ eminentiam, charitatis feruorem. 2. miraculorum excellentiam quæ per eum Deus fecit: 3. fortitudinem animi & gloriosum martyrium, &c. *Ex Sanct. propr. à fol. 77. pag. 2. ad fol. 78. pag. 1.*

Guillelmi Parisiensis sermo de sanctis Fabiano & Sebastiano martyribus, in hoc Apostoli dictum, Hebr. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* His verbis duo insinuantur, Sanctorum meritum, & fides. Sanctorũ me-

ritū, in eo quod mala vicerunt, & bona fecerunt; mala vicerunt & regna mundi, carnis, diaboli, diuitias, delitias. & honores contemnendo; Bona fecerunt, & iustitiam operati sunt, nulli tormento cessare volentes. Sanctorum fides quæ vt magna regna vicit, viua iustitiæ fructum protulit, firma omnia aduersa sustinuit: Hæc sanctis, de quibus hîc fit mentio, applica. *In proprio de sanctis serm. 42 à pag. 55. ad pag. 56.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo primus in festo SS. Fabiani & Sebastiani Martyrum, in illud Apostoli: *Sancti per fidem vicerunt regna &c.* Tria docet. I. Sanctos quatuor regna vicisse, dæmoniorum videlicet, hæreticorum, tyrannorū, & falsorum Christianorum. II. Iustos quadruplicem operari iustitiam, B à malo recedendo, omnia mundana contemnendo, seipsos pro Christo crucifigendo, & in his vsque ad finem perseuerando. III. Sanctos consequi septem promissiones, nimirum à malo liberationem, corporum sanctificationem, regni cœlestis possessionem, de omnibus perfectam cognitionem, plenam in visione hominis Christi dilectionem, perfectam diuinitatis fruitionem, & in istis omnibus æternitatem. *Tom. 16 serm. fest. fol. 30. & sequentibus.*

Einsdem sermo secundus vnde supra, in illud, *Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.* Tria considerat. I Quot bona Dominus pauperibus largiatur. II. Quot bona ipsis paupertas conferat III. Quot bona fieri pauperibus ab aliis Dominus præcipiat. Quantùm ad primū, docet pauperes liberari ab inimicorum molestia, à tribulationum angustia, à necessitatis inopia: & quinque bonis ditari; exaudit enim eos Deus in precibus, exaltat in hominibus, satiat delectationibus, ditat diuitiis cœlestibus, & vitæ æternæ fœlicitate remunerat. Quantùm ad secundum, ostendit paupertatem hominem reddere timoratum, à malis remouendo: & disciplinatum bonis moribus ornando. Quantum ad tertium, colligit ex scripturis quid sit & quid non sit pauperibus A faciendum: expediendi enim sunt in causis, subleuandi in necessitatibus, audiendi in precibus: non verò exprobrandi in verbis, neque exasperandi in factis, nec opprimendi in iudiciis. Vbi notat quatuor reprehensibilia in ipsis, quæ sunt superbia, gloria, otiositas, & delitiæ. *Ibidem fol. 32.*

FESTVM S. AGNETIS VIRGINIS & Martyris. XXI. Ianu.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo 1. ad ea verba. 2. *Cor.* 10. *Qui gloriatur in Domino glorietur.* Principio hæc verba exponit de B. Agnete, quæ propter quinque de Domino Iesu gloriabatur; scilicet, propter generis claritatem: omnimodam potestatem: aspectus venustatem; amoris suauitatem: omnis gratiæ bonitatem. Deinde accipienda esse quoque de qualibet anima fideli. Vbi explicat. I. tria genera hominum in Domino gloriari. 1. rectum cor habentes, & qui illi sint. 2. Christum diligentes 3. qui omnia ad honorem Dei referunt. II. Declarat septem esse in quibus fideles gloriari possunt. 1. in vera & summa scientia. 2. in bona & pura conscientia. 3. in bonorum operum efficacia. 4. in tribulationum patientia. 5. in infirmitatum frequentia. 6. in Crucis Christi honorificentia. 7. C in spei finalis eminentia. III. In quorum contrarijs gloriandum non esse censet. *A pag. 168. col. 1. ad 170. col. 2.*

Eiusdem sermo 2. ad illud. *Cant. 2. Surge propera amica mea, &c.* Explicat de S. Agnete. I. dici vt surgat ad fidei deffensionem. II. vt properet, ad martyrij passionem, ab ipsis teneris annis, III. Amicam Dei appellari propter tria. 1. fidei firmitatem. 2. feruidam charitatem 3 Humilitatem. IV. Columbam vocari, propter mansuetudinis tranquillitatem. V. Dici formosam, ex candida Virginitate. VI. Eam inuitari à sponso vt veniat, 1. vt eius humanitatem pulcherrimam contempletur. 2. vt vestem regalem induat. 3. vt osculetur eam filius Dei. 4. vt in conuiuio

Diuinitatis epuletur. *A pag. 170. col. 2. ad 172. col. 1.*

S. Bonaventvræ sermo primus in illud Dauidis, *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.* Cum sit in homine duplex natura, spiritualis & corporalis: est etiam ex consequenti duplex vita in sanctis, vna interior, quæ consistit in mente, & facit hominem Deo gratum: altera exterior, quæ resplendet in carne, & reddit hominem mundo formosum, atque exinde B. Agnetem commendat primò ab excellentia sanctæ vitæ, quæ fulsit in corde: secundò ab eminentia claræ famæ, quæ nimia honestate resplenduit in carne. Assimilatur autem B. Martyr Agnes ciuitati materiali ob quatuor, nimirum ob eius altitudinem, clausuram, firmitatem, & gubernationem; B. quippe Agnes alta extitit, per contemptum mundi, omnisque temporalis substantiæ; clausa, muro valleque virginalis continentiæ præcincta; fortis & firma, per donum insuperabilis constantiæ; gubernata, non humano consilio, sed diuina sapientia, *Tom. 3. serm. de Sanctis pag. 218. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus in illud Apocalypsis, *Venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se.* Spiritales & diuinas nuptias cæteris præfert, ad quarum celebrationem triplici modo vnusquisque se præparare debet exemplo Sanctæ Agnetis sponsæ Agni; I. Per veram cordis munditiam & orationem deuotam. II. Per exteriorem pœnitentiam, carnem vigiliis & ieiuniis edomando. III. Per veram patientiam, tormentis corporalibus non cedendo. *Ibid. pag. 230. & sequent.*

✠ Dionysii Carthvsiani sermo. Beatæ Agnetis excellentia. I. Fuit quod cum tredecim tantùm esset annorum, tantam ei Spiritus sanctus sapientiam & constantiam præstitit, vt nullus ei gentilium resistere posset. II. Gloria & potestas miraculorum, quæ in eâ & per eam fecit altissimus. *Ex proprio de Sanctis, fol. 76 a pag. 1. ad pag. 2.*

S. Gregorii Magni homilia in parabolam thesauri in agro absconditi, in die natalis S. Agnetis ad populum habita. I. Per thesaurum, cœleste desiderium intelligit, ab humanis laudibus in agro disciplinæ studij cœlestis absconditum. II. Spiritalis vitæ dulcedinem, cunctis sæculi deliciis præfert, & mundi contemptorem depingit. III. B. Agnetem non potuisse pro Domino mori in corpore asserit, nisi prius à terrenis desideriis mortua fuisset in mente. IV. Ecclesiam saginæ missæ in mare assimilat, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisque ad æternum regnum à præsentis sæculi fluctibus trahitur, ne in æternæ mortis profunda mergatur. V. Suos hortatur, vt quicquid nunc animo ex præsenti sæculo arridet, ex consideratione ignis & supplicij æterni amarescat. *Tom. 3. Homil. 11. in Euangel. a col. 27. ad col. 29.*

Eiusdem homilia eodem die dicta, in Euangelium decem virginum. Parabolam suo more explicat.; Vt dum bona agimus, ab appetitu humanæ laudis caueamus, monet; Cur decem virginibus, fatuis & sapientibus, regnum cœlorum assimiletur, inquirit; Humilem virginitatem commendat; Bona opera pura intentione soli Deo placendi agenda suadet; Humanos fauores abiicit, & vanas laudes contemnit; Diem extremum iudicij repræsentat, & malorum tristitiam, bonorumque lætitiam ob aduentum Iudicis vtcumque exprimit; Pœnitentiam non differendam probat, & exemplo Chrisaorij confirmat. *Ibidem Homil. 12. in Euang. à col. 29. ad col. 32.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo de B. Agnete vbi ex iis Cant. 1. *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis* tria cōsiderari vult. I. Sponsam inter aues, turturi assimilari, vt moneatur de castitate amandâ & fide thori seruanda, quod sponsus in sponsa maxime requirit. II. Ad pulchritudinem genarum turtuream, pertinere castitatem, sine corruptione doctrinæ vel vitæ ruborem, siue verecundiæ, siue Dominicæ passionis, siue patientiæ, siue passionis, dilectionem. III. In quibus pulchritudo genarum purpurea attendatur. *Ex*

proprio Sanctorum ſermone. 43. *à pag.* 56. *ad pag.* 57.

S. Maximi ſermo in natali diuæ Agnetis Virginis ac Martyris. Ipſam laudat à fide ſponſo ſuo ſeruata, à pulchritudinis Chriſti feruenti amore, à diuitiarum deliciarumque mundi abiectione & contemptu, à virginitate optimis rebus præferenda, à Mariæ Virginis Matris imitatione, & à victoria de diabolo glorioſè reportata; Vbi eius paſſionem & miracula quæ tunc acciderunt deſcribit: atque ad eius imitationem ſuos hortatur. *Homil. 2 de Sanctis a col.* 646. *ad col.* 650.

✠ Ioannis Thavleri ſermo in hæc verba 1. *Cor.* 7. *Virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.* I. Duplicem diſtinguit caſtitatem, corporis & ſpiritus. Et de ea quæ ſpiritus eſt, dicere inſtituit. II. Caſtitatem ſpiritus in munda & pura conſcientia cum humilitate conſiſtere tradit: & hanc per ſtudium ſcripturarum facilè poſſe acquiri. III. Tractat de occaſionibus peccati euitandis, vt quiſque mundus eſſe poſſit præſertim verò ad caſtitatem, conuerſationem perſonarum alterius ſexus: Deque tribus laqueis quæ ſpiritualibus tendi ſolent. *A pag.* 540. *ad* 544.

S. Thomæ Aqvinatis ſermo primus in illud, *Liberaſti me à lingua, &c. Eccl. vlt.* Oſtendit B. Agnetem à triplici lingua fuiſſe liberatam, nimirum à lingua coinquinata, iniuſta, iniqua: quæ ad deſtructionem mundi conuenerunt, & mortem in orbem terrarum vocauerunt. *Tom.* 16. *ferm. de Sanctis fol.* 32. *col.* 2.

Eiuſdem ſermo ſecundus in illud Euangelij, *Media nocte clamor, factus eſt ecce ſponſus, &c.* I. Aduentus Domini ad iudicium notantur neceſſitas, conuenientia, & dignitas. II. Tempus circa finem ſæculi nox dicitur propter errorum obſcuritatem, ſoporis profunditatem, peccandi ſecuritatem, & charitatis frigiditatem. III. Quadruplex clamor aduentum Iudicis præcedens declaratur, ſcilicet. Angelorum ad iudicium citantium, omnium creatura- A rum accuſantium & impugnantium, malorum flentium ac eiulantium, & bonorum gaudentium & exultantium. IV. Proceſſus Chriſti ſponſi ad ſponſam animam tempore iudicij deſcribitur; veniet autem cum multa ſocietate, cum ornamentorum pretioſitate, cum magna iucunditate, & cum ampliſſimorum munerum largitate. *Ibid. col.* 2. *& ſequent.*

FESTVM S. VINCENTII Martyris. XXII. Ianu.

S. Avgvstini ſermo primus de ſancto Vincentio. I. Agnoſcit Chri- B ſtum in Vincentio mundum vincentem. II. Vincentij in ſermone fiduciã, & in paſſione tolerantiam quas à Chriſto acceperat, prædicat. III. Duplicem mundi aciem, quam contra milites Chriſti producit ipſe mundus, declarat. IV. Modum mundũ vincendi tradit, & vnico verbo concludit. V. Quomodo dum caro Vincentij patiebatur, ſpiritus loquebatur & infirmitas carnis confirmabatur, explicat. VI. B. Martyrem igni ſuperpoſitum, teſtæ aſſimilat. VII. Daciani furorem, & inuictam Martyris patientiam egregiè deſcribit. VIII. Præmiſſis futuræ retributionis finibus, etiam in hoc mundo Martyrum gloriam demonſtrat. C *Tom.* 10. *ferm. de Sanctis ferm.* 12. *fol.* 260.

✠ Dionysii Carthvsiani ſermo, in quo S. Vincentij martyris multæ laudes expenduntur. Prima eſt. Perfectio ſuæ magnanimitatis, qua Daciano præſidi, annuente beato Valerio, pro Chriſtianis reſpondit. Secunda. Fortitudo & patientia maxima, immò & iucunditas, atque ſecuritas admiranda in ſuppliciis crudeliſſimis, anteà inauditis. Tertia. Miraculorum eminentia, ad declarationem ſanctitatis eius à Deo factorum, tàm in ipſius paſſione, quàm poſteà. *Ex Sanctorum proprio, fol.* 78. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

✠ Gvillelmi Pariensis ſermo primus S. Vincentij præconia continens, ad eius nomen alludit hunc

Apoc. 2. locū pro themate habentem, *Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradiso Dei mei.* Tria pugnanti vt vincat, necessaria probat. Discretionem, quæ ita valet in pugnā vt fine ea victoria non possit obtineri. Fortitudinem ad quam humilitas, spes, pietas necessariæ sunt. Audaciam, ad quam animare nos debet S. Vincentij exemplum, qui vt dicit Aug. vicit in pœnis, vicit exustus in ignibus, vicit submersus in fluctibus, vicit viuus, vicit mortuus, &c. *In Sanctorum proprio sermone. 44. à pag. 57. ad pag. 59.*

Item, eiusdem sermo secundus de quo supra, quem quatuor partibus absoluit: in quarum Primā. Quare tempore gratiæ promissiones fiant vincentibus, cùm tempore veteris legis soleāt fieri mandata seruantibus, inquirit? Ad quod respondet dicens, ad veterem legem pertinuisse iustitiæ initium, ad tempus vero gratiæ eiusdem iustitiæ perfectionem & consummationem; ideo nouæ legi vt victoriosæ, debentur promissiones & munera, cum nequaquam veteri quæ non vincit. Secundā. Septem regna vincere nos debere vt Christi promissiones assequamur, id est, septem capitalia vitia, affirmat. Tertiā. Lignum vitæ esse Christum asserit, qui est initium triplicis vitæ, naturæ, gratiæ, gloriæ. Quartā. Præmium vincentibus promissum omne meritum excedere, demonstrat; ideo bene dicitur dabo, non reddam, &c. *Ex proprio serm. 45. a pag. 59. ad pag. 60.*

S. Leonis Magni sermo in natali S. Vincentij Martyris, D. Augustino falsò adscriptus. I. Beatum Martyrem catholicis studiis præclarisque laudibus celebrat, quòd semen Apostolicæ prædicationis disseminarit, quòd virtutum munere & splendore claruerit, quòd calicem Christi credentibus in salutem ministrarit, quod Filium Dei in passione securus fuerit, quod hostis in Christum sæuientis insaniam interritus adierit, modestus sustinuerit, & securus irriserit, quod inuictum animum habuerit. II. Considerat quod diabolus suum perduxerit A dolis ministrum, & quomodo Christus suum in finem vsquequaque seruauerit famulum. III. Singula vltimæ passionis & martyrij. B. Vincentij supplicia recenset, & ponderat. IV. Insignes Vincentij vel potius Christi in Vincentio victorias enumerat. *Col. 266. & sequent. & tom. 10. operum D. August. serm. 13. de Sanct. fol. 260. & sequent.*

S. Thomæ a Qvinatis sermo in festo S. Vincentij, in illud Apocal. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Duo pertractat, vnum, B. Vincentij martyriū: alterum, eius præmium. Quantùm ad primum B. Martyrem triplex bellum vincentem ostendit, bellum videlicet hostile dæmonum, ciuile mundi, & in-B testinum carnis. Quantùm ad secundum Christum dicit arborem vitæ, quoniam ab eo oritur fructus triplicis vitæ naturæ scilicet, gratiæ, & gloriæ, quo nutritus fuit & corroboratus, B. M. Vinc. *Tom. 16. ser. de Sanct. fol. 32. col. 3.*

FESTVM S. ILDEPHONSI
XXIII. Ianu.

✠ B. Thomæ a Villanova Concio 1. ad hæc: *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum Eccl. 45.* In qua I. multa congerit de fidei firmitate, virtute & merito. II. Eandem non modo hominibus vtilem sed & necessariam esse demonstrat, ex eo præsertim C quod homo per peccatum cæcus effectus est. III. Eius efficaciam describit, quod ad præclara quæque excitet. IV. Quod omnia etiam profunda Dei penetret. V. quod sine ea impossibile sit placere Deo. VI Hæc intelligenda esse de fide quæ per dilectionem operatur. Ita vt iustitia sine fide, & fides sine iustitia, non prosint. VII De S. Ildephonso loquitur, quem ex fide simul & lenitate & virtutibus sanctificatum docet. *A fol. 215. col. 4. ad 219. col. 3.*

Eiusdem Concio 2. ad ea verba: *Sint lumbi vestri præcincti, &c.* Docet. I. in Euangelio hodierno ad vigilandum excitari animos, & quàm id sit necessarium. II. Tria nobis sectanda proponit: Castita-

Castitatem; bonum opus, & vigiliam. III. Nos à libidine reuocari quia vitium generalius, perniciosius. IV. lumbos quoque mentis præcingendos esse, timoris cingulo & amoris. V. Bonum opus per lucernas ardentes commendari. Habendas esse lucernas, in manibus, & ardentes. VI. Vigiliam per solicitam expectationem aduentus Domini custodiendam. Vbi præmium vigilantium ex eodem Euangelio proponit, mensæ Dei assidere, & à Domino transeunte administrari. VII. Contra eos agit qui quæruntur de nimia vigilia, quæ per totam vitam pertrahenda est. VIII. Ostendit has omnes virtutes B. Ildephonso conuenire, vt qui fuerit, Virgo purissimus; dator illuminatissimus; Antistes vigilantissimus. *A fol. 219. col. 3. ad 222. col. 3.*

B

CONVERSIO SANCTI PAVLI Apostoli. XXV. Ianu.

✠ B. Alberti Magni sermo ad ea verba *Actor. 9. Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum, &c.* significat B. Paulum vocari vas electionis I. propter materiæ dignitatem, quasi vas auri solidum. II. ob ornatus nobilitatem, omni lapide pretioso, præsertim bis seno, quo rationale Pontificis adornabatur. 1. fidei fortitudine. 2. spei celsitudine. 3. Memoria passionis Dominicæ. 4. Conformitate bonæ conuersationis. 5. Claritate sapientiæ. 6. Veritate cordis & linguæ. 7. Virenti humilitate. 8. Sobrietate. 9. dulci consolatione. 10. ardenti increpatione. 11. forti obedientia. 12. læta perseuerantia. III. Vocari vas electionis, ab amplitudine & profunditate, per largam & altam charitatem. IV. A iugi puritate & Virginitate. V. ob solidam firmitatem. VI. ob multiplicem vtilitatem, quam explicat ab vsu vasorum ministrantium in tabernaculo. Acetabuli, per pœnitentiæ persuasionem: Phialæ vini per tristium exhilarationem: Thuribulorum, per orationum profusionem. Cyathi, per super cæle-

A

stium contemplationem. VII. Distinguit in Domo Dei magna, quatuor alia genera vasorum quæ Paulo adaptat. VIII. Ostendit Paulum prædicasse verbum Dei Gentibus, Regibus, & filijs Israël, quidque per illos significetur. *A pag. 172. col. 2. ad 178. col. 2.*

S. Avgvstini sermo de sancti Pauli conuersione. I. Quod de Beniamin dictum fuit, cùm Patriarcha Iacob ipsum benediceret, hoc in Apostolo Paulo impletum esse clarè demonstrat. II. Eius conuersionis historiam pluribus describit. III. Ipsum lupum dicit, qui miro modo ad ouem captiuus fuit ductus. IV. Momentaneum & leue tribulationis nostræ onus ponderat. V. Ostendit quòd vbi sit terror diuinus, ibi sit salus. VI. Sæuitiam Dei misericordem, & sæuientem eius misericordiam contemplatur. VII. Nominum Sauli & Pauli mysteria pandit. VIII. Apostolum fimbriæ vestimenti Christi assimilat. IX. Dominum medicum animarum nominat, qui venit infirmos curaturus, non occisurus. X. Verbi incarnati humilitatem prædicat. XI. In eos qui nomen humilis Christi erubescunt grauiter agit. XII. Vt bene viuamus in hoc sæculo pluribus hortatur, efficaciterque suadet *Tom. 10. serm. 14. de Sanctis fol. 261. & sequent.*

C

S. Bernardi sermo primus, quomodo ad exemplum. S. Pauli debemus conuerti. I. Paulum conuersum conuersionis peccatorum ministrum vniuerso mundo factum esse agnoscit, prædicatione, exemplo, oratione, & doctrina. II. Huius celebritatis triplicem profert vtilitatem, peccator enim spem veniæ concipit, prouocatur ad pœnitentiam, & qui iam pœnitet, perfectæ conuersionis accipit formam. III Narrationis hodiernæ textum Apostolicum percurrit & commentariis illustrat. IV. In eos qui animarum salutem impediunt inuehitur. V. Persecutionem nunquam deesse Christiano, sed neque Christo ostendit. VI. Pastores semetipsos pascentes & animarum curam non habentes, tanquam Eccle-

sæ & Christi persecutores reprehendit. VII. Detractores, & scandalum aliis inferentes Deo odibiles Christique hostes nominat. VIII. Quantum sit malum venialia peccata scienter & ex animo committere, ponderat. IX. Perfectam B. Pauli obedientiam, & propriæ voluntatis abiectionem commendat X. Corporalem Apostoli cæcitatem fœlicem prædicat. XI. Miraculum hodiernum conuersioni & perfectioni animarum accommodat. *A col. 97. ad col.* 100.

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. Duo pertractat. I. Apostolum paruulo assimilat. II. Eius mansuetudinem commendat, pulsata enim velut triplici ariete, verborum iniuriis, damnis rerum, & læsione corporis, illæsa semper permansit. *Ibid. col.* 100.

S. Bonaventvræ sermo primus in conuersione sancti Pauli Apostoli, in illud, *Surrexit Saulus de terra: apertisque oculis nihil videbat.* Cum in homine sit duplex visio, corporalis nimirum & & spiritalis, imprimis de vtraque disserit, & Apostolum cæcum & illuminatum ostendit, quia dum visum amisit corporalem ne videret mundum, spiritalem recepit ad videndum Deum. Deinde docet neminem, vt decet posse videre Christum & Deum, nisi ab eius visu procul sit mundus, anima siquidem ad exteriora diffusa ad interiora est quasi nulla. Denique tribus propositionibus suadet vt Christum videamus, exemplo Beatissimi Pauli, pœnis afflictum, vt omnis in nobis destruatur carnalitas: rebus destitutum, vt nostra annihiletur cupiditas: humilem & abiectum, vt omnis euanescat vanitas. *Tom.* 3. *serm. de Sanctis pag.* 231. *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus in illud, *Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum &c.* Duplicem distinguit electionem, vnam æternalem, qua semper præparamur ad gratiam & gloriam alteram temporalem, qua vocamur ad gratiam, sed non semper ad gloriam; fuit verò S. Apostolus electus ab æterno ad gloriam, vnde & dicitur *Vas electionis.* Est autem vas altum, à terra eleuatum, cœlo proximum per contemptum temporalis substantiæ, vas clarum & lucidum per donum sapientiæ: vas purum & mundum per donum continentiæ: & vas solidum per donum patientiæ. *Ibid. pag.* 232. *& sequentibus.*

S. I. Chrysostomi sermo in illud Act. *Saulus autem adhuc spirans, &c.* Varia complectitur. I. Illos qui conuentum Ecclesiæ, deserunt redarguit. II. Quinam sint homines dicendi docet. III. Dei verbum spernentes homines non esse scripturæ testimoniis comprobat. IV. Vt qui spiritalibus cibis diuini eloquij, omnique scientia iam repleti sunt absentes ad moneant, eos hortatur. V. Concionem suam conuiuio assimilat. VI. Paulum conuersum cum pisce piscato comparat. VII. Librum Actuum Apostolorum commendat, & Scripturæ sacræ fœcunditatem tangit. VIII. Paulum prius lupum sanguinem ouium absorbentem, postea ex lupo pastorem factum describit. IX. Conuersionem Sauli magnum dicit miraculum, ex quo colligit maiora extitisse miracula post crucem iis quæ crucem præcesserant. X. Pauli vocationem & conuersionem, Dominicæ Resurrectionis esse probat demonstrationem. *Tom. de diuersis noui Testamenti locis serm.* 49. *& iuxta errorem Typographi* 47. *a pag.* 644.

✠ Dionysii Carthvsiani pro Epist. sermo, quo narratur historia conuersionis S. Pauli Apost. & diuinæ pietatis imitatores esse inuitamur. *In proprio de Sanctis, a fol.* 80. *pag.* 2. *ad fol.* 81. *pag.* 2.

Eiusdem, pro Euangel. sermo primus. Contemptum diuitiarum & beatam paupertatem in Paulo conuerso miratur, sed eam in nobis desiderat & quærit. Correptiones & correctiones à Prælatis & Pastoribus faciendas, probat, à subditis amplectendas, &c. *Ex proprio de Sanctis, fol.* 82. *a pag.* 1. *ad pag.* 2.

Eiusdem, pro Euang. sermo 2. Conuersionis S. Pauli festum agit Ecclesia,

non aliorum, quia, 1. Valdè ſolemniter & miraculosè facta eſt; 2. De ea multum eſt lætata primitiua Eccleſia, 3. Nemo de veniâ debet deſperare, 4. Multum ex eâ fructum conſecuta eſt, *Ex Sanctorum proprio, à fol. 82. pag. 2. ad fol. 83. pag. 1.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS ſermo de conuerſione ſancti Pauli Apoſtoli, *Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini acceſsit ad principem ſacerdotum & petiit ab eo Epiſtolas in Damaſcum Actor. 9.* Duodecim circa. B. Pauli conuerſionem attendit, quæ ad noſtram ædificationem valere poſſunt. Primum. Quod lux eum circumfulget, per quam ſignatur Dei gratia ad conuerſionem neceſſaria. Secundum. In terram cadit, in quo motus humilitatis ſignificatur, ad conuerſionem multum conferens. Tertium. A Domino reprehenditur his verbis, *Saule, Saule, &c.* Quartum. Reſpondet. *Domine quid me vis facere.* Vt Deo paratam ſuam voluntatem ad ei obediendum innuat. Quintum. Ad diſcipulum mittitur vt inſtruatur, in quo exemplum diſcendi datur & ſuperbia increpatur. Sextum. Apertis oculis nihil videbat, ita conuerſus ſenſum proprium debet deponere. Septimum. Ad manus trahitur, quo datur intelligi exemplum bonum multum neceſſarium eſſe ei qui conuertitur. Octauum. Paulus inuenitur orans, ante conuerſionem debet orare peccator, vt operi manuum ſuarum Deus dexteram porrigat. Nonum. Surgens baptizatur, ad ſacramenta ideò frequens debet accedere conuerſus. Decimum. Accepto cibo confortatus eſt, illis qui nouam vitam inchoant, valde neceſſarii eſt vt refectionem ſpiritualem frequenter recipiant. Vndecimum. Ingreſſus in Synagogam prædicabat de Ieſu quod eſſet filius Dei, & hoc commendabile in eo qui conuertitur. Duodecimum. Inualeſcebat & confundebat Iudæos, affirmans quoniam hic eſt Chriſtus; in quo commendatur perſeuerantia. *Proprio de ſanctis ſerm. 46. à pag. 60. ad pag. 62.*

D. INNOCENTII PAP. III. ſer-
A mo primus in feſto Conuerſionis diui Pauli Apoſtoli, de tractione Pauli, & magna Dei miſericordia ac patientia erga peccatores, & vt nemo deſperet. In illud, *Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum.* Imprimis autem oſtendit tractum fuiſſe à Patre de profundo confuſionis, per ſpiritum timoris, ad ſemitam veritatis. Deinde nemini deſperandum de peccatorum multitudine probat. Denique vt conuertamur ad Dominum Apoſtoli exemplo hortatur. *Tom. 1. à pag. 101. ad pag 104.*

Eiuſdem ſermo ſecundus in illud, *Nolo mortem peccatoris ſed vt conuertatur & viuat.* Tractat de triplici morte, de reſurrectione triplici, de vita triplici,
B de voluntate Dei, tria conſiderat in Apoſtolo Paulo, mortem quam Dominus noluit, conuerſionem quam fecit, & vitam quam tribuit. *Ibid. pag. 104. & ſequent.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI ſermo in Conuerſione S. Pauli Apoſtoli. I. Hodiernum Diuinæ miſericordiæ opus, ante mentis oculos exhibet, quo mederi poſſit morbo deſperationis. II. Beneficiorum Chriſti recordationem ſuadet. III. Cōuerſionem Pauli egregiè deſcribit. IV. Chriſti virtute efficacem in peccatoris conuerſionem miratur. V. Quomodo Ieſum Paulus perſequebatur explicat. *Part. 2. à pag. 618. ad pag. 621.*

C ✠ RADVLPHI ARDENTIS in die conuerſionis S. Pauli Apoſtoli Homil. ex Epiſt. *Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini.* I. Saulus ante conuerſionem malus, quia non ſolum homines, ſed etiam ipſum Deum in diſcipulis ſuis perſequebatur quatuor modis, animo, verbo, conſuetudine, opere; quibus modis omnis malitia conſummatur. II. Dominus eum conuertit quando erat in propoſito & itinere vt magis ſæuiret, & malum eius propoſitum & vitam in bonum conuertit; conuerſio autem hæc fit interiori inſpiratione, exteriori prædicatione, flagellatione, medicina. III. Paulus bonus fuit poſt conuerſionem; qui enim prius erat toto corde contra Chriſtum

& discipulos eius, nunc erat toto corde A
cum Christo & discipulis eius; super omnia enim diligebat Christum, & discipulos eius sicut seipsum. *à fol.* 28. *pag.* 2. *ad fol.* 32. *pag.* 1.

Eiusdem, in Euang. Homilia cuius tres sunt partes. Prima. S. Petrus omnia reliquit cum & illud minimum quod habebat totum reliquit, & cupiditatem habendi penitus deposuit. Secunda. Mandatum, consiliũ & exemplum Christi sequutus præmium quod promisit ab ipso expostulat. Tertia. Confirmat Dominus hoc quod ipse promisit fore verum & est quasi iusiurandum Dei. *à fol* 32. *pag.* 1. *ad fol.* 35. *pag.* 1.

S. Thomæ Aqvinatis sermo, in Confessione. S. Pauli, in illud, *Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram Gentibus, &c.* Sanctum Apostolum ostendit vas fuisse. I. Pretiosum quia argenteum, puritatem munditiâ conseruando: aureum, charitatem ferendo: gemmeum, incorruptibiliter in tribulationibus persistendo: cœlicum, vniuersum orbem illuminando. II. Speciosum, quia multis tunsionibus deputatum, opere diuino sanctificatũ, & omni lapide pretioso ornatum. III. Electum ad augurandum, ad potandum & ad portandum. IV. Dilectum à Patre, ab Angelis, à sanctis, & à peccatoribus. *Tom.* 16. *serm. festiuis fol.* 34. *& sequent.*

FESTVM SANCTI IOANNIS Chrysostomi. XXVII. Ianu.

B

S. Theodori Stvditæ sermo Catecheticus in Chrysostomi memoriam. Quòd nihil beatum sit in humanis præter virtutem, quæ sola beatitudine digna est, docet: ac de æterna fœlicitate, & cœlesti gaudio differit. *Tom.* 2. *Auctar. Bibliot. Patrum serm.* 42. *col.* 1324. *& sequent.*

FEBRVARIVS.

FESTVM SANCTI IGNATII Episcopi & Martyris. 1. Febr.

S. I. Chrysostomi in Sanctum Martyrem Ignatium magnæ Antiochiæ Archiepiscopum Romam abductum, ibique martyrio affectum, atque inde rursus Antiochiam translatum, laudatio. Spirituale pratũ Ignatij virtutum contemplatur, eiusque præclara facinora declarat. Ab Episcopatus laudibus incipit, ostendens B. Ignatium formam Episcopalem ab Apostolo Paulo traditam & ad imitandum propositam, in animo suo egregiè expressisse. Quinque autem huiusce sancti viri coronas enumerat, ex Episcopatus amplitudine, ex electorum dignitate, ex difficultate temporis quo Episcopalem dignitatem est assequutus, ex solio cui Petrus insederat, & ex virtute illius qui ei tradidit præfecturam. Deinde ad eius certamina, quæ ad eum, vti martyrem spectant, enarrando, descendit; Antistitum Ecclesiarum persecutionem cur Deus permiserit, rationem profert; Ignatium cum C Paulo confert; eum Soli assimilat; cur Romæ B. Ignatius morte fuerit affectus, expendit, eius reliquias thesaurum indeficientem nominat. Denique cur Deus Sanctorum reliquias nobis concesserit, exponit. *Tom. Homil. ad Popul. Antioch. Homil.* 42. *à pag.* 561. *ad pag.* 572.

FESTVM PVRIFICATIONIS B. Mariæ Virginis. II. Febr.

B. Alberti Magni sermo I. ad hæc verba, *Luc.* 2 *Tulerunt Iesum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino.* Docet nos exemplo Mariæ & Ioseph, debere offerre puerũ Iesum Domino.

1. Vt ſimus ſpiritualiter Ioſeph & Maria, dum corpus animum non polluit. 2. vt portemus Ieſum, quod ſex rationibus perſuadet. 3. vt portemus perſeueranter. 4. vt offeramus in Hieruſalem Deo Patri. II. Ipſum munus quod oblatum eſt attendit; vnum columbæ pullum, & vnam turturem: & idem à nobis offerendum eſſe. 1. Columbam, id eſt, prudentem ſimplicitatem; & prolẽ fœcundam bonorum operum. 2. in turture, perpetuam continentiam, & lenem patientiam. *à pag. 178. col. 2. ad 180. col. 2.*

Eiuſdem ſermo 2 ad hæc verba, *Luc. 2. Ecce homo erat in Hieruſalem cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus, &c.* Probat decere vt Chriſtum cum Simeone in vlnas animæ noſtræ recipiamus. Ad quod octo requiri tradit. 1. vt ſimus homines, mortalitatis noſtræ memores. 2. morari in Hieruſalem, per intimæ pacis conſeruationem. 3. vt ſimus Simeon, per viceroſam compaſſionem. 4. vt ſimus iuſti, per eleemoſynarum largitionem. 5. vt ſimus timorati, per trepidantem humilitatem. 6 Expectantes conſolationem Iſraël, per ſpei hilaritatem. 7. Spiritus ſanctus in nobis ſit per vitæ puritatem. 8. Venire in templum per aſſiduitatem ferrentis deſiderij. *à pag. 181. col. 1. ad 182. col. 1.*

Eiuſdem ſermo. 3. ad hæc verba: *Luc. 2. lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.* Occaſione luminis, de quo Simeon, oſtendit portandum eſſe ab hominibus lumen: & ſex lumina diſtinguit; vnum quod puero baptizato porrigitur: ſecundum, quod hodie portatur; quatuor quæ mortuo ad feretrum diſponuntur; quæ myſticè exponit. Primum eſt baptiſmalis innocentia: 2. lumen, eſt filialis eminentia, Ieſus Chriſtus filius Dei, lumen mundi. Quatuor ad defuncti feretrũ, primùm ad pedes, notat veram ſapientiam, 2. ad caput, beneuolentiam iuſtitiæ. 3. ad læuam, mandatorum Dei conſeruationem, qua tuemur à ſiniſtris. 4. ad dexteram, ſanctarum virtutum congregationem, vt à dextris noſtris decem millia cadant aduer-

A ſariorum. *à pag. 182. col. 2. ad. 184. col. 1.*

Eiuſdem ſermo 4 ad ea verba, *Luc. 2. Obtulerunt pro eo Domino par turturum, &c.* I. Tradit obtuliſſe oblationem pauperum. II. Quid per candelas quæ hodie deferuntur ſignificetur. In igne Diuinitas, in cera humanitas, in ſtupa paſſionis acerbitas. Vel, in igne contritio: in cera, confeſſio: in ſtupa ſatisfactio. *Pag. 246. col. 1.*

Albini Flacci Alcvini diſcurſus de hodierna feſtiuitate, in quo cæremoniarum huius celebritatis redditur ratio, & cereorum ac proceſſionis demonſtratur origo. *Tom. 1. Auct. Bibliot. Patr. col. 231. & ſeq.*

S. V. Bedæ homilia in Euangel. hodiernum. I. Ex verbis legis latę aper-
B tiſſimè demonſtrat, quàm Beatiſſima Dei Genitrix, & perpetua Virgo Maria, ſimul cum Filio quem genuit, ab omni fuerit legis ſubiectione liberrima. II. Myſterium columbarum & turturum de ſimplicitate & caſtitate ſpiritaliter intelligit. III. In Simeone & Anna Iudæorũ Synagogam figuram agnoſcit. IV. Quid ſit illud Simeonis dictum, *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes,* variè interpretatur. V. Verbum Dei lectum, vel prædicatũ Chriſto morienti & reſurgenti aſſimilat. VI Duo compunctionis genera, quibus ſemetipſos domino fideles in ara cordis immolant, diſtinguit. *Tom. 6. Homil. Hyemal. de ſanct. à col. 327. ad col. 330.*

C S. Bernardi ſermo primus in Purificatione B. Mariæ, de triplici miſericordia I. Duas proceſſiones Domini Ieſu diſtinguit, hodiernam vnam: alteram verò cum turbæ ipſum præirent & ſequerentur, nec virgo portaret ſed aſellus. II. Homines filios ignorantiæ, ignauiæ & captiuitatis, triplicem miſericordiã fuiſſe conſequutos oſtendit, ſapientiæ videlicet, virtutis, & redemptionis. III. De templo Chriſti myſtico, corde humano in cuius medio ſuſcipit anima Dei miſericordiam, diſſerit. *Col. 100. & ſeq.*

Eiuſdem ſermo ſecundus vnde ſuprad. I. De ordine & modo proceſſionis Chriſti in templum loquitur. II.

Processionis hodiernæ, quæ ab Ecclesia celebratur, cæremonias explicat, & mysteria pandit. III. Fraternam charitatem, & vitam socialem commendat. IV. Ignem sacrum; quem Pater sanctificauit & misit in mundum, à profano igne concupiscentiæ discernit. V. Ad humilitatem, & profectum spiritualem, vt in processione simus, non in statione aut regressione, hortatur. *Col. 101. & seq.*

Eiusdem sermo tertius in eadem solemnitate, de Puero, Maria, & Ioseph. I. Matrem Domini, in lege mulieris concepto semine parturientis, nō fuisse inclusam ostendit. II. Oblationem hodiernam cum crucis sacrificio confert. III. Vt optimum quod habemus Domino, pro omnibus quæ retribuit nobis, offeramus, suadet. IV. Vt in oblatione nostra adsit Ioseph, Maria, & Puer Iesus. hoc est, constantia virilis, continentia carnis, & conscientia humilis, peroptat. *Col. 103. & sequent.*

✠ Eiusdem, in hoc festo, sermo, Christus circumciditur, Maria purificatur; præbentes exemplum pœnitentibus, vt à vitiis continentes, primum per ipsam pœnitentiam circumcidantur, deinde à commissis per pœnitentiam purificentur. *Ex paruis & variis sermonib. serm. 7. col. 444.*

Eiusdem, sermo alius, Maria portat Iesum in vtero. Ioseph in humero, Simeon in brachiis: Significant isti tres, tres electorum ordines; Maria prædicatores, Ioseph pœnitentes, Simeon bonos operatores. *Ex paruis & variis serm. serm. 8 col. 444. 445.*

✠ S. Bernardini Senensis sermo, de purificatione Virg. Mariæ, in quâ Primò. Se subiicit, 1. legi purificationis, 2. legi redemptionis, 3. legi oblationis. Secundò. Donat filiū suum. 1 eligitur Simeon ad susceptionem filij Dei in templo, 2. ad eam per reuelationem disponitur; auctoritate totius Trinitatis ratificatur instrumentum suæ donationis. Tertiò, Exultat, 1. gratias agens Simeon magnificat sanctissimam Trinitatem, 2. glorificat Christum humanatum, quod factus est visibilis, paratus & in salutem omnium expositus, 3. iubilando, laudat nostram vtilitatem, &c. *Ex tom. 4. a pag. 141. col. 2. ad pag. 148. col. 1.*

S. Brunonis sermo in Purificatione S. Mariæ. I. de duobus disserit, nimirum de muliere pariente, & de hostia quam offerre debet. II. Per mulierem masculum parientem Synagogam Dei intelligit: & per mulierem, fœminam procreantem, Synagogam Satanæ. III. Quæ de vtraque muliere lex dicit, ea ad vtramque Synagogam mysticè refert. IV. In oblatione turturū & columbarū, perfectorum, Monachorum, & Religiosorum sacrificium agnoscit, ac pulchrè describit. *Tom. 3. serm. 3. de fest. Mariæ, col. 110. & sequentibus.*

S. I. Chrysostomi sermo de occursu Domini nostri IesuChristi, deque Deipara & Simeone. I. Quare Christus circuncidi voluerit, quasdam rationes affert. II. Resurrectionem cū circumcisione confert. III. De legis veteris adimpletione disserit. IV. Simeonis canticum præclaris commentariis & eleganti periphrasi illustrat. V. Signum cui contradicitur, signum crucis intelligit VI. Neminem rationis expertem esse ostendit. VII. Qualiter Christus sit in ruinam & resurrectionem multorum positus explicat. *Tom 6. à pag. 245. ad pag. 251. serm 22.*

✠ D. Cyrilli Alexand. sermo. Excitatis ad festum auditoribus, explicat cur legi Mosaicæ cedat Christus. II. Cur voluerit circumcidi. III. Deferri Hierosolimam & sisti coram Domino considerat, & pro eo par turturū aut duos pullos columbarum offerri: quod mysticè explicat. IV. Simeonem introducit de Christo prophetantem pro vocatione gentium, & quod sit lapis in offensionem & resurrectionem multorum. *Tom. 5. à pag. 385. ad 391.*

✠ Dionysii Carthusiani in festo Purificationis Virginis Mariæ pro Epist. sermo. Durante templo Salomonis natus est Christus, qui illud glorificauit. Christus ignis vocatur, quia, 1. inter omnes sanctos est spiri-

tualior, sublimior, potentior, diuinior, A 2. sapientia eius, omnium sanctorum sapientiâ maior est, 3. in eo fuit maximus feruor spiritualis amoris, 4. fideles suos per charitatem quam eis infundit, facit ad Deum ascendere. *In proprio de Sanctis, a fol. 85. pag. 1. ad fol. 86. pag. 1.*

Eiusdem, pro Euang sermo 1. Primò. Humilitatem 1. Christi patere ostendit in incarnatione, circumcisione, purificatione 2. Mariæ. quæ purificari voluit, ne alij scandalizarentur vt humilitatem præberet exemplum, vt obediendi daret formam, purificationis ministraret documentum. Secundo. Columbarum nobis proprietates proponit imitandas, quarum, 1. est simplicitas. 2 carentia fellis, 3. nemini nocent, 4 in cauernis petrarum, nidificant. 5. alienos pullos nutriunt, 6. iuxta fluenta manent, 7. meliora grana colligunt, 8. pariter volant 9. alis se protegunt, 10. visum recuperant, 11. cadauera vitant, 12 suo modo plangunt, 13. comparem osculantur. *Ex proprio Sanctorum. fol. 87 à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo 2. I. Candelæ accensæ hodie portantur, quia, 1. Christus lumen gentium Deo patri oblatus est, 2. M. V. Ioseph, Simeon & Anna deuotissimam processionem fecerunt, 3 V. Maria purificatione non eguit, sed luce gratiæ, 4. vt doceamur coram Deo & proximis lucere II Non nisi iusti processionem Deo placitam faciunt. III. Turturum proprietates sunt 1. altum petere & quærere locum, 2. pro cantu gemitum habere, 3. castitatem amare, 4. solas morari, &c. *Ex proprio de Sanctis, à fol. 87. pag. 2. ad fol. 88. pag. 2.*

S. Eligii Noviomensis in die Purificationis S. Mariæ, & de Euāgelio, & vsu luminarium homilia. I. Nō solum Christum, sed etiam beatissimam eius genitricem ab omni legis subiectione absolutissimam demonstrat II. Cur mulieris & pueri purgatio quadraginta diebus impleatur, in partu verò puellæ octoginta dierum spatio tempus prolongetur, inquirit, & soluit. III. Vt omnia masculina nostra primogenita, id est, principium bonorum operum, & fortia quæque virtutū cordis affectu concepta, ipso effectu Domino offeramus, non nostris meritis deputemur adhortatur. IV. Quæ lex habet de primogenitis Domino offerendis, ea ad moralem intelligentiam & praxim virtutum refert. V. Puerum Iesum plenitudinem gratiarum Matri suæ contulisse testatur. VI. Spontaneā paupertatem hodierno Christi & Mariæ exemplo commendat. VII. In duobus turturibus, aut duobus pullis columbarum, duo compunctionis genera, timoris scilicet & amoris agnoscit. VIII. B. Simeonis virtutes celebrat, eiusque canticum illustrat. IX. De B cereorū gestatione agit, docetque Christianam deuotionem, vanæ superstitionis errorem, ad veram conuertisse fidei religionem. *Tom. 2. Biblioth. Patrum. Homil. 2. a col. 135. ad col. 139.*

✠ Georgii Metropol. Nicomed. Oratio 4. Tractat. 1 de sulemni materia loquendi hac die; vt quemquam à transcendentibus Mariæ encomijs deterreri debere. 2. Deducit rationem incarnationis Verbi Diuini, indéque exaggerat fandi difficultatem. 3. Idoneos parentes illi à Deo prælectos esse. 4. Cur steriles fuerint illi. 5. quas Deo preces obtulerint illi, recenset, & exauditos fuisse. 6. rationem reddit C cur B. Virgo triennis oblata sit in templo & oblationis huius laudes prosequitur. *Tom. 11. Biblioth. Auct. noui Patrum Græco-Latinorum, à colum.* 1070. ad 1090.

Eiusdem oratio seu sermo 5. in sanctissimæ Dei Genitricis ingressum in templum. Initio hortatur vt pulchra solemnitas, pulchros paret scansionum calles, & mente Virginem sequamur. 2. ostendit quàm suauè sit spirans laudum Virginis hortus, ad quas inuitat omnes. 3 Introducit Virginem pro templi foribus à parentibus oblatam, & Angelorum ministeria. 4. allusione facta ad templi partes omnes, singulis Mariam comparat, oratione ad templum directa; 5. ad alias laudes Virginis descendit, varias figuras antiqui

testamenti eidem adaptans. 6. Ostendit iam non in littera gloriandũ, cùm iam in spiritum translata sit, & Maria figurarum euentum exhibuerit. 7. Introductam in templum, sacerdoti magno admirationi fuisse, cuius & verba refert. 8. in laudes prorumpit Virginis, quas ex partu filij Dei credibiles esse deducit 9. ad eandem Virginem orationem dirigit. *à col.* 1091. *ad* 1114.

Eiusdem oratio 6. in eandem solemnitatem tertia. In qua I. Amplitudinem dicendi in festis Virginis, desiderium & amorem, ostendit. 2. Proponit quid templo præsidentes Angeli, de Maria cogitauerint. 3. Promiscuam fuisse in ea omnium lætitiam, qui Virginem vt gaudij causam susceperunt. 4. Zachariam Pontificem multa veneratione gratia plenam puellam prosequutum fuisse. 5. Mariæ in templo conuersationem describit, præsertim parentum liberam abdicationem. 6. Ostendit & parentes ipsos seiunctionem puellæ molestias non habuisse. 7. Quomodo in templo diutius solito retenta sit declarat. 8. Orationem dirigit ad Mariam pro pace obtinenda. *à col.* 1114 *ad* 1134.

I. Gersonii sermo primus in festo Purificationis B. Mariæ, habitus in Concilio Constantiensi, in illa Dauidis verba, *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Imprimis processionem B. Virginis Mariæ de Bethleem ad templum Hierosolymitanum describit. Deinde hominem reum sub peccato venumdatum, non sapientiam accusantem, non iustitiam condemnantem, non potentiam punientem desiderare, sed misericordiam indulgentem & saluantem, fusè ostendit. Insuper de mystica processione in templo cordis nostri agenda disserit, & circumstantias hodierni mysterij, ac Ecclesiasticæ processionis cæremonias spiritali intelligentia interpretatur. Præterea varias ex Euangelio & cereorum gestatione quæstiones proponit. Denique veritatem in platea coruentem, imò & prostratam egregiè repræsentat, & Episcopos, vt veritatem misericorditer subleuent, cohortatur. *Tom.* 1. *part.* 1. *à col.* 359 *ad col.* 366.

Eiusdem sermo secundus, vndè suprà. De summa hominis crudelitate, qua fertur in semetipsum, proloquitur: & supposita ex sacris scripturis quadruplici differentia templorum, concionem in quatuor breuissimas distinguit partes. Prima de aduentu misericordiæ ad templum materialem secundum præsentis celebritatis litteralem expositionem, loquitur. Secunda, de aduentu eiusdem in Ecclesiam spiritalem (quæ sumus nos) iuxta moralem interpretationem differit. Vbi habes accuratam templi mystici delineationem, & præclaram spiritalis processionis descriptionem. Tertia de templo virginali, in cuius medio diuinam suscepimus misericordiã. Quarta, de aduentu misericordiæ in Ecclesiam vniuersalem. Breuitatis tamen causa de duobus tantum primis templis pertractat. *Tom.* 2. *part.* 4. *à col.* 687. *ad col.* 694.

S. Gregorii Nysseni oratio de occursu Domini, & Deipara Virgine, ac de iusto Simeone. I. Paulum Apostolum præclaris celebrat encomiis. II. Diuinæ imaginis similitudinem in nobis, & imitationem suadere conatur. III. Ad ieiunium spiritale, sine temperantiam & continentiam ad omnibus tum carnis tum spiritus sordibus & inquinamentis prouocat. IV. Angelicam pompam in ingressu Domini in templum intuetur. V. Christum legem Moysi de primogenitis Deo offerendis perfectè hac die compleuisse demonstrat. VI. Domini sanctitatem explicat, & filios hominum impietatis primogenita verbo prophetico Micheæ nominat. VII. Christum Moysi pluribus assimilat. VIII. Hodierni mysterij circumstantias, explicatione spiritali, de sanctificatione & oblatione animarum ac corporum interpretatur. IX. Quomodo ad Christi aduentum lex vetus obsoleuerit, declarat. X. Textum Euangelij hodierni percurrit & commentatur. XI. Afflictiones populi Israëlitici consolationem quotidie expectantis

pectantis notat XII. Simeonem senem beatum prædicat. XIII. Eius canticũ notis præclaris illustrat, & singula verba ponderat. XIV. Qua ratione saluator sit in ruinam, & in resurrectionem multorum positus ostendit. XV. Quidnam Anna vidua vera & prophetissa iis, qui Hierosolymis expectabant redemptionem diceret, scrutatur: & vt par est cogitare quæstioni satisfacit. XVI. In anu illa Anna legem veterem senioque confectam, ac prope ad interitum redactam agnoscit. XVII. Suos ad diuinas laudes celebrandas inuitat & vt Domino, par turturum, animi videlicet & corporis puritatem offeramus adhortatur. *Tom. 2. a pag. 876. ad pag. 896.*

Gverrici Abbatis sermo primus in Purificatione S Mariæ, in illud: *Sint lumbi vestri præcincti, &c.* I. Probar Beatissimam Virginem non tam fuisse purificatam, quàm mysterium purificationis commendasse, implendo legalem purgationem, significando spiritalem. II Quid sanctissima hæc Ecclesiæ consuetudo luminarium hodie gestandorum, aut factum repræsentet, aut faciendum demonstret, discutit. III. Simeonem laudibus prosequitur, amoris diuini ignem considerat, & Christum Dominum cereo assimilat. IV. De variis lucernis mysticis differit, nimirum fidei, charitatis, boni operis, sermonis diuini, orationis: & rectæ intentionis. *à pag. 100. ad pag. 107.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra, in illud Psal. *Constituite diem solemnem in condensis*, (vel vt ipse legit) in cõfrequentationibus, *vsque ad cornu altaris, &c.* I. Solemnitas huius diei declaratur. II. De quærendo Christo, & inueniendo agitur. III. Christus vnctioni & vnguento comparatur. IV. Liquefacta Simeonis anima & diuina vnguento peruncta dicitur. V Simeonis senis renouatio describitur. VI. Senex iustus & vidua anus par turturum nominantur. VII. Quatuor personæ considerantur, & in Anna ieiunium & oratio commendantur, in Simeone autem pietas & deuotio, in Maria verò humi-

A litas & obedientia, in Iesu denique charitas & misericordia designantur. *a pag. 107. ad pag. 115.*

Eiusdem sermo tertius, in illud officij Ecclesiastici, *Senex puerum portabat.* I. Simeonem plenum dierum, non tam temporis quàm virtutis, nominat. II. Vitam immaculatam, veram esse senectutem docet, III. Senectutem in lactante, & sapientiam in infante reperit, IV. Animam Christum suscipientem fœlicem prædicat, V. Modũ & ornatum excipiendi Regem cœlorum tradit, & ex Euangelio colligit, VI. Pacem spiritalem commendat, VII. Perfectum timorem, iustitiæ indiuiduum comitem, indicat, VIII. B. Simeonis virtutes præclaras explicat. *A pag. 116.*
B *ad pag. 123.*

Eiusdem sermo quartus, in illud Euãgelij. *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, &c.* Agit de spiritali purificatione Virginis Mariæ exemplo facienda; de duplici purgatione fontis & ignis, & quænam sit eligenda; de igne misso in terram, primo Christi aduentu; & de igne, quo purgabit filios Leui, secundo suo aduentu; de quatuor, quibus mundum generaliter purificat Christus, aqua scilicet, sanguine, spiritu, & igne id est, contritione cordis, afflictione corporis, operibus pietatis & fidei, patientia tribulationis. *a pag. 123. ad pag. 130.*

Eiusdem sermo quintus, de purificandis, & adornandis cordium affectibus
C In illud officij, *Adorna thalamum tuum Sion, &c.* I Dũ complectitur. Mũditiem thalami spiritalis cordis nostri, expellendo quæ oculos Christi intrando offendere possunt. II. Ornatũ eiusdem, ea in ferendo in quibus Dominus delectatur & gaudet. Quantùm ad primum, expellendam docet de cordibus nostris superbiam, cum tota prole sua, septem nimirum principalibus vitiis, quæ sunt: inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies & luxuria, omnes filiæ superbiæ, quæ matrem suam sequuntur, & hospitium quodcumque intrauerint, fœtidum reddunt. De his omnibus consequen-

ter differit satis fusâ oratione. Quantum ad secundum, septem ornatus animæ enumerat, qui sunt timor, pietas, scientia, fortitudo, consilium, intellectus, & sapientia; vbi de singulis agit. Insuper hodiernum mysterium explicat, proprietates columbæ recenset, ad Christianos illas refert, & tria corpori Christi suscipiendo exhibenda notat, dignitatem videlicet, reuerentiam & fructum. *à pag.131. ad pag.148.*

Eiusdem sermo sextus in Euangelium. I. Fœlicem prædicat eum, de quo dici potest, impleti sunt dies purgationis eius, vt iam nihil aliud ei supersit nisi vt ferant eum in Hierusalem supernam, & sistent cũ Domino. II. Discrimen ponit inter cõplementũ dierũ, & cõplementum dierũ purgationis, nolimus enim velimus dies qui ad purgãdũ nobis dati sunt implemus, sed sæpiùs purgatio minimè impletur. III. Spiritalẽ negligentiã, & vanam tẽporis consumptionem acriter reprehendit. IV. Purificationis nostræ necessitatẽ ostendit. V. Ad ipsam hoc tempore peragendam hortatur. VI. Fidem peruigilem, & diuinam præsentiæ cõsiderationem paucis suadet. *à pag.148. ad pag.155.*

* GVILLELMI PARISIENSIS sermo in festo Purificationis virg. Mariæ per quem hodiernæ diei mysteria expandit. *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, &c. Luc. 2.* I. Beatam virginem diebus purificationis expletis templum ingressam, monere nos vt ad diuina puri accedamus, affirmat. II. Simeonem, saluatorem diu desideratum cum gaudio magno suscepisse ostendit, vt ad Dei beneficia simus deuoti. III. Saluatorem cum parentibus suis, tum legalibus hostiis Domino fuisse oblatum credit, vt moneamur ne in cõspectu Domini vacui compareamus. Denique in tenebris præsentis vitæ, triplicem lucernam nobis necessariam docet sc. bonæ intentionis, verbi diuini, & boni operis &c. *In proprio Sanctorum, serm. 47. à pag. 62. ad pag. 63.*

S. HILDEPHONSI TOLETANI sermo de parturitione & purificatione Sanctæ Mariæ. I. Modus dignè Deum

A laudandi in sanctis eius; & in Sanctorum celebritatibus traditur. II. Perpetua B. Mariæ virginitas comprobatur. III. Sanctitas Christi Domini manifestatur. IV. Saluatoris nostri primo genitura explicatur. V. Quis sit propriè primogenitus declaratur. VI. Varia natiuitatum genera recensentur. VII. Egressus Christi è sepulchro, & eius in domum, cùm fores essent clausæ ingressus, cum ipsiusmet natiuitate cõferuntur. VIII. Quòd nullum primæ originis peccatum in virgine Maria viguerit, asseritur. *Tom. 8. Biblioth. Patrum à col. 277. ad col. 282.*

Eiusdem sermo in Purificatione S. Mariæ, in Euangelium hodiernum varia asserit & proponit. I. Quòd humilitas

B sit virtutũ mater & custos. II. Quòd diuinis præceptis obedientia debeatur. III. Quòd Christus & virgo Maria à præcepto legis immunes extiterint. IV. In quo consistebat purificatio puerorum & matrum in veteri lege. V. Quæ sint bonæ nuptiæ. VI Quis conceptionis hominis ordo. VII Nominis Adam mysterium. VIII. Legis primogenitorum allegoriam de Christo, & tropologiam de bonis operibus nostris diuinæ gratiæ tribuendis. IX. Columbarum & turturum cõditiones ac mysticæ significationes. X. Veterum Patrum desiderium. XI. Simeonis virtutes, merita, & laudes. XII. Mundi,

C quasi longo senio, & graui iam ætate decliuis imaginem in Simeone sene expressam. XIII. Nominis hodiernæ celebritatis rationem, & declarationem. XIV. Bonorum operum lampades. *Ibidem à col. 311. ad col. 314.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo primus in Purificatione B. Mariæ semper virginis, de Purificatione mentis, in illa Malach. verba, *Veniet ad templum suum Dominator quem vos quæritis, &c.* Ingressum Domini in templum animæ hominis describit hoc modo.* Ad hoc templum diuersis modis venit Dominus, nimirum per creaturarum contemplationem, scripturarum lectionem, miraculorum operationem, præceptorum prædicationem, inter-

nam aspirationē, aduersitatem, prosperitatem, comminando, mala, promittendo bona, illa auferendo, ista conferendo, per cognitionem veritatis, per amorem virtutis: habitat autem in templo per gratiam, sed ad idem venit per maiorem gratiam: exit de hoc templo mystico, cùm voluntariè post acceptam gratiam peccamus. Verùm cùm iterùm exurgit ad miserandum Sion, quia venit tempus miserendi eius, præmittitur ex omnibus cælestis curiæ seruientibus consideratio culpæ, vt templum istud à cunctis sordibus emundet. Ingressa autem illa videt gentes ingressas in sanctuarium Dei, de quibus, præceperat vt non intrarent Ecclesiam eius, videt omnia iniquitatibus polluta, omnia contaminata & prophanata, mentem cum sensibus & cæteris animæ facultatibus & ingemiscit, omnium, inuocans in auxilium rectorem Deum: quæ statim exaudita, ei cælitùs mittitur quædam pedissequa eius consideratio pœnæ, quæ eam semper solet comitari, eique præcipitur vt opus acceleret, & domum Domini circa eius aduentum præparare festinet. Dum autem consideratio culpæ hinc, & consideratio pœnæ indè rebus vbique agendis, vnaquæque pro suo officio solerter intendit, mittuntur eis duo satellites curiæ cœlestis strenui, dolor & timor, eas, in hoc opere exequendo, non solum sequi, sed etiam eis obsequi consueti inducitque consideratio culpæ doloremde peccato præterito, consideratio verò pœnæ timorem de suppliciis futuris. At hi duo tanto feruore inter parietes debacchantur, (si fas est dicere) vt nisi accurreret temperata discretio totam domum subuerterent. Sexto insuper loco ad præsignificandā perfectionem operis aduenit in cor humanum compunctio, quæ suo impetu peccatorum massam in memoria conglobatam subleuat & dissoluit. Tunc denique vt septiformis gratia Sancti Spiritus adesse monstretur, dirigitur ostiaria, siue confessio, qua veniente & os aperiente, tota illa nefanda congeries eliminatur: quibus peractis domus

A Domini virtutibus adornatur, & statim venit ad templum suum sanctum Dominator, quem quærimus, & Angelus testamenti, quem desideramus. *Tom. 2. Instit. Monasticæ serm. 41. pagin. 352. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra de Ecclesiæ purificatione, in illud, *Ipse quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, &c.* Iustificationem animarum describit. De spirituali conflatione & colatione auri & argenti disserit. Æris, stanni, plumbi, & ferri varias significationes notat. Claustrum Religiosorum conflatorio assimilat. *Ibid. serm. 42. pag. 353. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius in Purificatione B. Mariæ in illud 4. Reg. 4. *Dixit Sunamitis ad virum suum, &c. Animaduerte quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter, &c.* Per Elizæum, Christum intelligit: per Sunamitidem, animam: per virum huius mulieris, animæ rationalis intellectum: per cœnaculum, spiritalem conuersationem: per lectulum, contemplationem: per mensam, scripturam: per sellam, eruditionem: per candelabrum, Trinitatis fidem: per candelabri hastam, æquitatis rectitudinem, per sphærulam, mentis circumspectionem: per acumen, rationis subtilitatem. Anima quæ sic nouit hospitium Christo præparare, ipsum hospitem mereretur habere. *Ibid. serm. 90. pag.* C 413.

D. Innocentii Pap. III. sermo in solemnitate Purificationis, in illud Malach 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, &c.* De litteris, signis, & nunciis ante Christi aduentum præmissis proloquitur. Deinde tres nuncios cùm iam venturus esset Christus, destinatos agnoscit. Primus, fuit Gabriel Angelus, qui viam incarnationis præparauit, per quam venit ad templum salutare. Secundus, Angelus qui pastores alloquutus est, quique viam natiuitatis disposuit per quem venit ad templum materiale. Tertius, Ioannes Baptista Angelus dictus, qui viam prædicationis parauit, per quem venit ad templū spiritale. Vbi multa & præclara habes

de ſpiritali conceptione & natiuitate Chriſti in anima; de triplici pace hominum per Chriſtum reſtituta; de cereis accenſis eorumque geſtatione; de triplici Chriſti aduentu in mundum, in animam, in iudicium; ac de ſpiritali ædificatio domus Dei & manſionis Chriſti in anima, cuius fundamentum fides: cuius columnæ, ſeptiformis Spiritus ſancti gratia: epiſtilia & capitella ſeptem beatitudines: cuius feneſtræ, quinque ſenſus ſpiritaliter intellecti, ſcilicet viſus intelligentiæ, auditus obedientiæ, odoratus diſcretionis, guſtus delectationis, & tactus operis, cuius tectum, charitas: cuius oſtia: abſtinentia & continentia: cuius pauimentum, humilitas: cuius denique manſiones, interior ſapientia contemplatiua, & exterior ſcientia actiua. *Tom. 1. à pag. 106. ad pag. 111.*

✠ IOANNIS THAVLERI ſermo ad illud, *Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum antè faciem tuam, &c.* I. Inſinuat exemplo filij Dei, & B. Matris eius doceri nos humilem obedientiam. II. Vt Virginem imitemur exhortans, exponit quàm impensè & aſſiduè exarſerit. III. Proponit exercitia B. Virginis per ſingulas noctes. IV. Quibus poſtea vacaret meditationibus, quas ad ſex ſubiecta reducit. V. Quomodo ſe habuerit in meditatione paſſionis Chriſti: intima compaſſione; viua imitatione: æſtuanti dilectione, & gaudio perferendi omnia. VI Quid ad tempus primæ egerit, quid meridie, quid veſpere & completorio, commendat. *à pagin. 544. ad 546.*

B. IVONIS CARNOTENSIS ſermo in Purificatione S. Mariæ. I Quaſdam Eccleſiæ cæremonias explicat. II. Cereorum myſterium pandit. III. Chriſtum cereo aſſimilat. IV. Quomodo ipſam quiſque valeat portare in ore in corde, & in manibus docet. V. Vt virtutum ornamentis exornemus cordis noſtri domum, quatenus Deum inhabitatorem poſſideamus, cohortatur. *Tom. 1. Auct. Biblioth. Patr. col. 819. & ſeq.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI ſermo in feſto Purificationis. I. Bono-A rum & malorum diſcrimen oſtendit. II. Iniquitatum cauſas demonſtrat. III. Mediatoris noſtri exemplo ad vitæ perfectionem incitat, & iuſtorum exercitia recenſet. IV. virginis Mariæ merita & laudes celebrat. V. Quæ hodie à virgine Maria peracta ſunt in templo, ea ad Eccleſiam refert, & ad ſpiritalem oblationem. VI. Turturum & columbarum variam ac myſticam affert interpretationem. VII. Simeonis canticum commemoratur & illuſtrat. *Patr. 2. à pag. 621. ad pag. 624.*

✠ LEONIS AVGVST. IMP. Orat. 4. Primo, quam iuſtè hæc agatur celebritas, aperit. 2. oſtendit legis defectum à Chriſto lege noſtra facto, ſuppletum. 3. vnum eſſe Deum noſtrum in B tribus perſonis 4. Per Chriſtũ reparãdum fuiſſe hominẽ. 5. Id agi hodiè proindè cùm infans offertur in templo. 6. demiratur legem ſubeuntem & rationem reddit. 7. Beneficij penſata magnitudine, in contemptũ gloriæ Chriſti eundum non eſſe. 8. deſcribit oblationem pueri in templo factam, & à ſacerdote ſuſceptum & laudatum. 9. Sacerdotis Simeonis prædictiones examinat. 10. Miſſionem filij eius honori non præiudicare declarat, quod benè ſenſit Simeon. 11. Hunc Prophetam conſecratum eſſe, qui læta nuntia nati pueri infernis inferat. 12. proſequitur quodnam miniſterium, quod obſequiũ cultumque offeremus. 13. virginem C compellat, laudat, eiuſque auxilium expoſcit. *Auct. noui Biblioth. Patr. Græco-Latin. tom. 1. à col. 1640. ad 1657.*

✠ LEONIS EPISCOPI NEAP. CYPRI, in Simeonem extat diſcurſus, in quo prouocat 1. ad ſpiritualem lætitiam dùm aduenit Saluator in templum. 2. Euangelium huius diei exponit, & expendit quomodo dicatur hęc dies purgationis eorum. 3 qua ratione dicatur Chriſtus ſiſti Domino. Et ita ſingula cõſiderat & illuſtrat 4. tandem de Chriſti profectu loquitur. *Auct. noui Bibilioth. Patrum Græco-Latin. col. 681 ad 699.*

✠ S. METHODII EPISC. Patarenſis & Martyris ſermo de Simeone & Anna, deque S. Deipara initio attol-

lit nouæ legis excellentias; & hodiè A vetera transiisse, & noua esse omnia deducit. Tum, ad huius diei solomnitatem celebrandam, Isaiæ Prophetiam figuratiuam proponit ex cap 6 visionis throni Dei, & missionis Isaiæ ad populum. Quæ omnia interpretatur de throno Virgineo pleno Rege Domino Sabaoth. Deindè quæ fuerit hodiernæ præsentationis ratio exquirit vbi multa de puritate & integritate V. Mariæ, quę eam à lege eximebat producit Postea ex varijs Prophetijs ostensionem quæ fit Christi, eleuat. Simeonem introducit mirabundum, puerum suscipientem & laudantem. Post quæ oblationem pueri à S. Virgine Maria factã contemplatur; & Simeonem loquentem introducit. Eundem quoque Si- B meonem canticum intonantem iungit meditationibus. Ad hæc, extendit se in laudes Sacratissimæ virginis ex varijs scripturis, & earum figuris. Descendit iterum ad Simeonem & Annam, & ad mysterium Christi Sacerdotiũ & Prophetiam aduocata fuisse commemorat; figurasque fuisse legis & gratiæ tradit. Denique, varijs salutationibus sanctam ciuitatem, Virginem Mariam, senem Simeonem, celebrat *Ex Auct. Biblioth. Patrum tom. 1. a fol. 604. col 2. ad 610. col. 2.*

S. Odilonis Abbatis de Purificatione S. Dei genitricis Mariæ sermo. I. Docet Christum legis Mosaicæ voluisse adimplere decretum, vt antiquæ præuaricationis deleret chyrographum, & ne videretur esse legis cõtemptor, qui erat vtriusque Testamenti conditor. II. In turture castitatem agnoscit figuratam, & in columba mãsuetudinem designatam. III. Nobilitatem Christi & Mariæ, nec non vtriusque paupertatem ostendit. IV. Ad imitationem Simeonis senis cohortatur. *Biblioth. Cluniac. ser 3. B. Odilon. col. 379. & sequent.*

✠ Rabani Mavri homilia in Hypapanti siue oblatione Domini in templo. I. Lege proposita, ei nec filium nec matrem obstrictos fuisse docet. 2. Ex pauperum oblatione, pauperem pro nobis Christum considerat 3. Quomodo à nobis Christus sit suscipiendus, quidque ei offeramus declarat. *Tom. 5. pag. 584. col. 1. & 2.*

✠ Radvlphi Ardentis in Purificatione Virginis Mariæ homilia de Epist. *Ecce mitto Angelum meum; &c. Malach. 3.* Deus pater I. Post patriarchas & Prophetas missos, promittit se vnum nuncium, Ioannem Baptistam intelligens, missurum; quem ob sanctitatis & officij prærogatiuam, Angelum suum vocat. II Post præcursorem statim filium venturum asserit. III. Paucos Christi aduentum intellecturos dicit, sc. Simeonem & Annam & aliquos viros spirituales, qui per spiritum intellexerunt quando venturus erat. IV. Officij eius aperit arcana, quod erit purgare & mundare Ecclesiam. V. Prædicatores & ministros Ecclesiæ electorum quos igne spiritus sancti purgabit & illuminabit ad aliorum purgationem & illuminationem, subiungit. *a fol 35 pag. 2. ad fol. 38. pag. 2.*

Eiusdem, homil. in Euang vbi de mysterijs hodiernæ festiuitatis differit. I. Virgo purissima purificatur, vt nos impuri & impij per disciplinam & pœnitentiam purgari non fugeremus. II. Deus omnis oblatio, offertur: vt per hostiam sui corporis nos Deo reconciliaret. III. Redemptor mundi, redimitur: vt viam humilitatis tàm exemplo, quàm verbo, nobis commendaret. C IV. Senex propheta iam moriturus, viso quod desiderauerat, optat dimitti ad mortem. V. Imitationis modus traditur. *à fol. 38. pag. 2. ad fol. 42. pag. 1.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo primus, in illud Malac. 3. *Statim veniet ad templum sanctum, &c.* Agit primò de aduentu Domini ad templum materiale: secundo de eius aduentu in vterum Quantùm ad primum, notat veniendi velocitatem, loci ad quem venit sanctitatem, aduenientis dignitatem, Simeonis & Annæ aliorumque expectantium auiditatem, & aduentus vtilitatem; Quantùm ad secundum vterum Virginis Dei mirabile templũ demonstrat, magnum quidem per lon-

gitudinem & latitudinem charitatis, variis picturis pulchrum per sanctitatem, variis picturis depictum, per Sanctorum & Angelorum multiplicem virtutem, colūnis septem mysticis ornatum, opere Trinitatis cōsecratum, magnis dignitatibus priuilegiatum, & vt Dei filius ibi fieret ædificatum. *Tom. 16. serm. fest. fol. 33. col. 1.*

Eiusdem sermo secundus in Euangelium hodiernum. Sex considerantur virtutes in beata Virgine, nimirum, humilitas in purificatione, cùm non indigeret: amor puritatis in superabūdanti purgatione; reuerentia erga filium in gestatione: deuotio in locorum visitatione: gratiarum actio in filij præsentatione: & paupertas in oblatione. B Insupèr purgationis nostræ peragendæ B. Virginis exemplo traditur modus, debemus siquidem purgari à peccati coinquinatione, in cognitione quoad intellectum, in affectu, quoad dilectionem, in mente per rectam intentionem, in ore quoad loquutionem, in manibus quoad operationem, in toto corpore quoad conuersationem, & in rebus quoad superfluorum resecationem. *Ibidem fol. 33. col. 1. & 2.*

✠ S. Thomæ a Villanova Concio, ad hæc: *Tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino Lucæ. 2.* Declarat I. Duo hodie celebrari, purificationem Virginis, & filij præsentationem: de quibus in lege cautum erat. C II. Docet virginem ad Purificationis legem non fuisse ligatam, sed illam propter scandalum subijsse. III. Historiam Simeonis & Annæ repetit & illustrat reflectionibus. IV. Processionem actam in templo & pueri oblationem edisserit. V. Puerum à Maria quinque siclis emptum considerat, & proindè hoc titulo nostrum esse, cum omnibus quæ illius sunt. VI. Emendum esse à nobis Christum quinque siclis proponit. VII. Considerandum vult quomodo gradatim pro nobis humiliatus sit Christus. VIII. Prophetiam Simeonis miratur & exponit. IX. Geminam Christi venditionem contemplatur; vnam piam & hodiernam, qua venditur in seruum vt nos libertate donaret. Alteram sacrilegam, qua vendidit Iudas vt occideretur. Ita & spiritualiter duplicem esse venditionem: impiam, qua eum pro tenui voluptate vendimus: alteram sanctam, qua bonis operibus emimus. X. fieri hanc quinque siclis, fide, timore Dei, dolore peccati, amore, laude seu gratitudine. *à fol. 155. col. 3. ad 158. col. 2.*

FESTVM SANCTÆ AGATHÆ Virginis & Martyris. v. Febr.

S. Bonaventvræ sermo de S. Agatha in illud Psal. 111. *Fortitudo mea & laus mea Dominus.* Beatam hanc Martyrem probat fortitudinem à Deo accepisse qua est vsa ad quatuor. Fuit enim fortis primo, ab bonum fidei Christo sponso seruandum: secundò, ad omne temporale subsidium contemnendum: tertiò, ad omne genus supplicij tolerandum: quartò ad perseuerandum & finaliter exequendum quod promiserat. Ista autem quatuor, scilicet, stabiliter fidem seruare: omnia propter Deum contemnere, omnia mala pro eo portare, & in his finaliter permanere, hominem reddunt perfectissimum. *Tom. 3. ser. de Sanct. pag. 234. & sequent.*

✠ Dionysii Carthvsiani sermo, quo B. Agathæ excellentias examinat; harum, Prima est. Abundantia in donis naturæ, & bonis fortunæ. Secunda. Omnium carnalium & mundanorum contemptus. Tertia. Sapientia præclara. Quarta. Inuictissima fortitudo, patientia atque alacritas in suppliciis horribilibus quæ passa est. Quinta. Miraculorum magnitudo quæ Deus circà eam exercuit. *Ex proprio SS. à fol. 90. pag. 2. ad fol. 91. pag. 1.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in festo B. Agathæ, in illud Cant 1. *Dabo tibi vbera mea.* I. S. Martyrem commendat à magna circa sponsum suum charitate, ab intentionis puritate, & à patientiæ firmitate. II. Per duo vbera sponsæ moraliter intelligit affectum &

& intellectum, ex iſto fluit lac veritatis, ex illo elicitur lac bonitatis. III. Docet nos dare debere Domino animæ ſponſo intellectum quatuor modis: ſcilicet, eum ab errore purgando: à curioſitate inanis ſcientiæ abſtinendo: eum ſub fide Christi captiuando: & totum in Dei contemplatione occupando; Affectum etiam quadruplici modo, nimirum eum ab omni malitia purgando: illicitum amorem ab eo excludendo: licitum amorem, ſi non eſt propter Christum, ab eo expellendo: & eum totum amore Christi replendo. IV. Agit de æterna vtriuſque remuneratione: præmia autem intellectus erunt, plena de omnibus cognitio, certa de omnibus comprehenſio, perfecta de Dei viſione exultatio, ac beata Diuinitatis contemplatio: præmia verò affectus, à cunctis miſeriis liberatio, de omnibus creaturis exultatio, de viſione ſuppliciorum damnatorum iucunditas, & de æternis deliciis perfruitio. *Tom. 16. ſerm. feſtiuis fol. 33. col. 2. & 3.*

✠ IOANNIS THAVLERI ſermo ad ea verba: *Regnum mundi, & omnem ornatum ſæculi contempſi, propter amorem Domini mei Ieſu Chriſti.* Demonſtrat quibus proprietatibus Virgo ſponſa Christi prædita eſſe debeat. I. Non placere eam Christo, niſi regnum mundi, & omnem ſæculi, ſpernat ornatum. II. Vt ſe ſe diligenter cuſtodiat, ne quos mores irreligioſos admittat. III. Vt totam ſe ſe ad ea quç ei moleſta ſunt vltro offerat. IV. in hac vita corripi & humiliari parata ſit. V. vt occurrentia mala ſuſtineat, & ſe vilipendat. VI. vt tempus benè impendat & in meditationibus paſſionis Christi tranſigat. VII. vt ſolum Deum ſpectet & gloriam eius. VIII. vt aduerſus omnia mundana & honorem ſæculi & concupiſcentiam, decertet. *à pag. 548. ad 551.*

CATHEDRA SANCTI PETRI Apoſtoli. XXII. Febr.

✠ B. ALBERTI MAGNI ſermo ad id: *Matt. 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Commendari vult Christum his verbis. I. à Pontificali dignitate, cum dicitur Christus. II. à Regia dignitate, per eandem vocem. III. ab æqualitate cum Patre in Diuinitate, cùm dicitur, filius Dei viui. IV. à debita ei cæleſti hæreditate, per eandem vocem. *à pag. 184. col. 1. ad 185. col. 1.*

S. AVGVSTINI ſermo primus in feſto Cathedræ S. Petri. I. Solemnita-
B tis hodiernæ inſtitutionem declarat. II. B. Petrum Eccleſiæ fundamentum nominat. III. Errorem quorumdam infidelium hac die ſuper tumulos defunctorum cibos & vina deferentium, miratur. *Tom. 10. ſerm. 15. de ſanct. fol. 262.*

Eiuſdem ſermo ſecundus vnde ſupra. I. B. Petrum ſuis erroribus profeciſſe oſtendit. II. Eum cum Christo habere conſortium nominis, ſicut & operis teſtatur. III. In mari ambulantem contemplatur, & miratur. IV. Quòd non niſi per pericula & tribulationes properetur ad Christum ex miraculo B. Petri ſupra mare ambulantis colligit. *Ibid. ſerm. 16. de Sanct.*

C S. V. BEDÆ homilia in Euangel. hac die habita. Textum ſuo more exponit. Apoſtolos Deos vocat, Chriſtum Dei Filium noſtræ fidei finem eſſe aſſerit. Quare Chriſtus ante ſuam paſſionem noluerit prædicari, rationem affert. *Tom. 7. Homil. Hyemal. de Sanct. col. 330. & ſequent.*

S. BONAVENTVRÆ ſermo primus de Cathedra S. Petri, in illa Euangel. verba, *Beatus es Simon Bariona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, &c.* B. Petrum conſiderat primò cuncta propter Christum relinquentem, ipſique per omnia obſequentem: ſecundò naturam diuinam in Domino confitentem: tertiò Chriſtũ præ cæteris diligentẽ: quartò

præ aliis maiora miracula facientem. *Tom 16. ferm. de Sanct. pag. 235. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus vnde suprà in illud Genes. *Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti.* Quadruplicem terram ostendit, super quam Apostolus Petrus fuit constitutus. Prima est terra inferior & elementatis substantiæ, quam calcamus. Secunda interior siue conscientiæ, quam portamus. Tertia exterior, terra Ecclesiæ, quam venerantes amamus. Quarta superior cælestis patriæ, quam desideramus. Vbi de quadruplici ista terra fusè & appositè differit. *Ibidem pag. 237. & sequent.*

✠ Dionysii Carthusiani in Epist. sermo Gentiles non sunt hospites & aduenæ, quia non sunt adeò extranei atque auersi, atque increduli. Fideles valde stabili fundaměto imituntur, sc. Christo. Lapis angularis & summus est Christus, in quo vniuersi fideles conuertuntur. Fideles sunt habitaculum Dei, quia per charitatem & gratiam demoratur in eis. *Ex proprio Sanctorum, fol. 93. a pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem in Euang. sermo 1. Primò. Ad spiritalem subditorum nutritionem necessarium est, 1. vt eos cognoscat pastor, 2. eos de credendis, agendis, & vitandis instruat, 3. delinquentes corripiat & corrigat. Secundò. Ouium proprietates sunt, 1. simplicitas & innocentia felle carens 2. facilis directio iuxtà pastoris voluntatem, 3. magna vtilitas & fœcunditas, &c. *Ex proprio Sanctorum a fol. 94. pag. 2. ad fol. 95. pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo 2. in quo videmus Sanctum Petrum sedisse, & à Deo sublimatum fuisse in cathedrâ, 1. Pontificiâ, dùm tàm sæcularem, quàm spiritualem ab eo potestatem accepit: 2. Regali, cunctis enim regibus fuit superior, 3. iudiciali, quia ligandi & soluendi potestas ei specialiter est promissa & data: 4. Magistrali, quia totius orbis fuit magister, pater, hierarcha, & præsul. *Ex proprio Sanctorum, à fol. 95. pag 2. ad fol. 96. pag. 1.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo in illud Psalm. 106. *Exaltent eum*

A *in Ecclesia plebis, & in Cathedra seniorum laudent eum.* Quòd examinat, & Petrum, in Cathedra sublimatum, ab Herodis carcere liberatum, & martyrio coronatum considerat; dicitque hæc tria esse festa B. Petri, festum promotionis, liberationis, passionis; primum ad instructionem Prælatorum, secundum actiuorum, tertium contemplatiuorum; quæ fusius in præsentis sermonis serie, disputat, exponit, & probat. *Ex proprio de Sanctis, serm. 48. a pag. 63. ad pag. 65.*

B. Ivonis Carnotensis sermo in Cathedra S. Petri in illud, *Exaltent eum in Ecclesia plebis, & in Cathedra seniorum laudent eum.* I. Quomodo hæc verba Psalmistæ, B. Petro hodie Episcopalis sedis honorato magisterio conuenient declarat. II Nominis Petræ à quo Petrus excellentiam depromit. III. Petrum fœlicem & beatum prædicat. IV. Antiochænam Ecclesiam alloquitur, & vt de B. Petri præsentia congaudeat adhortatur. V. Christum dicit ostium, cuius Petrus ostiarius & clauicularius efficitur. VI. B. Apostolum sacerdotem magnum nominat, qui in diebus suis placuit Deo, & totum vitæ suæ cursum Christi dedicauit obsequio. VII. B. Petri laudes, merita, & encomia celebrat. VIII. Nulli Sanctorum B. Petrum credit secundum, quem Sanctus Sanctorum in fundamento collocauit omnium Ecclesiarum. IX. Cunctis Pontificibus Principem hunc Apostolorum, tanquam sanctitatis exemplar, ac munditiæ totiusque strenuitatis formam, dat in exemplum & imitandum proponit. *Tom. 1. Auctar. Biblioth. Patrum serm. vlt. a col. 834. ad col. 838.*

C

✠ Radvlphi Ardentis homilia in Epist. quam Petrus discipulis absentibus scribit vt eos consoletur. Postquam eos salutauit, & salutis nostræ ordinem aperuit, quæ est, 1. prædestinatio gratis ad vitam, 2. sanctificatio per baptismum, 3. Vita per obedientiam Deo placens, 4. per passionem Christi in regni ianuam introitus: Optat eis gratiam & pacem: Ad passionum

paſſionum tolerantiam hortatur, quæ hîc probant & purgant ac pro futuro mercedem æternam merentur. *à fol.* 42. *pag.* 1. *ad fol.* 45. *pag.* 2.

✠ THEOPHANIS CERAMEI homil. 54. in Euangelium huius diei, pronunciata tamen in feſto S. Onuphrij. Vbi argumento magni Onuphrij oſtendit I. Eum qui virtutem proſequitur, quo ſtudioſius abſcondere conatur, eo prodi magis. 2. Duas in Chriſto naturas per hæc verba ſignari: *omnia mihi tradita ſunt à patre meo, &c.* 3. quomodo ſolus Pater dicatur cognoſcere filium. 4. Vocari à Chriſto Iudæos & Gentiles. 5. quod peccatum graue ſit pondus, virtus autem onus laudabile & ſuaue, & via facilis. *à pag.* 365. *ad* 369.

S. THOMÆ AQVINATIS ſermo, in Cathedra S. Petri, in illa Euangelij verba, *Beatus es Simon Bariona &c.* I. In Chriſto conſiderat humanitatem, Diuinitatem, & æternitatem. II. In Petro ſanctitatem, reuelationem, & dignitatem. III. In Eccleſia, fundamenti ſoliditatem; eius gloriam ac excellentiam, & eius perpetuitatem. *Tom.* 16. *ſerm. feſt. fol.* 33. *col.* 3.

FESTVM SANCTI MATTHIÆ Apoſtoli. XXIV. vel. XXV. Febr.

✠ B. ALBERTI MAGNI ſermo ad hæc verba. *Matth.* II. *Tollite iugum meum ſuper vos, & inuenietis requiem &c.* Triplex eſſe iugum Domini conſtituit I. ſanctificationis, in caſtitate corporis & animæ. 2. dilectionis, in charitate Dei & proximi. 3. tribulationis, in infirmitatibus, tentationibus; & ieiunijs. II Tradit duplicem manere requiem ferentibus iugum Chriſti. I. in ſinu Domini. 2. in menſa Domini. III. Iugum Christi ſuaue dici. I. ex paſſionis Chriſti recogitatione. 2. ex interna Spiritus ſancti conſolatione. 3. ex gloriæ expectatione. *pag.* 185. *col.* 1. & 2.

S. BONAVENTVRÆ ſermo de S. Matthia Apoſtolo, in illa Cant. verba, *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* I. Septem enumerat, quæ excludunt hominem à diuina electione, & ſunt conſanguinitas, carnis nobilitas, mentis debilitas, puſillanimitas, ſuperba poteſtas falſitas, & cupiditas. II. Ex his colligit B. Matthiæ electionem diuinitùs factam fuiſſe. III. Apoſtolum hunc commendat ab excellentia amoris eximij, à munditia, & pudicitia animi, à prærogatiua Martyrij, & à dignitate officij. IV. Docet homines eligi à Deo ad plura, ad diuinorum videlicet obſeruantiam mandatorum, ad perfectionem conſiliorum, ad tolerantiam martyriorum, ad regimen inferiorum, & ad excellentiam præmiorum. *Tom.* 3. *ſerm. de Sanct. pag.* 238. *& ſequent.*

Eiuſdem ſermo ſecundus vnde ſupra, in illud Dauidis Pſal. 64. *Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti, &c.* Quod ſit duplex electio, vna ſecundum æternitatem, altera ſecundum vocationem in tempore. Quòd ſi gratiam à Deo non accipimus, vel acceptam amittimus, non ſit culpa dantis & quantùm in ſe eſt continuè influentis: ſed noſtræ voluntatis. Quòd ſit laudabilis B. Matthias ab excellentia meriti, quo refulſit, & à ſublimitate præmii quod accepit. Quòd aliter eligat Deus, aliter mundus. Quòd Dominus noſter non eligit nobiles & potentes; ſed infirmos & ignobiles. Quòd non eligit iudices vel philoſophos, ſed ſtultos & ſimplices. Quod non eligit diuites, ſed pauperes contemptibiles. *Ibidem pag.* 240. *& ſequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in feſto S. Matthiæ Apoſtol. in Epiſtol. ſermo; ſors eſt vel diuiſoria, vel conſultoria, vel diuinatoria; ſors hodierna ex Dionyſ. de cœleſt. Hierarch. ſplendor fuit diuinus ſuper Matthiam deſcendens, & eum in Apoſtolum eſſe aſſumendum, oſtendens. Sors à cauſâ ſpiritali bonâ, ſecundùm Aug. non eſt illicita; talis tamen ſit, I. ſi abſque neceſſitate recurratur ad eam, 2. ſi abſque debitâ reuerentiâ; 3 ſi diuina oracula ad terrena conuertantur negó-

tia, &c. S. Matthias fuit vir valdè præcipuæ perfectionis & approbatæ sanctitatis, tàm coram Deo, quàm coram hominibus. *Ex proprio Sanctorum, fol. 98. a pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, in Euang. serm. Christus exigit vt Christiani se mutuò diligant spirituali amore quia, 1. Charitas est summa virtus & perfectissima: 2. est spiritalis vita animæ, sine quâ spiritualiter mortua est, & tanquam vile coram Deo cadauer: 3. Per eam homo nobilissima bona consequitur: 4. vniuersitas Christianorum est vnus exercitus per eam coniunctus, &c. *Ex proprio Sanctorum, a fol. 99. pag. 1. ad fol. 100. pag. 1.*

GVILLELMI PARISIENSIS sermo in laudem & honorem B. Matthiæ Apostoli in quo ex his 1. Reg. 16. *Non elegit Dominus ex istis*, reprobationem Saülis, Iudæ proditoris reprobationi; & electionem Dauid in Regem, electioni S. Matthiæ ad Apostolatum comparat. I. Saül & Iudas in tribus assimilantur, sc. in affectu cupiditatis, in scelere impietatis, in crimine desperationis; eorum vita & mores huic veritati testimonium perhibent. II. Sicut reprobato Saüle Dauid inungitur in Regem ita & reprobato Iuda proditore Matthias in Apostolum elegitur; ex quo disce septem differentias notandas in iis qui excluduntur à diuinâ electione, sc. consanguinitatem, nobilitatem, fragilitatem, pusillanimitatem, superbiam, facilitatem, cupiditatem: diuina enim electio duas differentias personarum non attendit, sc. consanguinitatem & nobilitatem; duas reliquas reprobat, sc. fragilitatem & pusillanimitatem; tres vltimas damnat, sc. superbiam, falsitatem, cupiditatem. *In proprio Sanctorum sermone 50. à pag. 65. ad pag. 69.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo in solemnitate B. Matthiæ Apostoli. I. Probat congruum esse, & æternæ Dei sapientiæ dignissimum, vt agat quædam quæ sint ignota mortalibus, & Angelicis etiam miranda spiritibus. II. Vt non plus sapere, quàm oportet, velimus, neque secretorum iudiciorum Dei rimari causas, monet. III. Hominum electionem à Deo rationabiliter factam & perfectam esse ostendit. IV. De quibus gloriari debemus in nobis, & de quibus in Deo, docet V. Electionem. Beatæ Matthiæ diuina ordinatione factam comprobat. VI. Vtrum sit licitus sortium vsus, discutit & negat. VII. B. Matthiam nihil minus Petro & cæteris Apostolis adeptum esse gratiæ testatur, quamuis in vocationis ordine extiterit vltimus. VIII. Liberalitatem Christi erga suos multum commendat. IX æternam bonorum remunerationem coronæ stellarum duodecim assimilat. X. Apostolorum merita extollit. *Part. 2. a pag. 624. ad pag. 627.*

RADVLPHI ARDENTIS de S. Matthia Apostolo in Epist. homilia I. Petrus exurgit super reliquos tanquam pastor, vitâ & virtutum altitudine. II. Iudæ reprobationem & alterius substitutionem à Spiritu sancto fuisse prædictam, ostendit. III. De fratribus eiusdem professionis fieri debere electionem declarat. IV. Communiter substitutus & electus est Matthias ab ipsis fratribus, qui ex familiari conuictu, eum agnouerunt, *A fol. 42. pag. 1. ad fol. 49. pag. 1.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in festo S. Matthiæ, in illud, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* I. Ex his verbis quinque eliciuntur, videlicet magna Dei benignitas, eius bonitas, ipsius largitas, magna nostra necessitas, & plurima eundi ad eum vtilitas. II. Duodecim onera enumerantur, quæ sunt peccati grauitas, dæmonum malignitas, Prælatorum austeritas, corporis corruptibilitas, terrenorum cupiditas, tyrannorū vel sæcularium principum crudelitas, morum bestialium hominum grauitas, mundi vanitas: pœnarum multiplicitas, legum, constitutionum, & obseruantiarum diuersitas, proximorū indigentia, & moriendi necessitas. III. Triplex cibus proponitur, quo Christus oneratos reficit, nimirum panis viuus, manna absconditum, & vitæ lignum. *Tom. 16. serm. fest. 33. col. 4.*

MARTIVS.

FESTVM S. IOACHIM PATRIS B. Mariæ. XX. Martij.

✠ GEORGII METROPOL. NICOMED. oratio prima, continet præclaram laudationem S. Ioachimi, cuius summarium habes in festo conceptionis B. Mariæ.

FESTVM S. GREGORII Papæ. XII. Martij.

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de B. Gregorio Papa, in illud Prouerb. 23. *Audi fili mei. & esto sapiens: & dirige in via animum tuum.* I. Ostendit prius esse audiendum, quàm docendum. II. Notat sapientiæ auditum, habitum, & vsum, qui perfectè fuerunt in hoc Doctore clarissimo. III. Docet quatuor nobis necessaria esse, vt simus verè sapientes; necesse est enim primò vt sapientia appareat in auditu, vt magistrum habeat, & diligenter verba sapientiæ audiat; secundò, vt sapientia appareat in aspectu, quatenùs omnis nostra conuersatio sit talis, vt signum sit sapientiæ cordis; tertiò, vt sapientia appareat in opere & effectu: ex fructu enim cognoscitur arbor; quartò, vt eadem appareat in affatu, prius siquidem faciendum est, quàm docendum. Hæc autem omnia in B. Gregorio agnoscit. *Tom. 3 serm. de Sanctis pag. 241. & seq.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Dauidis Psal. 36. *Os iusti meditabi ur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* I. Prædicantis officium multùm commendat. II. Duplicem distinguit perfectionem. Vna dicitur cordis, & est sapientiæ meditatio, altera verò oris, & est eiusdem sapientiæ prædicatio. III. Docet quatuor nobis esse necessaria vt exemplo B. Gregorij simus sapientes, corde meditando, & A ore docendo, quæ sunt conscientiæ perfecta purgatio: mundanæ substantiæ desertio: animæ nostræ humiliatio, & sapientiæ veræ perfecta inquisitio. *Ibid. pag. 242. & sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI pro S. Gregorio Papa sermo, quo eius laudes recensentur quarum, 1. est, Nobilis prosapia in vrbe Romana ex Senatoribus: 2. timoratio in pueritiâ: 3. gratiosa conuersio, & admirabilis profectus in monasterio: 4. promotio ad summi Pontificij dignitatem: 5. Sanctorum Angelorum in formâ visibili apparitio, 6. Animarum zelus feruiB dus: 7. magnitudo sapientiæ & Doctrinæ in sacris scripturis, 8. vberrimus fructus quem fecit in papatu: 9. liberalissima pietas in pauperes, 10. efficacia in orando, &c. *Ex prop. Sanct. à fol. 101. pag. 2. ad fol. 102. pag. 1.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo in festiuitate S. Gregorii Papæ. *Optaui & datus est mihi sensus, inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ, &c.* Sapient. 7. I. Dei liberalitatem in remunerando suos seruos, honorem sancti Gregorij, vtilitatem ex solemnitatum celebratione demonstrare conatur. II. Plures gratias in B. Gregorio aduertit, 1. est sapientia, ad cuius excellentiam C pertinet. quod eius dominatione Deus ad manum retinuit, sub pretio non cadit, cum dator non amittitur vel diminuitur, ab homine auferri non potest, multum fructum facit, ipsius fructus sunt honoris, mundat nos cum diuitiæ maculent, hominem reddit securum, iucunditatem habet, causa est salutis, bona temporalia acquirit & cõseruat, facit vt diuitiæ sint vtiles, 2. dulcedo eloquij, 3 abstinentia, 4. humilitas perfecta, 5. fortitudo in infirmitate, 6. contemptus diuitiarum in abundantia, 7 pietas magna, 8. Deo fuit dedicatus & consecratus. *In prop. Sanct. serm. 51. à pag. 69. ad pag. 71.*

Hugonis a S. Victore sermo in festo S. Gregorii, de candelabro de quo Exodi 25. in illud Luc. 11. *Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrum, &c.* Ecclesiam candelabro assimilat, cuius basis, fides sanctissimæ Trinitatis: cuius materia, aurum propter fulgorem charitatis: cuius hastile Christus: cuius calami: sancti Apostoli & prædicatores vniuersi: cuius scyphi auditores: cuius lilia æternæ retributiones: cuius lucernæ, Prælati: cuius emunctoria, sacræ scripturæ verba: cuius vasa, in quibus quæ emuncta sunt extinguntur, corda iustorum. Huius autem candelabri mystici lucerna D. est Gregorius, quæ tantò longiùs & latius suos radios diffundit, quantò sublimiùs posita fuit: lucet verò nobis virtutibus, operibus, verbis, miraculis, religione, fama, merito, & præmio. *Tom. 2. serm. 81. Institut. monast. pag. 404. & sequent.*

D. Innocentii Pap. III. sermo in festo D. Gregorii huius nominis primi, in illud Eccles. 45. *Statuit illi Dominus testamentum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnum, &c.* Agit de iis quæ ad testamentum requiruntur; de Christi testamento; de B. Gregorii variis fructibus; de quadruplici scripturæ sensu, per quatuor flumina Paradisi terrestris designato; du duplici sacerdotio B. Gregorii, dignitatis videlicet & sanctitatis; de indumentis virtutum quibus vestitus fuit & ornatus summus iste pontifex, in pontificalibus antiquæ legis indumentis figuratis; vbi per fœminalia, continentiam intelligit: per vestem lineam, innocentiam: per balteum, castitatem: per tunicam talarem, perseuerantiam: per super humerale, patientiam: per rationale, discretionem: & per thiaram, humilitatem. Denique de duplici stola Sanctorum carnis & spiritus, qua est indutus B. Gregorius disserit. *Tom. 1. à pag. 112. ad pag. 116.*

S. Thomæ Aquinatis sermo in festo S. Gregorii, in illud *Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.* I. Hortatur vt vigilemus quatuor mo-

A dis, Deum incessanter diligêdo, ipsum attentè considerando, eum deuotè laudando, & solicitè orando. II. Vt nos à fure quadruplici obseruemus, nimirùm à diabolo, à detractore, ab inani gloria, & à die Domini vltima. III. Vt perseueremus à bono non deficiendo, in bono proficiendo, & spem mercedis non nisi in aduentu Domini ponendo. IV. De bonis temporalibus Domini ad sustentationem, de spiritualibus ad sanctificationem, & æternis ad glorificationem disserit. *Tom. 16. serm. fest. fol. 33. & sequen.*

FESTVM SANCTI IOSEPH *Confessoris.* XIX. Martii.

B S. Bernardini Senensis in festo S. Ioseph, sermo, de eius triplici statu. Primò. Naturæ, in quo nobilis fuit, 1. Beata virgo secundùm carnem, est nobilior cunctis creaturis, 2. Ioseph, secundùm carnem, fuit enim progenitus de stirpe Patriarchali & ducali, 3. Christus, qui fuit Patriarcha, rex, & dux ex vtroque parente. Secundò. Gratiæ, sanctus enim Ioseph. 1. cum Beatâ Virgine conuersatus est, & magnam acquisiuit perfectionem, 2. cohabitando cum Iesu & ei administrando ad mirandas virtutes & gratias adeptus est 3. spiritaliter electus est, per quem C & sub quo Christus est ordinatè introductus in mundum. Tertiò. Gloriæ non dubitandum enim quod Christus sublimissimam dignitatem quam sibi exhibuit dum ageret in humanis tanquam filius patri suo, in cœlis non negauit, quin potius compleuit & consummauit. *Ex sermonib. de Sanctis tom. 4. à pag. 296. col. 1. ad pag. 302. col. 1.*

I. Gersonii homilia in Euang. *Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut præcepit ei Angelus, &c.* I. Coniugium virginale Mariæ & Ioseph præclaris encomiis celebrat; ibi enim nupsit virginitas: ibi nubentes neque violationem neque concupiscentiam habuerunt: ibi perseuerauit integerrima & inseparabilis fides: ibi denique nulla

altera proles quàm Iesus Dei Filius benedictus. II. Nominis Ioseph mysterium tangit. III. De somno Ioseph & Mariæ differit; vbi quædam habes de somno spirituali contemplationis. *Tom.* 2 *Part.* 4. *col.* 219. & *sequentibus.*

FESTVM SANCTI BENEDICTI Abbatis. XXI. Martii.

AYMOINI MONACHI sermo in festiuitate S. Patris Benedicti. Vniuersa quæ de B. Benedicti laude à diuersis auctoribus sparsim descripta sunt, summatim in vnum colligit. Imprimis S. Benedictum Elisæo per omnia comparat, fusissimâ oratione. Deinde eumdem cum BB. Petro, Paulo, Martino, Machario, & Antonio confert. Denique illum Eliæ coæquat, & in quibus alios sanctos excellit, obseruat. *Bibliotheca Floriacensis. Tom.* I. *à pag.* 270. *ad pag.* 298.

S. V. BEDÆ homilia die natali B. Benedicti Abbatis habita in Euangelium. I. Textum percurrit & breui expositione illustrat. II. De omnium suorum propter Christum vtili derelictione differit. III. Veritatem promissionis de centuplo accipiendo comprobat. IV. Qualiter B. Benedictus suos & sua reliquerit, centuplumque in hoc sæculo receperit, demonstrat. V. Eius labores, & studia erga suos recenset. VI. S. P. Benedicti filios alloquitur; & vt tamquam boni filii, tanto parente digni, exempla ac præcepta illius in omnibus seruare curent, adhortatur. *Tom.* 7. *Hom. Hyemal. de Sanctis à col.* 332. *ad col.* 335.

S. BERNARDI sermo de S. Benedicto Abbate. I. Ipsum arbori fructuosæ secus decursus aquarum plantatæ assimilat. II. Discrimen arborum spiritalium notat, sunt enim quæ fructum non faciunt, sunt quæ faciunt sed non suum: & sunt quæ faciunt suum sed non in tempore suo. III. S. Benedicti sanctitatem confortantem, pietatem informantem, & iustitiam confirmantem commendat. IV. Arboris A huius fructus colligit, & ramos pedibus nostris supponit. V. Christum, etiam arborem mysticam dicit. VI. Humilitatem, abnegationem exinanitionem suadet. VII. Varios seminatores mysticos recenset, & diuersa semina profert seminauit siquidem in terra nostra tota Trinitas, Pater panem de cœlo, Filius veritatem, Spiritus sanctus charitatem: seminauerunt Angeli humilitatem, Apostoli prudentiam: seminauerunt Martyres fortitudinem, Confessores iustitiam, & virgines temperantiam. *à col.* 119. *ad col.* 123.

S. BRVNONIS sermo hac die habitus, deposita lucerna super candelabrum applicata Salomoni, Christo & B. Benedicto, in illud, *Nemo accendit lucer-* B *nam, & ponit sub modio, &c.* I. Per Reginam Saba, Ecclesiam intelligit, quæ venit ab Ortu & Occasum, & Aquilone & Meridie, ad audiendam sapientiam Salomonis: per camelos ipsius, Patriarchas & Prophetas: per thesauros quos detulerunt, sacros libros; per Salomonem Christum: per famulos Salomonis, Christi ministros per mensas, vtriusque Testamenti paginas. II. Talentorum, de quibus passim scriptura loquitur, mysteria pandit. III. B. Benedictum Salomone maiorem prædicat. IV. Benedictinæ domus laudes virtutesque celebrat. *Tom.* 3. *serm.* 2. *de Confes-sorib. pag.* 127. & *sequent.*

C B. P. DAMIANI sermo primus, ad honorem & laudem S. Benedicti Abbatis in vigilia huius celebritatis habitus. I. Ad præparationem tantæ festiuitatis suos hortatur. II. Obitus B. Viri circumstantias commemorat. III. B. Benedictum in carne adhuc corruptibili constitutum, Angelorum sæpè promeruisse familiare colloquium, asseuerat, & testatur. IV. Ipsum suorum vigilantissimum esse custodem & fidelissimum protectorem, exemplis comprobat. V. Quid in vigiliis Sanctorum celebrandis obseruare conuenit, docet. *Tom.* 2. *serm.* 8. *pag.* 166. & *sequent.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra in illud, *Dixit Simon Petrus ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Va-

ria complectitur; nimirùm. B. Benedicti præconia; Euangelicæ lectionis explanationem; obedientium laudes; Voluntariæ paupertatis encomium; Propriæ voluntatis abnegationem; Dei imitationem & sequelam; Miserationum Domini erga pauperes suos infinitam dulcedinem; Vnicam hominis generationem, & duplicem eius regenerationem; Christi & beatorum sessionem æternam, Pauperum Domini mercedem, centupli promissionem, & adeptionem; Euangelij hodierni B. Benedicto applicationem. *Ibidem serm. 9. pag. 167. & sequent.*

Gverrici Abbatis sermo primus in solemnitate B. Benedicti, in illud Ecclesiastici 14. *Beatus vir qui in sapientia morabitur & qui in iustitia meditabitur &c.* I. Quàm congruè hæc verba in laudem S. Benedicti assumpta sint, ostendit: & quàm commodè ad vitæ nostræ doctrinam trahi possint, demõstrat. II Quòd non sufficiat sapientiam inuenisse, nisi in ea demoretur qui illam inuenit, docet. III. Varia refert, quæ repellunt nos à sapientia iam inuenta. IV. Stabilitatem loci multùm commendat, authoritate & instituto B. Benedicti. V. Perseuerantiam in bono, & patientiam in aduersis & duris suadet. VI. Christum petræ assimilat. VII. Religiosos ad regulæ obseruantiam, & circumspectionem prouocat. *A pag. 168. ad pag. 175.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Ieremiæ 17. *Benedictus vir qui confidit in Domino.* I. Benedictiones B. Benedicti commemorat. II Quot & quanta bona eueniunt illi qui spem suam Deo commisit recenset: III. Alloquitur nouitium, qui cùm tribulatur, putat se derelictum, eumque consolatur Christi derelicti exemplo. IV. B. hunc Abbatem & virum quemlibet iustum ligno, quod transplantatur super aquas comparat. V Vt arbor spiritalis radices mittat, & fructus producat cohortatur. *A pag. 176. ad pag. 184.*

Eiusdem sermo tertius in illud Eccles. 45. *Dilectus Deo & hominibus.* I. Quantum sit à Deo diligi perpendit. II. Gratiam quæ minuit gratiam, non gratiam, sed iram nominat. III. Quare homo hic nesciat vtrum amore an odio dignus sit, rationes affert. IV. Diligi ab hominibus quandoque bonum esse, quandoque malum, comprobat. V. Quærendam primò Dei dilectionem docet cuius merito consequenter digni simus etiam ab hominibus diligi. VI. Vt prouideamus bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus, scandalaque vitemus, monet. *A pag. 184. ad pag. 191.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Ecclesiastici 45. *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum.* I. B. Benedictum per omnia Moysi assimilat. II. In vtriusque fide duo commẽdat, quòd prospera mundi Moyses & S Benedictus contempserint, & quòd eius aduersa non timuerint. III. Geminam fidei virtutem notat. IV. Negligentiam & tristitiam tanquam fidei inimicas reprobat V. Fidem quæ per dilectionem operatur extollit, & suadet *A pag. 192. ad pag. 199.*

* Gvillelmi Parisiensis sermo in die S. Benedicti Abbatis habitus, vbi hoc dictum exponens. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam,* dicit. I. Spiritum Sanctum B. Benedictum in solitudinem duxisse, sicut & saluatorem Christum, ipse enim perfectè mundum contempsit. II. Qui de mundo transit ad solitudinem, columbæ debere in quatuor assimilari; in gemitu, sessione super aquas scripturæ sacræ, mansione frequenti in foraminibus petræ reditu ad arcam cum ramo oliuæ. III. Volatum esse elongationem à terrenis, quantùm ad solicitudinem & amorem. IV. Tribus de causis non esse quietem in his transitoriis, sc. propter velocem eorum transitum, cruciatum, onus. &c. *In proprio Sanctorum sermone 52. a pag. 71. ad pag. 72.*

S. Odonis Abbatis sermo de S. Benedicto. I. Populorum deuotionem & affectum erga. S. hunc Abbatem demonstrat. II Quædam miracula S. Benedicti recenset. III. Illum

cum Moyse confert. IV. Plenum spiritu iustorum omnium dicit. V. Lucernam, stellam, Solem, & Angelum eum nominat. VI. Speculo illum assimilat. VII. Varias eius virtutes & laudes celebrat. *Bibliotheca Cluniacensis. Serm. 3. B. Odon. à col. 138. ad col. 145. & Bibliotheca Floriacensis Tom. 1. à pag. 258. ad pag. 269.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo primus in festo S. Benedicti, in illud Ecclef. 45. *Dilectus Deo & hominibus, &c.* I. B. Benedictum in Moyse figuratum agnoscit, propter desertionem Ægypti: eremi petitionem: multorum in solitudinem introductionem: miraculorum operationem: futurorum prædicationem: & propter interpretationem. II. Tria enumerat, quibus homo dicitur & est dilectus Deo, quæ sunt, cordis puritas: humilitas: & charitas. III. Totidem refert; quibus iustus dicitur dilectus hominibus, & sunt sapientia, benignitas, & dulcis loquela. *Tom. 16. Serm. fest. fol. 34. col. 1. & 2.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud, *Nemo accedit lucernam & in abscondito ponit, &c.* Virum iustum candelabro assimilat, quod est ductile per tribulationem: aureum per charitatē: cuius tres calami in vno latere tres partes pœnitentiæ, & tres ex altero tres virtutes theologicæ: cuius scyphi beatitudines: cuius sportulæ dona Spiritus sancti: cuius lucernæ septem, ratio, diuina inspiratio, lex sancta, virtus infusa, bona operatio, recta intentio, & Christus. *Ibid. col. 2.*

FESTVM ANNVNCIATIONIS B. Mariæ Virginis. XXV. Martij.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo 1. ad hæc verba. *Luc. 1. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Ex his & Elizabethæ verbis: *Et benedictus fructus ventris tui*, colligit. I. Aue dici, quasi sine væ; quod quadruplex in Eua, euitauit B. Virgo. II. Gratia plenam fuisse Virginem, quia mundissima ab omni vitio; quia

A vacuissima à desiderio terrenorum; quia solidissima in virtutum custodia; quia quietissima per pacem cordis, & affectionum tranquillitatem. III. Dominum eum ea fuisse, tanquam sponsum in cubiculo, tanquam militem arma induentem in tabernaculo: tanquam regem in throno: tanquam hospitem prandentem in triclinio. IV. Dici benedictam; 1. quia serpenti non obediuit; 2. quia opprobrium fœminarum deleuit; 3. quia per fructum cruci affixum, vitam restituit; 4. quia paradisum aperuit per filium. V. fructum eius appellari benedictum; 1. propter sui sanguinis effusionem; 2. ob reuectionem animarum è lymbo. 3. ob beatorum refectionem; 4. propter regnan-
B tium in cælo delectabilem remunerationem. *à pag. 185. col. 1. ad 186. col. 2.*

Eiusdem sermo 2. ad id: *Luc. 1. Aue gratia plena.* Ostendit Virginem Mariam vas esse optimo plenum electuario. Et I. huius electuarij quatuor esse virtutes tradit; 1. ab omni peccati languore curare; 2. omnem restituere iacturam, & ad virtutem roborare; 3. bonis cœlestibus locupletare. 4. homines glorificare & sublimare. II. Hoc electuarium ex sex speciebus confectū esse. 1. Castitate. 2. bonitate. 3. Pietate, 4. Veritate, 5. humilitate, 6. Patientia. *à pag. 187. col. 1. ad 189. col. 2.*

Eiusdem sermo 3. ad eadem verba.
C Notat B. Virginem triplicem accepisse benedictionem, contra triplex Væ Euæ. Quod tripliciter ostendit: Tum Angelum esse debere docet qui Virginem salutat. *Pag. 245. col. 2.*

✠ D. AMEDEI LAVSAN. homilia I. De fructibus & floribus S. Virg. Mariæ, in quā docet I. B. Virginem luce clariorem mundum illuminare. II. Eandem fulciri floribus, cum oracula de ea pronuntiata apparent, stipati malis dum datur ei de fructu manuum suarum: itaque Paradiso seu horto illam assimilat, ad quem sponsum inuitat III. Virginem solam meruisse suscipere, parere, lactare Dominum; ab Angelo salutatam, à Deo desponsatam, de spiritu sancto concepisse; Deum ve-

rum & hominem genuisse. IV. Propitiatorium esse Christum, duo Cherubim duo testa menta, vrnam auream B. Virginem, & virgam, &c. *Ex eius homil. à fol. 62. col. 1. ad fol. 63. col. 2.*

Eiusdem, de plenitudine seu perfectione Virg. Mariæ, homil. 2. I. B. Virginem tanquam elegantissimam virgam, ortam de radice Iesse, ramorum suorum extensione se se vbique terrarum expandentem, depingit. II Mariam, vitæ esse propinatricem, & viuentium vitam asserit. III. Illam carne integerrimam cunctis humiliorem, sed super omnes eleuatam admiratur. IV. Eandem dæmones subiugantem, homines cum Deo reconciliantem contemplatur, sed & humanorum corporum sanitati prouidentem, puros amplectentem, amore deitatis fruentem intuetur. Deinde beneficia ab eâ collata cõmemorat, & ad gaudium Confessores inuitat. *Ex eius homil. à fol. 78. col. 1. ad finem.*

S. ANASTASII SYNAITÆ oratio de diuina œconomia, siue Incarnatione. I. Hoc mysterium ; ineffabile agnoscit. II. Statum miseriæ hominis post lapsum & ante reparationem depingit. III. Quare susceptum fuit œconomiæ negotium, rationes passim profert. IV. Vnionem Verbi cum humanitate contemplatur, & similitudine vnionis animæ cum corpore, ex quibus vnum animal homo existit, ineffabile hoc Sacramentum vtcumque explicat. V. Virginis matris puritatem notat. VI. Quid sit Christus, exprimit. VII. Quare Christus dicatur naturæ nostræ primitiæ declarat. VIII. Duas Christi generationes distinguit, & ineffabiles dicit. IX. Quasdam auctoritates quæ testimonium tribuunt Diuinitati Christi, & eum esse Deum cum carne demonstrant, in medium adducit, *Apud Steuartium. Tom. singul. Orat. S. Anast. Synait. 3. à pag. 490. ad pag. 502. Et Tom. 1. Biblioth. Patrum lib. 3. de rectis fidei Cathol. dogmatibus, à col. 313. ad col 323.*

D. ANDREÆ HIEROSOLYMITANI in S. Mariæ Deiparæ salutationẽ sermo. I. Quòd hodie humana natura
A gaudij præludia percipiat, ac Diuini initium consortij capiat, ostendit: & beneficia hac die homini diuinitùs collata recenset. II. Annunciationem Angelicam eleganti stylo describit. III. Vniuersæ naturæ gaudium euangelizat. IV. Verbum Diuinum veram carnem assumpsisse probat. V. Quomodo hodierno die misericordia & veritas sibi occurrerint: iustitia & pax se mutuò exosculatæ sint, explicat. VI. Dei erga peccatores dignationem miratur. VII. Gabrielis Archangeli missionem egregiè repræsentat. VIII. Archangeli cogitationes, circa modum Dei consilium exequendi, coniicit. IX. Singula Angelicæ salutationis verba perpen-
B dit, & conceptibus præclaris illustrat. X. Virginem matrem encomiis & titulis celebrat. XI. Mulieris metum B. Mariæ exemplo approbat. XII. Virginis Mariæ cogitata, cùm eam Angelus salutaret, refert. XIII. Qualiter Virgini Archangelus metum ademerit, ostendit. XIV. Verba Deiparæ ancillam Domini se dicentis interpretatur. *Tom. 2. Biblioth. Patrum à col. 659. ad col. 668.*

S. AVGVSTINI sermo primus de Annunciatione Dominica, de eo quod scriptum est, in Isaïa, *Et requiescet super eum Spiritus timoris Domini, &c.* I. Quàm sit vtile Deum timere pluribus declarat, II. Mysticam ascensionem, quam
C in corde suo iustus disponit, describit, III. Septem spiritalia dona, siue Spiritus, qui super Christum requiescunt explicat, IV. Quare Christus illæsâ matris virginitate de thalamo suo, hoc est, vtero virginali processerit, rationem affert V. Ecclesiam Virgini matri assimilat, VI. Virgines alloquitur & ad perseuerantiam eas hortatur. *Tom. 10. Serm. 17. de Sanct. fol. 262. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra in Euangelium hodiernum I. Virginem matrem encomiis celebrat, II. Illam cum Eua cunctorum viuentium, vel potius morientium matre confert, III. B Mariam Domini Matrem tympanistriam nominat, & eius cantum, Euæ

Euæ planctum excludentem recitat.
IV. Præclaram eius virginitatem, atque gloriosam, fœcunditatem considerat & miratur. V. Colloquium Angeli cum Virgine refert & illustrat.
VI. Obedientiam Mariæ eiusque humilitatem commendat, & ipsam in auxilium aduocat, *Ibidem serm. 18. de sanct. fol. 263.*

Eiusdem sermo tertius, in eodem festo I. Incarnationis mysterium, & humani generis reparationem explicat.
II. Oeconomiæ Christi finem tangit.
III. Christum medico comparat. IV. Quomodo Diuina virtus nostra reparatione non eguerit, declarat. V. Rursus Dominum medicinæ peritis assimilat. VI. Crucis Dominicæ sacramenta pandit. VII. Signi crucis virtutes & effectus recenset. *Ibid. ser. 19. de sanctis fol. 263. & sequent.*

S. Basilii Magni homilia de humana Christi generatione. I. Diuinam Verbi generationem ineffabilem incomprehensibilemque esse demonstrat. II. Naturæ Diuinæ & humanæ in Christo vnionem, ignis & ferri mutuatâ similitudine, explicat. III. Deũ in carnem venisse docet, vt insitam carni mortem interficeret. IV. Rationes profert, cur Christus ex Maria Virgine & nupta nasci voluerit. V. B. Ioseph reuerentiam erga Mariam notat. VI. Christi corpus in vtero Virginis illicò perfectum fuisse, non autem per interualla paulatim formatum ostendit. VII. Verbi incarnati quædã nomina exponit. VIII. Matris Christi virginitatem efficaciter probat, (vbi tamen quædam cautè legenda) IX. De Magis Christum natum adorantibus, ac de stella quæ eis apparuit, disserit. X. Spiritale gaudium suadet. XI. Dei bonitatem immensam erga homines, hominumque erga Deum prauam ingratitudinem miratur. XII. Circa Incarnationis mysterium nimis curiosos, & superuacanea inquirentes reprehendit. *Tom. 1. Homil. 25. a pag. 585. ad pag. 594.*

S. Basilii Selevciæ oratio in Sanctissimæ Deiparæ Annunciatio-
A nem. I Quam sit difficile debitam Dei Matri laudationem concinnere, licet sit in hac re plurima laudum materia, perpendit. II. Viros iustos non sine animi æstu ac perturbatione subire res arduas, exemplis comprobat. III. Inde sumit initium laudationũ Dei Matris, vnde ipsa talis est, & appellatur. IV. Deum ineffabilem esse prædicat. V. Dei benignitatem erga hominem ingratũ demonstrat. VI. Patrem æternum ideò emisisse Filium suum vnigenitum imaginis autorem, vt imaginem oblitteratam bonitatis suæ coloribus reformaret. VII. Incarnationis rationem profert. VIII. Quòd à principio & deinceps Deus pro humano genere curam gesserit, & congruentem
B doctrinam hominibus dederit, ostendit. IX Mysterij Oeconomiæ Christi ineffabilitatem declarat. X. Possibilitatem incarnationis, nec non eius veritatem argumentis efficacissimus probat. XI. Prophetica oracula de incarnationis mysterio recitat. XII. Eminentem Virginis Mariæ dignitatem præclaris encomiis celebrat. XIII. Salutationis Angelicæ verba illustrat. XIV. Mysterium Incarnationis miratur, & perpetuum mysterium nominat. XV. Mariæ virginis tacita cum Christo colloquia, vt diuinum infantem contemplata est, refert. XVI. Deiparam supra omnes Sanctos extollit. XVII. Ad charitatem, fidem, hone-
C stasque actiones hortatur. *Orat. 39. à pag. 205 ad pag. 219.*

S. V. Bedæ homilia prima in Euangeliom. I. Angelorum particularia nomina discutit II. Temporis conceptus Christi mysterium pandit. III. Multas ob causas Saluatorem non de simplici virgine, sed de sponsa voluisse nasci, docet. IV. Angelicam salutationem, & consequens Gabrielis cum Maria colloquium interpretatur. V. Quasdam virginis Mariæ laudes commemorat. VI. Christum Deum verum & hominem esse comprobat. VII. Per domum Iacob in qua regnat Dominus Ecclesiam intelligit. VIII. In virtute obumbranti incarnati sal-

uatoris vtramque naturam designatam agnoscit. IX. Sanctitatem Christi extollit. X. Qua ratione B. Maria dicatur cognata Elizabeth, exprimit. *Tom. 7. Homil. Hyemal. de Temp. Feria 4. quatuor temp. Aduentus, a pag. 189. ad pag. 192.*

Eiusdem homilia secunda, vnde supra. I Cur Angelus mysterij humanæ restaurationis fuerit nuntiator, rationem in medium adducit. II. Cur Gabriel & non alius, à Deo missus sit, docet. III. Quare non de simplici virgine, sed de desponsata concipi & nasci Christus voluerit, inquirit. IV. Salutationis Angelicæ verba breuiter exponit. V. quomodo dederit Dominus Redemptori nostro sedem Dauid patris eius, declarat. VI. Superuenientem in virginem Spiritum sanctum, duobus modis in ea diuinæ suæ potentiæ efficaciam ostendisse, demonstrat. VII. Quid sit à Spiritu sancto obumbrari, explicat. VIII. De cognatione Mariæ & Elizabeth, deque sacerdotali & regali Christi secundum carnem origine disserit. IX. B. Mariæ humilitatem commendat, & ad eam imitandam hortatur. *Ibid. Homil. Hyemal. de Sanct. Homil. vlt. à col. 335 ad col. 338.*

S. BERNARDI homilia prima de laudibus Virginis Matris, in Euangelium hodiernum. I. Gabrielis Archangeli nomen & excellentiam laudibus celebrat II. Promissiones ad patres de Messiæ aduentu cœlitùs factas semini & flori assimilat, Christum verò fructui. III. In virgine Maria humilitatis & virginitatis permixtionem miratur. IV. Deiparam ob humilitatem, virginitatem, & fœcunditatem multùm commendat. V. In superbos grauiter agit. VI. Deum in Matre sua mirabilem se exhibuisse testatur. *Homil. 1. in Euang. Missus est, à col. 15. ad col. 19.*

Eiusdem homilia secunda, vnde supra. I. Dei matris virginitatem & humilitatem prædicat. II. Dignationem Domini, & Virginis excellentiam miratur. III. B. Mariam cum Eua confert. IV. Deiparæ merita & virtutes præclaris celebrat encomiis. V. ipsam

A mulierem fortem nominat. VI. Eamdem rubo, quem Moyses vidit, virgæ Aaron, & velleri Gedeonis comparat. VII. Quomodo Christus sit vir etiam ab infantia, imò & in vtero Matris explicat. VIII. Cur B. Maria virgo conceptura, virgo paritura, & virgo permansura fuerit desponsata, quærit, & quæstioni satisfacit. IX. S. Ioseph Virginis sponsi erga sponsam reuerentiam ex Euangelio & Patrum sententiis colligit X. Eiusdem B. Ioseph merita & laudes recenset. XI. Nomen Mariæ interpretatur & contenta in eo mysteria pandit. *Hom. 2. in Euang. Missus est à col. 19. ad col. 25.*

Eiusdem homilia tertia, vnde supra. I. Angeli ad virginem, & virginis ad

B ipsum grata ac casta colloquia sermone replicat. II. Angelicæ salutationis singula verba expositione illustrat. Vbi de vbiquitate Dei. III. Christum, fructum benedictum ostendit. IV. Mariã benedictam prædicat, eamque ob firmum seruandæ virginitatis propositum laudat. V. Iesum saluantem populum suum considerat. VI. Filij Dei magnitudinẽ demonstrat. VII. Christum in humanitate maximum ac paruulum deuotè contemplatur. *Hom. 3. in Euang. Missus est. à col. 25. ad col. 30.*

Eiusdem homilia quarta, vnde supra, Varia pertractat, nimirùm. I. Quomodò Christo dederit Deus sedem Dauid

C patris sui, cùm in Hierusalem non regnauerit. II. Quomodo regnat Dominus in domo Iacob in æternum. III. Quod anima sit regnum Christi. IV. Qualiter Spiritus sanctus in B. Virginem superuenerit, eique obumbrauerit. V. Quare ab Angelo Christus, Sanctus indefinitè fuerit nominatus. VI. Cur sterilis cognatæ conceptus Virgini sit nunciatus. VII. Quàm sit efficax Dei verbum, & quòd soli Deo idem sit facere ac loqui. VIII. Quanta & quam Deo grata extiterit Virginis Mariæ humilitas, vbi in superbos & vanos Religiosos acriter inuehitur. *Homil. 4. in Euang. Missus est à col. 30. ad col. 36.*

Eiusdem sermo in quo Domini aduentum considerat, eiusque sex cir-

cumstantias, scilicet quis sit, qui venit, vnde, quò, ad quid, quando, & quà; Vbi pulchrè exprimit, quare Filius Dei naturam assumpserit humanam: & Dei hominem quærentis dignationem, atque hominis sic quæsiti dignitatem miratur, *Serm. 1. in aduent. Dom. a col. 1. ad col. 5.*

Eiusdem sermo primus in Annunciatione B. Mariæ de verbis psalm. *Vt inhabitet gloria in terra nostra, misericordia & veritas obuiauerunt sibi, &c.* Docet, I. In quo consistat interna gloria & testimonium conscientiæ, II. Quòd remissionem omnium peccatorum habere non possimus, nisi per Dei indulgentiam. III. Quòd nihil prorsus habemus operis boni, nisi & hoc dederit Dominus, IV. Quòd æternam vitam nullis possimus operibus promereri, nisi gratis detur & illa, V. Reparationem humani generis mysteriumque Incarnationis describit hoc modo. Considerat hominem ab ipso suæ creationis exordio, quatuor virtutibus tanquam vestimento salutis amictum, misericordia videlicet, veritate, iustitia, & pace; prima ipsum custodiebat, secunda docebat, tertia regebat, quarta fouebat. Sed proh dolor incidit in latrones à quibus despoliatus, Domino veniente, nudum se esse conqueritur. Verùm cùm nec poterat reuestiri, vel ablata sibi vestimenta recipere, nisi Christus amitteret sua. Misericors, verax, iustus, & pacificus Dominus hominem fieri, spoliari, & in quatuor partes sua diuidi vestimenta voluit, vt homo spoliatus sic reuestiretur. VI. Conciliationem misericordiæ & veritas iustitiæ & pacis quæ videbantur inter se dissidere pro homine, damnando vel saluando, consilio verbi diuini eiusque auxilio, factam egregiè repræsentat. *a col. 123. ad col 128.*

Eiusdem sermo secundus in Annunciatione Dominica, de septiformi spiritu in Christo. I. Beneficia hodierno die hominibus cœlitùs collata recenset II. Incarnationis Dominicæ sacramentum, abyssum impenetrabilem dicit, III. Qua ratione Filius magis

A incarnatus sit, quàm Pater aut Spiritus sanctus, quærit, & appositè respondet, III. Septiformem spiritum in Christo iuxta Isaiæ prophetiam agnoscit, V. Nihil penitus defuisse Saluatori, ex omnibus quæ saluandis populis erant necessaria testatur. *à col. 128. ad col. 130.*

Eiusdem sermo tertius in Annunciatione virginis, præsertim cùm tertio Sabbato Quadragesimæ occurrit, de adultera, Susanna, & beata Maria. Deum diuitem in misericordia, mulierem in adulterio deprehensam, absoluentem: magnificum in iustitia, Susannam innocentem iustè iudicantem eiusque innoxium sanguinem liberantem; & munificum in gratia, virB ginem matrem sibi eligentem, naturam humanam assumentem, homines redimentem prædicat. Insuper modū gratiam inueniendi apud Deum, Mariæ exemplo, docet. *à col. 130. ad col. 133.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS pro festo Annunciationis Virg. Mariæ, in Euang. *Et nomen Virginis Mariæ Luc. 1.* sermo, in quo comparatur Virgo Maria, stellæ. Primò. Cœli, propter suam, 1. denominationem 2. locationem seu situationem, 3. operationem. Secundò. Poli, quia 1. cardini cœli est vicinissima, 2. super omnes creaturas propinquior est Christo, 3. in gloriâ omnes alias excedit creaturas. Tertiò. Maris, quia, 1. mundum illuminat & inflamC mat 2. per eam fideles in periculis sæculi diriguntur, 3. in portum salutis æternæ introducit. *Ex tom. 4. à pag 91. col. 1. ad pag. 96. col. 1.*

Eiusdem, sermo, de explicatione nominis Mariæ, Maria amarum mare ideo; I. Amara fuit V. M. tempore passionis, separati filij Dei ratione, 1. conditionis filij sui, qui totus erat dulcis & desiderabilis, 2. cognitionis filij sui 3. dilectionis eius quia erat cæteris potentior, sapientior, generosior, formosior, melior, 4. delectationis, quam de eo habebat. II. Maria V. summam amaritudinem passa est in morte filij sui propter contenebrationem cordis, mortis repræsentationem affligentium inuentionem seu considerationem aut

recordationem inter mortem & vitam vacillationem. III. Permixtio causarum doloris in beatâ Virgine amaritudinem maximam causabat, 1. enim multa stupenda videbat in filio, sc. pretium mundi vili pretio distractum, fortitudinem Sanctorum in agoniâ factam Dominum mundi vt latronem comprehensum, &c. 2. in discipulis fugam & timiditatem aduertebat, 3. intuebatur impios Iudæos malignis minis filiũ suum vnicum impetentes, & nefandissimis cõtumeliis afficientes, 4. præsens erat nec tamen ei dare auxilium, aut pro eo postulare poterat. *Ex tom. 4. à pag. 96. col. 1. ad pag. 100. col. 2.*

Eiusdem, sermo, vnde suprà Maria Domina interpretatur; ideo de Virginis Mariæ dominio differit, quod, Primò. Probat. 1. nullius puræ creaturæ prælationi esse obnoxium, 2. nullius adiutorio seu auxilio innixum, 3. nullius habere subiectionis indigentiam, 4. in omnes affluentissimè largissimũ. Secundò. Ostendit, 1. in gloriâ omnes Sanctos superare, 2. in regno inferni habere potestatem, 3. in purgatorio dominari, 4. in omnes status animarum in mundo potentiâ gaudere. Tertiò. Demonstrat, seruis ad Dominum conuersis, amicis spiritualibus & deuotis, aduersariis & inimicis, dominari. *Ex tom. 4. à pag. 100. col. 2. ad pag. 105. col. 2*

Eiusdem, de salutatione Angelicâ, sermo, ex quo disce. Primò. Virg. Mariam, multipliciter omnes alios in naturâ excedere, 2. in gratiâ omnes puras creaturas superexcellere, 3. omnes beatos in gloria superare. Secundo. Benedictam matrem super omnes mulieres, benedictum fructum vteri virginalis, benedictum nomen Iesu. Tertiò, Mariam à fidelibus inuocari, laudari, exorari. *Ex tom. 4. pag. 120. col. 2. ad pag. 125 col. 1.*

Idem, sermone, de consensu virginali in eo deprehendit. I. Humilitatis abyssum, quæ effulsit, 1. in mentali illius conturbatione, 2. in tremulâ expectatione, 3. in promptâ sui dedicatione. II. Desiderosæ charitatis excessum; desiderauit enim incarnationem, quia, 1. magna promissa sunt desiderabilia audiuit, intellexit, requisiuit, 2. credidit incredibile, mirabile, amabile, 3. citò consensit & suum consensum expressit, III. Luminosæ sensum fidelitatis; fides enim virginis apparuit, in eo quod credidit, 1. quod à sæculo non audiuit, 2. quod esse suprà naturam sciuit, 3. se cooperatricem tantæ rei indignam. *Ex tom. 4. à pag. 125. col. 1. ad pag. 129. col. 2.*

Eiusdem, in solemnitate eadem, serm. de consensu virginali, cuius considerat. I. Obiectum quod fuit, 1. Iesus Christus visibilis, passibilis, mortalis, 2. Spiritus-sanctus à Deo patre per Angelum repromissus, 3. pater æternus à quo se cognouit Maria electam sponsam, 4. Genus humanum eo reparandum. II. Actum, 1. Martyrij, & patientiæ, cui se dedicauit & obtulit beata Virgo in conceptu, 2. pietatis & misericordiæ, per quem omnium electorum salutem expetiit & procurauit, 3. castitatis, & mentalis puritatis, quæ effulsit in proposito, augmento sanctitatis, experimento diuinitatis, 4. vtriusque vitæ, actiuæ & contemplatiuæ. III. Adiutorium, 1. fuit diuina electio, 2. Virginea perfectio, 3. Angelica infusio, 4. Paterna affectio. *Ex tom. 4. à pag. 129. col. 2. ad pag. 134. col. 2.*

S. BRVNONIS sermo in Annunciatione Beatæ Mariæ, super Euangelium. I. Hanc celebritatem, principium & causam aliarum omnium festiuitatum nominat. II. Hodiernam legationem magnificè extollit. III. Verba Dauidis psal. 44. *Audi filia & vide, &c.* Ad virginem refert. IV. B. Mariæ pulchritudinem miratur. V. Ecclesiæ Testamentum ex psalmo octuagesimo octauo, colligit. *Tom. 3. serm. 4. de festis Mariæ pag. 112. & sequentibus.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo primus de Annunciatione S. Mariæ virginis. I. Gabrielem pro Deo legatione fungentem considerat. II. Christum hac die sponsam Ioseph non præripuisse, sed suam ipsi, iam in vtero cùm fieret pignoratã, recepisse testatur. III. Salu-

tationem Angelicam explicat. IV. Vnde turbata sit Virgo Maria, ostendit. V. Huius virginis prudentiam & dignitatem miratur. *Serm.* 140. *col.* 358. *& sequent.* A

Eiusdem sermo secundus, de incarnatione Christi. Mysterium Incarnationis ineffabile & impenetrabile comprobat, possibile vero esse asseuerat: & vt Deum hominem pro hominibus factum, si non mox cum Angelis, saltem vel tardissimè cum iumentis agnoscamus, hortatur. *Serm.* 141. *col.* 359. *& sequent.*

Eiusdem sermo tertius, de Annunciatione. I. Quare Angelus à Deo missus sit, vt cum Maria de hominis reparatione tractaret, rationem reddit. II. Mariæ nomen & gratiam laudibus celebrat. III. Virginem, ob fœlicem partum, beatam prædicat. IV. B. Mariæ virginitatem fœcundam miratur. V. Spiritum sanctum superuenientem, & virtutem Altissimi obumbrantem describit. VI. Humilitatem, & obedientiam commendat. *Serm.* 142. *à col.* 361. *ad col.* 364.

Eiusdem sermo quartus, de eadem. I. Conceptus & partus Virginis ineffabiles dicuntur. II. Ideò Angelū ad Virginem fuisse missum, quia Angelis semper est cognata virginitas, docetur. III. Virgo & humanitas Christi velleri assimilantur. IV. Salutationis Angelicæ singula verba percurrit, & commentariis illustrat. V. In eos, qui reparationem salutis humanæ referunt ad iniuriam Diuinitatis agitur. VI. Possibilitas Incarnationis comprobatur. *Serm.* 143. *à col.* 364. *ad col.* 367.

Eiusdem sermo quintus, vnde supra, I. Quòd non timeat ille, qui inuenit gratiam, II. Quòd virgo sit magnum Deitatis templum, III Quòd Christus verum & non phantasticum corpus assumpserit, IV. Quòd in nomine Iesu Deitatis tota adoretur Maiestas, V. Quòd Christus sit æqualis Patri secundum Diuinitatem, minor verò secundum humanitatem VI. Quòd regni Christi non erit finis. *Serm.* 144. *à col.* 367. *ad col.* 370.

Eiusdem sermo sextus, vnde supra de generatione Christi. I. Docet virtutes separatas, virtutes non esse. II. Hortatur vt iudicium temerarium declinemus, Ioseph sponsi Mariæ exemplo. III. Cur Ioseph filius Dauid ab Angelo nominetur, rationes profert. IV. Virginem Mariam non solùm *Χριστοτόκον*, esse, verùm etiam *θεοτόκον* aduersus Græcos testatur. V. Diuinitatem Christi variis argumentis comprobat. *Serm.* 145. *à col.* 370. *ad col.* 373.

Eiusdem sermo septimus, de eadem, I. Diuinam Christi generationem ab humana distinguit, II. Virginitatem Matris Domini commendat. III. Ecclesiam Mariæ sponsæ Ioseph, & christum sponso assimilat. IV. Mira dicit B de Mariæ nomine. V. Quare sponsa ad partum Christi sit quæsita, causam adducit, *Serm.* 146. *à col.* 373 *ad col.* 375.

Eiusdem sermo octauus vnde supra, de Incarnationis sacramento, I. Quæ res fecerit Dominum Christum terreni corporis inire commercium, pluribus docet, II. Mortem pauore & nimio timore leuiorem esse ostendit. III. Mūdum, quem Deus videbat timore labefactari, ab ipso Domino amore reuocatum, gratiā inuitatum, charitate & affectu fuisse constrictum declarat. IV. Amoris naturam stylo eleganti depingit. *Serm.* 147. *à col.* 375. *ad col.* 378.

Eiusdem sermo nonus, de eadem. Probat, I. Verbi incarnationem, reparationem fuisse salutis humanæ, non C imminutionem aut detrimentum Diuinæ substantiæ. II. Beneficia homini cælitùs collata recenset. III. Diaboli peccatum notat. IV. Humani generis restaurationem cum ipsius ruina antithesi eleganti confert. *Serm.* 148. *à col.* 378. *ad col.* 380.

S. I. Chrysostomi sermo in Annunciationem gloriosissimæ Dominæ nostræ Dei genitricis. I. Docet, ad quid sit missus Gabriel. II. Cur Ioannes ante Christum. III. Cur virgo Deipara futura Ioseph sit desponsata. IV. verba Isaiæ cap. 9. dicentis, *Dabitur liber obsignatus viro scienti litteras, &c.* De B. Ioseph Mariæ sponso intelligenda esse.

V. Colloquium Patris cum Gabriele, & Gabrielis cum Patre refert. VI. Salutationis Angelicæ singula verba perpendit, & explicat. *Tom. 6. serm. 35. a pag. 356. ad pag. 361.*

✠ D. CYRILLI ALEXAND. sermo. Collaudatis auditoribus, Vrbi Ephesinæ gratulatur, II. virginem Mariam exemplo Angeli pluries salutans, toties eius elogia celebrat, III. Per eam pacem nobis redditam, quam Nestorius, Iudæi, Gentiles, Heretici turbauerant esse redditam: Trinitatis fidem, Christi Diuinitatem confirmatam. De qua & pluribus agit. *Tom. 5. a pag. 379. ad 385.*

B. P. DAMIANI sermo de Annunciatione Beatissimæ Virginis Mariæ, I. Deuotio erga virginem commendatur, II. Virgo Maria super omnia extollitur. III. Status peccati, & reparationis hominum describitur. IV. Omnia per Mariam, in Mariam, de Maria & cum Maria instaurata dicuntur, vt sicut sine Deo nihil factum sit, ita sine Maria nihil refectum sit. V. venter virginis benedicitur, VI. Duæ Christi generationes prædicantur. VII. Christus Iesus in quantùm Deus, & in quantùm homo fluuio paradisi assimilatur, ipse siquidem egreditur ex vtero Patris, & ex vtero virginis, velut à duobus locis voluptatis vniuersam terram viuentium, & nostram terrenam miseriam deliciarum imbre irrigat: & in quatuor capita diuiditur; superius in admirationem scilicet, puritatem, satietatem, & securitatem; inferius verò in patientiam, misericordiam, largitatem, & fortitudinem, VIII. Christus in cruce. fluuius spiritalis quadripartitus ostenditur. *Tom. 2. Serm. 11. pag. 171. & sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in festiuitate Annunciationis virginis Mariæ, in Epist. sermo, quo innuitur, Primò, Decentissimum fuisse Christum ex virgine nasci, 1. vt generatio humana conformaretur diuinæ, 2. quia hoc fuit infinita dignatio filij Dei, 3. quoniam filius Dei corrupta venit reformare, 4. vt eius cognosceretur dignitas, Secundò. Misericordiam Dei circà homines esse ineffabilem, Tertiò, Magnam esse ingratorum impietatem, Quartò. Deum iustum, sanctum & sapientem, odio prosequi incomprehensibiliter peccatum. *Ex proprio de sanctis, a fol. 105. pag. 2. ad fol. 106. pag. 1.*

Eiusdem, pro Euang. sermo. Primus. Annunciatio hodierna celebris est, 1. ex parte principalis annunciantis, qui fuit tota Trinitas, 2. ex parte annunciati seu rei annunciatæ, sc. incarnationis filij Dei, & cæterorum mysteriorum quæ in Euangelio hodierno tanguntur, 3. ex parte eius cui facta est, sc. Virginis gloriosæ, quæ est regina, mater, & aduocata nostra, 4. ex parte annunciantis instrumentalis, puta Archangeli Gabrielis, qui inter Angelicos spiritus magnus est & famosus, &c. *Ex proprio sanct. fol. 107 a pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo secundus inimicitiæ positæ sunt inter Virginem Mariam & diabolum. I. Quoniam sunt sibi inuicem valdè dissimiles in seipsis atque contrarij. II. Propter contrarietatem effectus vtriusque; vna enim protegit, alter persequitur homines. III. Quia sicut à diabolo cœpit humani generis perditio, ità à virgine gloriosa cœpit saluatio, &c. *In sanct. proprio fol. 108. a pag 1. ad pag. 2.*

I. GERSONII sermo de Annunciatione Mariæ, in illud Euangel. *Aue Maria gratia plena &c.* I. Hodiernam Christi in vtero Matris conceptionem repræsentat. II. Oblationem hac die pro salute nostra in sacrato templo vteri virginis factam & à sanctissima Trinitate acceptatam considerat. III. Locum in mundo non esse, nec in cælo, nec in terra, vbi mirabilius opus factũ fuerit vnquam aut dignius, quàm intra pretiosum templum Virginis Mariæ, asserit. IV. Dignitatem Matris Dei laudibus effert, & hoc nomen supra omne nomen creaturarum extollit. V. Deiparæ dispositionem & virtutes præuias declarat. VI. Docet diuinam misericordiam Dominæ nostræ adduxisse & ordinasse tres virtutes siue ancillas, quæ illi ministrarent hospitiumque

Verbo pararent. VII. Contra adulatorem & mendacem tria profert remedia nimirum cogitare ad quid tendat, amare eos qui veritatem dicunt, adulatorique aut mendaci de altero loquenti non adhibere fidem. VIII. Aduersus luxuriosam voluptatem similiter docet fugere otiositatem, vitare vsum vini & calidorum ciborum, atque ab occasionibus malis declinare. IX. Statui vano & pomposo triplex adhibet remedium nouissima nempe considerare, miseriam subditorum nostrorum conspicere, paupertatemque ac humilitatem Mariæ & Iesu contemplari. *Tom. 2. Part. 4. à col. 694. ad col. 703.*

S. Gregorii Taumaturgi sermo primus in Annunciatione Sanctissimæ Dei genitricis Virginis Mariæ. I. Hodiernum diem præclaris encomiis celebrat. II. Nullam Virgini similem ex vniuersis generationibus vnquam fuisse repertam testatur. III. Colloquium Archangeli cum B. Virgine illustrat. IV. Christum flumini assimilat. V. Angelicam consectans laudem, debitum pro viribus grato animo Deiparæ persoluit. VI. Eamdem Dei Matrem pluribus titulis adornat. VII. Christum pretiosam margaritam ex Maria productam nuncupat. VIII. B. Virginem, arcam & virgam nominat. IX. Christi humilitatem in humanitate nostra cum eiusdem Maiestate in diuinitate sua pulcherrimâ antithesi confert. *à pag. 9. ad pag. 15.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. Salutationis Angelicæ verba graui consideratione ponderat. II. B. Virginis Mariæ puritatem, integritatem, innocentiam, aliasque virtutes exprimit. III. Angelum Virginem alloquentem introducit. IV. Laudibus atque præconiis. Virginis dignitatem describit. V. Quàm deuotè sanctam hanc festiuitatem celebrare debeamus, docet, VI. Diuini fauoris thesaurum hodie apertum prodit: beneficiaque hominibus cælitùs collata recenset. VII. Quàm conuenienter gratia ad Sanctissimam Virginem sit missa, declarat. VIII. Nominis Mariæ mysterium pandit. IX. Visitationem B. Virginis repræsentat. X. Eiusdem virginis canticum elucidat. XI. Christi humilem natiuitatem miratur. XII. Deiparæ merita pangit. *A pag. 15. ad pag. 25.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. *A pag. 25. ad pag. 29. Habetur inter sermones D. I. Chrysostomi Tom. 6. iisdem verbis eodemque sensu, & hic supra pag. 233. col. 2.*

Guerrici Abbatis sermo primus in Annunciatione Dominica. I. Quàm bonus sit ille sermo, qui hodie hominibus Euangelium nostræ salutis nuntiauit perpendit. II. Hominum ingratitudinem miratur & deflet. III. Quis sit ille, qui lætificatur hodierno nuntio, ostendit. IV. Christi humanitatem throno Salomonis comparat. V. Ventrem Virginis beatum prædicat, & ebori assimilat. VI. Virginum Virginem omnium plenam gratiarum, suauissimumque virtutum odorem spirantem repræsentat. *A pag. 200. ad pag. 207.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. Terram virginalem Dei Matris benedictam prædicat. II. B. Mariam petram nominat. III. Integritatem Deiparæ comprobat. IV. Christum, germen & florem, & fructum nuncupat. V. Conceptum hodiernum Virginis non solùm sacramento nobis esse ad redemptionem: sed etiam exemplum ad imitationem demonstrat. VI. Modum concipiendi Deum tradit. *A pag. 207. ad pag. 215.*

Eiusdem sermo tertius. vnde supra, in illud Isaiæ 7. *Audite domus Dauid, Ecce dabit Dominus ipse vobis signum, Ecce virgo, concipiet, &c.* I. Deiparæ virginitas comprobatur. II. Iudæorum malignitas ostenditur. III. Signum populorum proditur. IV. Christi exinanitio explicatur. V. Silentij virtus commendatur. VI. Mystica mensa proponitur. *A pag. 215. ad pag. 223.*

✠ Guillelmi Parisiensis sermo I. ad illud, *Aue gratia plena Dominus tecum.* I. Considerat B. Virginem

contra tres Euæ maledictiones, tribus fauoribus insignitam: quia fuit sine corruptione fœcunda: siue grauitate grauida; sine dolore puerpera. II. Explicat quid sit *Gratia plena.* 1. ad Dominum, per humilitatem: ad Angelos, per virginitatem: ad homines, per fœcunditatem: 2. quia plena fuit gratia, plenitudine æqua. 3. quia possedit quatuor virtutes cardinales tripliciter ordinatas. 4. propter duodecim prærogatiuas: quatuor è cælo, quæ sunt, Mariæ generatio, Angelica salutatio, Spiritus Sancti superuentio, filii Dei conceptio. Quatuor in carne, virginitas, fœcunditas sine corruptione, grauiditas sine grauitate; puerperium sine dolore. In corde quatuor; deuotio humilitatis; reuerentia pudoris; magnitudo credulitatis; martyrium cordis. III. Illud, *Dominus tecum*, de singulis personis Trinitatis exponit; & quibus modis cum illa fuerint. IV. Præparationem vasis ad hæc excipienda fuisse insinuat, puritatem, soliditatem, profunditatem; quæ præstita sunt per virginitatem, charitatem, humilitatem. V. Vt ad virginem salutandam introeamus, vult nos esse Angelos; Angelos autem fieri, puritate, charitate, humilitate. VI. Resumit iterum Angeli verba, & tria ab eo dici Mariæ, ob triplicem virtutem quam in ea videt, humilitatem, castitatem, pacem seu solitariam vitam. *In Sanctor. proprio ferm. 53. à pag. 72. ad 74.*

Item eiusdem, sermo 2. de Annunciatione Dominica in eum locum. 4. *Reg. 7. 9. Ecce dies boni nuncii est si tacuerimus, &c.* Quem in duas partes diuidit. Primò, Diem hanc commendat, 1. ex claritate, refulget enim, lumen Angelicum cum veniet de cœlo ad virginem; lumen virgineum cum respondet & suas virtutes ostendit; lumen diuinum cum carnem assumit, 2. ex dignitate priuilegiata, quia, virgo fœcundatur, sed non nisi ex Deo viuo; Deus humanatur, sed non nisi ex virgine; homo reconciliatur, sed non nisi mediatore Deo & homine, 3. ex iucunditate, fuit enim hæc dies grata & læ-A ta. Secundò. Diem hanc fuisse boni nuncij demonstrat, propter tria; quia, 1. bonum Gabrieli nunciat, fit enim diuinorum secretorum nuncius cõscius, cœlestis sponsi paranymphus, sponsæ secretarius, 2. bonum & iucundum Mariæ, cui Angelus noua attulit, xenia obtulit, munera promisit; 3. bonum vniuerso mundo dedit, quia satiatus est ardor, & sitis antiquorum desideriorum destructa, & superata est virtus inimicorum, saluatus est grex perditorum. *Ex proprio de Sanctis ferm. 54. a pag. 74. ad pag. 76.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo primus de Annunciatione Dominica, in illud, *Ecce concipies, & paries filium.* I. Animam iustam matrem Christi B nominat. II. Generationem spiritualem cum carnali appositè confert, concipimus siquidem Christum per fidem, parturimus per bonam voluntatem, parimus per bonam actionem, & gaudebimus de nato filio per æternam retributionem. III. Fenestras spiritales mysticè depingit, & egregiè repræsentat. *Tom. 2. Institut. Monast. ferm. 18. pag. 326 & sequent.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Dauidis, *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* I Deum ineffabilem & incomprehensibilem probat. II. Christum tanquam fortissimum bellatorem describit, & Sanso-C ni assimilat. III. Armaturam iniquorum & instorum proponit. IV. De militia spirituali differit. V. Diuinam vltionem notat & ex Ezechielis quadam visione colligit. *Ibi ferm. 33. pag. 341. & sequent.*

D. INNOCENTII PAP. III. in solemnitate Annunciationis gloriosissimæ semper virginis Mariæ sermo, in illud, *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, Filius hominis, qui est in cælo.* Agit de nominis cæli variis acceptionibus, de gradibus descensionis Christi & ascensionis eiusdem, de modo quo descendere atque ascendere habemus. *Tom. 1. à pag. 116. ad pag. 119.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo in illud *Lucæ. 1. Aue gratia plena, Dominus*

nus tecum, benedicta tu in mulieribus. I. Docet quantus fuerit verbi incarnati pro nobis amor: pro totos nos Deo reddere debeamus. II. Id egiſſe perfectiſſimè Sacratiſſimam virginem Mariam. III. Præparaſſe ſeipſam ad verbi in vtero incarnationem, reſignatione voluntatis in Deum per profundiſſimam humilitatem. IV. Puriſſimamq; fuiſſe corpore & animo. Spiritu deuotam: omne initium finemque actionum Deum ſemper conſtituiſſe, cui inceſſanter vnita erat, & ſeipſa vacua. V. Tradit Dominum Deum tribus modis ex illa naſci voluiſſe; in ſpiritu, in anima, & in corpore. *A pag.* 551. *ad* 555.

· B. IVONIS CARNOTENSIS ſermo de Annunciatione B. Mariæ. I. Quam ſit diuinum contra iura naturæ Virgini conceptum dare, & per mortem carnis aſſumptæ, mortalem ſubſtantiam ad immortalis gloriam reuocare, oſtendit. II. Virginem Mariam cæli portam nuncupat, per quam Deus deſcendit ad homines, vt eis aſcenſum præberet ad cælum. III. Conceptionem Chriſti omni corruptione carentem declarat. IV. Matris virginalem integritatem ſacris exemplis comprobat. V. Contentum in hoc conceptu coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ magnum & mirabile ſacramentum pandit, cuius coniunctionis thalamus, vterus virginalis extitit. VI. Vt Chriſto conformemur hortatur. *Tom.* 1. *Auctar. Biblioth. Patrum col.* 825. *& ſequent.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI in Annunciatione B. Virginis Mariæ ſermo. I. Deiparam à carnis colluuione dicit immunem, & ab omni peccati labe extraneam. II. Ideo ad Virginem Angelum docet miſſum, quoniam Angelis ſemper eſt cognata virginitas. III. Quaſdam alias rationes legationis Angelicæ breuiter tangit. IV. Salutationem & colloquium Angeli præclaris conceptibus illuſtrat. V. Fidem, humilitatem, aliaſque Ancillæ Domini virtutes celebrat. VI. Incarnationis myſterium paucis declarat. *Tart.* 2. *à pag.* 627. *ad col.* 630.

S. ODILONIS ABBATIS ſermo

A de incarnatione Dominica. I. Ex dictis Maiorum oſtendit, vtriuſque Teſtamenti Patres, licet locis & temporibus diuiſos, vnanimiter ſenſiſſe de Aduentus Dominici gloria. II. Humilitatem virginis miratur. III. Nomen Mariæ interpretatur. IV. Cur Gabriel à Deo miſſus ſit, rationem reddit. V. Deiparam maris ſtellam pluribus demonſtrat. *Biblioth. Cluniacenſis ſerm.* 4. *S. Odilon. col.* 381. *& ſequentibus.*

✠ LEONIS AVGVST. IMP. Orat. 3 in hunc diem. 1. Propoſitum aperit & Gabrielem inuocat. 2. inuitat vt proportione ſeruata Virgini inclamet, quod olim prædixerat. 3. Excitat vt nos quoque virginis ortum laudibus cohoneſtemus. 4. Tùm Angelicam ſa-
B lutationem vſurpans in laudes virginis erumpit. Et varijs figuris eius encomia præcinit. 5. Benedici eam ab omnibus oſtendit. 6. tandem illam ſibi propitiam inuocat ex gregi ſuo. *Auct. noui. Biblioth. PP. Græco-Lat. tom.* 1. *à col.* 1632. *ad* 1640.

✠ RADVLPHI ARDENTIS homilia ad ea verba Iſa. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, &c.* Quibus oſtenditur. Primò. Oriundum chriſtum de ſemine Ieſſe Patris Dauid; ſemen Ieſſe, radix; virga, Beata virgo; flos, chriſtus, vocatur. Secundò. Spiritus ſancti donis illuſtrandum, quorum, 1. eſt diuinorum
C ſapientia, 2. occultorum intellectus, 3. inter inſidias & pericula huius mundi conſilium, 4 fortitudo reſiſtendi perſecutionibus & tentationibus, 5. ſcientia diſcernendi virtutem à vitio, 6 pietas diligendi, compatiendi, & benefaciendi, 7. timor Domini filialis. Tertiò. Iudicem futurum ſubtilem & incorruptum, defenſorem bonorum, perſecutorem malorum, iuſtos & fideles ſibi coniunctorum, *à fol.* 49. *pag.* 1. *ad fol.* 53. *pag.* 1.

Eiuſdem, pro eodem feſto in Euang. homilia; quâ Annunciationis Angelicæ arcana pandit. I. Archangelus ad virginem à Deo mittitur, miniſterium noſtræ redemptionis ferens. II. Ingreditur ad Mariam Angelus, & eam ſa-

luiat, gratiâ plenam dicens; quæ salutatio est signum pacis, demonstratio amoris, Annunciatio salutis. III. Turbatam Mariam Angelus confortat, proprio eam nomine vocans, & quare non sit timendum indicans. IV. Quærenti modum incarnationis, Angelus determinat, dicens, non de semine virili, sed de virtute Spiritus sancti concepturam. *à fol. 53. pag. 1. ad fol. 59. pag. 1.*

B. THEODORI STVDITÆ sermo in Annunciationem primus. Tractat de corporata Domini nostri Iesu Christi Oeconomia, agitandisque spiritalibus feriis: & vt pro aliis deprecemur hortatur. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patrum. Catech. 64. col. 1343. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. Virginitatem præclaris encomiis celebrat. II. Qua prærogatiua affectæ sunt virgines, perpendit. III. Diaboli artes & facinora prodit. IV. Virginitatis custodiam suadet, eamque thesaurum nominat. *Ibidem, Catech. 65. col. 1344.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 53. Euangelium hodiernum explanat; vbi 1. huius festi dignitatem attollit. 2. rationem reddit cur Elizabeth grauida ad certum tempus delituit. 3. qua de causa primo apud Hebræos mense, hoc mysterium incarnationis peractum sit. 4. Cur hic mensis dicatur sextus. 5. Cur non Michael potius mysterij minister extitit, sed Gabriel. 6. Quid est quod non ad sponsum Ioseph, sed ad virginem mittitur Angelus 7. vsque ad finem ipsius salutationis verba, & quæ sequuntur examinat. *à pag. 359. ad 365.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo primus, in illud Isaiæ. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Ex his verbis tria colligit pro conceptione Domini nostri, nimirum, concipientis dignitatem, concepti excellentiam, & conceptionis vtilitatem. Quantùm ad primum ostendit virginem speciosam esse propter candorem virginitatis, ruborem charitatis, rectitudinem sanctitatis, benignitatem humilitatis, flores desiderabilium morũ,

A & folia dulcium verborum: gratiosam, quia hæc virgo virga mystica mare mundi nobis diuisit, aquam gratiæ de petra eduxit, mel deuotionis dedit, diabolum superauit, diuinam clementiam impetrauit, & de manu inimicorum nos liberauit: gloriosam, quia floruit sine humore, fronduit sine corruptione, & parturiuit sine læsione. Quantùm ad secundum, christum florem dicit, cuius pulchritudo sanctitas, cuius odor benignitas, cuius effectus sanitas. Quantùm ad tertium, conceptionis Dominicæ vtilitatem omnium peccatorum destructionem esse testatur. *Tom. 16. serm. festiuis fol. 34. col. 2. 3.*

Eiusdem sermo secundus in illud,
B *Benedicta tu in mulieribus, &c.* B. virginem benedictam demonstrat à Deo Patre, quia in eodem Filio secum communicat: à Filio, quia dignum habitaculum ei præparat: à Spiritu sancto, quia eius operatione Saluatorem mundi generat: ab Angelis, quia eorum vitam in terra inchoat, eorum ruinam reparat, allocutionibusque eorum se humiliat: à peccatoribus, quia eos de angustia liberat, in periculis adiuuat, & de peccatis veniam impetrat, à iustis, quia illos exaudit in precibus, liberat in tentationibus, & augmentat gratiam in virtutibus: à mulieribus, quia eas ab inimicis eruit, quoad virum excusat, & quoad Deum honorat: ab omnibus denique creaturis, quia eas à coinqui-
C natione præseruat, earum creatorem lactat, & in statum pristinum renouat. *Ibidem col. 3. & 4.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA concio 1. in hæc verba Lucæ 1. *Regnabit in domo Iacob in æternum.* In qua excellentiam legationis hodiernæ extollit. Deindè ipsam Euangelicam historiam successiuè explanat, & obseruationibus illustrat. Tùm ait consensu præstito à virgine, in vtero formatum fuisse christum: & vteri virginalis laudes prædicat. Denique quomodo verum fuerit prænuntium Angeli, Iesum regnaturum in solio Dauid, exponit. *A fol. 147. col. 1. ad 150. col. 1.*

Eiusdem concio 2. ad Euangelium:

Missus est Angelus. Lucæ i. Ad virgines Religiosas; in qua Euangelicam lectionem percurrens, laudes virginis ad singulas partes aduertit, & docet eius studium, verecundiam, prudentiam, modestiam, & silentium; prudentiæ curam, fidem, humilitatem. Et has virtutes sectandas proponit. *a fol.* 150. *col.* 1. *ad* 152. *col.* 3.

APRILIS.

FESTVM SANCTÆ MARIÆ Ægyptiacæ. II. Aprilis.

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, in quo S. Mariæ Ægyptiacæ commemorat excellentias; harum prima est. Conuersio eius gratiosissima & admiranda, quæ per miraculum insigne facta est. Secunda. Condigna ipsius pœnitentia; quantùm enim glorificauit se & in delitiis fuit, tantum in eremo se afflixit. Tertia. Admiranda patientia & inuictissima fortitudo. Quarta. Contemplationis sublimitas & diuini ardor amoris. Quinta. Angelica vita quam deduxit in terris. *Ex proprio de sanctis, à fol.* 175. *pag.* 1. *ad fol.* 176. *pag.* 1.

FESTVM SANCTI GEORGII Martyris. XXIII. Aprilis.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba: *Iob.* 7. *Militia est vita hominis super terram.* Propositis victorijs & tormentis S. Georgij, tria colligit. I. Triplicem esse hostem, contra quem præliandum est; mundum, carnem, & diabolum: qui sibi inuicem auxilium præbent. II. His armis muniri nos debere, 1. castitatis balteo. 2. lorica iustitiæ. 3 pacis calceis. 4. scuto fidei. 5. galea spei. 6. charitatis gladio. 7. equo Spiritus-sancti insidentes. 8. lancea conuersionis & confessionis. III. Mercedem repositam esse coronam gloriæ. *a pag.* 189. *col.* 2. *ad* 190 *col.* 2.

B. P. DAMIANI sermo de S. Georgio Martyre. I. Georgius iuxta nominis ætymologiam terræ cultor dicitur. II. Miles strenuus in vtraque militia carnali & spiritali nominatur. III. Diocletianus vitupério afficitur. IV. B. Martyris varia supplicia recensentur. V. Bonorum ac malorum discrimen in separatione maris ab arida in mundi exordio facta, notatur, per mare malos intelligens, & per aridam bonos. VI. B. Georgij virtutes laudibus efferuntur. VII. Aaron vestimenta mysticè exponuntur. VIII. Qualiter adhuc infirmi ad Martyrum consortium pertinemus, docetur. *Tom.* 2. *Serm.* 13. *pag.* 175. *& sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI de S. Georgio martyre pro Ep. sermo, in quo intuere S. Georgium tanquàm strenuum militem Deo sublimiter soluisse. I. Fidelitatem integerrimam, immobiliter ei adhærentem, nec aduersariis eius consentientem. II. Obedientiam, præceptis eius in omnibus se submittendo. III. Vitam, pro Christi honore, Christianorum in pœnis martyrij deficientium confortatione, crudelissima tormenta sustinendo, atque martyrium promptissimo patiendo animo. *Ex proprio sanctorum fol.* 168. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

Eiusdem, pro Euangel. sermo, 1. vbi laudans S. Georgium quod etsi miles in ludis illicitis non se occupauerit dicit ludum qui innititur fortunæ non fieri posse in pecuniâ nisi sex concurrant, 1. congruitas personæ, 2 materiæ congruitas, 3. finis, 4 mensura, 5. congruitas temporis, 6. congruitas modi, &c. *Ex sanctorum prop. fol.* 170. *a pag.* 1 *ad pag.* 2.

Eiusdem, pro Euangelio sermo secundus. De obseruatione sabbati, idest, diei Dominicæ, ac festorum nouæ legis

& quid in eis potissimum agendum sit Christi fidelibus. *In proprio sanctorum a fol. 70. pag. 2. ad fol. 71. pag. 2.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo in præconium S. Georgij martyris. *Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Matt. 16. & Luc. 9.* Ex hoc verbo concludit. Primò. Magnam habere charitatem eos qui post Christum ire volūt; paucos verò reperiri qui eum sequi velint cum tamen nemo sit qui ad ipsum gloria beandus ire nolit. Secundò. Homini liberum esse ire post Christum vel post mundum, vel post diabolum; cum tamen magnitudo præmij sufficiat ad eum incitandum vt post Christum veniat; & tormentorum magnitudo cohibere, ne post diabolum eat. Tertiò. Fidelem debere se abnegare & Deo dare tanquam creatori redēptori, defensori, redituro se meliorem. Quartò. Crucem tolli, tempore persecutionis per martyrium, tempore pacis per abstinentiam. Quintò. Vitam temporalem esse perdendam, vt vita acquiratur æterna siue per commutationem, siue per remunerationem. *In proprio sanct. sermone 56. à pag. 78. ad pag. 80.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo in solemnitate. S. Georgij Martyris. I. Quòd homo ad aliquid difficile perficiendum allicitur mercede, exemplo, & ratione. II. Quòd sola obedientia sit quę hominem iacentem erigit, iustum custodit, & innocentem dirigit. III. Quòd arduum cùm sit quotidie crucem ferre, & post Dominum ambulare ipse Dominus ad hoc nos mercede allexerit, exemplo prouocauerit, & sapienter fide erudierit. IV. Quòd B. Georgius propugnator eximius extiterit. V. Quòd Sanctorum mors pretiosa sit pessima verò mors peccatorum. VI. Quòd sit duplex mors spiritualis vna bona, altera mala. VII. Quòd Sanctus Martyr mortuus fuerit sæculo, vt viueret in Christo. VIII. Quòd istius viri sacrificium sit oblationibus innocentis Abel præferendum. IX. Quòd religiosa veneratione sit

A dignus, ob martyrium pro Christo viriliter perpessum. *Part. 2. a pag. 636. ad pag. 639.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in festo S. Georgij, in illud Luc. 9. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum.* Ad eundem post Christum hortatur, & quæ sint ad hoc necessaria demonstrat. Quantum ad primum, docet quàm sint pauci, qui Christum sequantur: quàm sit in hominis voluntate ire post ipsum, & quàm sit hac in re magna Dei erga mortales bonitas. Quantum ad secundum, tria probat necessaria euntibus post Christum, quæ sunt propria voluntatis abnegatio, carnis mortificatio, & Saluatoris imitatio: abneganda est autem propria voluntas quia confundit,

B in manum inimicorum adducit, & de inferno eripit; carnis verò mortificatio assumenda, crux que ferenda in corde, in fronte, ac in toto corpore; Christi denique imitatio habenda in charitate, in humilitate, & in benignitate. *Tom. 16 serm. fest. fol. 35. col. 2.*

FESTVM SANCTI MARCI *Euangelistæ.* XXV. Aprilis.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba. *Ezechiel. 1. Animal primum simile leoni, &c.* Constituto quod per leonem S. Marcus intelligitur. I. docet cur per leonem significetur: &

C nos leones esse debere. II. Per sex alas eiusmodi animalium, sex designari virtutes. 1. est, veritas 2 æquitas. 3. tranquillitas. 4. largitas & misericordia. 5. castitas. 6. sobrietas. III. Oculatos nos esse debere· 1. retrorsum, vt mundum retro abijciendum respiciamus & contemnamus. 2. antrorsum, vt iudicium Dei videamus & timeamus. 3 sinistrorsum, vt gehennam quæ sinistrorum est inspiciamus. 4. dextrorsum ad regnum Dei dextris repositum intueamur & concupiscamus. 5. Introrsum, per ignem nostri inspectionem. *à pag. 191. col. 1. ad 192 col. 1*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus, in illud Ephes. 3. *Mihi enim, omnium*

sanctorum minimo, data est gratia hæc, &c. Imprimus probat B. Marcum ideò diuinam gratiam attraxisse, & humilitate fuisse plenum quòd se vacuum esse credebat. Deinde ostendit B. hunc Euangelistam quatuor modis se fecisse minimum, videlicet, per confessionem propriæ culpæ: per simplicitatem propriæ vitæ: per contemptum humanæ pecuniæ, & per abnegationem propriæ personæ. *Tom. 3. Serm. de Sanctis pag. 243. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus, in illud Pauli ad Timoth. 4. *Opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple.* Primò docet opus Euangelistæ esse in Christum credere, ipsum prædicare, prædicata in scripturam redigere, & seipsum in mortem pro Euangelio tradere, sicque doctrinam suam morte confirmare. Secundò verum Christi ministrum ordinari ad seipsum, exteriùs munditiâ carnis, interiùs modestia mentis: ad Deum, per intelligentiam in agendis, & per patientiam in periculis tolerandis: ad proximum, beneuolentia voluntatis, vt ex proposito nullum lædat, & beneficio charitatis, vt omnibus pro posse subueniat. *Ibidem pag. 245. & sequentibus.*

B. P. DAMIANI sermo primus de S. Marco Euangelista. I. Quatuor Euangelistæ fluminibus Paradisi assimilantur. & B. Marcus Gehon dicitur. II. S. Euangel. leoni comparatur III. Cur Isaias pro Malachia à B. Marco citatus sit, docetur. IV. Euangelium ab ipso scriptum laudatur. V. Eius acta recensentur. VI. Cur Magistri sui B. Petri laudes omnino tacuerit, inquiritur. VII. Humilitas & propriæ laudis suppressio commendantur. VIII. Concordia S. Marci cum aliis Euangelistis demonstratur IX. Quadriga Aminadab, de qua Cant. 6. mysticè exponitur. X. Quatuor Euangelistæ per quatuor circulos aureos arcæ intelliguntur. XI. Prædicatoris officium describitur. XII. B. Marcus circulo aureo similis perhibetur. *Tom. 2. serm. 14. à pag. 177. ad pag. 181.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. B. Marci gesta recolit. II. Cur B. Petri filius dicatur, rationem reddit. III. Alexandrinæ Ecclesiæ laudes prædicat. IV. Nomen huius S. Euangelistæ interpretatur. V. Nullū Euangelistarum in eo, quem sortitus est, tumulo perseuerasse, sed translatum esse notat. VI. B. Marcus sidus aureum toto Orbe præclarum ac conspicuum nuncupatur. *Ibidem serm. 15. pag. 181. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius, de eodem. I. Cur Alexandrina Ecclesia, sedes Apostolica nominetur, vel sedes B. Petri, cùm ipse Apostolorum Princeps numquam cathedram in Alexandria tenuerit, nec illic suam præsentiam exhibuerit, inquirit & quæstioni satisfacit. II. B. Petri & Marci amorem singularem declarat. III. Venetiam ob S. Marci reliquias beatam prædicat. *Ibidem serm. 16. pag. 182. & sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI pro Epist. sermo, vbi de gratiis & prærogatiuis B. Marci agit. Prima gratia eius est, quòd beatissimi principis Apostolorum Petri familiarissimus fuit discipulus, & in Baptismate filius. Secūda. Quòd vnus ex quatuor Euangelistis fuit. Tertia. Copiosus fructus quem fecit, plurimos conuertendo ad fidem. Quarta. Fortitudo & patientia in persecutione & martyrio. Quinta. Virtus Miraculorum. *In proprio sanctorum, fol. 176. a pag. 1. ad pag. 2.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo in festo S. Marci Euangelistæ in illud Ioann. 14. *Manete in me & ego in vobis.* Manendum est in Christo per charitatem, quia in eo est securitas, extra eum periculum, Bernard. periculum probat transeuntium raritas, pereuntium multitudo. Inobedientia homini aufert Dominum & eius beneficia; eam sequitur malum culpæ & pœnæ, ideo in Deo manendum per obedientiam & mandatorum eius obseruationem, *Ex proprio sanctorum serm. 57. a pag. 80 ad pag. 81.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo in festo S. Marci Euangelistæ. Multa complectitur. I. Summæ esse dementiæ

aut Prophetarum vocibus, aut Apostolorum testimonio repugnare, etsi non vocibus, tamen vitâ & actibus. II. Veritatem nullo testimonio indigere, cùm habeat testimonium in se. III. Veritatem omnium fortissimam existere. IV. B. Marcum veritatis testem & præconem, per Angelum volantem, habentem Euangeliom æternum, de quo Apocal. 14. figuratum esse. V. Ezechielis visionem capite primo descriptam, in Euangelistis perfectè fuisse completam. VI. B. Marci quam plurima merita & encomia. VII. Ploribus de causis quærenda esse Sanctorum suffragia. VIII. Leonis faciem B. Marcum exprimere. IX. B. Euangelistæ tutissimam protectionem & efficax auxilium. *Tom. 2. à pag. 639 ad pag. 642.*

S. Thomæ a qvin atis sermo primus de S. Marco Euangelista, in illud, *Pater meus agricola est.* Quatuor agros enumerat, quos Pater æternus colit, mundum videlicet, Christum, iustum, & cælestem Paradisum. Primum colit, multiplices creaturas in eo seminando: eadem semina multiplicando nè fata deficiant, conseruando, & zizania supernascentia extirpando. Secundum, omnes virtutes in ipso seminando: gratiarum aquis irrigando, ipsum fodi permittendo: ac fimum sputorum & opprobriorum poni dimittendo. Tertium fructificationem vitiorum extirpando, aratro contritionis scindendo: semina virtutum mittendo, & aquis lachrymarum irrigando. Quartum, malas herbas siue dæmones eradicando, arbores pulcherrimas id est, ordines Angelorum in eo plantando: lilia virginum, rosas martyrum, & violas confessorum inserendo: & fluminibus gaudiorum aspergendo. *Tom. 16. Serm. fest. fol. 35. col. 2. & 3.*

Eiusdem sermo secundus; vnde supra, in illud Ioan. 16. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Sex mansiones distinguit. In prima habitant Seraphin, Cherubim, & Throni, continetque calorem, splendorem, & quietem. In secunda inueniuntur Principatus, Dominationes, & Potestates: & Regi exhibetur reuerentia, dantur Regis imperia, & ad sunt Milites exercentes prælia. In tertia adstant Virtutes, Archangeli & Angeli: & Regis declaratur maiestas atque potentia, reuelantur eius secreta, ipsiusque nuntiatur voluntas. In quarta, sunt Milites siue Martyres, quorum fortitudine defensatur Ecclesia, ipsi enim pugnant pro amore, pro doctrina, & pro iustitia. In quinta sedent sapientes Confessores, quorum consiliis gubernatur Dei monarchia. In sexta manent Domicelli & Domicellæ, siue vtriusque sexus intaminatæ, quarum pulchritudine cælum decoratur. Insuper sex proponit, quæ nos debent mouere vt curramus ad domum istam, & sunt ipsius magnitudo, pulchritudo, gloriæ abundantia, lætitia, laus continua, & æternitas. *Ibidem col. 3. & 4.*

FESTVM SANCTI PETRI Martyris. XXIX. Aprilis.

Gvillelmi Parisiensis sermo in honorem S. Petri martyris in quo ex verbis Pauli prædicentis suum martyrium, 2. ad Timoth. 4. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ,* S. P. martyrem B. Paulo Apost. similem facit. I. Paulus vltimus fuit Apostolorum, sic iste temporibus nostris vltimus fuit martyrum. II. Similis fuit in vita, quia sanctam vitam cœlibemque duxit. III. In morte Paulus occisus est capitis obtruncatione, ille capitis vulneratione. IV. In causa mortis, quia pro fide occisus est. V. In coronatione, quia præter communem gloriam cum Paulo, habet specialem coronam, virginum, prædicatorum, martyrum. *Ex proprio de sanctis sermone 58. à pag. 81. ad pag. 83.*

MAIVS.

FESTVM SS. APOSTOLORVM Philippi & Iacobi. 1. Maij.

✠ B. Alberti Magni sermo ad ea verba: *Sap. 5. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt &c.* Vbi quatuor obseruanda vult. 1. Iustos esse qui stabunt. Iustos autem esse qui ius à Domino editum seruant. 1. est, vt casti & mundi etiam mente simus. 2. vt absque necessitate non iuremus. 3. vt opera charitatis exhibeamus. 6. vt iusti curam Deo simus. II. Stare autem eorum, futurum tempore iudicij. III. Idque cum principe illo fortissimo, sapientissimo, iustissimo, B Christo. IV. Id futurum aduersus dæmones & iniquos homines. *a pag. 192. col. 1 ad 193 col. 2.*

S. Avgvstini sermo in Euangelium hodiernum. I. Quo pacto Christus bonos & malos deserat, & ad suos veniat, cùm vbique permaneat, exponit. II. Christum sic exinanitum probat, vt formam serui accipiens, Dei formam non amiserit. III. Incarnationis mysterium clarè explicat. IV. Arrianorum obiectionibus Christi Diuinitatem negantium occurrit & respondet. V. Verbum Patris æternum splendori assimilat. VI. Cur caro Christi religiosè & fideliter à christianis C adoretur, rationem reddit. *Tom. 10. serm. 58. de verbis Domini fol. 47. & sequentibus.*

S. Bonaventvræ sermo primus de ss. Philippo & Iacobo Apostolis, in illud Dauidis, *Nimis honorati sunt amici tui Deus.* Imprimis Apostolos commendat ab excellentia sanctitatis, qua fulserunt in via: & ab altitudine potestatis, qua præsunt in patria. Deinde docet amicitiam Diuinam acquiri per puritatem innocentiæ, afflictionem veræ pœnitentiæ, amorem obedientiæ, donum patientiæ, & munera miseri-

A cordiæ, sic fecerunt isti ss Apostoli, quos imitari debemus, vt ad eorum beatitudinem possimus peruenire. *Tom. 3. serm. de Sanct. pag. 246. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra, in illud Psal. 33. *Venite filii audite me.* De vocatione Apostolorum disserit, & docet nos cum istis Apostolis venire debere I. ad Diuinam reuerentiam, Ecclesias frequentando. II. ad Diuini iugi gestationem, præcepta seruando. III. ad malorum omnium tolerantiam christum sequendo. IV. ad paupertatis eminentiam, temporalia contemnendo. V. Ad præmij excellentiam, ad patriam aspirando. *Ibidem pag. 247. & sequentibus.*

✠ Dionysii Carthvsiani in festo ss. Philippi & Iacobi Apostol. pro Ep. lectione sermo; ex quo instruimur, I. De differentiâ retributionis iustorum & impiorum; nam sancti erũt in magnâ constantiâ, æterna lætitia, & beatitudine plenâ: impij autem, in timore horribili, pœnitentiâ sterili, angustiâ æternali, II. Pœnitentiam quandam esse infructuosam, quâ quis dolet de peccatis ex timore serulli, non ex amore Dei aut zelo iustitiæ. III. Quòd electi Dei in vitâ præsenti ab infidelibus irridentur, spernuntur ac fatui reputantur. &c. *Ex proprio de sanctis, fol. 178. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem pro Euang. sermo primus, commendatur s. Philippus, 1. quia primus à christo ad discipulatum vocatus fuit, 2. à suâ docilitate & obedientiâ; statim namque christi vocationi acquieuit, 3. à feruore charitatis fraternæ, zeloque animarum, 4 à suâ sapientiâ, ante enim vocationem à christo, sciuit Moysem & Prophetas prædixisse de christo, 5. à priuilegio suæ vocationis ad Apostolatum. *Ex proprio sanctorum, fol. 180. à pag. 1 ad pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo secundus excellentiarum s. Iacobi. Prima est,

sancta genealogia & propagatio eius, consanguineus enim christi fuit. Secunda. In infantia sanctissimâ vita. & in vtero matris sanctificatio. Tertia. Priuilegiata honoratio ab Apostolis ipsi exhibita. Quarta. Præclara sapientia & doctrina ipsius. Quinta. Gloriosum martyrium, patientia in aduersis, oratio pro persequutoribus. *Ex proprio de sanct. a fol. 180. pag. 2. ad fol. 181. pag. 1.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo in laudem ss. Philippi & Iacobi Apostolorum per quem ille Sap. 5. locus elucidatur. *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei &c.* & I. Insania eorum qui male viuunt manifestatur, 1. testimonio reproborum, qui iam in inferno B sunt, 2. quia simpliciter stultus est, qui ignorat quod debet scire; sed plusquã stultus & quasi insanus, qui ignorat & nescit se ignorare; 3. quia stultitia est hæreditatem suam amittere, parentes & amicos malorum suorum complices facere, seipsum occidere; sic faciunt male viuentes, 4. quia in ipsis multa signa apparent quæ in insanis solent inueniri, 5. ex singulis vitiis, quæ nullum bonum sed multum malum causant. II. Mali insanos reputauerunt sanctissimos vt Christum, Ioannem Baptistam & alios; cum tamen vituperium malorum laus sit, & laus eorum vituperium, non attenditur eorum inuidia. *In sanctorum proprio sermon. 59. a pag. 83. ad pag. 84.* C

S. Lavrentii Ivstiniani in festo Apostolorum Philippi & Iacobi sermo, I. Agrum Ecclesiæ describit. II. Animam vineam dicit. III. De remuneratione bonorum iuxta vniuscuiusque meritum: & pati punitione malorum differit. IV. SS. Apostolorũ Philippi & Iacobi labores, merita, & gloriam pluribus commendat, eosque luminaribus perlucidis assimilat; vbi multa de æterna fœlicitate. *Part. 2. fol. 642. & sequent.*

✠ Radvlphi Ardentis de ss. Philippo & Iacobo Apostolis homilia in Euang. quatuor membris diuisa. A christus in eorũ primo, Discipulos consolatur & eos non perturbandos ex passione suâ probat. quia patri est consubstantialis & vitæ & mortis Dominus. In secundo, Ad Thomæ interrogationem nescientis quo iret respondens, dicit se esse viam quâ itur ad Deum Patrem: via est, quia per eius cognitionem, exemplum, doctrinam, auxilium, itur ad Deum. In tertio, Philippo petenti sibi patrem ostendi, dicit in se patrem cognosci. In quarto. Veram fidem, diuina opera operari, & quicquid petierit in nomine suo consequi mereri, declarat. *A fol 59. pagin. 1. ad fol. 63. pag. 2.*

✠ Theophanis Ceramei hom. 49. Principio hortatur vt hoc festum dignè celebrent gratijs huius Apostoli insignem. 2. Ostendit Philippum primum omnium à Domino vocatum fuisse. 3. Cur è Bethsaida natus edocet. 4 Introducit monentem Nathanaelẽ de Christo. 5. Nathanaelis expendit responsum sapientia plenum. 6. laudes Nathanaelis ore Christi prolatas effert & exponit. 7. cœlestem splendorem quæ illum illustrauit prædicat. 8. Promissionem à Christo ei factum, de resurrectione & Ascensione in cælum, interpretatur. 9. tandem docet qua ratione Deo & Apostolo cordi est, ita celebrandum festum. *A pag. 336. ad pag. 342.*

FESTVM S. ATHANASII Episcopi & Confessoris. 11. Maij.

S. Gregorii Nazianzeni in laudem magni Athanasij Archiepiscopi Alexandrini oratio diuersa eaque præclara complectens & demonstrans, I. Virtutes omnes in Athanasio reperiri, II Iustos Deo semper viuere, III. Virtutem commendare idem esse, ac Deum laudare. IV. Solis egregiam cum Deo collationem. V. Veræ beatitudinis, & extremæ miseriæ discrimen. VI. Virtutum S. Athanasij encomium, VII. Pios viros laudibus prosequendos, VIII. Gestorum huius

huius sancti Episcopi ab infantia ad A vitæ extremum narrationem. IX. Veræ successionis Ecclesiasticæ notas. X. Adulterinorum Præsulum vituperiū. XI. Antistitum, munere quod profitentur, dignorum conditiones requisitas. XII. S. Athanasij merita, dotes, & præconia. XIII. Magni huius Antistitis cum variis hæreticis certamen. XIV. Non facilè condemnandum proximum, quamuis improbum. XV. Iustorum in hac vita afflictiones. XVI. Calamitatum patientissimi Iob delineationem. XVII. Eremitarum & Cœnobitarum descriptionem XVIII. Hæreticorum prætextus. XIX. Prælatorum ignorantiam redarguendam. XX. In reditu S. Athanasij ab exilio, B aduentus Christi in Hierusalem expressam imaginem. XXI. Athanasij mansuetudinem & in iudicando integritatem. XXII. Iuliani Apostatæ in Ecclesiam persecutiones. XXIII. Fidei Christianæ Sanctissimæque Trinitatis confessionem. XXIV. B. Athanasij varia nomina & epitheta. *Tom. 1. Orat. 21. à pag. 373. pag. 397.*

FESTVM INVENTIONIS S. Crucis. III. Maij.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba: *Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, &c.* I. Obseruat ter Dominum per crucem fuisse exaltatum, 1. Honorificatus fuit in passione, 2. in crucis inuentione, 3. in crucis exaltatione, II. tradit nos per crucem spiritualem exaltari. & ideo ex quinque lignis crucem Domini cōstitisse, 1. cedrino pede, quo notatur feruens contritio, 2. cypariſſino, desi-gnante puram & integram confessionē, 3. ex palma, notante eleemosinarū largitionē, 4. ex oliua, deuotam orationem exprimente. IV. Huic cruci quatuor clauis affigi nos debere, 1. est, timor incertæ mortis, 2. timor iusti iudicis. 3. timor horrendi carceris, 4. timor crudelissimi tortoris. *à pag. 193. col. 2. ad 194. col. 2.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium hac die habita. I. Textum exponendo percurrit. II. Carnalem & spiritalem hominis generationem explicat. III. Christi ascensum in cœlum discutit. IV. Peccatores serpentibus assimilat. V. Homines ad Dei amorem incitat. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de Sanct. à col. 91. ad col. 94.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de inuentione S. Crucis, in illud Prou. 3. *Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam.* Agit de triplici vita hominis, naturali videlicet, spiritali, ac æternali: & de triplici ligno vitæ Paradisi terrestris, mundi cœlestis, & Paradisi super cœlestis. *Tom. 3. serm. de Sanct. pag. 249. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Matth. 7. *Omnis qui quærit, inuenit.* I. Docet vanum esse inuenire temporalem thesaurum, & prosperitatem mundanam. II. Malum esse inuenire peccatum, contra Deum & proximum perpetratum. III. Bonum esse & multùm vtile inuenire Crucis Dominicæ lignum. *Ibid. pag. 251. & sequent.*

B. P. DAMIANI sermo de Inuentione S. Crucis. I. Quòd cùm vbique titulum diuinæ victoriæ cernimus erectum, signum sit diabolum vbique esse prostratum II. Quòd per lignum serui facti, per lignum simus libertati pristinæ restituti. III. Quòd non sit sacri C eloquij pagina, quæ Crucis mysterium non redoleat. IV. Quòd crux sit Christi & Christianorum palma, cuius fructus colligimus V. Quòd arca Testamenti Ecclesiæ extiterit figura, sicut virga Aaron typus Sacro-sanctæ Crucis. VI. Quanta sit Christi erga nos charitas. VII. Quàm pertimescendus conuersis in peccata relapsus. VIII. Qualiter caro nostra austeritate & pœnitentiā castiganda. IX. Qualis crux nobis ferenda. *Tom. 2. serm. 18. à pag. 190. ad pag. 194.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, pro Epist. In Christi passione & cruce gaudere debemus, quia per eam Christus, 1. patrem honorauit, ei vsque ad mortem obediendo, mortem au-

sancta genealogia & propagatio eius, consanguineus enim christi fuit. Secunda. In infantiâ sanctissimâ vita. & in vtero matris sanctificatio. Tertia. Priuilegiata honoratio ab Apostolis ipsi exhibita. Quarta. Præclara sapientia & doctrina ipsius. Quinta. Gloriosum martyrium, patientia in aduersis, oratio pro persequutoribus. *Ex proprio de sanct. a fol. 180. pag. 2. ad fol. 181. pag. 1.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo in laudem ss. Philippi & Iacobi Apostolorum per quem ille Sap. 5. locus elucidatur. *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei &c.* & I. Insania eorum qui male viuunt manifestatur, 1. testimonio reproborum, qui iam in inferno sunt, 2. quia simpliciter stultus est, qui ignorat quod debet scire; sed plusquã stultus & quasi insanus, qui ignorat & nescit se ignorare; 3. quia stultitia est hæreditatem suam amittere, parentes & amicos malorum suorum complices facere, seipsum occidere; sic faciunt male viuentes, 4. quia in ipsis multa signa apparent quæ in insanis solent inueniri, 5. ex singulis vitiis, quæ nullum bonum sed multum malum causant. II. Mali insanos reputauerunt sanctissimos vt Christum, Ioannem Baptistam & alios; cum tamen vituperium malorum lausit, & laus eorum vituperium, non attenditur eorum inuidia. *In sanctorum proprio sermon. 59. a pag. 83. ad pag. 84.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI in festo Apostolorum Philippi & Iacobi sermo, I. Agrum Ecclesiæ describit. II. Animam vineam dicit. III. De remuneratione bonorum iuxta vniuscuiusque meritum: & pari punitione malorum differit. IV. SS. Apostolorũ Philippi & Iacobi labores, merita, eosque gloriam pluribus commendat, eosque luminaribus perlucidis assimilat; vbi multa de æterna fœlicitate. *Part. 2. fol. 641. & sequent.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS de ss. Philippo & Iacobo Apostolis homilia in Euang. quatuor membris diuisa. A christus in eorũ primo, Discipulos consolatur & eos non perturbandos ex passione suâ probat. quia patri est consubstantialis & vitæ & mortis Dominus. In secundo, Ad Thomæ interrogationem nescientis quo iret respondens, dicit se esse viam quâ itur ad Deum Patrem: via est, quia per eius cognitionem, exemplum, doctrinam, auxilium, itur ad Deum. In tertio, Philippo petenti sibi patrem ostendi, dicit in se patrem cognosci. In quarto. Verãm fidem, diuina opera operari, & quicquid petierit in nomine suo consequi mereri, declarat. *A fol 59. pagin. 1. ad fol. 63. pag. 2.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 49. Principio hortatur vt hoc festum dignè celebrent gratijs huius Apostoli insignem. 2. Ostendit Philippum B primum omnium à Domino vocatum fuisse. 3. Cur è Bethsaida natus edocet. 4 Introducit monentem Nathanaelẽ de Christo. 5. Nathanaelis expendit responsum sapientia plenum. 6. laudes Nathanaelis ore Christi prolatas effert & exponit. 7. cœlestem splendorem quæ illum illustrauit prædicat. 8. Promissionem à Christo ei factum, de resurrectione & Ascensione in cælum, interpretatur. 9. tandem docet qua ratione Deo & Apostolo cordi est, ita celebrandum festum. *A pag. 336. ad pag. 341.*

C

FESTVM S. ATHANASII Episcopi & Confessoris. 11. Maij.

S. GREGORII NAZIANZENI in laudem magni Athanasij Archiepiscopi Alexandrini oratio diuersa eaque præclara complectens & demonstrans, I. Virtutes omnes in Athanasio reperiri, II Iustos Deo semper viuere. III. Virtutem commendare idem esse, ac Deum laudare. IV. Solis egregiam cum Deo collationem. V. Veræ beatitudinis, & extremæ miseriæ discrimen. VI. Virtutum S. Athanasij encomium, VII. Pios viros laudibus prosequendos, VIII. Gestorum huius

huius sancti Episcopi ab infantia ad A vitæ extremum narrationem. IX. Veræ successionis Ecclesiasticæ notas. X. Adulterinorum Præsulum vituperiũ. XI. Antistitum, munere quod profitentur, dignorum conditiones requisitas. XII. S. Athanasij merita, dotes, & præconia. XIII. Magni huius Antistitis cum variis hæreticis certamen. XIV. Non facilè condemnandum proximum, quamuis improbum. XV. Iustorum in hac vita afflictiones. XVI. Calamitatum patientissimi Iob delineationem. XVII. Eremitarum & Cœnobitarum descriptionem XVIII. Hæreticorum prætextus XIX. Prælatorum ignorantiam redarguendam. XX. In reditu S. Athanasij ab exilio, aduentus Christi in Hierusalem expressam imaginem. XXI. Athanasij mansuetudinem & in iudicando integritatem. XXII. Iuliani Apostatæ in Ecclesiam persecutiones. XXIII. Fidei Christianæ Sanctissimæque Trinitatis confessionem. XXIV. B. Athanasij varia nomina & epitheta. *Tom. 1. Orat. 21. à pag. 373. pag. 397.*

FESTVM INVENTIONIS S. Crucis. III. Maij.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba: *Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, &c.* I. Obseruat ter Dominum per crucem fuisse exaltatum, 1. Honorificatus fuit in passione, 2. in crucis inuentione, 3. in crucis exaltatione, II. tradit nos per crucem spiritualem exaltari. & ideo ex quinque lignis crucem Domini cõstitisse, 1. cedrino pede, quo notatur feruens contritio, 2. cyparissino, designante puram & integram confessionẽ, 3. ex palma, notante eleemosinarũ largitionẽ, 4. ex oliua, deuotam orationem exprimente. IV. Huic cruci quatuor clauis affigi nos debere, 1. est, timor incertæ mortis, 2. timor iusti iudicis. 3. timor horrendi carceris, 4. timor crudelissimi tortoris. *a pag. 193. col. 2. ad 194. col. 2.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangelium hac die habita. I. Textum exponendo percurrit. II. Carnalem & spiritalem hominis generationem explicat. III. Christi ascensum in cœlum discutit. IV. Peccatores serpentibus assimilat. V. Homines ad Dei amorem incitat. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de Sanct. à col. 91. ad col. 94.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de inuentione S. Crucis, in illud Prou. 3. *Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam.* Agit de triplici vita hominis, naturali videlicet, spiritali, ac æternali: & de triplici ligno vitæ Paradisi terrestris, mundi cœlestis, & Paradisi super cœlestis. *Tom. 3. serm. de Sanct. pag. 249.* B *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Matth. 7. *Omnis qui quærit, inuenit.* I. Docet vanum esse inuenire temporalem thesaurum, & prosperitatem mundanam. II. Malum esse inuenire peccatum, contra Deum & proximum perpetratum. III. Bonum esse & multùm vtile inuenire Crucis Dominicæ lignum. *Ibid. pag. 251. & sequent.*

B. P. DAMIANI sermo de Inuentione S. Crucis. I. Quòd cùm vbique titulum diuinæ victoriæ cernimus erectum, signum sit diabolum vbique esse prostratum II. Quòd per lignum serui facti, per lignum simus libertati pristinæ restituti. III. Quòd non sit sacri C eloquij pagina, quæ Crucis mysterium non redoleat. IV. Quòd crux sit Christi & Christianorum palma, cuius fructus colligimus V. Quòd arca Testamenti Ecclesiæ extiterit figura, sicut virga Aaron typus Sacro-sanctæ Crucis. VI. Quanta sit Christi erga nos charitas. VII. Quàm pertimescendus conuersis in peccata relapsus. VIII. Qualiter caro nostra austeritate & pœnitentiâ castiganda. IX. Qualis crux nobis ferenda. *Tom. 2. serm. 18. à pag. 190. ad pag. 194.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, pro Epist. In Christi passione & cruce gaudere debemus, quia per eam Christus, 1. patrem honorauit, ei vsque ad mortem obediendo, mortem au-

tem amarissimam & turpissimam: 2. Honorem, cultum & gloriam Dei maximè auxit, tùm promerendo humano generi conuersionis gratiam, tùm homines ad gratiarum actionem obligando. 3. genus humanum redemit, prout Pater decreuit. 4. Angelicam ruinam reparauit, 5. promeruit sibi ipsi accidentale præmium, sc. iudiciariam potestatem, corporis glorificationem, super cœlos exaltationem. *Ex proprio sanctorum a fol.* 183. *pag.* 2. *ad fol.* 184. *pag.* 1.

Eiusdem, pro Euang. sermo 1. circà hanc solemnitatem multa proponit consideranda, 1. Cur filius Dei pro mundi salute crucis patibulum sustinuit, inquirit, 2. Quomodo per Christi passionem liberatum est genus humanum, manifestat, 3 qualiter Christum cruciformiter debeamus sectari, docet, & ad id nos hortatur, 4. Quanta sit efficacia passionis Christi, & magnitudo meriti ipsius, aperit & sensibilibus rationibus probat, &c. *Ex proprio S. à fol.* 185. *pag.* 1. *ad fol.* 186. *pag.* 1.

Eiusdem, pro Euangel. sermo 2. Primò. Quinque gradus constituit innocentiæ sc. immunitatem à peccato, 1. omni, tàm originali, quàm personali; tàm veniali, quàm mortali, 2. omni actuali, personali, veniali, mortali, 3. mortali, 4. mortali & veniali ad aliquod tempus, 5. mortali præterito & præsenti: 1 competit Christo, 2. B. M. Virgini, 3. sanctificatis in vtero matris, 4. Baptizatis, 5. saluari desiderantibus. Secundò. Innocentiam ad salutem necessariam dicit. Tertiò. Ad eam nos hortatur. *Ex proprio sanctorum, fol* 186. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

☙ Gvillelmi Parisiensis sermo in festo die inuentionis S. Crucis ad ea 1. Corinth. 1. *Verbum crucis pereuntibus stultitia est, iis autem qui salui fiunt virtus Dei est.* Quinque proponit attendenda. I. Cum sit diuersa dispositio cordium, prædicatio crucis aliquibus est stultitia, aliquibus virtus Dei. II. Sapientes huius mundi sunt pereuntes, quia, mare huius mundi est periculosum, à temporalibus & terrenis ex Bernard. auelli mundani non possunt; habent lapidem centum talentorum collo ligatum. III. Initium sapientiæ Christianæ, est timor Domini, & mali culpæ; principium autem humanæ sapientiæ est mali pœnæ timor. IV. Saluantur in Christum credentes, saluantur & humiles; cum ex Greg. euidentissimum sit reproborum signum superbia, electorum humilitas. V. Crux, Dei virtus est; quia, 1. in ea Christus diabolum vicit & mortem destruxit; 2. nobiles triumphos habent sancti per patientiam, 3. eius memoria multum valet ad malarum cogitationum fugam, constantiam in tribulatione, temperationem in amaritudine pœnitentiæ, triumphum de hoste, 4. miracula multa per eam sunt facta; 5. magnam virtutem habet in benedictionibus. *In proprio Sanctorum sermone* 60. *à pag.* 84. *ad pag.* 86.

☙ Radvlphi Ardentis homilia in illud Matth. 24. *Sicut fulgur exit ab oriente & paret vsque in occidentem, &c.* Quibus verbis Christus. I. Aduentum suum non, vt primum, ita secundum futurum occultum; sed potius manifestum & in gloriâ dicit. II. Cœlestes potestates & sanctos, vt cum eo mundum iudicent, se congregaturum affirmat. III. Quas res in suo aduentu sit facturus demonstrat; sol, luna, & stellæ ad tempus suo lumine priuabuntur, &c. IV. Præcessurum se vexillum crucis, tanquam signum victoriæ suæ, dilectorum suorum iucunditatem, crucifixorum timorem & confusionem ostendit. V. & VI. Malorum planctum in iudicio, & bonorum congregationem in cœleste horreum, prædicit, *A fol.* 67. *pag.* 2. *ad fol.* 70. *pag.* 2.

S. Thomæ Aqvinatis sermo in Inuentione. S. Crucis. Tria docet, Christum in quinque maximè suum ostendisse nobis amorem in Cruce, dilexit siquidem nos plusquam suam matrem, cuius dolorem pro nobis contempsit: plusquam proprium sanguinem, quem pro nostra ablutione fudit, plusquam animam, quam pro nostra redemptione posuit: plusquam vitam

suam, quam vt nos viuificaret dedit: A plusquam corpus proprium, quod percutienti, ne homo percuteretur, apposuit. II. Christum in Cruce quinque bona fecisse, ab inferno enim nos liberauit, virtutem peccati debilitauit: diabolum expugnauit: mortem superauit: cœlumque referauit. III. Christum in Cruce quinque demonstrasse, in quibus ipsum imitari debemus, nimirum in charitate, humilitate, obedientia, patientia, & mansuetudine. *Tom. 16. serm. fest. fol. 35. & sequent.*

FESTVM SANCTI IOANNIS Apostoli ante portam Latinam.

VI. Maij.

* GVILLELMI PARISIENSIS serm. de S. Ioanne ante portam latinam in illud Ioan vlt. *Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem, qui & recubuit, super pectus eius & dixit. Domine quis est, qui tradet te.* In his verbis notatur S. Ioannis. Primò Humilitas, dum de se tanquam de altero loquitur & sua merita tacet; verus enim humilis, bona sua abscondit, mala sua & defectus cognoscit & confiteri non erubescit; mala sua recognoscendo & bona sua abscondendo, vilis vult reputari non humilis prædicari. Secundò. Maior dilectio à Christo; magis quam cæteri Apostoli fuit à Christo dilectus, quia iunior cæteris Apostolis mundum reliquerat, perfectius aliis Apostolis voluptatem reliquit, contemplationi plus aliis animum suum dabat. Tertiò. Cum Christo familiaritas, super pectus eius in cœnâ recubuit, matrem carissimam in cruce ei commendauit, sine dolore martyrij suam vitam finiuit. Quartò. Inter discipulos auctoritas magna, quod enim illi non audent, ille audet. *Ex proprio de sanct. serm. 61. à pag. 86. ad pag. 87.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in festo S. Ioannis ante portam latinam, in illud, *Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, &c.* S Apostolus commendatur ab humilitate, à Dei charitate, à Christi familiaritate, ab amoris suauitate à sapientiæ profunditate, & à testimonij veritate. Nouem enumerantur necessaria & sufficientia ad salutem, quæ scriptura Christi discipulos docet, nimirum à malo discedere, de præteritis malis iustitiam facere, bonum cognoscere, in bono delectari, bene operari, in omnibus bene conuersari, in cunctis operibus rectam intentionem habere, in omnibus bonis humiliari, & regno Dei approximari. *Tom. 16. Serm. fest. fol. 36. col. 1.*

B

FESTVM SANCTI SERVATII Episcopi. XIII. Maij.

* DIONYSII CARTHVSIANI sermo, in quo S. Seruatij Episc. Tungrensis excellentiæ exprimũtur, harum. Prima est, Quòd ex nobili & sanctissimâ Christi progenie est natus. Secunda. Præcipua Sanctitas ab ipsâ infantiâ. Tertia. Admiranda promotio ad Episcopatum. Quarta. Copiosissima miraculorũ frequentia. Quinta. Patientia in aduersis. Sexta. Gratia prophetiæ atque cœlestis visionis. Septima. Gloriosus, miraculosus, & beatissimus finis ipsius. *Ex proprio sanctorum, à fol. 186. pag. 2. ad fol. 187. pag. 2.*

C

FESTVM S. BONIFACII Martyris. XIV. Maij.

* RABANI MAVRI homilia, in qua agitur de verbis. *Psal. 111. In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.* II. Huius sancti virtutes declarat secundum seriem octo beatitudinum. III. Imitandum esse tradit, laudandum & honorandum. *Tom. 5. pag. 594. col. 1. & 2.*

IVNIVS.

A

FESTVM SANCTI BARNABÆ *Apostoli.* XI. Iunij.

❧ DIONYSII CARTHVSIANI in die festo S. Barnabæ Apostoli sermo, in quo eum laudat. I. De suâ spontaneâ paupertate propter Deum. II. De constantiâ & feruidâ prædicatione. III. Ab excellentiâ sapientiæ suæ, immò à spiritu Prophetiæ, fuit enim Doctor & Propheta. IV. A glorioso martyrio. V. Ex feruore sanctissimo charitatis Dei ac proximorum. *Ex proprio de Sanctis, fol.* 194. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

❧ GVILLELMI PARISIENSIS sermo in festo S. Barnabæ Apostoli in ea verba Ioan. 15. *Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis.* Amicitia Dei multum est optanda, quia est honorabilis, vtilis, durabilis. Amicitia Dei acquiritur, Deum amando, mandata eius implendo; quia diligit diligendo & odit odiendo. Signa quibus amicitia Dei percipitur sunt hæc; ad verbum Dei magnum amorem habere, illud libenter audire, memoriter tenere, opere implere. *In sanct. proprio serm.* 63. *à pag.* 91. *ad pag.* 92.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud act. 11. *Barnabas erat vir bonus, plenus Spiritu sancto.* Ostendit B. Barnabam habuisse interiorem perfectionem, & perfectam conuersationem exteriorem. Illa consistit in cognitione veritatis, & dilectione bonitatis: ista in actuum vtilitate, & morum grauitate. Insuper docet bonum per participationem dici de creatura sex modis, videlicet ex rei veritate, ex genere seu existentia, ex debita circumstantia, ex rationis directione, ex merito siue ex gratia, & ex gloria. *Tom.* 16. *serm. fest. fol.* 36. *col.* 1. *& sequent.*

FESTVM SANCTI ANTONII *de Padua Confessoris.* XIII. Iunij.

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de S. Antonio Paduano, in illud Genes. 43. *Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi?* Imprimis B. Antoniũ commendat ab excellentia sanctitatis qua intus ardebat in anima: à contemptu mundanæ sublimitatis, siue ab amore propriæ vilitatis, quam exterius ostendebat in vita: & à celebri gloria nominis, qua cunctis innotescit in fa-B ma. Deinde paruulorum proprietates in Sancto isto Confessore agnoscit & comprobat. Dicuntur autem ad discendum dociles, ad obediendum flexibiles, ad amandum habiles, ad indulgendum faciles, & ad dona siue munuscula promptiores: sicque veritati in nullo resistunt, imperiis non repugnant charitati non obstant, pietati non contradicunt, nec donis derogant. *Tom.* 3. *serm. de Sanct. pag.* 252. *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra in illud Sap. 7. *Inuocaui, & venit in me Spiritus sapientiæ.* Ostendit B. Antonium sapientiam in se habuisse omnium antiquorum, videlicet. I. Angelorum, quæ consistit in ministrando. II. Pa-C triarcharum, quæ est similis sapientiæ viatorum. III. Prophetarum, quorum est præuidere futura & nunciare. IV. Apostolorum, quæ similitudinem habet cum sapientia mercatorum. V. Martyrum, quæ est sicut sapientia bellatorum. VI. Confessorum, siue Doctorum, quæ est sapientia magistrorum. VII. Virginum, quæ consistit in fugiendo mala, & hominum consortia. *Ibid. pag.* 253. *& sequentib.*

FESTVM SANCTI BASILII
Magni Epiſcopi & Confeſſoris.
xiv. Iunij.

S. Ephræm Syri encomium in Sanctum ac Magnum Baſilium. I. Quàm omnibus virtutum numeris S. Baſilius fuerit expletus, variiſque laudum præconiis ac miraculis effulſerit, docetur. II. Arieti diuerſis coloribus exornato pulchrè aſſimilatur. III. Eius varia epitheta referuntur. IV. Veſtis myſtica ex pulcherrima lana huius rationalis ouis, virtutum diſtincta coloribus conficitur. V. S. Baſilius & quadraginta Martyres inter ſe conferuntur. VI. Conſtantia B. Baſilij laudatur. VII. Quomodo rationis ac ſenſus expertia ſimul cum Beato iſto viro pugnauerint, demonſtratur. VIII. Conſubſtantialis Sanctiſſimæ Trinitatis miraculi expoſitione comprobatur. IX. S. Baſilij auxilium deſideratur. *Tom. 3. a pag. 712. ad pag. 726.*

S. Gregorii Nazianzeni fuſiſſima oratio funebris in laudem Baſilij Magni Cæſarienſis Archiepiſcopi. Varia eaque præclara complectitur I. Quàm difficile ſit & arduum huius S. Viri encomium. II. Parentum Baſilij laudem & pietatem. III. Martyrij ſtatuta & leges. IV. Miraculoſam quandam ceruorum venationẽ V. Parentũ fœlicitatem plurimos filios eoſq; bonos habentium. VI. Prophanam doctrinam non eſſe improbandam. VII. B. Baſilij vitam à prima ætate ad vltimam. VIII. Athenienſium & Armeniorum mores. IX. Superni amoris legem, & amoris corporum diſcrimen. X. Societates malorum vitandas. XI. Baſilii magni & Gregorii Nazianzeni mutuam amicitiam. XII. Magni Baſilii ſcientias abſolutiſſimas. XIII. Antiſtites munus Eccleſiaſticum appetentes redarguendos. XIV. Prælatorum electiones earumque conditiones. XV Arrii impietatem. XVI. Sancti Baſilii zelum, & erga Sanctiſſimam Trinitatem fidem animique ſinceritatem. A XVII. Diuitum in annonæ penuria crudelitatem. XVIII. Baſilii cum Ioſeph Patriarcha collationem. XIX. Veri & digniſſimi antiſtitis virtutes. XX. Baſilii aduerſus hæreſes & hæreticos certamina & inſignes victorias. XXI. Valentis diram in Orthodoxos perſecutionem. XXII. Modeſti Imperatoris Præfecti audaciam, & Baſilij Magni virtutem, ſapientiam, & pro Chriſtiana fide conſtantiam. XXIII. Viri iuſti ſanctam audaciam. XXIV. S. Baſilii ante mortem miracula. XXV Eius virtutes præclaras. XXVI. Virginitatis encomia. XXVII. Solitariæ vitæ, cum ea quæ ſocietate gaudet cõciliationem & permictionẽ. XXVIII. Eleemoſynarũ laudes. XXIX. S. Baſi- B lii cum ſole comparationem. XXX. Operum & librorum huius S. Viri cõmendationem. XXXI. Ipſius cũ ſummis viris Adam, Enos, Enoch, Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moyſe, Aaron, Ioſue, Samuel, Dauid, Helia, Ioanne Baptiſta & aliis collationem. XXXII. S. Baſilii funus. XXXIII. Varia eius epitheta & nomina. *Tom. 1. Orat. 20. a pag. 316. ad pag. 373.*

B. Theodori Studitæ ſermo Cathechet. in D. Baſilii memoriam. Differit de virginitate, de Virginum laude, ac de contemplatione quæ eſt integritas & puritatis præſidium. *Tom. 2. Auct. Bib. Patr. ſerm. 35. col. 1318.*

C

FESTVM SS. QVIRITI ET
Iulittæ Martyr. xvi. Iunii.

✠ B. Thomæ a Villanova Concio ad hæc verba: *Hi ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, &c. Apocal.* 7. In qua deducit I. proſperitatis detrimenta; & contra, tribulationũ vtilitates, quas dicit eſſe. 1. quod excitat à ſomno peccati, & illuminat, 2. depoſita ſuperbia facit humilem & manſuetum 3. Purificat à vitiis & concupiſcentiis, 4. Conuertit à peccatis ad Deum & eius miſericordiam, 5. Auocat à deſiderio huius vitæ. 6. exercet hominem, probat & auget,

7. dat fiduciam gloriæ. Indè sancti omnes tribulationem passi sunt. II. Ex decem rationibus huius rei à D. Chrysost. relatis, has recenset, 1. facere ad humilitatem, 2. ad purificationem, 3. ad meritorum & virtutum cumulum, 4. ad illuminationem eorum & exemplũ nostrum, 5. ad persuasionem alterius vitæ. III. Declarat eos qui externas tribulationes non sustinuerunt, internis fuisse impetitos: & quinque constituit, 1. continuam compunctionem pro peccatis, 2. pondus carnis, 3. malorum inspectam præuaricationem, 4. oppressionem pauperum & casum animarum, 5. dilationem gloriæ. *a fol.* 203. *col* 4. *ad.* 204. *col.* 4.

FESTVM SANCTORVM GERVASII & Prothasii martyrum. XIX. Iunij.

GVILLELMI PARISIENSIS sermo in illud Matth 13. *Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum qui autem perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.* I. exemplo SS. martyrum Geruasii & Prothasii mala sunt perferenda & odia sustinenda; nec debent serui Dei de odio mundi mirari, quia ipsum Dominũ mundus odio habuit, mali homines huius mundi seipsos odio habent, maiores amicos odio prosequuntur, boni non sunt de hoc mundo, boni sunt mundo dissimiles, contrarii, mali habent palatum infectum de febre iniquitatis. II. Perseuerantia est amplectenda, quia, eam sacra scriptura multum commendat, bona conseruat, merita coronat. *In sanct. prop. serm.* 64. *a pag.* 91. *ad pag.* 93.

FESTVM SANCTI IOANNIS Baptistæ. XXIV. Iunij.

B. ALBERTI MAGNI sermo 1. ad illud, *Luc. 1. Puer crescebat & confortabatur spiritu, & erat in deserto, &c.* I. In duobus creuisse Ioannem demõstrat, 1. in dilectione Dei, vndè erat

A lucerna ardens, 2. in boni operis actione, vndè fuit lucerna lucens. II. Confortatum fuisse spiritu contra quadruplicem spiritum, superbiæ, auaritiæ, luxuriæ & gulæ. III. Mansisse eum in deserto propter tria, 1. Ne sensus eius inquinarentur delectationibus mundi, 2. vt liberius in lege Dei meditaretur. 3. vt secretius orationi instaret. IV. Ostendisse autem se filijs Israel, 1. vt eos ad fidem & mores instrueret, 2. vt duplicem aduentum Domini prænuntiaret, 3. vt credentes & pœnitentes baptizaret. *a pag.* 194. *col* 2. *ad* 196. *col.* 1.

Eiusdem sermo 2. ad id: *Ego vox clamantis in deserto*; Christum docet vt leonem clamasse voce magna, clamare quotidie, & clamaturum in iudicio. *A pag.* 213. *col.* 2. *ad* 244. *col.* 1.

B S. AMBROSII sermo primus de S. Ioanne Bapt. in Euang. hodiernum. I. B. Ioan. Nat. mirabilem, cũ ipsius mirabiliori morte confert. II Ipsum orationis filium nominat. III. Natiuitatem Præcursoris aliquid habere simile natiuitati Domini Saluatoris demonstrat. IV. Ipsum, etiam in vtero Prophetam, & nondum natum Christi Præcursorem agnoscit. *Tom.* 5. *serm.* 7. *de Sanctis col.* 136 *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus de prærogatiua S. Ioannis Baptistæ. I. Nomen eius celebrat ac nominis ipsius vim linguas mutorum resoluentem exprimit. II. Ioannem non solùm vocem sed clamantis vocem esse declarat. III. Præcursoris magnitudinem & excellentiam ostendit. *Ibidem serm.* 8. *de Sanct. col.* 137. *& sequent.*

C Eiusdem sermo tert. de vita S. Ioannis Baptistæ. Docet. I. Scripturam Diuinam Diuumque Ioannem semper loqui & clamare. II. Quomodo sit via Domini mundanda, exæquanda, & componenda. III. S. Præcursoris virtutes, humilitatem, fidem, & abstinentiam. IV. B. Ioannis Baptistæ indumenta, & mortis genus mysteria præferre. V. Adulterium execrandum esse; castitatem verò solicitè custodiendam. *Ibidem serm.* 9. *de Sanct. col.* 138. *& sequent.*

S. Avgvstini sermo primus in festo natiuitatis S. Ioannis Baptistæ. I. Cur celebretur dies natalis S. Præcursoris, causam profert. II. B. Ioannem Baptistam veteris Testamenti & legis formam in se prætulisse ostendit. III. Mundum & populum gentilium, deserto in quo Baptista clamabat, assimilat. IV. Quare Ioannes ante Christum præmissus fuerit, explicat: V. Quid sit inter verbum & vocem discutit. VI. Quid sit quòd B. Ioannes vocem se esse dixerit, inquirit. VII. Baptistæ prærogatiuas laudibus celebrat. VIII. Quid sit illud Euangelistæ Matthæi. *A diebus Ioannis regnum cælorum vim patitur, &c.* exponit. IX. Abstinentiæ & crucis duo genera refert. *Tom. 10. serm. de Sanct. 20. fol. 265.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. Virginem cum Elizabeth confert. II. Christum fontem dicit de cuius plenitudine omnes accipiunt. III. Docet ideò nos celebrare natalē Ioannis sicut & Christi, quòd vtraque natiuitas sit plena mysterio: illa quidem mysterio humilitatis nostræ, ista autem mysterio altitudinis nostræ. IV. Cur Christus ante se præmiserit Ioannem, lucernamque illum nuncupauerit. V. In Præcursore legem veterem figuratam agnoscit. VI. Vt hanc sanctam festiuitatem non solùm corporali sed etiam spiritali, cum gaudio celebremus, ad hortatur. *Ibid. serm. 21. de Sanct. fol. 265. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. I. Thesaurum in Zacharia reconditum inuenire conatur. II. Parentū B. Ioannis virtutes & merita laudibus effert. III. S. Præcursoris encomia laudesque celebrat. IV. B. Ioannem in vtero matris exultantem, & ad cœlum antequam terram tangeret peruenientem miratur. *Ibidem serm. 22. de Sanct. fol. 266.*

Eiusdem sermo quartus, vnde supra. I. Christum dicit magistrum. alios verò huius magistri ministros II. Quæstionem proponit, & soluit, quare natalem B. Ioannis Baptistæ potius celebremus, quàm cuiuslibet Apostoli, vel A Martyris, vel Prophetæ, vel Patriarchæ III. Cur idem Ioannes discipulos habuerit, quærit. IV. B. Ioannem cùm Christo Domino confert. V. Baptistæ humilitatem commendat. VI Baptismatis Christi rationem affert. VIII. Christum solem nominat. *Tom. 10. serm. 23. de Sanct. fol. 266.*

S. V. Bedæ homilia in Euangel. *Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam, nomine Zacharias, &c.* Varia docet, I. Cur Ioannes Baptista plusquam Propheta dictus sit, II. Quare de Sacerdotali prosapia ortus, III. Cur maluerit in spiritu vocatis in desertum populis noui Testamenti sacramenta prædicare, quàm ad se venientibus in B templum, gloriosissimo illo tunc temporis sacerdotij veteris officio præesse, IV Quare Zacharias Sacerdos de vice & genere Abia fuerit, qui octauo in sortium distributione 1. Paralip. 24. ponitur, rationem profert & mysteriū aperit, V. Quanta fuerit parentum. Baptistæ sanctitas, VI. Cur sterili matre & vtroque parente prouectioris ætatis Ioannes nascitur, VII. Quàm cōuenienter electum sit tempus, in quo præcursoris Domini natiuitas, & virtus futura nunciaretur. VIII. Quomodo Angelus temporis statu, & loci situ in quo apparuit, gratiæ quam euangelizare venerat, testimonium perhibuerit, IX Quænam fuerit Zachariæ oratio, X. Quodnam sit sub Ioannis nomine contentum mysterium. XI. Quàm C magnus coram Domino & hominibus S. Baptista extiterit. *Tom. 7. Hom. Æstiu. de Sanct. à col. 96. ad col 101.*

Eiusdem homilia in die sancto natiuitatis D. Ioannis Baptistæ, in Euangel. *Elizabeth impletum est tempus pariendi, &c.* I. Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ encomia celebrat. II. Præcursoris ortum cum Christi natiuitate pluribus cōfert. III. Temporis, quo Baptista natus est, mysterium pandit, IV. Eius natiuitatem aduentus Dominici & gratiæ quā prædicare veniebat expressisse similitudinem ostendit V. Textum & huius natiuitatis circumstantias mysticè interpretatur. VI. Diem circumcisionis

cum die Dominicæ resurrectionis comparat. VII. Canticum Zachariæ breui expositione perstringit. *Ibidem Homil. Æstiual. de Sanct. Homilia vltima a col.* 180. *ad col.* 183.

S. Bernardi sermo primus in natiuitate S. Ioannis Baptistæ, de lucerna ardente & lucente, I. Sacros fidelium conuentus laudat. II. Quo pacto tantùm lucere sit vanum, tantum ardere parum, ardere verò & lucere perfectum, demonstrat. III. B. I. Baptistam lucernæ pluribus assimilat. IV. Eumdem comprobat ardētem in seipso vehementi austeritate conuersationis: erga Christum intimo quodam & pleno feruore deuotionis: & erga peccantes proximos constantia liberæ increpationis. V. Ipsum lucentem agnoscit, luxisseque ostendit exemplo, digito, & verbo. VI. Præcursoris austeritatem commendat: & mundanam voluptatem atque vanitatem condemnat. VII. Feruorem & zelum erga peccantem proximum Baptistæ exemplo suadet. VIII. Christum Dominum tanquam Deum, tanquam sponsum, & tanquam agnum venisse probat, sicut Baptista sanctus præmonuerat. *A col.* 215. *ad col.* 219.

Eiusdem sermo secundus, ipsi forsitan falsò adscriptus, de priuilegiis B. Ioannis Baptistæ. Imprimis Sancti Præcursoris merita præclaris laudibus effert, & sibi similem non habere testatur. Deinde ingredi aggreditur virtutum insignia quæ Deus Maiestatis in amico suo gloriosa glorificatione signauit: eiusque decem honores & prærogatiuas enumerat, ac fuse pertractat. Primus honor dicitur gloria in annunciatione natiuitatis huiusce pueri. Secundus sanctificatio ipsius in vtero matris. Tertius, excellentia in exultatione. Quartus, gaudium in natiuitate. Quintus, singularitas in conuersione & conuersatione. Sextus, nouitas in prædicatione. Septimus, dignitas in baptismate. Octauus, prima reuelatio de Trinitate. Nonus. testimonium veritatis. Decimus, assertio matris Ecclesiæ. Denique ipsum, Patriarcham, Prophetam

A Angelum, Apostolum, Martyrem, Virginem &c. nominat. *A col.* 684. *ad col.* 691.

S. Bonaventuræ sermo primus de S. Ioanne Bapt. in illud Isa. 49. *Dedi te lucem Gentium.* Domini Præcursorem luci assimilat; Ipse enim est natura impassiua, nulli passioni supposita: debilium confortatiua & visus directiua: arguitiua siue rerum occultarum manifestatiua: & inflammatiua seu calefactiua per radiorum repercussionē, & multitudinem: D. autem Ioannes Baptista per mentis & carnis integritatem, & eam quam semper seruare studuit virginitatem, passiones atque concupiscentias repressit: exemplis & operibus ad pœnitentiam populos anima-
B uit: homines iniquos & peccatores grauiter redarguit: verbis & factis proximorum corda inflammauit. *Tom.* 3. *ser. de Sanct. pag.* 255. *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus de eodem, in illud Euangelij, *Ioannes est nomen eius.* Præcursoris Domini merita celebrat & ex quatuor commendat, nimirum ex parte abundantissimæ gratiæ, quam accepit: ex parte humilis conscientiæ, per quam vilia de se sensit: ex parte austeritatis & pœnitentiæ, quam semper portauit: & ex parte zeli iustitiæ, pro qua mori non timuit. *Ibidem fol* 257. *& sequent.*

S. P. Chrysologi sermo primus de annunciatione & conceptione San-
C cti Ioannis Baptistæ I. Zachariæ silentium eiusque rationes discutit. II. Humani & Diuini sermonis discrimen notat III. Causam sui silentij, dum de profluuio mulieris loqueretur, indicat, docetque sermonem Diuinum in potestatem dantis esse, non dicentis. IV. Herodis, de quo in Euangelio Ioannis fit mentio, mala enumerat. V. Tempus orationis Zachariæ, & locum multitudinis orationis considerat, & legis Euāgelicæ præsignificata mysteria pandit. *Serm.* 86. *col.* 226. *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. Docet Dominum in Ioanne accendisse & præmisisse sui luminis lucernam vt degustato lumine in se iam Diuini

tulni Solis iubar homines ipsã Deitatis capere nt claritatem: & virginalẽ prolem faciliùs crederent. II. Causam sterilitatis Elizabeth, quæ paritura erat, tangit. III. Zachariam templum Domini spiritale nominat. IV. Angelum Zachariæ à dextris altaris stantem contemplatur, & quid hoc sibi vult, explicat. *Serm. 87. a col. 228 ad col. 231.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. I. Carnem nunquam de sua conscientia esse securam, ex turbato & trementi Zacharia colligit atque comprobat. II. Zachariæ orationem, cuius effectũ refert Angelus, examinat. III. Baptistæ laudes celebrat. IV. Angeli promissa Zachariæ facta discutit, & conceptibus illustrat. V. Ioannem Baptistam fœlicem, beatum, & singulariter beatum prædicat. VI. Christi Diuinitatem aduersus hæreticos probat. VII. Quomodo B. Ioannes in spiritu & virtute Eliæ venerit, paucis declarat. *Serm. 88. a col. 231. ad col. 234.*

Eiusdem sermo quartus, vnde supra I. Ostendit sic inter vitia & virtutes quædam haberi media, vt ex ipsis, & periti doctrinæ materiam sumant, & erroris causam inueniant imperiti. II. B. Baptistæ parentes pluribus commendat III. Elizabeth sterilitatem non maledictam, sed mysticam esse testatur IV. S. Ioannem Angelum nuncupat non partu ex hominibus, sed Diuino munere natum. *Serm 89. a col. 234. ad col. 237*

Eiusdem sermo quintus, vnde supra, I. Humanæ naturæ imbecillitatem demonstrat, & in Zacharia agnoscit, II. Cur pater B. Ioannis Baptistæ silentio orisque impedimento fuerit mulctatus, rationem adducit. III. Fidem commendat, & vt nihil vnquam Deo impossibile esse iudicemus, monet. *Ser. 90. a col. 237. ad col. 239.*

Eiusdem sermo sextus, vnde supra, I. S. Ioannis Baptistæ vtrumque parentem laudibus effert, II. Quomodo iusti ambo coram Domino extiterint, explicat, III. Quòd in via iustitiæ & perfectionis ambulare debeamus, non stare aut sedere, ex textu Euangelij col-

A ligit, IV. Cur sanctæ Elizabeth partus sit dilatus, rationẽ profert. V. B. Ioannis varios titulos loquitur, VI. Angelico præconio. Præcursoris nascentis virtutes & gloriam pangit. VII. Baptistam in vtero matris exultantem miratur. *Serm. 91. à col. 240. & sequent.*

Eiusdem sermo septimus, vnde supra, I Legis antiquæ virtutem ponderat, II. Elizabeth cum Sara confert. III. Procreationem dulcium liberorum, honorem dicit coniugij, matrimoniique esse dignitatem. *Serm. 92. col. 243. & sequentibus.*

S. I. CHRYSOSTOMI in Præcursorem Domini sermo primus, I. B. Ioannis Baptistæ desertum, & pœnitentiæ prædicationem, commendat, II. Vestimentum Præcursoris circumspicit, eiusque mysterium prodit, III. Christum à Ioanne baptizatum miratur.
B *Tom 6. serm. 29. à pag. 113. ad pag. 314.*

✠ *Sermo iste tribuitur à doctissimis viris Ioanni Nepoti Sylu. Hierosolim. & inter opera eius recensetur. Tom. 1. pag. 522. col. 2. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus in sanctum Ioannem Præcursorem, I. Asserit nihil Baptistam tanto honore cumulasse, quàm quòd Dominum baptizauerit, II. Baptisma Christi egregiè describit, III. Domini & Præcursoris humilitatem fusè repræsentat, præclarisque conceptibus illustrat. IV. Demissionũ Domini rationes in medium adducit,
C V. Vocem Patris de cœlo dicentis, *Hic est Filius meus dilectus, &c.* ampla expositione interpretatur, *Ibid. serm. 36. à pag. 361. ad pag. 368.*

Eiusdem sermo tertius in oraculum Zachariæ redditum, & in conceptionem Elizabet I. Omnia Dei præcepto cedere ac seruire ostendit, & ex fœcũda sterilitate matris Baptistæ colligit, II. Elizabeth infantem in vlnis gestantem, quæ scipione pro nimia senectute ad incessum indigebat, miratur, III. B. Ioannem Eliæ per omnia assimilat, IV. Zachariæ colloquium cum Angelo, eiusque curiositatem silentio & linguæ impedimento punitam describit. *Ibid. serm. 55. a pag. 512 ad pag. 515.*

Vuu

Eiusdem sermo quartus in laudem conceptionis. S. Ioannis Proph. Præcursoris,& Baptistæ, I. In tabernaculo fœderis, atque in templo Salomonis vniuersi huius mundi expressam imaginem agnoscit, II. S. Ioannis Baptistæ laudes celebrat & priuilegia recenset, III. Parentum Baptistæ virtutes commendat, IV. Ipsos cum Abraham & Sara confert, V. Zachariæ silentium benignum dicit supplicium. VI. Ioannem infantem in matris vtero exultantem contemplatur & miratur. *Ibid. serm.56. à pag. 516. ad pag. 521.*

B. P. DAMIANI in natiuitate S. Ioannis Baptistæ sermo primus, in quo Præcursoris priuilegia & honores recenset. *Tom.2.Serm.23. à pag. 201. ad pag. 205. Habeturque in fine operum S. Bernardi, & hic supra pag. 447. col. 2.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. Ioannis aduentus & natiuitatis causam assignat. II Quopacto in vtero matris, cum adhuc in iniquitatibus conceptus existeret, Spiritu sancto plenus fuerit, explicat, III. Cur Ioannes iam sanctificatus circumcisionem in carne susceperit inquirit. IV. Quomodo inter natos mulierum non surrexerit Ioanne maior, declarat. V. Baptistam Elia & aliis maiorem ostendit, & qua ratione. VI. S. Ioannem Angelum nominat, Christique demissionem atque humilitatem miratur. *Ibidem serm. 24. pag. 205. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra, I. Quàm magnificæ priuilegio sublimitatis emineat S. Ioannes Domini Præcursor, quàmque incomparabili celsitudine meritorum inter Sanctorum choros excellat, attentè animadnertit, II. Nuptias Christi & Ecclesiæ repræsentat, quarum Paranymphus Ioannes Baptista dicitur. III. Beatæ humilitatis excelsam Maiestatem contemplatur, quæ dum suo iudicio in ima deprimitur, dinina prouehente clementia ad cælestia subleuatur. IV. Nullam sanctitatis virtutem Ioanni Baptistæ defuisse testatur, & ipsum omnium Sanctorum participem factum demonstrat. *Ibid. ser. 25. pag. 206. & seq.*

A DIONYSII CARTHVSIANI sermo, pro epist. in cuius serie S. Ioannes Bapt. multipliciter commendatur. Primò. Deus illi nomen imposuit; & antequàm conciperetur præcepit per angelum, vt vocaretur Ioannes. Secúdò. In vtero materno Deus eum sanctificauit. Tertiò. Ab efficaciâ & excellentia gratiæ illi concessæ in prædicando. Quartò. A protectione pietatis diuinæ. Quintò. Quia ad prædicandum nequaquàm ingessit se, quousque Deus ei præcepit prædicare & baptizare. *In proprio sanctorum, à fol. 218. pag. 1. ad fol. 219. pag. 1.*

Eiusdem, sermo primus, pro Euang. B. Ioannes Baptista vocatur angelus, B quia Angelicam vitam duxit in terris; nam ab exordio pueritiæ suæ, solus soli Deo vacauit in eremo; in quâ, die ac nocte intentus fuit suprà humanas vires summo & incommutabili bono; hæc fuit vita & occupatio ac delectatio eius die ac nocte. *Ex sanct. prop. à fol. 219. pag. 2. ad fol. 220. pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang sermo secundus, quo prærogatiuas S. Ioannis Baptistæ contemplatur, harum, 1. est gloriosa eius annunciatio, 2. in vtero matris sanctificatio, 3. exultatio in eodem vtero, 4. gaudium in ipsius natiuitate 5. singularitas in conuersatione, 6. nouitas prædicationis eius, 7 quod Christum Baptizauit, 8. sublimitas reuelationis illi factæ 9. testimonium verita- C tis quod de eo Christus dedit; 10. assertio matris Ecclesiæ. *In prop de sanct. à fol. 220. pag. 2. ad fol. 221. pag. 1.*

EVSEBII EMISSENI homilia prima de S. Ioanne Baptista. I. Agnoscit magnificentiam laudis B. Præcursoris, ex dignitate Christi ipsum laudantis. II. Ioannem Baptistam non summis Apostolis dicit esse petiorem, sed primis extare æqualem. III. Eius sublimitatem & humilitatem tangit, IV. Ipsum formam venturi Domini natiuitate & cóuersatione signasse ostendit. V. Baptistæ vestimentum, zonam, & cibum mysticè interpretatur. VI. Ad viam Domini parandam voce Clamantis in deserto hortatur. *Fol. 78 & sequens.*

Eiusdem homilia secunda de eodem. I. Beatũ Ioannem fœlicem parentum meritis dicit, fœliciorem verò suis, II. De Zachariæ oratione disserit, & quomodo ille dum non pro se, sed pro omnibus precem fudit, profuturæ fructum posteritatis meruit, ostendit, III. Probat quòd sicut Ioannes aduentu suo gratiam Domini Saluatoris prædicauit ita Elizabeth mater eius partu suo fœlicitatem Ecclesiæ prænunciarit. IV. In Iudæos Christum adhuc expectantes inuehitur. V. Ioannis zelum paucis declarat. *Fol. 80. & sequentibus.*

Gverrici Abbatis sermo primus in natiuitate S. Ioannis Baptistæ, in illud Ieremiæ I. *Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum.* I. B. Ioannem in eos spiritus sui & gratiæ superabundantiam refudisse ostendit, qui in se transfuderant carnis substantiam, II. Mariæ Deiparæ gratiam vocisque ipsius virtutem demonstrat, III. Præcursoris Domini virtutes & merita celebrat. IV. Quanta bona mundo, ex Ioannis Nat. orta & Ecclesiæ cœlitùs collata perpendit, V. Præcursoris Domini eximiam perfectionem miratur. VI. Ad dignos pœnitentiæ fructus faciendos cohortatur, VII. Vt vel ex aliqua parte, teporem nostrum deuota veneratione sanctorum, ac præcipuè B. Ioannis redimamus, suadet. *a pag. 292. ad pag. 297.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Matth. 11. *A diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, &c.* I. Bonam approbat pœnitentiæ violentiam, quæ rapit virtute regnum, quod non erat naturæ concessum, II Mortificationem corporis commendat, III. Luctam Iacob cum Deo describit, & mysticè explicat, IV. Dilectionis virtutem morte ipsa fortiorem exprimit, V. ad spiritale certamen suos incitare conatur, VI. Baptistam ducem militiæ spiritalis nominat, quem incunctanter sequi debemus. *A pag. 298. ad pag. 302.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Euangelij, *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* I. Quantæ sit gloriæ ab illo laudari, qui nec falli potest nec adulari, perpendit, II. Præcursoris excellentias & prærogatiuas celebrat. III. Eius humilitatem commendat, IV. Vanam gloriam reprobat. V. Humilitatis vtilitates breuiter perstringit. *A pag. 303. ad pag. 310.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud. *Quid existis in desertum videre, &c.* I. Christum Præcursorem suum præclaris encomiis celebrantem eumque de constantia animi, de contemptu corporis proprij, de excellentia gratiæ Prophetalis atque dignitate angelici officij & nominis laudantem repræsentat, II. Vitæ austeritatem commendat & suadet, III. In luxuriosos & voluptati atque vanitati deditos grauiter agit. *A pag. 310. ad pag. 317.*

* Gvillelmi Parisiensis de virtutibus S. Ioannis Baptistæ sermo primus in illud. *Paraui lucernam Christo meo, inimicos autem eius induam confusione Psalm. 131.* Verbum est Dei patris, circa quod tria sunt attendenda: Primum Lucernam esse Ioannem Baptistam, qui ex August. fuit præco verbi, paranymphus sponsi, lucerna Christi ardens & lucens, accensa in eius sanctificatione, manifestata verò in eius prædicatione, visa extingui in eius decollatione. Secundum. Hanc lucernam parauit Deus Pater Christo Domino qualiter ei decuit; fulsit hæc lumine multiplicis prærogatiuæ, doctrinæ, boni exempli, dedit enim exemplũ abstinentiæ, asperitatis & vilitatis vestimenti, puritatis Angelicæ, fugiendi mundum, humilitatis, constantiæ, bonizeli, deuotionis. Tertium. Hæc lucerna fuit confusio inimicorum Christi. *In proprio de sanctis sermone 65. a pag. 93. ad pag. 95.*

Eiusdem, de magnitudine prærogatiuarum S. Præcursoris Domini sermo 2. quam denotant hæc verba Matt. 11. *Amen dico vobis non surrexit maior Ioanne Baptista.* Magnus enim fuit, quia, formatus à potentia Patris altissimi supra naturam; visitatus à præsentiâ verbi incarnati corporaliter & spiritaliter, sanctificatus à gratiâ Spiritus sancti in

vtero matris suæ, nominatus à linguâ Angeli Domini non impositione humanâ, prouidentiam magnam habuit & meritum, magnum aduersarium conculcauit, quamuis innocens per asperitatem vitæ in semetipsum districtam ferebat iudicij censuram, exemplo omnibus luxit, mercedem meritus est magnam longitudine æternitatis, latitudine vbertatis, sublimitate honoris, profunditate pacis. *In sanct. prop. sermone 66. à pag. 95. ad pag. 98.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo primus in festo S. Ioannis Baptistæ, in illud Dauidis, *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate, Pinguescent speciosa deserti, &c.* I. Deum admirabilem prædicat, atque laudabilem non solùm in creaturis verùm etiam in scripturis. II. Per annum benignitatis vniuersale tempus gratiæ intelligit: sicut per campos vbertate repletos coniugatos: per speciosa deserti, viros solitarios, inter quos refulsit Præcursor Domini S. Ioan. Bapt. gratiæ pinguedine repletus: per colles exultatione accinctos, illos qui se de terrenis in hac vita ad contemplanda cœlestia subleuãt: per arrietes ouiũ indutos, sanctos Ecclesiæ Prælatos: & per valles frumento abundantes, humiles subiectos. III. Acceptionem personarum condemnat. IV. Suos ad cõtemplationem & humilem subiectionem hortatur. *Tom. 2. Instit. Monast. serm. 72. pag. 393. & sequentib.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Psal. *Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur.* I. B. Ioannis Baptistæ laudes pangit, merita celebrat, & virtutes recenset. II. Eundem palmæ per iustitiam, & cedro per gloriam assimilat. III. Sanctos viros palmas dicit illos, videlicet, qui licet parua, pauca & arcta sint, quæ incipiunt: magna tamen, multa, & ampla perficiunt. IV. Per cedrum Beatos, & cælestem gloriam, qua nihil est sublimius, intelligit. *Ibidem serm. 73. pag. 395. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Euang. hodierni, *Ioannes est nomen*

A *eius, & in natiuitate eius multi gaudebunt*, I. Huius nominis rationem & mysterium aperit. II. Vt in hac natiuitate totis præcordiis gaudeamus, hortatur. III. Gaudium mundi reprobat, & detestatur. IV. Peccatorum miseram tristitiam notat. *Ibidem serm. 34. pag. 396. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Dauidis Psal. 67. *Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, &c.* I. Sanctorum meritum, & vniuersalis Ecclesiæ scientiam, præmiumque cæleste spirituali significatione describit. II Per duos cleros, Prophetas & Apostolos intelligit, in quorum medio dormiunt, qui in pace bonæ cõuersationis ab inquietudine dæmo-

B num liberi fœliciter quiescunt. III. De fœlici Sanctorum somno disserit. IV. Ecclesiam columbæ pulcherrimè assimilat, quæ felle caret per charitatem: quæ meliora grana eligit per præceptorum Dei executionem: quæ gemitum pro cantu habet per pœnitentiam, quæ &c. *Ibidem serm. 97. pag. 419. & sequentib.*

D. INNOCENTII PAP. III. Sermo primus in solemnitate S. Ioannis Baptistæ; Quomodo Ioannes Baptista multis modis fuerit magnus, in illud Matth. *inter natos mulierum non surrexit maior, &c.* I. Docet veritatis confessionem, dignitatis professionem mereri.

C II. B. Ioannem Baptistam magnum extitisse ostendit in prædestinatione, in annunciatione, in conceptione, in natura, in persona, in gratia, in officio, in merito, in sacramento, in dignitate, in potestate, in claritate, in opinione, in prædicatione, & in passione. III. Triplicem baptismũ distinguit. IV. Christi verba de Ioanne Baptista dicentis, *Qui minor est in regno cælorum, maior est illo,* clarè explicat, *Tom. 1. pag. 122. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus de eodem in illud, *A diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Militiæ spiritalis varia certamina describit: & B. Ioannis Baptistæ voluntariam paupertatem, patientiam, hu-

militatem, abstinentiam, austeritatem aliasque virtutes quibus regnum cœlorum rapuit, commendat. *Ibidem pag. 125. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud, *Elizabeth vxor tua pariet tibi filium &c.* De triplici natiuitate S. Ioannis Baptistæ carnali nimirum, sacramentali, & spiritali in quibus multi gaudent, pluribus differit. *Ibid. pag. 128. & sequent.*

✠ IOAN. NEPOT. SYLVAN. HIEROS. hom. 2. in Ioann. De S. Ioanne Bapt. I. Distantiam proponit inter Deum & hominem: Christum & Ioannem. II. Ioannem in deserto considerat. III. Exponit quod de verbo dixit Ioannes: *In principio erat verbum. Et omnia per ipsum facta sunt.* Laudatque piscatoris sapientiam. IV. Ioannem fuisse à Deo missum expendit. V. Quomodo Ioannes reuelauit si generatio eius non enarratur. Et accepta occasione tractat de B. Virginis Virginitate post partum: Tùm postea etiam de sepulchro Domini, & Angeli allocutione ad mulieres. *Pag. 487. & seq.*

Eiusdem hom. 1. in Lucam. Initio alludit ad tempora quatuor, Conceptionis, & Natiuitatis Christi & Ioannis Bapt. prædicta à Prophetis, duo solitia & duo æquinoctia: eaque ad mysticos sensus trahit: & alia quædam circa vtriusque conceptionem & natiuitatem expendit. *à pag. 475. & sequent. Tom. 1. Habetur inter homilias D. Chrysostomi in Lucam I. Tom. 1. col. 998. & sequent. edit. Paris. 1614.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. in illud: *Luc. 1. Ioannes est nomen eius.* I. Vias constituit quibus ad Diuinam gratiam peruenitur. 1. per duplicem passionem; vnam qua ad vitia propendemus, reprimendam: alteram pœnæ & calamitatum, quas patienter toleremus. 2. contemplari propriam infirmitatem & suum nihil posse; nil velle nil esse. Cuius viæ vtilitates proponit. II. Ipsam historiam Euangelij enarrat, & mysticè exponit, Zachariam esse hominem internum; qui & sacerdos est, & populo foris relicto, solus ingreditur sancta sanctorum; sacrificium offert, responsa Dei excipit; natiuitatis gratiæ nnntia audit. Deque gaudio quod ex eiusmodi natiuitate oritur, tractat III. exponit viam nouam & optimam perquam graditur is, in quo natiuitas illa peracta est, ad hæc: *Vinum & siceram non bibet. à pag. 555. ad 560.*

Eiusdem sermo 2. ad ea verba; *Ioann. 1. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.* I. Declarat, hoc lumen esse superessentiale, quod in fundo hominis intimo lucet. II. Esse aliquos docet qui huius luminis testimonium non recipiant. III. Quid præstandum sit vt luminis Diuini simus idonei. IV. Testimonium huius luminis perhiberi in infimis & superioribus animæ viribus: & præsertim tradit de intellectu & de voluntate in via sua amatiua. *à pag. 561. ad 566.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo in natiuitate S. Ioannis Baptistæ. I. Quàm sit necessaria Diuina lux ambulantibus in tenebris huius sæculi; & peregrinantibus in hac vita præsenti, demonstrat. II. Verba Dei, lumen & lucernam esse ostendit. III. Docet Christum, qui nobis sacri eloquij lucernam contulit, sibi alteram exhibuisse, Ioannem nimirum eius Præcursorem, non quidem ad lucem, siue solatium, sed ad testimonium, Diuinitatisque indicium. IV. B. Ioannem lucernam dicit ob humilitatem & charitatem, sibi quidem ardentem, Christo autem testimonio prælucentem. V. Eius virtutes commemorat, ac merita recenset. VI. Humilitatem multùm commendat. *Part. 2 pag. 651. & sequentibus.*

S. MACHARII ÆGYPTII homilia huic festo aptanda I. Calamitates animæ, in qua propter peccatum non habitat Christus, describit & deplorat II. Dominum agricolæ assimilat. III. B. Ioannis Baptistæ magnitudinem ostendit. IV. Quomodo sit intelligendum Domini de Ioanne dictum *Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo*, docet. V. Apostol. laudibus effert. *Hom. 28. à pag. 167 ad pag. 170.*

S. Maximi homilia prima in die natiuitatis S. Ioannis Baptistæ. I. Præcursorem Domini cum Martyribus confert. II. B. Ioannem in vtero matris exultantem miratur. III. Huius natiuitatis miracula celebrat. IV. Quàm rectè B. Ioannes vox clamantis dictus fuerit, declarat. V. Quid sit parare viam Domino, pluribus explicat. *Homil. de sanct. à col. 650. ad col. 653.*

Eiusdem homilia secunda, vnde supra. I. S. Ioannis Baptistæ encomium celebrat. II. Prophetam tota admiratione suscipiendum illum nominat. III Senectutis Zachariæ & Elisabeth mysterium aperit. IV. Præcursoris Domini virtutes profert. *Ibidem col. 653. & sequent.*

Eiusdem homilia tertia, vnde supra. B. Ioannem Baptistam plusquam prophetam, clamantis vocem, & natis mulierum maiorem prædicat, magnamque ei reuerentiam exhibendam esse docet. *Ibid. col. 654. & sequent.*

S. Odilonis Abbatis sermo de admirabili Præcursoris Christi Ioannis B natiuitate. I. Sanctos Patres & Prophetas antiquæ legis, qui Christi mysteria prænuntiarunt, lucernas nuncupat. II. B. Ioannem præ cæteris effulsisse ostendit. III. Nominis ipsius rationem profert. IV. Eius laudes breuiter perstringit. *Biblioth. Cluniacens. Serm. 10. B. Odilon. col. 397. & sequent.*

✠ Rabani Mavri homilia in hunc diem: in qua agitur de duplici natiuitate, Christi & Ioannis. Tùm ostendit Ioannem omnibus esse maiorem, Christo autem neminem. Denique cur Ioannes lucerna appelletur, & antè Christum mittatur. Et sic excitat, vt præparemus viam Domino venturo ad corda nostra. *Tom. 5. pag. 595. col. 1. & 2.*

✠ Radvlphi Ardentis de Natiuitate S. Ioannis Baptistæ in id Hierem. 1. *Priusquam te formarem in vtero noui te, &c.* Homilia quâ hæc quæ de Hieremia sunt dicta S. Ioanni conuenire ostenduntur. I. Hieremias & Ioannes antequam sint, eliguntur; antequam de immunditia exeant, mundantur; antequam loquantur, Prophetæ fiunt. 2. ab officio prophetandi se excusat Hieremias, non vero Ioannes Baptista, sed tantum se huius esse indignum demonstrat à Pharisæis quis esset rogatus. III. A Deo confortati Hieremias & Ioannes, non timent sæuitiam Iudæorum, regumque potentiam sed aspere vitia eorum reprehendunt. IV. Officium Prophetiæ Hieremiæ & Ioanni iniungitur, ad quod tria necessaria affluentia verbi, gradus potestatis, vsus ministerij, &c. *a fol. 70. pag. 2. ad fol. 75. pag. 2.*

Eiusdem, homilia in Euang. octo honorum priuilegijs à Deo decoratur S. Ioannes Bapt. quorum. 1. est Quod Deus pater nasciturum longè antè prædixit: 2. Per eundem Archangelum, per quem vnigenitum suum Virgini erat nunciaturus, istum nasciturum patri nunciauit: 3. in vtero matris non tantùm eum sanctificauit, sed & Spiritu sancto repleuit: 4. Ad aduentum Virginis filium Dei in vtero gestantis eum exultare & prophetare fecit: 5. Contrà naturam ex matre sterili & patre sene mirabiliter natus est: 6. Gaudium in eius natiuitate: 7. in denominatione nominis eius loquela patri restituitur: 8. Gratia filii prophetæ, pater enim eius propheta efficitur. *A fol. 75. pag. 2. ad fol. 78. pag. 2.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in festo S. Ioannis Baptistæ, in illud *Quis putas puer iste erit.* I. B Ioan. Baptistam sponsum dicit speciosum propter Virginitatis candorem martyrij ruborem, & cum Christo similitudinem: gratiosum ob sanctitatem, humilitatem, & vtilitatem gloriosum ob dignitatem, quia ante natiuitatem prophetatus: ab Angelo nuntiatus: miraculosè generatus: in vtero sanctificatus: cum multis miraculis natus: ante Dominum ortus: quia regis præcursor extitit: quia Christum baptizauit; quia de luce testimonium perhibuit. II. Puritatem cordis, oris, & operis commendat. *Tom. 16. ser. fest. fol. 37. col. 1. & seq.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio 1. ad illud: *Erit magnus coram*

Domino Lucæ 1. Grande præconium esse decernit quod dicatur Ioannes, magnus; & hoc coram Domino. Vndè inquirit. I. Propter quid magnus dictus sit. Et 1. id metiendum esse ex officio respondet, 2. Officium Ioannis expendit ex verbis Euangelij: *Fuit homo missus à Deo, &c.* Vbi dicitur missus vt testimonium perhiberet de lumine, & vt esset media lux hominum. 3. Eum non solum mundum illuminasse, sed & disposuisse ad aduentum Christi. 4. Propterea mirabilem fuisse hunc puerum docet & demiratur; & ex viuæ genere summæ autoritatis ad persuadendum. II Tractat, testimonium Christo à Ioanne redditum. & docet, 1. quid de Christo dixerit, 2. ideo in deserto mansisse, & ad Christum non se recepisse, ne amore personæ locutus videretur, 3. Eum tamen Christi visione non fuisse priuatum, sed singulariter donatum, dum eum baptizauit, 4. Illud Ioannis testimonium fuisse validissimum. III. Considerat nobile vicissim à Christo Ioannem testimonium accepisse. *à fol.* 176. *col.* 4. *ad* 180. *col.* 1.

Eiusdem Concio 2. ad hæc: *Ille erat lucerna ardens & lucens. Ioan.* 5. fingit se non laudare Ioannem, sed magnitudinem templi quod in se Domino præparauit metiendam proponere. Ad quod hortatur omnes peccatores vt videant & confundantur. II. Eius sanctitatem expendit, quod Angelus dictus sit. III. Eum metitur ex officio: officium autem eius fuisse, quod à Deo missus sit vt testimonium perhiberet de lumine. IV. Quomodo eiusmodi officium impleuerit, fugâ in eremum vitæ austeritate, vt autoritatem dictis conciliaret. Vndè & miraculis non eguerit. V. Hanc sublimitatem in Ioanne fuisse, quia erat lucerna ardens & lucens. Ex ardore charitatis. ex lumine cognitionis. Quæ duo deplorat hominibus iam deesse. VI. Examinat quo zelo & qua libertate vsus sit in prædicationibus suis. Et tandem inuehitur, quod nullus sit qui salutem zelet animarum. *A fol.* 180. *col.* 1. *ad* 182. *col.* 4.

Eiusdem Concio 3. ad id: *Secundum* A *nomen tuum sic & laus tua Psal.* 47. In qua. I. Statuit laudari merito posse homines à nominum suorum significatione, sed præsertim cùm Diuinitus indita sunt. II. Id specialiter in Ioannis nomine, præcursori Diuinitus indito debere concedi, vt in themate sumitur: eumque Deo gratissimum fuisse. III. Omnium gratiarum primam & optimam esse, gratiam electionis & prædestinationis docet IV. Quæ electio cùm non sit æqualis in omnibus; Ioanni ad excelsiora destinato, debuisse cæteris esse sublimiorem ostendit. V. Ioannem missum fuisse ad omnium salutem procurandam. Quo officio, quo ordine, quaue ratione sit functus, describit. VI. Tales exoptat nunc esse verbi Di- B uini præcones. VII. Qua in existimatione fuerit Ioannes; quàm verò se dimiserit, & Christo detulerit, effatur. Denique conuertitur ad Religiosos, quorum ille princeps fuit, & illis in exemplum proponit: *A fol.* 182. *col.* 4. *ad* 185. *col.* 2.

FESTVM SANCTORVM IOANNIS & Pauli Martyrum. xxvi. Iunij.

GVILLELMI PARISIENSIS sermo habitus in die SS. Martyrum Ioannis & Pauli vbi ea Luc. 12. exponens. *Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post* C *hæc non habent amplius quid faciant Ostendam vobis quem timeatis, timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.* dicit Primò. Ex Chrysost. omnia mala operari timorē mortis, & omnia bona contemptum mortis; ideo non debere terreri amicos Dei ab his qui occidunt corpus, quia, 1. sunt amici Dei, quibus omnia in bonum cooperantur, 2. occisores corporis, corpus occidunt, quod est hostis noster familiaris, 3. eorum potestas est modica, in corpus non in animam extensa. Secundò Timendum esse eum qui habet & in corpus & in animam potestatem, qui nō solum pœnam transitoriam sed æternam infligit. *Ex prop. de Sanctis serm.* 67. *à pag.* 98. *ad pag.* 99.

FESTVM SANCTORVM Apostolorum Petri & Pauli xxix. Iunij.

✠ B. Alberti Magni sermo ad ea verba. *Matth. 16. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis, &c.* I. Agit de primo nomine huius Apostoli, quod est Simon, & fuisse obedientem Diuinæ iussioni. Et ad eius exemplum tria retia esse dimittenda; superbiæ, auaritiæ, luxuriæ. 2. Angelicæ admonitioni Actor. 12. Et eum imitantes, gratiæ Dei obediendum esse, velociter surgendo: cingendo se castitate; calceando sanctorum exemplis; pallio castitatis vestiendo; gratiam sequendo ducentem ad viam pœnitentiæ, iustitiæ, patientiæ. II. De secundo nomine, quod est, Barjona: tradit Petrum fuisse filium Spiritus sancti per fidei confessionem, & Christi dilectionem. III. De tertio nomine, quod est Petrus, docet eum fuisse firmum vt corriperet, & martyrium toleraret. *A pag. 169. col. 1. ad 197. col. 2.*

S. Ambrosii sermo primus In festo SS. Apostolorum Petri & Pauli. I. B. Petri quædam specialia notat. II. Conuiuium spiritale proponit. III. Visionem vasis lintei, in quo erant diuersi generis animalia, quam B. Petrus habuit. Act. 10. pluribus explicat. IV. Famem huius Apostoli post orationem, de fame spiritali animarum interpretatur. V. Docet non illam dicendam planè mortem, quæ Christo mortuum socians lucrum, efficit morientis: sed illam quæ etiam viuentem hominem peccatorum morte constringit. *Tom. 5. serm. de Sanct. serm. 10. col. 140. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. SS. Apostolorum Petri & Pauli præconia quædam enarrat. II. Virtutem mirabilium vtriusque in omnem terram effusam esse asserit. III. Claudi in nomine Iesu Nazaræni sanitati restituti miraculum, mirabilium Petri signum primum, eiusque rationem declarat. IV. B. Paulum vas bonum no-

A minat. V. Petræ & vasis nomina Petro & Paulo imposita explicat, eorumque mysterium pandit. VI. Vtriusque mortem breuiter describit, ipsorumque exitum beatum prædicat. VII. De lacte quod loco sanguinis de ceruice B. Pauli fluxisse dicitur, differit & mira dicit. *Ibid. serm. 11. col. 141. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. I. Agit de SS. Petri & Pauli supra cæteros Apostolos excellentia. II. De clauibus scientiæ & potentiæ. III. De amborum æquali merito. IV. De causa passionis ipsorum. V. De Simonis magi elatione & punitione. *Ibidem serm. 12. col. 142. & sequen.*

S. Avgvstini sermo primus de SS. Petro & Paulo Apostolis, in illud, B *Simon Ioannis diligis me plus his.* Petrum de suis viribus præsumentem, mendacem ostendit: de se verò diffidentem, humiliter sentientem, Christum diligentem, corda aliorum Apostolorum minimè iudicantem, veracem & laude dignum comprobat. *Tom. 10. serm. 24. de sanct. fol. 267. col. 1. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de iisdem. Vtriusque conuersionem mutatione dexteræ Excelsi factam repræsentat: & peccatores ac pauperes Petri & Pauli exemplo, ne desperent, consolatur. *Ibidem serm. 25. col. 2. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. *Ibidem ser. 26. Forsitan ipsi falso adscriptus habetur enim inter Ambrosianos. Tom. 5. serm.* C *11. & hic supra pag. col. & hic supra pag. 249. col. 2.*

Eiusdem sermo quintus in eodem festo. I. Petrum cum Paulo confert. II. Petri vocationem describit. III. Christi & Petri piscationem repræsentat. IV. Christum pisci assimilat. V. Pauli conuersionem depingit. VI. Iudæorũ crudelitatem demonstrat. VII. De vtriusque passione & martyrio differit. *Ibidem fol. 268. serm. 28.*

Eiusdem sermo sextus, vnde supra. I. Petrum & Paulum ad duorum populorum salutem electos esse ostendit. II. Illos vineæ cultoribus, agricolis, negotiatoribus & thesaurorum dispensatoribus assimilat. III. Petrum cum Paulo pluribus

pluribus confert, æqualesque ac simi-les per varia ac diuersa virtutum genera demonstrat. IV. Vmbram Petri infirmos sanantem miratur. V. Eius vincula fœlicia prædicat. *Ibidem serm. 29 fol. 268. & sequentibus.*

S. V. BEDÆ homiliæ in vigiliis Apostolorũ petri & pauli, super Euangelium, *Simon Ioannis diligis me plus his?* I. Virtutem perfectæ dilectionis commendat & ex Euangelico textu colligit. II. Hanc solam & veram esse probationem in Deum amoris, si erga fratres studuerimus curam soliciti exercere laboris docet. III. Cur petrus à Christo vocetur Simon Ioannis inquirit, & mysterium pandit. IV. Iudiciũ temerarium condemnat. V. De se ipso non præsumendum esse demonstrat. VI. Iustorum puram conscientiam, orationes, ac opera bona laudibus effert. VII. Quid sit oues Christi pascere, declarat. VIII. In malos pastores animarum inuehitur. IX. Qualiter petrus & paulus suis passionibus Deum ac Dominum Christum clarificauerint, pluribus explicat. X. Horum imitationem paucis suadet. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de Sanct. a col. 106. ad col. 110.*

Eiusdem homilia in festo SS. Apostolorum petri & pauli, in Euangelium hodiernum. Textum suo more breui expositione transcurrit, quibusdam notis illustrat, & ad B. Petri imitationem cohortatur. *Ibidem à col. 110. ad col. 113.*

Eiusdem sermo de SS. petro & paulo. Illos oliuis assimilat: causam martyrij ipsorum indicat: & passionis vtriusque historiam narrat. *Ibidem serm. de diuersis col. 357. & sequent.*

S. BERNARDI ABBATIS sermo primus in vigilia petri & pauli Apostolorum. Docet nos in festiuitatibus Sanctorum, præcipuè autem istorum, tria vigilanter considerare debere, auxilium videlicet Sancti exemplum eius, & nostram confusionem, *Col. 219. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus in die festo eorumdem. I. Illos dicit magistros & A mediatores, Pastores, & Doctores nostros, humano géneri decenter constitutos, dulces enim sunt, peccatores blande & misericorditer suscipientes: potentes, eos fortiter protegentes; sapientes ad viam & per viam rectam homines deducentes. II. Quomodo isti SS. Apostoli nos docuerint viuere, ostendit. III. In quo consistat bona vita, declarat. IV. Docet in congregatione viuendum esse ordinabiliter, sociabiliter, & humiliter. V. Modum triplicem tradit, quo possumus austeritatem propriæ pœnitentiæ, vexationem alienæ malitiæ, & flagellum correctionis diuinæ patienter ferre. *Col. 220. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. B I. Dei verbum prædicat ac laudibus effert. II. Spiritalem animarum agriculturam eleganter describit. III. Petri & Pauli virtutem & dignitatem commendat. IV. Hodiernæ festiuitatis causam profert. V. Mortem iustorum pretiosam agnoscit. VI. Vt mortè Sanctorum mori desideremus, suadet. VII. Hanc esse spiritualis exercitij summam ostendit, vt sapienter disponamus præsentia nostra, recogitemus in amaritudine animæ nostræ præterita, ac futura solicitè prouideamus. *Col. 222. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus in eorumdem solemnitate, de lectione libri sapientiæ, C *Hi sunt viri misericordiæ, quorum iustitiæ obliuionem non acceperunt. &c.* Sanctos Apostolos Petrum & Paulum viros misericordiæ nominat, primò quia misericordiam consequuti, secundò quia misericordia pleni, tertiò quia misericorditer à Deo nobis donati sunt. Vbi de illorum peccatis, conuersione, & pœnitentia disserit, & præassumpti thematis verba interpretatur. *Col. 224. & sequentibus.*

S. BONAVENTVRÆ sermo de SS. Petro & paulo, in illud Matth. 19. *Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis, &c.* Agit primò de sequentibus carnem, carnisque delectabilia: secundò de sequentibus mũdi desideria, & mẽdacia quærentibus: tertiò

desequentibus Christum, tanquam agnum mansuetissimum, doctorem prudentissimum, Regem potentissimum, & patrem dulcissimum. *Tom. 3. serm. de Sanct. pag.* 258.

S. I. CHRYSOSTOMI oratio encomiastica, in Principes Apostolorum Petrum & paulum, eorumdemque gloriosissimum Martyrium. I. In solemni Apostolorum istorum memoria celebranda certare inter se cœlū terramque ostendit. II. Amborum laudes, merita, & dignitatem pangit, ipsosque Angelis meliores dicit. III. Petrum cum paulo confert. IV. Varia atque præclara eorum nomina, titulos & epitheta refert. V. Eos variis rebus assimilat. VI. Eorum gesta recenset. VII. Illorum martyrium describit. *Tom. 6.* B *serm.* 30. *à pag.* 314. *ad pag.* 319.

✠ *Tribuitur hæc homilia à non spernendis autoribus Ioanni Nepoti Sylu. Hierosolim. & extat inter opera illius sub hoc titulo Homilia* 51. *in Principes Apostolorum Petrum & Paulum. Tom.* 1. *pag.* 526. *col.* 1. *& sequent.*

Eiusdem oratio in Sanctos Petrum Apostolum & Eliam Prophetam. I. Suorum segnitiem reprehendit, quòd pauci concioni præsentes essent. II. Cur Sacerdotes & Præsules peccatis obnoxios esse Deus permiserit, docet. III. Cur Petrum Apostolorum verticem in peccatum prolabi sinerit Christus, rationem reddit. IV. Quare sacerdotium Angelo, aut Archangelo C non fuerit commissum, sed hominibus peccatis propriis colligatis & constrictis inquirit, & soluit. V. Animum Eliæ Prophetæ & zelum ostendit. VI. Vim orationis viri sancti perpendit. VII. Viduæ nutricis Eliæ Prophetæ generosum atque liberalem animum commendat, ac eius virtutem laudibus celebrat. VIII. Eliæ gesta præclara commemorat. *Homil.* 69. *ad Populum Antiochenum à pag.* 854. *ad pag.* 868.

B. P. DAMIANI sermo de S. P. Apostolo in illud Cant. 1. *Adolescentulæ dilexerunt te nimis.* I. B. Petri eminentiam prædicat. II. Primatus eius insignia, dignitatem atque potestatem explicat. III. Amorem Petri erga Christum summum fuisse declarat. IV. Tres gradus amoris Dei, quos B. Petrus conscendit, notat. quorum primus est amare dulciter id est, ex corde. secundus diligere sapienter, hoc est, ex anima; tertius amare fortiter, id est, ex omnibus viribus. *Tem.* 2. *serm.* 26. *pag.* 109. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo de SS. Petro & Paulo. I. Petrum cum Paulo confert, & eorum præconia refert. II. Redemptoris dispositionem miratur, quod illos Ecclesiæ suæ præfecerit, qui sic criminaliter lapsi sunt, vt in peccatorum fluctus absorberentur. III. Cur Principes Ecclesiæ frequenter labi permittat Deus rationem adducit. IV. Hos SS. Apostolos oliuis assimilat propter quatuor olei proprietates ipsis conuenientes: oleum siquidem omnibus liquoribus supernatat, sic & Apostolica pietas omnibus eorum virtutibus antefertur: illuminat oleum, illuminant & Apostoli miraculis & operibus: oleū pascit, pascunt & Apostoli verbo, exemplo, oratione: vngit oleum, vngunt & Apostoli consolatione spiritali. V. Eosdem duobus candelabris comparat. *Ibid. sermo* 27. *pag.* 110. *& sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI pro Epist. sermo, vbi de magnificentiis & persequutionibus Beati Petri Apostoli fusè differit. *In proprio de Sanct. fol.* 224. *à pag* 1. *ad pag.* 2.

Eiusdem, pro Euangel. sermo, 1. in quo SS. Apostolos Petrum & Paulum duas oliuas nominat, & duo luminaria mundi; Petrū quidem luminare maius Paulum vero luminare minus, &c. *Ex prop. sanct. a fol.* 225 *pag* 2. *ad fol.* 226. *pag.* 1.

Idem, sermone 3. pro Euang. agit de separatione Apostolorum Petri & Pauli tempore martyrij: & de tribus quæ in festis Sanctorum veniunt considerandа se. auxilium sancti, exemplum sancti, confusio propria. *Ex sanct. proprio à fol.* 226. *pag.* 1. *ad fol.* 227. *pag.* 1.

EVSEBII EMISSENI homilia in natali Apostolor. Petri & Pauli. I. Quid clamet sanguis Martyrum cordibus Christianorum, declarat. II. SS. Petrum & Paulum dispensatoribus, tubis,

sagittis, fontibus, medicis, ac lampadibus assimilat III. Illos æquales ac pares per varia ac diuersa virtutum genera dicit. IV. De veris cælorum clauibus differit. V. Meritorum virtutes Dei portam velut claues mysticas aperire peccata verò regna cælorum claudere docet. *fol. 85. & sequent.*

I. GERSONII sermo de Sanctis Petro & paulo, in illud Dauidis, *Nimis honorati sunt amici tui Deus*: I. B. Petrum laudat ob veram eius fidem, summam erga Deum dilectionem, & sapientiæ profunditatem. II. B. Paulum præconiis effert, & Solem nuncupat. III. Virtutes eius recenset, humilitatem nimirum, spiritus paupertatem, pietatem, mansuetudinem, scientiam fortitudinem, misericordiam, & alias eiusmodi, quibus fuit à Deo honoratus. IV. Spiritalem B. Pauli in omnibus delectationem explicat. V. Mundi amorem contemnit, & dilectionem erga Deum suadet. *Tom. 2. Part. 4. a col. 703. ad col. 719.*

GVERRICI ABBATIS sermo primus in natali Apostolorum petri & pauli, in illud Zachar. *Isti sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ*. I. Hæc verba diuersimodè explicat. II. In duobus filiis olei petrũ & paulum figuratos agnoscit. III. Religiosos oliuis assimilat. IV. Splendorem intellectus, & vnctionem affectus mysticè exponit. V. Spiritus-sancti ignem & corda inflammare dicit & corpora refrigerare ostendit, VI. Dei præsentiam cõmendat. *a pag. 317. ad pag. 323.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Cant. 4. *Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur, &c.* I. Ecclesiam matrem dicit ex præputio & circumcisione habentem filios, quos nutrit lacte doctrinæ: II. Petrum & paulum eius duo vbera pectori suo affixa nuncupat. III. Per hinnulos capreæ, eosdem intelligit sicut & per capream, Ecclesiam exprimit. IV. De spiritali animarum alimento pertractat. *A pag. 323. ad pag. 329.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, præcedentis continuatio, de eo quod scriptum est, Cant. 2. *Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*. I. Docet quid sit aspirante die spiritali vmbras inclinari: cùm magis consequens videretur, vt non crescere, sed minui tunc & deficere dicerentur. II. Agit de vmbris inferioribus & mundanis, ac de superioribus & diuinis. III. Cælestes vmbras expostulat. *A pag. 330. ad pag. 337.*

GVILLELMI PARISIENSIS in solemnitatem SS. Apostolorum petri & pauli sermo ex his verbis Ioan. vlt. *Simon Ioannis diligis me plus his, &c.* in quibus quatuor obseruanda, ad ordinationem vitæ eorum qui gregem Dei habent pascere. Primum. Dominus petrum Simonem vocat, quod interpretatur obediens; prædicator enim primo debet obedire doctrinæ suæ. Simonem Ioannis, Ioannes gratia explicatur, quia grata & Deo placens est prædicatoris obedientia. Secundum. Ad perfectionem amoris diuini pertinet bona transitoria contemnere, mala transitoria non timere: Ter Christus Petrum de dilectione interrogat, quia ait D. Bernard. pastor debet plus amare Christum, quam sua, vel suos, vel seipsum. Tertium. Pastoris officium multum acceptum est Deo, modo gregem suum pascat, verbo, exẽplo, temporali subsidio Quartum. Pastor si necesse fuerit animam debet ponere pro ouibus; sic princeps pastorum fecit, & petiuit facere, & voluit. *Ex sanctorum proprio sermone. 68. a pag. 99. ad pag. 100.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo de Apostolis petro & paulo, in illa Genesis verba, *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, &c.* I. Per creationem mundi regenerationem generis humani: & per ornatum cæli & terræ decorem ac pulchritudinem vniuersalis Ecclesiæ intelligit. II. In Sole & Luna petrum & paulum expressos agnoscit. III. Docet ambos posse existimari meritis non dispares, qui in passione fuerunt æquales. IV. illos variis rebus assimilat. V. Quomodo sint isti Apostoli luminaria spiritualia in signa & tempora, & dies & annos expli-

cat. VI. Cœteros Apostolos stellis comparat. VII. Vt filij lucis simus, cohortatur. *Tom. 2. Instit. Monast. serm.64 pag. 384. & sequentibus.*

D. Innocentii Pap. III. in solemnitate D. Apostolorum Petri & Pauli sermo primus, in Euangelium. I. Ex textu colligit famam propriam nõ esse negligendam. II. B. Petri fœlicitatem, quæ consistit in cognitione & dilectione commendat. III. Ipsius fidem & charitatem demonstrat. IV. Eiusdẽ dignitatem prædicat quæ in duobus attenditur, quia & fundamentum est, & caput Ecclesiæ. V. Potestatem eius in absolutione peccatorum & operatione miraculorum, declarat. VI. De clauibus Petri disserit. VII. Oues Christi verbo, exemplo, & sacramento pascendas docet. *Tom. 1. a pag. 129. ad pag. 134.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Luc. 4. *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.* Per mare præsens sæculum, per nauim Ecclesiam, per maris altitudinem Romam, & per rete prædicationem intelligit. *Ibidem pag. 134. & sequent.*

✠ Ioannis Thauleri sermo, ad hæc verba, *Galat. 2. Christo confixus sum cruci. Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus.* In Apostolo Paulo, vt in vera dilectione & resignatione, ac sequela Dei viuamus, quatuor nobis imitandas esse virtutes proponit. I. est, immensa abstractio & elongatio ab omnibus rebus creatis extra Deũ. II. Obliuio & ignoratio omnium labentium creaturarum. III. Continuus in principium nostrum Deum, respectus. IV. Operatio, per quam vicinius Christo imprimimur & conformamur. Vbi latè de operatione, quæ fit per mortificationem & mortem animi seu mentis. Et iterum de cruce Domini & mortesectanda. *A pag. 569. ad 573.*

S. Lavrentii Ivstiniani sermo in solemnitate Sanctorum Apostolorum Petri & pauli. I. Docet cælestis operationis supereminentiam in iustificatione hominis maximè apparere. II. Nullam apud Deum esse per-A sonarum acceptionem ostendit. III. Hasce veritates. BB. Petri & Pauli exemplis comprobat. IV. Petrum & paulum testes veraces dicit, quoniam quæ de Christo testificati sunt verbo, hæc visione, reuelatione, & sensu perceperunt. V. Illos olinis amœnis, virentibus, & fœcundis assimilat. VI. Ad illorum imitationem hortatur. *Part. 2. pag. 653. ad pag. 656.*

S. Leonis sermo primus in natali Apostolorum petri & pauli. I. Dignitatem vrbis Romæ, quam per Apostolos petrum & paulum consequuta est, prædicat. II. Romanorum superstitiones recenset. III. Persecutionem & furorem Neronis paucis describit. IV. Ecclesiam nullo crudelitatis genere de-B strui posse, asserit. *A col. 225. ad col. 228.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. B. Petrum primum dicit in Apostolica dignitate & in Domini confessione. II. Textum hodierni Euangelij illustrat. III. Fidem B. Petri & confessionem super quam ædificata est Ecclesia, commendat. IV. Eius priuilegium, prærogatiuas, atque excellentias notat. V. Qualiter. B. Petrus etiamnum pascat Ecclesiam, declarat. *Col. 228. & sequent.*

S. Maximi homilia prima de B. petro Apostolo. I. Qua ratione Christus & petrus petræ dicantur, expendit. II. Petrum in mari super vndas ambulantem considerat & miratur. III. In hac C vita per pericula ad Christum perueniendum esse docet. *Homil. Hyemalib. Homil. vltima col. 618. & sequent.*

Eiusdem homilia secunda, in natali Beatissimorum petri ac pauli Apostolorum, I. Quòd honor qui Apostolis defertur, ipsi Apostolorum Domino exhibeatur. II. Quòd dies mortis Sanctorum, sit eorum dies natalis. III. Quòd magna ac beata sit B. Petri de Christi Diuinitate confessio. IV. Quòd claues cœli lingua sint petri. V. Quòd Principis Apostolorum mirabilis sit fides. V. Quòd ipsius humilitas etiam inter tormenta enituerit. VII. Quòd B. paulus præclaris sit virtutibus præditus *Hom. de Sanct. à col. 655. ad col 659.*

Eiusdem homilia tertia, in eodem festo. Complectitur B. Petri encomiũ, fidei ipsius commendationem: B. Pauli præconium: eiusque dum adhuc inter homines ageret raptum mirabilem in cælum. *Ibid. col. 659. & sequent.*

Eiusdem homilia quarta, vnde supra. I. Mirabilia in BB. Petro & P. Diuinitùs operata describit. II Quanti sint meriti apud Deum isti Apostoli perpendit. III. B. Petri iustitiam, potestatem & gloriæ magnitudinem prædicat *Ibidem col. 661. & sequent.*

Eiusdem homilia quinta, vnde supra. I. BB. Petri & Pauli vocationes considerat. II. Petrum cum Paulo confert. I I. Illos Ecclesiarum columnas agnoscit. *Ibidem col. 662. & sequent.*

Eiusdem homilia sexta, vnde supra. *Col. 663. & sequent. Habetur inter opera S. Ambrosii sermo 12. de sanct. & hic supra pag. 454. col. 2.*

S. Odilonis Abbatis sermo in vigilia Apostolorum Petri & Pauli, I. Verba Dauidis dicentis. *Cæli enarrant gloriam Dei & opera manuum eius annuntiat firmamentum*, exponit & illustrat tam quoad literam, quam quoad mysticam intelligentiam, II. Per cælos & firmamentum sanctos intelligit Apostolos, Petrum & Paulum, III. Qualiter gloriam Dei enarrent, declarat, IV. Paulum cum Petro comparat, V. Amborum martyrium paucis enarrat. *Bibl. Cluniacensis serm. 11. B. Odilon. Abbat. col. 398. & sequent.*

✠ Rabani Mauri homilia in hunc diem. Ostendit I. Totum orbem plenum esse fama horum Apostolorum II. Ad vtriusque prærogatiuas se extendit. III. Cuius meriti fuerint, patefacit. IV. De eorum tractat Martyrio. V. Reddendum eis esse honorem debitum. *Tom. 5. pag. 593. col. 1.*

✠ Radulphi Ardentis de S. Petro Apostolo in Epist homilia, *Misit Herodes Rex manus vt affligeret quosdam de Ecclesia, &c. Act. 12.* I. Deus malis potestatem sæuiendi dat in bonos, 1. ad eorum exercitium 2. ad illusionem reprobationemque malorum, 3. ad diuinæ sapientiæ potentiæque demonstrationem. II. Quosdam sanctorum festinè educit Dominus de tribulationibus huius mundi, quia nouit merita quæ habituri erant consummasse, 2. ne aliquando laberentur & perirent, 3. quia eis dignus non erat mundus. III. Alios sanctorum Deus potenter de tribulationibus eripiens, facit eos hic longam ducere vitam ad maiorem laboris eorum remunerationem, & Ecclesiæ consolationem. *A fol. 78. pag. 2. ad fol. 81. pag. 2.*

Eiusdem, homilia in Euangel. pro hodierna festiuitate in cuius lectione quinque facit Dominus & redemptor noster, 1. venit in partes Cæsareæ Philippi, 2. Quærit à discipulis cuius opinionis apud homines haberetur: 3. Quis à discipulis diceretur, quærit & audit. 4 confessionem Petri commendat, & eam ex se non habere dicit, sed à Deo reuelante: 5. remunerat Petri responsionem, nominis sui denominatione, principatu, virtute perseuerantiæ & officio. *A fol. 82. pag. 2. ad fol. 86. pag. 1.*

✠ Theophanis Cerámei hom. 55. initio caullaudat Imperatorem propter clementiam; præsertim verò quod templum Apostolorum venustissimum in palatio ædificauit, cuius & pulchritudinem multis describit, 2. transit ad explanationem Euangelij hodierni, vbi nonnullas mouet & soluit quæstiones. Quare in hunc modũ interroget discipulos Dominus. Quid populum in eas de Christo opiniones induxerat. Cur Christus Petrum Barjonam appellat. Quomodo Petrus eo dignitatis euectus, Passionis tempore ter Dominum negauerit; cuius rei tres profert rationes. *A pagin. 370. ad 378.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in festo Apostolorum Petri & Pauli, in illud Ioel. 2. *Sol vertetur in tenebras & Luna in sanguinem.* B. Petrum Soli assimilat propter tria, quia fuit fons splendoris in cognitione, fornax ardoris in amore & causa generationis in prædicatione; ratione splendoris dictus fuit Petrus: ratione ardoris Simon: ratione

verò generationis, Cephas. Conuersus autem fuit Sol iste in tenebras culpæ, mœstitiæ & pœnæ. B. Paulum Lunæ comparat, quia lux fuit noctis. S. Apostolus, erroris, tenebras illuminando: fons roris, gratiam prædicando: causa frigoris, virginitatem commendando. Luna hæc mystica in sanguinem versa fuit, triplici ratione, ob Beati Stephani lapidationem, ob propriam flagellationem, & ob capitis sui abscissionem. *Tom. 16. serm. de Sanct. fol.* 37. *col.* 3.

COMMEMORATIO SANCTI *Pauli Apostoli.* XXX. Iunij.

✱ B. ALBERTI MAGNI sermo ad ea verba. 2. *Tim.* 4 *Bonum certamen certaui, &c.* I. Tria certamina in quibus triumphauit Paulus recenset, 1. contra inquietam carnem, per continentiam, 2. contra malitiam hominum, per patientiam, 3. contra peruicaciam dæmonum, per humilitatem. II. In cursu, inuitare nos vt curramus; ad quod tria esse necessaria, 1. peccati, velut oneris depositionem, 2. omnium obstaculorum amotionem, 3. finis, ad quem tendimus, dilectionem. III. Fidem Apostolum seruasse, quam quadrupliecem facit. Eandemque à nobis seruandam persuadet. IV. Coronam Paulo & imitatoribus dandam esse, quatuor lapidibus cõstantem Topasio, Patris omnipotentiâ: Smaragdo, filij scientiâ: Carbunculo, Spiritus sancti charitate: Saphiro, B. Virginis claritate. *A pag.* 197. *col.* 1 *ad* 198. *col.* 2.

S. I. CHRYSOSTOMI de laudibus S. Pauli homilia prima. I. B. Paulum prato & terrestri paradiso assimilat. II. Quàm sit difficile eius præconia explicare proloquitur. III. Exordij loco eum bona omnium prophetarum, patriarcharum, Iustorum, Apostolorum, Martyrum, & aliorum possidentem ostendit. IV. Sacrificia Pauli recenset. V. S. Apostolum cum Abel, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Iob, Moyse, Dauide, Elia, Ioanne Baptista, & Angelicis spiritibus confert. *Tom. de diuersis*

A *serm.* 41. *& iuxta errorem Typographi* 39. *à pag.* 572. *ad pag.* 579.

Eiusdem homilia secunda, vnde supra. I. Docet inter Angelos hominesque non grande esse medium, & B. Pauli exemplo comprobat. II. S. Apostoli virtutes, virtutis amorem, magnanimitatem, & constantiam cum inter medias inimicorum versaretur insidias, recenset. III. Ordinem rerum sic ab Apostolo fuisse custoditum probat, quemadmodum à Deo fuerat institutus. IV. Peccatorem verè rerum ordinem peruertere ostendit. V. Quid timendum sit, quidue optandum declarat. VI. Qualiter S. Paulus omnia propter Christum contempserit, describit. VII. Eius fortitudinem & virtem depingit & illam auro & adamãte fortiorem dicit. VIII. Quantis Christus suum Apostolum honoribus etiam ante resurrectionis tempus extulerit considerat. IX. B. Paulum cum Michaële Archangelo confert. X. Vt non solùm miremur, verumetiam imitemur hoc tam clarum virtutis exemplum, cohortatur. *Ibidem serm.* 43. *à pag.* 579. *ad pag.* 585.

Eiusdem homilia tertia, vnde supra. Quòd nihil ita Dei imitationem pariat quàm si, ita viuat aliquis vt bonum eius in commune proficiat. II. Quòd charitas homines Deo proximos faciat. III. Quòd inimicos diligere debeamus, B. Pauli exemplo, qui erga suos insidiatores semper beneficus extitit. IV. Quòd maximo studio S. Apostolus salutem animarum solicitè exquisierit. V. Quòd Pauli anima omnia terrena superauerit, & omnes homines, quantùm ad ipsum spectabat, Deo exhibuerit. VI. Quòd proprium & familiare sit in dilectione sanctorum, vt suis non solùm in spiritualibus, verũ etiam in carnalibus & negotijs temporalibus succurrant. VII. Quòd maxima charitate erga proximum B. Paulus præditus fuerit. *Ibidem serm.* 44 *à pag.* 585. *ad pag.* 590.

Eiusdem homilia quarta, vnde supra. I. Ostendit quàm benè Deus Paulum excæcauerit malè videntem, vt vtili-

ter iam videret in reliquum, & illius cæcitate totum orbem illuminaret. II. Cuius rei gratia sit cæcatus Apostolos, declarat. III Liberam hominis voluntatem cum Dei vocatione concordat. IV. Cur nos è cœlo Deus aut aliquo euidenti miraculo non vocet, inquirit. V. Christi & Ecclesiæ victorias prædicat. VI. Dæmones reliquias sanctorum timere asserit. VII. B. Pauli & Christianorum in dæmones & homines virtutem describit. VIII. Euangelij veritatem & Christianam religionem argumentis efficacissimis comprobat, atque aduersariorum obiectionibus occurrit, & respondet. IX. Euangeliū bello assimilat. X. Christi gloriam ipsa magis inimicorum impugnatione creuisse demonstrat. XI. B. pauli in prædicando efficaciam miratur. XII. Errorem à veritate discernit, quod talis sit conditio erroris, vt nullo sibi obsistente consenescat, diffluat, & pereat: veritatis verò status vt multis etiam impugnantibus suscitetur & crescat. XIII. Quo pacto B. Paulo similes esse possumus paucis tradit. *Ibid. ferm. 45. à pag. 590. ad pag. 602.*

Eiusdem homilia quinta, vnde supra. I. Nihil nos posse à virtute prohibere demonstrat. II. Non ob alias causas, nisi ob vitia sola delendum esse docet sicut nec ob aliud lætandum nisi virtutis causa. III. De B. pauli passionibus fusè differit. IV. Ipsum varium ac multiplicem dicit, non vitiosa dissimulatione, sed salutis animarum necessitate. V. Quanto studio & amore erga proximos, & maximè erga Deum afficiebatur B. pauli anima, perpendit. VI. Medico perito Apostolum comparat. VII. Puram animi eius in omnibus quæ agebat intentionem ac prudentiam commendat. VIII. De propriis laudibus fugiendis, prosequendis vè subtiliter pertractat. *Ibid. ferm. 46 à pag. 602. ad pag. 610.*

Eiusdem homilia sexta, vnde supra. B. pauli magna atque præclara gesta, quæ iuxta quorumdam suspicionem habere videntur aliquid reprehensionis, in medium profert, & illum non A minùs de his, quàm ex cæteris clarum effici, atque magnificum demonstrat. Vbi huius S. Apostoli virtutes prædicat, & quantis se periculis qui verbum Dei prædicaturus est, exponat, ostendit. *Ibid ferm. 47. à pag. 610. ad pag. 617.*

Eiusdem homilia septima: vnde supra. I. P. paulum cathena pro torque circumdatum, crucem gestantem, persequutionem vndique sustinentem, & famem vbique perpetientem repræsentat. II. Vincula eius extollit, & Regum coronis sceptrisque præfert. III. Christianos omnes Christi signiferos nuncupat. IV. Vt paulum Christi seruum imitemur, incitat. V. Fortis ac virilis animi signa certa atque documenta in paulo agnoscit. VI. In ambientes Ecclesiasticos gradus & digni- B tates grauiter agit. VII. B. pauli obedientiam commendat. VIII. Illum cum exercitus duce confert. IX. Eius in aduersis fiduciam & constantiam demonstrat. *Ibid. ferm. 48. à pag. 617. ad pag. 624.*

GVILLELMI PARISIENSIS de laudibus S pauli Apostoli sermo 2. ad Timoth. 4. *Tempus resolutionis meæ instat, bonum certamen certaui; cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c.* S. paulus. I. Reuelatione propinquitatis mortis territus non fuit, cum haberet in desiderio mortem, & vitam in patientiâ. II. Tem- C pus huius vitæ vtiliter consumpsit; bonum certamen certauit, vicit enim carnis tentationes, superbiæ; cursum consummauit, dum in viâ vitæ mortalis velociter & strenuè cucurrit, mandata Dei exequendo, fidem seruauit Christo, nomen eius coram gentibus & regibus & filiis Israël portando, pro cuius defensione & prædicatione caput ei fuit abscissum. Post hæc à Deo meruit corona iustitiæ à iusto iudice coronari. *In proprio Sanct. ferm. 70. à pag. 100. ad pag. 102.*

RADVLPHI ARDENTIS pro Epist. Galat. I. *Notum vobis facio Euangelium &c.* homilia tripartita. I. Euangelium non secundum hominem, sed suprà hominē est: Altitudo eius omnem

ra ionis altitudinem superat, humilitatis omnem humilitatem humanam, iustitia omnem legatam humanamque iustitiam. II. Neque ministerium prædicandi Euangelium se accepisse neque didicisse ab homine Apostolus dicit, sed per reuelationem Iesu Christi. III. Se Euangelium non didicisse ab homine probat, 1. per tempora & facta, 2. per iusiurandum. *a fol. 86. pag. 1. ad fol. 90. pag. 2.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in commemoratione S. Pauli, in illud, *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, &c.* In quatuor partes di-

A uiditur; Prima de triplici B. Pauli certamine differit, hostili Paganorum, ciuili Iudæorum, & intestino falsorum Christianorum. Secunda Apostolum triplicem cursum consummasse ostendit, prædicatione, cælesti conuersatione, & contemplatione. Tertia ipsum in tribus maximè fidem seruasse demonstrat, se totum in Dei seruitio exponendo, regnum eius fortiter augmentando, & omnia ei attribuendo. Quarta eius coronas enumerat, & aureolam ab aurea corona distinguit. *Tom. 16. sermone de Sanct. fol. 37. col. 3.*

IVLIVS.

FESTVM VISITATIONIS B. Mariæ Virginis.

II. Iulij.

SAncti Venerabilis Bedæ in solemnitate Deiparæ Virginis Mariæ, quando salutauit Elizabeth, homilia prima. I. Hodierni mysterij rationem perpendit & explicat. II. Virginis Matris humilitatem commendat. III. Textum Euangelicæ lectionis percurrendo, exponit. IV. Benedictæ Matris Mariæ fructum benedictum prædicat. V. Nullam in discendo moram esse ostendit, vbi doctor adest Spiritus-sanctus. VI. Canticum B. Mariæ interpretatur. VII. Deuotionem & affectum erga Virginem Matrem laudat & suadet. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de Sanct. à col. 101. ad col. 106.*

Eiusdem homilia secunda in Euangelium hodiernum. Textum percurrit & commentarijs illustrat: atque cantici B. Virginis Mariæ singula verba breuiter explanat. *Ibid. Homil. Hyemal. de Temp. feria 6. quatuor temporum col. 192. & sequentibus.*

✠ Ioannis Thavleri sermo ad hæc verba. *Eccl. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &c.* Vbi I. Oran-

B dum esse Deum & Virginem docet, & in oratione opus esse perfecta resignatione. II. Circa thema, agit de grauissima tentatione eorum qui perfectioni viciniores, internas vitiorum radices eruerunt: quam etsi patiantur sæculo dediti, alio tamen fundo, interno; perfectis autem ad extra. III. Quibus vijs perueniatur ad Deum, per commotionem, per ignem, & in sibilo auræ tenui, aperit ex 3. Reg. 19. historia Eliæ Prophetæ. IV. Illuminatis sole Diuino ad quem peruenerunt, reliquum esse in abyssale suum nihil se reducere, & siti vehementi patienti ardere. *A pag. 573. ad 577.*

C ✠ S. Bernardini Senensis sermo in festo visitationis Virginis Mariæ, in quo septem flammæ, seu gradus amoris Virginis Mariæ describuntur. Prima flamma, est amoris separantis omne quod est amato contrarium. Secunda, transformantis, cuius actus est summè vnire amantem cum amato, & è conuerso: Tertia, communicantis; cuius natura est amatum & eius amorem aliis imprimere Quarta, iubilantis, qui gratias agit de beneficiis. 1. particularibus, 2. misericordiæ, & iustitiæ, 3. singularibus; quæ omnia comprehenduntur in Assumptione humanæ naturæ à filio Dei. Quinta, saporantis,

tis, cuius est saporare varias proprietates ac differentias diuini amoris. Sexta, compatientis, qui indigentiis & miseriis compatitur: Septima, consummantis, exigit enim ordo diuinæ gratiæ, vt nos in nostrorum defectuum suppletionibus Virg. Mariæ precibus cooperemur. *Ex tom. 4. pag. 134. col. 1. ad pag. 141. col. 2.*

✝ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, 1 in Euang. Primò Triumphum Mariæ Virgini disponit similem Mardochæi triumpho ab Assuero ordinato & præcepto. Secundò. Virginem debere honorari probat ratione suæ dignitatis, excellentissimæ sanctitatis, principatiuæ proprietatis, liberalissimæ beneficientiæ, &c. *Ex proprio sanct. fol. 230. a pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, pro Euangel. sermo, 2. ex Euangelio tria elieiuntur documenta. Primum est. Maxima Virginis gloriosæ humilitas, quæ cum mater Dei esset facta cognatam suam visitauit. Secundum. Magna eiusdem Virginis discretio in eâ visitatione. Tertium. Vt fœminæ suis cognatis prægnantibus exemplo Mariæ, obsequiosas se præbeant, &c. *Ex proprio Sanctorum, à fol. 230. pag. 2. ad fol. 231. pag. 2.*

✝ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio, ad hæc verba: *Maria exurgens abijt in montana Lucæ. 1.* In qua I. Tripudium infantum in vteris maternis demiratur & attollit: & rationem eius describit sanctificationem Ioannis, ad quam properabat Iesus, & Ioannes exultat. II. Virginem præ exultatione canticum intonantem introducit & extollit, ab auctore, & à materia cantus. Tumque singulas eius partes expendit. III. Ad Religiosas conuertitur & hortatur, vt exemplo Virginis ad montana virtutum conscendant perseueranter & nil difficultatibus territæ. Nec despondendum esse animo si statim perfectæ non sint. *A fol. 152. col. 3 ad 155. col. 2.*

A

FESTVM SANCTI ALEXII Confessoris. XVII. Iulij.

B. P. DAMIANI sermo de sancto Alexio Confessore. I. S. Alexij parentes laudat, virtutes commemorat, & B. Ioannis Baptistæ genitoribus assimilat. II. Coniugatos alloquitur & vt dignè vocatione qua vocati sunt ambulent hortatur. III. Quantùm prosit parentum sanctitas filiis, ponderat. IV. Docet hominem ad internæ perfectionis fastigium, quasi quibusdam Ascensionis gradibus paulatim promoueri. V. B. Alexium frumenti grano assimilat, quod vltrò in terra
B fructificat, vt ait Christus. Marc. 4. primùm herbam, deinde spicam postea plenum frumentum in spica, denique, in horrea congregatur: quæ omnia B. Alexio aptissimè côueniunt. VI. Visionem torrentis qui non potest transvadari, apud Ezechielem 47. interpretatur, de perfectionis gradibus exponit, & S. Alexio congruentissimè adaptat. VII. B. Alexium, nouum Martyrem prædicat. VIII. Eius præclaras virtutes dignis laudibus effert. *Tom. 2. serm. 28. à pag. 211. ad pag. 214.*

FESTVM SANCTÆ MARGARITÆ Virginis & Martyris. XX. Iulii.

C
✝ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc *Matth. 13. Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas Margaritas, &c.* Tradit. I. hominem negotiatorem esse Christum Dei filium ad terram venientem. II. Pretiosam Margaritam esse hanc Sanctam. Vbi quatuor proprietates Margaritæ, sanctæ nostræ mysticè adoptat. III. Negotiandum nobis esse, & danda quæ habemus, vt quæ non habemus possideamus. IV. Id quod comparamus esse dulcem Iesum. *A pag. 198. col. 2. ad 200. col. 1.*

✝ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, quo S. Margaritæ laudes pro-

sequitur dicitque earum. Primam. Esse virtuosam contemptionem & relictionem bonorum fortunæ & naturæ, in quibus eminebat. Secundam. Fortitudinem, patientiam atque constantiam in passione. Tertiam. Virtutem miraculorum, quæ in eius passione facta sunt. *Ex prop. de Sanct. a fol. 233. pag. 2. ad fol. 234. pag. 2.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo in natali B Margaritæ: duo præcipua ex his 1. Corinth. 10. proponuntur, *Qui gloriatur in Domino glorietur.* I. In quo gloriari non est licitum, & in quo licitum est; non debemus gloriari in malis siue peccatis, bonis huius mundi, sapientiâ humanâ, fortitudine corporis, diuitiis; sed debemus & possumus in Domino, cum sit optimus, Dei cognitione, gratia Domini, Dei imitatione, tribulationibus, humilitate, &c. II. Quomodo B. Margarita in Domino potuit gloriari, cum ipsius virtute vicit, carnem, virginitatem seruans; diabolum, eius astutias deprehendens; mundum, eius bona non concupiscens & mala non timens. *In proprio Sanct. serm. 71. a pag. 102. ad pag. 104.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo de B. Margarita in illud Euangelij, *Inuenta vna pretiosa Margarita, abiit & vendidit, &c.* Primò Christum Margaritæ assimilat, quia paruus per humilitatem, candidus per puritatem, solidus per sanctitatem, pretiosus per Deitatem & rore cœli conceptus, operatione scilicet Spiritus-sancti per incarnationem. In tribus autem locis inuenitur in mari, id est, Maria Matre: in pisce, Christo homine & in altari, Sacramenti transsubstantiatione. Pretiosa verò est hæc Margarita ratione albedinis, vtilitatis, & æternæ incorruptionis: & emitur triplici denario æneo, argenteo, & aureo: hoc est, substantia mundana, corpore, & anima. Secundò parabolam istam de B. Margarita breuiter exponit, quæ dicitur pretiosa ob virginitatem, prædicationem & soliditatem siue constantiam, inuenit eam mercator cælestis, & proprio sanguine emit. *Tom. 16 ser. de Sanct. fol. 37. & seq.*

A

FESTVM SANCTÆ MARIÆ Magdalenæ. xxij. Iulij.

✠ B. Alberti Magni sermo 1. *Luc. 7. Dixit Iesus ad mulierem, fides tua te saluam fecit, vade in pace.* I. Docet Magdalenam esse mulierem de qua Euangelium: Et cur mulier dicitur. II. De fide tractat Magdalenæ, quam conuenit imitari; & sodales illius, timorem, dolorem, amorem. III. Dimissam in pace, in multis dilectionis Diuinæ signis splenduisse Magdalenam. *a pag. 200. col. 1. ad 201. col. 1.*

Eiusdem sermo 2. ad id. *Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit*
B *multum.* I Quia in tribus peccant fatuæ mulieres, oculis, capillis, & osculis attrahendo iuuenes ideo tria quæ fecit Magdalena hic exhibentur; oculorum lacrymæ; capillis facta extersio pedum; oris oscula ad pedes Domini. II. Explicat quæ septem dæmonia eiecerit Dominus è Magdalena. *à pag. 201. 1. ad 202. col. 1.*

S. Avgvstini homilia de remissione peccatorum, mulieris peccatricis historiam, exponens. I. Narrationis Euangelicæ singula: verba perpendit & notis præclaris illustrat. II. Magdalenam pia impudentia in Pharisæi domum irruentem, & Saluatoris sui pedes deosculantem considerat &
C laudibus effert. III. Christum peccatorum animas sollicitè quærentem demonstrat. IV. Obiectioni quorumdam occurrit, dicentium expedire homini vt multùm peccet, vt sic consequenter plus Deum diligat, cui enim multùm dimittitur, iuxta Domini dictum, multùm diligit; & difficultati satisfacit. V. Nullum esse asserit peccatum quod fecit homo quod non possit facere alter homo, si desit rector à quo factus est homo. VI. Magdalenæ peccatricis fidem agnoscit & commendat. VII. Christum dicit medicum bonum, qui ægros non solùm præsentes sanabat, sed & futuros etiam præuidebat. VIII. Agit de peccatorum abso-

lutione,& Spiritus-sancti per homines communicatione. IX. Vt anima peccatrix conuersionem B Mariæ Magdalenæ imitetur, hortatur. *Tom. 10. lib. 50. Homil. homil. 23. fol. 102. & sequentibus.*

S. V. Bedæ homilia in natali B. Mariæ Magdalenæ. I. Quid sit alabastrum declarat. II. Magdalenæ vnguenta quibus Christum vnxit literaliter & mysticè exponit. III. Suo more hodierni Euangelij textum breui explanatione percurrit. IV. Magdalenam laudat, quòd quæ sibi turpiter exhibuerat, ea iam Deo deuotè offerebat. V. Vt peccatorum pia compassione misereamur suadet. VI. Dilectionem igni, & peccata rubigini assimilat. VII. In Pharisæo Iudaïcum populum figuratum agnoscit in Magdalena peccatrice, Gentilitatem: in domo Pharisæi, legis & Prophetarum custodiam: & in vnguento, bonæ opinionis odorem. VIII. Opera pœnitentiæ & pietatis quæ Magdalena Christo exhibuit moraliter interpretatur. IX. Ecclesiam Synagogæ præfert. *Tom. 7 Homil. æstiual. de Sanct. a col. 113. ad col. 116.*

S. Bernardi Abbatis sermo in festo B. Mariæ Magdalenæ. I. Multitudinem miserationum Domini in peccatricem fœminam refusam miratur. II. Legem cum Euangelio confert. III. Matris Ecclesiæ vbera fœlici lacte manantia, quibus lactat proficientes, & nutrit perfectos, depingit. IV. Gaudium perfectum in quo consistat assignat. V. Quæ-nam sit religiosa & perfecta tristitia declarat. VI. Mariæ Magdalenæ triplex vnguentum distinguit, & mysticè explicat, primum quo misericordia & iudicium velut pedes Domini infunduntur, contritionis de recordatione peccatorum dicitur: secundum, quo Christi caput vngimus, deuotionis de recordatione diuinorum beneficiorum: tertium, quod est super omnia aromata, toto corpori Christi vngendo præparatum, pietatis, morbis omnibus & periculis salutare. VII. Misericordiam iniuriarum remissionem, & piam compassionem commendat. VIII. Quàm vehe- A mentissimo affectu Magdalena Christum Regem dilexerit, ostendit. IX. Peccatores consolatur. *A col. 243. ad col. 247*

S. Bonaventuræ sermo primus de S. Maria Magdalena, in illud Dauidis, *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita &c.* Christum dicit desiderandum omni tempore, ab omni gente, in omni necessitate, in omni prosperitate, in omni aduersitate, & ex omni parte: eo quòd desiderabilis sit visui, auditui, & gustui, vt sic in nobis perfecta delectatio sentiatur. *Tom. 3. serm. de Sanct. pag. 259. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Euangelij, *Remittuntur ei* B *peccata multa quoniam dilexit multùm.* Quatuor signa amoris, quo B. Magdalena supra humanum eloquium dilexit Christum profert. Primum fuit assiduitas recordationis. Secundum solicitudo inquisitionis. Tertium sinceritas affectionis. Quartum feruor æmulationis. *Ibidem pag. 260. & sequent.*

S. P. Chrysologi sermo primus de ea quæ vnxit Dominum vnguento. I. Docet Deum gemitus delinquentium esurire, & lachrymas peccatorum sitire. II. Piam Magdalenæ impudentiam describit & approbat. III. Cur retro stetetit, rationem adducit. IV. Huius mulieris pœnitentiam conuiuio assimilat. V. Quàm opportunè Magdalena venerit ad Christum non cùm C ipse staret, aut sederet, sed cùm accumberet in domo Pharisæi expendit. VI. Peccatricem terrestrem lachrimis suis cœlum rigantem contemplatur. VII. Vim lachrimarum breuiter explicat. VIII. Euangelij hodierni textum aliqua ex parte præclaris conceptibus illustrat. *Ser. 94. col. 245. & seq.*

Eiusdem sermo secundus de eadem. I. Reliquum Euangelici textus explanat. II. Quantum sit bonum tangere Christum veniæ largitorem, perpendit III. Pharisæum cum Magdalena confert. IV Quæ Deo homo debeat, recenset: & peccatorem sola dilectione cautionē redimere posse, docet. V. B. Magdalenæ imitationem suadet, & ipsam

ad sanctitatis verticem peruenisse scribit. *Serm. 95. col. 147. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. I. Euangelium allegoricè interpretatur. II. Fideles commendat & cum Christo manducare dicit. III. Dei cōuiuium instituit. IV. Per Pharisæum Catholicum Iudæum intelligit, & per eius domum quam Christus ingreditur Synagogam, in qua Dominus cùm occubuit, accubuit. V. Eucharisticam mensam, ad quam corpus suum Saluator transmisit, proponit. VI. In muliere peccatrice Ecclesiam figuratam agnoscit, quæ ad Paschale conuiuium peruenit, inter amoris epulas Christum reperit, eius vestigiis inhæsit, pedes euangelisantium regnum eius charitatis lachrymis lauit, confessionis labiis oscula impressit, & totum misericordiæ profudit vnguentum. *Serm. 95. col. 150. & sequentibus.*

B. P. DAMIANI sermo de S. Maria Magdalena, *Tom. 2. serm. 29. pag. 214. sequentib. Habetur inter & opera D. Bernardi & hic supra pag. 257. col. 2.*

* DIONYSII CARTHVSIANI de B. Mariâ Magdalenâ pro Epist. sermo primus quo laudatur propter. I. Repentinam, admirabilem & perfectam conuersionem. II Admirandam satisfactionem in primordio conuersionis III. Mentionem solemnem quam de eâ faciunt quatuor Euangelistæ. IV. Familiaritatem cum Christo, &c. *Ex proprio sanctor. a fol. 235. pag. 1. ad fol. 236. pag. 1.*

Eiusdem, vnde suprà sermo secundus continuatio præcedentis; itaque laudatur propter. V. Diligentiam in quærendo Christo & vngendo. VI. Apparitionem Christi in die resurrectionis, quæ ei facta est. VII. Vitam sanctissimam quam post Christi ascensionem duxit in terris. VIII. Em inentiam mirabilium quæ patrauit. *In prop. sanct. fol. 236. a pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, sermo tertius, laudatur iterùm propter. IX Solitariam & eremiticam vitam, quam per triginta annos in aridissimo duxit deserto. X. Contemplationum excessum. XI. Glo- A riosam & miraculosam consummationem. *Ex sanctorum proprio, a fol. 236. pag. 2. ad fol. 237. pag. 1.*

S. EPHRÆM SYRI sermo in mulierem peccatricem. I. Gratiam Diuinam fonti publico sine intermissione scatutenti assimilat. II. Honestam Magdalenæ inuerecundiam laudat. Magdalenam in se reuertentem, & secum colloquentem describit. IV. Ipsius vitam anteactam cum posteriori comparat. V. Christum medicum prædicat. VI. Bonum Magdalenæ peccatricis institutum atque propositum declarat. VII. Colloquium eius cū Aromatario replicat. VIII. Ipsam secus pedes Domini pœnitentiam agentem repræsentat. IX. Vnguentum Magdalenæ cum Christi vnguento confert. *Tom. 3. a pag. 711. ad pag. 716.*

S. GREGORII MAGNI homilia Euangelium hodiernum. I. Magdalenam vitiis fuisse plenam asserit. II. Christum ipsam intus trahentem, & foris suscipientem miratur. III. Magdalenæ conuersionem describit IV. Qualiter proximis in peccatum lapsis compati debeamus, docet. V. Euangelij mysterium iuxta allegoriam pandit. VI. Pharisæum cum Magdalena confert, & vtriusque conuiuia exponit. VII. Domini clementiam & pietatem considerat. VIII. Peccatores, vt conuertantur, suadere nititur. *Tom. 3. Ho-* C *mil. 33. à col. 108. ad col. 112.*

* GVILLELMI PARISIENSIS de B. Maria Magdalena pœnitente sermo primus in eum locum *Domus impleta est ex odore vnguenti Ioann. 12.* I. Memoria iusti cum laudibus, deuotio B. Mariæ suauis in corde dum cogitatur, in ore dum dicitur, in aure dum auditur. II. Sex exempla ex Euangelio in Maria cernuntur ad ædificationem & instructionem nostram, 1. accelerationis eundi ad saluatorem, quæ est contra vitium dilationis, 2. verecundiæ, quæ debet esse in pœnitente, 3. humilitatis, per quam ex D. Bernard. peccata deposuit, induit sanctitatem, 4. doloris, quem ostendunt lachrymæ quibus Christi pedes rigauit, 5. feruoris, nec

enim sibi nec suis pepercit. 6. patientiæ, à Pharisæo peccatrix dicitur, à Martha accusatur, hæc patienter sustinet. *In proprio sanctorum serm. 72. à pag. 104. ad pag. 106.*

Eiusdem, sermo secundus vnde supra in illud Luc. 10. *Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea.* S. Maria Magdalena religiosis multa salubria dat documenta suo exemplo. I. Vt volentes ingredi religionem discretionem habeant eligendi locum salubrem saluti suæ principaliter intendendo. II. Vt cum intrauerint, mala quæ commiserunt in sæculo defleant. III. Verecundiam habeant, quia fuga est rei indecentis. IV. Humiliter se habeant. V. Ad omnes patientiam habeant. VI. Amore ferueant. VII. Promptam habeant obedientiam. VIII. Quietem diligant. IX. Ad silentium amorem habeant. X. Verba inutilia non proferant. XI. Compassionem habeant ad proximum. XII. Deuotionem ad Deum habeant. *In proprio de sanct. serm. 73. à pag. 106. ad pag. 107.*

S. IOANNIS homilia prima de beata Magdalena in Euangelium. I. Magdalenam domum Pharisæi intrantem, pudore priuatam, & pœnitudine armatam repræsentat. II. Eius conuersionem & contritionem describit. III. Ipsius pœnitentiam fonti baptismatis comparat. IV. Domini clementiam & erga peccatores misericordiam commendat. V. Magdalenam Christum alloquentem inducit. VI. Ipsam meretricum medicam nominat. VII. Mulieris huius peccatricis amorem lachrymas & pœnitentiam cum Pharisæi conuiuio confert, & præfert. VIII. Peccatores ne desperent consolatur, & ad pœnitentiam prouocat. *Tom. 2. Bibliothecæ Floriacensis à pag. 171. ad pag. 177.*

Eiusdem homilia secunda, vnde supra. Magdalenam sui ipsius aduocatam & iudicem dicit: eiusque cum Christo colloquium fingit. *Ibid. à pag. 177. ad pag. 180.*

D. INNOCENTII PAP. III. in solemnitate Beatissimæ Mariæ Magdalenæ sermo, in illud Apostoli ad Rom. 5. *Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia.* I. Septem modos enumerat, quibus humana mortalitas delinquere solet, nimirum corde per peccatum cogitationis, ore per peccatum loquutionis, opere per peccatum exequutionis, ignorantia per delictũ simplicitatis, impotentia per delictum fragilitatis, negligentia per delictum securitatis, & inuidentia per delictum malignitatis. II. Docet hominem à dæmone vexari per culpam, auferendo gratuita: per pœnam, lædendo naturalia: & per lacturam, inferendo discrimina. III. Delictum à peccato distinguit. IV. Tria satisfactionem perficientia, notat, quæ sunt dolor in corde, pudor in ore, & labor in opere. V. Qualiter Magdelena à septem dæmoniis fuerit vexata declarat VI. Eius peccatum, pœnitentiam, & satisfactionem describit. *Tom. 1. pag. 136. & seq.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo ad ea verba. *Lucæ 10. Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, &c.* I. Exemplo Magdalenæ & Marthæ ad verum Dei amorem necessariam esse docet perfectã abstractionem ab omni creatura, & omnium commoditatum corporalium & spiritualium renuntiationem. II. Id præsertim tradit de multa societate & confabulatione. Et in solo Deo pacem inueniri. III. De pressurarum & afflictionum tolerantia, ac cruce nostra ferenda exemplo Christi & sanctorum, cum vera resignatione sermonem facit. *A pag. 578. ad 584.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo in festo sanctæ Mariæ Magdalenæ. I. Diuinam miserationem Solis radiis assimilat. II. Inuestigandam illam & agnoscendam esse in sanctis & iustificatis docet. III. Peccata animarum vincula dicit IV. Confessores Ecclesiæ ministros à peccatis absoluentes instruit. V. Solius Dei esse laxare facinora, & attrahere peccatores. VI. Magdalenæ pœnitentis virtutes recenset. VII. Quomodo Magdalena post

conuersionem eadem erat & altera. VIII. Eius erga Christum amorem, & vitam spiritalem describit. IX. Sanctam dilectionem multùm commendat. X. Peccatorem alloquitur, & vt Magdalenam imitetur pluribus suadet. *Part. 2. pag. 656. & sequent.*

S. Odonis Abbatis sermo in veneratione S. Mariæ Magdalenæ. I. Vtilitati animarum consulens, quæ de B. Magdalena elucidant sanctarum scripturarum paginæ compendiosè prælibare curat. II. Eius vitam, pœnitentiam, dilectionem, & dilectionis effectum delineat. III. Ecclesiam in Magdalena figuratam agnoscit. IV. Reprobos & infideles contra Ecclesiam sæuientes Iudæi Iscariothi comparat. V. Martham & Magdalenam duas Ecclesiæ vitas, actiuam scilicet & contemplatiuam expressisse ostendit. VI. Lazari mortem & resurrectionem iuxta litteram & mysticam intelligentiam interpretatur. VII. Magdalenæ fidem, constantiam, atque feruentissimæ dilectionis ardorem & perseuerantiam prædicat. VIII. Cur Christus ipsi dixerit, *Noli me tangere &c.* Explicat. IX. Clementissimam Dei pietatem erga fœmineum genus declarat. *Biblioth. Cluniacen. serm. 2. B. Odon. à col. 131. ad col. 138. Et Bibliotheca Floriacen. Tom. 2. a pag. 160. ad pag. 171.*

Origenis homilia de Maria Magdalena in Euangelium, *Maria stabat ad monumentum foris plorans.* I. B. Magdalenam ad monumentum Saluatoris amorem stantem, & dolore plorantem contemplatur. II Duplicem illius dolorem distinguit. III. Eius constantiam & perseuerantiam commendat. IV. Affectum animæ eius erga Christum, perfectissimumque amorem ponderat. V. Dominum alloquitur, & cur Magdalenæ desiderium tamdiu se occultando protraheret, interrogat. VI. Magdalenā vtcumque consolatur VII. Ipsam secum loquentem, lachrymasque ob Christum non inuentum effundentem, in medium adducit. VIII. Iesu & Magdalenæ colloquium recitat. IX. Qua ratione Christus hortulano similis dicatur, discutit. X. Cur Magdalena tam crebro dixerit, *Vbi posuisti eum*, inquirit XI. Eius audaciam laudat. XII. Hortatur vt huius mulieris sequamur affectum, quatenus perueniamus ad remissionis peccatorum effectum. XIII. Magdalenæ gesta mysticè explicat. *Tom. 2. homil. 10. de diuers. pag. 291. & sequent.*

✠ Radulphi Ardentis in festo S. Magdalenæ de Euang. homilia. I. Dominus à Pharisæo rogatus, eius intrat domum, & recumbit, vt & peccatrici per veniam, & Pharisæo per increpationem, proficeret. II. Pœnitens peccatrix ad Iesum accedit, in eâ quatuor consideranda, peccatricis magnitudo, occulta prouocatio, accelerata conuersio, feruens pœnitudo. III. Pharisæus murmurans, sibi iustitiam arrogabat, & tamen verè iustus non erat. IV. Respondet Dominus ad Pharisæi cogitationem, inducens paradigma de eo qui minus, & de eo qui plus debebat. V. Remurmurant Iudæi, & cum viderint cogitationes suas diuino nutu deprehensas, & confutatas, non erubescunt, nec dant honorem Deo, sed adhuc malum cogitant. *à fol. 90. pag. 2. ad fol. 96. pag. 1.*

S. Thomæ Aquinatis sermo in festo S. Mariæ Magdalenæ, in illud Genes. 9. *Arcum meum ponam in nubibus cœli, & erit signum fœderis. &c.* B. Magdalenam arcui cælesti assimilat, ratione formæ, materiæ & finis. Christum dicit signum septemplicis fœderis inter Deum & peccatorem, benignè siquidem recipit peccatores, qui ad Deum confugiunt: multum se familiarem eis exhibet: qui eos irrident confundit: pro eis aduocatur: eorum fidem plurimùm commendat: omnia peccata dimittit: & eos dulciter alloquitur. *Tom. 16. serm. fest. fol. 38.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio ad illud: *Dilexit multum. Luc. 7.* Declarat I. eos solos commendabiles, quos Deus laudauerit, qualis fuit inter alios. S. Magdalena, cuius amorem celebrat. II. Charitatis excellentias, aliarum virtutum comparatione, pro-

ponit. III. Esse maximum donorum omnium quæ confert Deus. IV. Proinde Magdalenam quæ multum dilexit, maximam esse inter omnes. V. Concionem distribuit in duo, vt 1. de motiuis amoris agat. 2. de signis amoris. Et hoc, tàm in genere, quàm speciatim in Magdalena. VI. Amoris motiua esse, quia amare Deum iustum est, quia debitum est, quia proficuum. VII. Amoris signa tria constituit. 1. Iucundam conuersationem cum dilecto. 2. difficilium aggressionem pro amore dilecti. 3. desiderabilium renuntiationem. Quæ omnia amplificat & ostendit in S. Magdalena. *a fol.* 245. *col.* 3. *ad* 251. *col.* 3.

FESTVM SANCTI IACOBI Apostoli. xxv. Iulij.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba *Matth.* 20. *Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam &c.* Duo continet. I. Tria optasse filijs suis hanc matrem; vitæ diuturnitatem; operum vbertatem; gloriæ claritatem. II. Tres miserias eorum qui cadunt in dextera aut sinistra Dei proponit: mortis æternitatem: paupertatis grauitatem: contemptus interminabilitatem. III. Docet perueniri ad dexteram vel sinistram Dei, per calicem passionis, qui triplex est. 1. Contemptus; quoad gloriam: 2. Paupertas, quoad diuitias. 3. Mors, quoad vitam. Et hus calices bibisse Dominum probat. *à pag.* 202. *col.* 1 *ad* 203. *col.* 1.

S. V. BEDÆ homilia in natali D. Iacobi Apostoli. I. Docet cœlestium summa, per abiecta & aspera terrestrium, esse petenda. II. Euangelij textum suo more interpretatur. III. Ambitiosæ petitionis filiorum Zebedæi causam depromit. IV. In æterna vita nihil esse sinistrum probat, vnde, & Discipuli dexteram & sinistram simul postulantes, nesciebant quid peterent. V. Eiusdem inscitiæ alias profert rationes. VI. Quo pacto Iacobus & Ioannes calicem Domini biberint

A declarat. VII. Iacobi martyrium, & Ioannis mortem paucis enarrat. *Tom.* 7. *homil. Æstiual. de sanct. a col.* 117. *ad col.* 120.

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de S. Iacobo, in illud Ecclesiastici 45. *Dilectus Deo & hominibus Moyses. &c.* B. Iacobum cum Moyse confert. Quatuor signa amoris dilectionem probantia notat, & fusè explicat. Primùm dicitur bonorum omnium commutatio. Secundum, seruitij exhibitio. Tertium, voluntatis conformitas. Quartum, aduersorum pro amico tolerantia. Hæc autem amoris signa in B. Apostoli Iacobi erga Christum dilectione vera fuisse comprobantur. *Tom.* 3 *serm. de Sanct. pag.* 261. *& sequentibus.*

B Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Isaiæ 11. *Erit sepulchrum eius gloriosum.* Gloriam sepulchri B. Iacobi præloquitur. Deinde triplex sepulchrum nobis sæpius memorandum proponit, nimirum sepulchrum temporale, ad quod homo per mortem deducitur sepulchrum infernale, in quo pro peccato affligitur: & sepulchrum æternale, in quo anima Deo perfruitur. *Ibid. pag.* 262. *& sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in die festo S. Iacobi Apostoli pro Euangelio sermo 1. in quo eius lege laudes; harum. I. Est familiaritas cum Christo. II. Inter Apostolos primus pro Christo sustinuit mortem. III. Instan-
C tia quam habuit in prædicando. IV. Victoria fructuosa quâ Hermogenem Maximum magum deuicit. V. Gloriosum martyrium. VI. Miraculorum excellentia quibus Deus eum post eius decorauit martyrium. *Ex proprio sanct. à fol.* 239. *pag.* 2. *ad fol.* 240. *pag.* 1.

Eiusdem, in Euang. sermo 2. Affirmat tentationes esse vtiles & sanctis optandas: Deinde Christum fuisse in omnibus iustum docet, qui nec precibus sororis suæ matris; nec filiorum ipsius à tenore iustitiæ flectebatur, &c. *In proprio sanctorum, fol.* 240. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

✠ GVILIELMI PARISIENSIS sermo in celebritate S. Iacobi Apostoli

Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum, &c. Dicunt ei possumus, Matth. 20. I. S. Iacobus fuit filius Zebedæi, nepos B. Virginis, Domini consanguineus, frater discipuli quem diligebat Iesus, adhuc viuens, dæmonibus multum terribilis, primus qui Christo passo, inter Apostolos vicem reddidit ab Herode occisus, clarus post mortem miraculis. II. Sancti multum pertulerunt propter amorem Christi, præcipuè S. Iacobus, qui eadem die & horà qua Dominus passus est martyrium compleuit; deinde quia à Deo magnum adiutorium perceperunt, & ab ipso consolationem recipiunt. III. Variis de causis mali non possunt facilia, 1. est ignauia, 2. debilitas ex infirmitate relicta, 3. à cibo spirituali abstinentia nimia, 4. oneris consuetudinis grauitas, 5. præmij cœlestis vilipensio, 6. defectus diuini adiutorij, 7. impedimentum irrisorium, IV. Strenuè debent operari salutem Christiani, quia in proprio, opere & vineâ laborant, maioritati laboris debet respondere mercedis maioritas, cum breuitate temporis arctantur, in gratiam Dei debent redire, coram tremendo Domino de labore reddenda est ratio. *Ex proprio de sanct. serm.* 74. *à pag.* 107. *ad pag.* 109.

S. Laurentii Iustiniani sermo in festo S. Iacobi Apostoli. I. Quòd viri sanctitate cōspicui in ignorantiæ errorem prolapsi sint, non ad eorum damnationem, sed ad humilitatis profectum, posterorumque eruditionem accidisse testatur. II. Elationis cogitationes cauendas docet. III. Iacobi Apostoli casus notat. IV. Quid postulandum à Deo, qualiterque petendum sit, tradit. V. Cur Deus sæpe suos non exaudiat, rationes profert. VI. Hortatur, vt orationem nostram formet necessitas, dictet humilitas, spiritusque efflagitet. *Part.* 2. *pag.* 658. *& sequentibus.*

✠ Radvlphi Ardentis in Euang. de S. Iacobo Apostolo homilia in quâ tria attenduntur. I. Mater filiorum Zebedæi pro filiis, vt Christo in regno suo essent collaterales, postu-

A latura, prudenter egit, 1. enim accessit, 2. adorauit, 3. aliquid petiit. II. Dominus respondet, non singulariter matri, sed filiis, quorum instinctu postulauerat, quia & si bonum, indiscretè tamen petebant, si personam à qua postulabant, petendi ordinem, rem postulatam, petiti nimietatem, petendi modum, attendamus. III. Erudit nos Christus, quibus regnum Dei dandum sit sc. amaritudinis calicem bibentibus. *à fol.* 96. *pag.* 1 *ad fol.* 100. *pag.* 1.

S. Thomæ Aqvinatis sermo in festo S. Iacobi ex Euangelio. Triplicem distingnit passionis Christi calicem, Primus dicitur amaricans, quia passus est Christus ab impiis, pro beneficiis, & in membris. Secundus ine-
B brians, præsentium obliuionem inducens, hominem insensibilem ad dolorem reddens, animosque nostros ad bella faciens. Tertius sanans à morbis culpæ contractæ, peccati commissi, & pœnæ inflictæ. *Tom.* 16. *serm. fest. fol.* 38.

✠ B. Thomæ A Villanova Concio, ad hæc: *Dic vt sedeant hi duo filij mei, &c.* Elucidato contextu Euangelij, descendit, & contra ambitiosos inuehitur. II. Reprobantem Dominum duos discipulos introducit. 1. quod stulta sit eorum postulatio. 2. ex difficultate petitionis, quod eo ipso bibendus esset calix ipsius. Adhuc tamen incertum foret præmium, quia fortè fictè
C ille biberetur pro Christo. III. Et si ita repulsi fuerint, eos tamen dicit ad regnum cælorum peruenisse; & in terris etiam honorari. Vbi de patronatu Hispaniæ Iacobo attributo. *à fol.* 188. *col.* 3. *ad* 190. *col.* 3.

Festvm Sanctæ Annæ xxvi. Iulij.

✠ Georgii Metropol. Nicom. serm. 2. totus est in laudatione S. Annæ, habes eius summam in festo Conceptionis B Mariæ.

FES-

FESTVM SANCTÆ MARTHÆ Virginis. XXIX Iulij.

✠ S. ANTIOCH. LAVRÆ MONACH. hom. 14. agit de diſtractione; aliâs importuna occupatione, circa verba Euang. Martha ſollicita es. Vbi docet principium malorum eſſe ipſam diſtractionem, quam omnes præſertim autem Monachi vitare debent. *Tom. 2. Bibl. PP. 2. edit. Pariſ. col. 202.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI de S. Martha Virg. ſermo encomiaſticus, quo eius recenſet laudes. I. Illam Chriſtus in hoſpitam & ſui ipſius, matris & Apoſtolorum aſſumpſit. II. Chriſto fideliter ipſa adhæſit. III. Rigorosè & ſanctè eſt conuerſata. IV. Magna egit miracula. V. Mortua eſt pretiosè. *In ſanctorum proprio, à fol. 242. pag. 2. ad fol. 243. pag. 1.*

FESTVM SANCTI GERMANI Epiſcopi. XXXI. Iulij.

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in feſto S. Germani Epiſcopi ſermo; quo Vitam ipſius poſt conuerſionem virtutibus & gratiis decoratam: & miracula fideliter refert, &c. *In prop. de ſanctis, fol. 243. à pag. 1. ad pag. 2.*

AVGVSTVS.

FESTVM SANCTI PETRI ad Vincula. 1. Auguſt.

✠ B. ALBERTI MAGNI ſermo ad hæc. *Matth. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*: De tribus inſtituitur. I. Ex Petri nomine confici triplicis virtutis perfectionem; fidei claritatem; ſpei firmitatem; charitatis fortitudinem. Ad euius imitationem hortatur. II. Petram, de qua hic habetur eſſe Ieſum Chriſtum, propterea, 1. quod eſt refugium peregrinorum, 2. refugium transmigrantium. 3. beatitudo regnantium. III. Eccleſiam ſuper hanc Petram ædificari. *A pag. 203. col. 2. ad 205. col. 1.*

S. V. BEDÆ ſermo in feſto S. Petri ad Vincula. Huius feſtiuitatis rationem affert, & vincula Principis Apoſtolorum ob miracula ipſis mediantibus patrata commendat. *Tom. 7. ferm. de diuerſ. col. 360.*

S. BONAVENTVRÆ ſermo in celebritate S. Petri ad Vincula, in illud Act. 12. *Surge velociter.* I. Docet ſurgendum eſſe à ſomno pigritiæ, vt operari poſſimus. II. A frigore auaritiæ, quo totaliter terræ incumbimus. III. A peccato luxuriæ, per quod nos totos inficimus, & corpus & animam maculamus. IV. A peccato gulæ, quo carnem augmentamus, & ſpiritum deprimimus. *Tom. 3. ſermon. de Sanct. pag. 263. & ſequentibus.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI pro feſtiuitate S. Petri ad vincula ſermo, 1. Inuitat nos ad vitandam vanam gloriam: & docet qualis ſuperioribus honor debeatur. *In prop. ſanct. à fol. 243. pag. 2. ad fol. 244. pag. 1.*

Eiuſdem, ſermo 2. Angeli ad hominum cuſtodiam deputantur. Poſſumus velle ab huius corporis carcere liberari, vt 1. ſenſibilia tranſcendendo, ſpiritualia & æterna contemplemur, 2. Deus nobis vitam ſibi placentem, & mortem paratam dare dignetur. Libertas, alia vera & ſpiritualis, quæ eſt immunitas à peccatis; alia impia & peruerſa, quæ eſt indomita voluntas. *Ex ſanct. proprio, à fol. 244. pag. 1. ad fol. 245. pag. 1.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS ſermo 1. de S. Petro ad vincula in illud *Quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis Matth. 16.* Ex quo conſidera quæ in vinculis S. Petri ſunt miranda. Primo. Petrus vinculis ferreis

ligatur, sed miraculosè ab illis per Deum soluitur; vt necessitatem videamus in nobis ligari, ne in peccatum ruamus &c. II. Idem Potestatem soluendi vincula spiritualia à Christo suscipit; cum ipse saluator in mundum venerit vt ea solueret, ligari voluerit vt ea soluerentur. III. Miracula multa facta sunt per virtutem vinculorum & catenarum quibus ligatus fuit Apostolorum princeps, ex duabus vna facta est, per eam dæmoniacus liberatus est, & puella à gutturis infirmitate. *In sanctorum proprio sermone 75. a pag. 109. ad pag. 110.*

Eiusdem, sermo 2. vnde supra ex lectione Matth. 16. *Beatus es Simon Barjona quia caro & sanguis non reuelauit tibi.* I. Saluator Petro potestatem clauium collaturus, primo eum examinauit, secundò post responsionem commendauit, tertio, dignitatem quam ei erat daturus indicauit: Examinauit de fide aliena & propria, commendauit eum quantum ad conuersationem & cognitionem. II. Tria reddiderunt Petrum commendabilem, 1. cognitio à Patre cœlesti reuelata, per quam fidem habuit altissimam, transcendendo sensum corporum. intellectum humanum, naturæ cursum; quia operata est miracula & supplicia atque flagella sustinuit, 2. obedientia, habuit quadruplex mandatum cui est obtemperatus, vnum de piscando, aliud de dimittendo peccata, tertium de pascendo, quartum de sequendo ad crucem, 3. simplicitas columbina, fuit enim de numero eorum quos Christus monuit vt essent simplices sicut columbæ, fuit simplex, sensu sine astutiâ fraudis, affectu sine intentione, lectione vel sermone, conuersatione. *Ex proprio de sanctis ser. 76. a pag. 110. ad pag. 111.*

D. INNOCENTII PAP. III. in festo B Petri ad vincula sermo in Epistolam hodiernam. I. Textum allegoricè exponit, & per Herodem, diabolum intelligit: per Iudæos, dæmones: per Iacobum hominem iustum: per Petrum, Ecclesiæ Prælatum: & sic de aliis hodiernæ historiæ circumstantiis. II.

A Carcerem diaboli, prauam consuetudinem dicit. III. Quatuor peccandi modos enumerat, nimirum per fragilitatem & simplicitatem per malignitatem & securitatem, per impotentiam & ignorantiam, per industriam & negligentiam. IV. Vim orationis demonstrat. V. Ordinem liberationis animæ peccatricis describit. *Tom. 1. pag. 139. & sequent.*

S. THOMÆ AQVINATIS in festo sancti Petri ad Vincula sermo in illud Dauidis *Dirupisti Domine vincula mea, &c.* I. Agit de tribus vinculorum generibus quibus ligatus fuit B. Petrus, vinculis videlicet iniquitatis in negatione vinculis pœnalitatum in corporis passione, & vinculis materialibus in sui

B incarceratione. II. Docet B. Petrum triplicem sanctificasse Christo hostiam, contritionis nimirum, laudis, & proprij corporis. III. Probat ipsum tripliciter modo nomen Domini inuocasse, prædicando, orando, & laudando. *Tom. 16. serm. festi. fol 38. col. 23.*

FESTVM INVENTIONIS S. Stephani protomartyris. III. Augusti.

GVILLELMI PARISIENSIS in die inuentionis S Stephani protomartyris sermo in ea verba Act.

C 7 *Cum esset Stephanus plenus Spiritu sancto intendens in cœlum vidit gloriam Dei, &c.* ex quibus quatuor collige ad honorem S. Stephani Primum. Plenitudinem triplicem habuisse se. fidei ad credendum, diligendum, tolerandum, gratiæ cuius signum fuit quod pro inimicis positis genibus orauit, fortitudinis non solùm patienter sed & lætanter martyrium sustinendo. Secundum. In tribulatione sua in cœlum intendisse, quia in terra locum non habebat; in cœlo thesaurum suum posuerat, inde auxilium sperabat. Tertium. Magnæ puritatis fuisse, qui adhuc in carne positus Dei gloriam vidit, quam alij sancti vident post mortem; vidit autem ad aduersariorū confusionem, sui con-

solationem, virtutis martyrum animationem, virtutis martyrii manifestationem. Quartum. Tanquam martyrum primicerium morte primiceriâ commilitones suos animare his verbis, *Ecce video cælos apertos*, Christum imitatum esse in causa mortisquia veritatem constanter docuit in loco, cum extra ciuitatem eiectus est; in zelo, quia pro persecutoribus orauit; in modo quia voluntariè mortem sustinuit. *In sanctorum prop. serm. 77. à pag. 111. ad pag. 113.*

FESTVM SANCTI DOMINICI Confessoris. IV. August.

GVILLELMI PARISIENSIS sermo in festiuitate S. Dominici confessoris, quem laudat ex eo Heb. 11. loco *Enoch ante translationem habuit testimonium placuisse Deo*, ex quo duæ veritates aperiuntur, quarum Prima est; Religiosos & clericos maximè Deo placere debere, quia 1. multa desideria placentia reliquerunt vt ei totaliter intenderent & amplius placerent, 2. stare habent in conspectu Domini & ministrare Deo, 3. Deum præ aliis habent placeare Secunda. S. Dominicum Enoch similem fuisse, 1. sicut Enoch valdè fidelis fuit, cum vitam suam ad fidei defensionem expendere voluit. Vt fidem contra hæreticos defenderet, patriam suam reliquit, multis periculis se exposuit, abstinentiis immoderatis corpus suum afflixit, ad fidei defensionem ordinem prædicatorum instituit, 2. sicut Enoch cum Deo ambulauit, eius offensam solicite euitando. Deo propter se adhærendo, cum eo familiariter conuersando, 3. valde feruens prædicator fuit, & opus Apostolicum, Angelicum, & diuinum, prædicatione, quæ per negligentiam prælatorum quasi extincta erat, suscitauit, 4. sicut Enoch Deo excellenter placuit, cum habuerit fidem viuam, conuersationem puram, doctrinam sanam; quæ tria specialiter placent Deo, 5. sicut Enoch translatus fuit, de loco periculi ad securitatis locum, de loco laboris ad locum quietis; de loco humili, ad locum honoris; & hæc ad corpus pertinet, 6. non sibi soli, sed vtilitati Ecclesiæ translatus est; quare cum nec voluntas nec facultas subueniendi ei desit, in eo fiducia habenda. *In sanctor. prop. serm. 62. à pag. 87. ad pag. 91.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in festo S. Dominici, in illud Ecclesiastici. 42. *Sol illuminans per omnia respexit & gloria Domini plenum est opus eius.* B. Dominicum Soli assimilat propter septem, ratione generationis, viuificationis, nutritionis, augmentationis, perfectionis, purgationis, & renouationis. Sic enim Sanctus iste mysticè generauit prædicando, viuificauit ad vitam gratiæ reducendo, nutriuit in statu gratiæ conseruando, augmentauit de virtute in virtutem attrahendo, perfecit statum perfectionis instituendo, purgauit negligentias corripiendo, & renouauit ad statum nouitatis reducendo. *Tom. 16. serm. Fest. fol. 38. col. 3. 4.*

FESTVM TRANSFIGVRATIONIS Domini nostri Iesu Christi.

VI. August.

S. V. BEDÆ homilia in festo Transfigurationis Domini. I. Quòd Christus in suo aduentu secundo distinctè exiget, quod primo suo aduentu depositum nobis benignè contulit. II. Quòd multas ob causas Dominus gloriam suam discipulis ostensurus, eos in montem duxerit excelsum seorsum. III. Quòd iusti gloriam sint consequuturi post dies sex, id est, post tempora secularia, quæ sex ætatibus constant. IV. Quòd ante discipulos suos Christus sit Transfiguratus, vt electorum omnium quantæ claritatis post resurrectionem sint corpora futura, manifestaret. V. Quòd Christi Transfigurati alba vestimenta sint figura Ecclesiæ Sanctorum. VI. Quòd passio Redemptoris vnica sit fidelibus laudis materia. VII. Quòd hominibus ineffabilia sint gaudia Beatorum.

VIII. Quòd Christus suæ Maiestatis visionem ad tempus taceri præceperit, ne salutis humanæ effectus retardaretur, aut populi viso postea crucis opprobrio scandalizarentur. *Tom. 7. Homil. æstiual. de Sanct. à col. 120. ad col. 124.*

✠ D. Cyrilli Alexand. sermo. Docet initio magnas esse diuitias strenuè & fortiter se gerere & pati. II. Ad hæc Christum, ne in humanas inciderent imbecillitates, Apostolis gloriæ ingenerasse desiderium. III. Ita eos effecisse miraculi spectatores in monte. IV. Cur ibi apparuerint Moyses & Elias causas aperit. V. Alia quæ ibi acta sunt examinat. *A pag. 366. ad 370. Tom. 5.*

S. I. Damasceni de gloriosa Domini nostri Iesu Christi Transfiguratione oratio. I. Vt spiritu exultemus, hodiernumque diem lætis animis celebremus hortatur. II. Bonis tantùm non malis gaudium esse docet. III. Hodierni mysterij præconia pangit. IV. Incarnationis miraculum mentem omnem superans miratur. V. Illud Dauidis dicentis Psalm. 88. *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*, interpretatur. VI. Montem Thabor cum cœlo de gratia certare dicit, eumque multùm commendat. VII. Diuina beneficia homini collata prædicat. VIII. Dei cum hominibus grata commercia recenset. IX. Suis veluti præclaris conuiuis mysticam mensam apponit, & hodierni mysterij epulas exhibet, textumque exponit. X. Petrum Christum Dei viui filium confitentem laudat. XI. Ecclesiæ firmitatem comprobat. XII. Cur non omnes Apostoli ad Transfigurationis Christi spectaculum fuerint admissi, inquirit & soluit. XIII. Senarij & octonarij numeri perfectionem explicat. XIV. Quid causæ sit, quamobrem Petrum, Iacobum & Ioannem assumpserit, declarat. XV. Per montem virtutes intelligit. XVI. Solitudinem & secessum orationis matrem nuncupat. XVII. Discrimen inter Christi & hominum orationes notat. XVIII. Mosis gloriam cum Christi gloria confert. XIX. Filij cum Patre æqualitatem probat. XX. Christum Dei Filium luci & Soli assimilat. XXI. Transfigurationis rationem tangit. XXII. Quàm sit suauis Dominus considerat & degustat. XXIII. In Christo Deo & homine rerum omnium conditarum connexionem agnoscit. XXIV. Cur Dominus prohibuerit ne Apostoli Trans-figurationem enunciarent, in medium rationem adducit, finem dicendi facit. *A fol. 357. ad fol. 366.*

S. Ephræm Syri in Transfigurationem Domini & Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi sermo. I. Scripturam sacram cum agro confert. II. Rationes Transfigurationis profert. III. Hodiernum mysterium explicat. IV. Sermones Mosis, & Eliæ quos cum Christo loquebantur, depromit. V. Petrum cum Moyse, & Ioannem cum Elia comparat. VI. Hypostaticam vnionem declarat. VII. Christum Deum verum esse & hominem pluribus demonstrat, & pulchra fidei declaratione profitetur. *Tom. 3. à pag. 686. ad pag. 690.*

S. Leonis Pap. de Transfiguratione Domini homilia. I. B. Petri beneficia à Christo ipsi collata breuiter commemorat. II. Rationem dat cur Christus coram discipulis suis sit transfiguratus. III. Quomodo in Transfiguratione scandalum crucis de cordibus discipulorum tollebatur, & spes sanctæ Ecclesiæ fundabatur, ostendit. IV. Vtriusque fœderis paginas sibi inuicem adstipulari testatur. V. Non tantùm de Patris, sed & de Filii Maiestate discipulos tremuisse asserit. VI. Verba Patris Christũ suum Filium dilectum dicentis explicat. VII. Vt pati pro iustitia non timeamus, nec de promissorum retributione diffidamus hortatur. *A col. 257. ad col. 261.*

S. Petri Mauricii Venerabilis sermo de Transfiguratione Domini. I. Hodierni mysterij præconia celebrat. II. Vnigeniti gloriam prædicat. III. Cur Christus tres tantùm & non plures aut pauciores discipulos assumpserit, declarat. IV. Spiritum sanctum nubi lucidæ assimilat. V. Senarij, Septe-

narij, & Octonarij mysterium exprimit. VI. Quare Matthæus & Marcus dixerint. *Post dies sex assumpsit Iesus Petrum, &c.* Lucas verò scripserit, *Post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Iesus Petrum, &c.* explicat. VII. Singula Euangelij verba examinat, notisque præclaris illustrat VIII. In Transfiguratione Dominica futuram Sanctorum resurrectionem figuratam agnoscit. IX. Petrum, Iacobum, & Ioannem laudibus effert. X. Illorum nomina interpretatur, & ad moralem sensum deflectit. XI. Fidem quæ per dilectionem operatur, animi fortitudinem quæ vitia supplantat, & Diuinam gratiam commendat. XII. Ingratum hominem alloquitur, atque beneficia ei cælitus collata commemorat. XIII. Diuinum Solem ac lumen contemplatur, & Christi humanitatem nubi comparat. XIV. Per Christi vestimenta fideles intelligit, quibus tria sicut vestimenta sunt adhibenda, ignis, aqua & herbarum succus, id est, Spiritus, baptisma ac pœnitentia, & humilitas per hyssopum designata: istis enim mundatur vestis Christi. XV. Cur præ cæteris Patribus & Prophetis in hodierna cælesti visione Moyses & Elias specialiter Domino adiungantur inquirit, & quæstioni satisfacit. XVI Quæ sint Dei anteriora & posteriora docet. XVII. Verba Patris testimonium de Filio perhibentis illustrat. XVIII. Ad morum conuersionem hortatur. *Biblioth. Cluniacens. a col. 1231. ad col. 1248.*

✠ PROCLI CONSTANTINOP. in sacrosanctam Christi transfigurationem, sermo; in quo hodierni Euang. verba percurrens. I. Christum ascendisse in montem declarat, in quo lex & prophetæ cum gratiâ conuersabantur. II. Tres duntaxat assumpsisse discipulos Dominum, probat; non omnes assumpsisse, nec omnes reliquisse, vt & Iudas excusationis prætextum non præripetet in proditione, & transfigurationis sufficiens daretur testimonium. III Christum transformantem se contemplatur, Petrum humana cogitationes diuinas in famasse per deside-

A rium trium tabernaculorum dicit. IV. Patrem æternum, Petrum increpantem inducit, & dantem testimonium filio suo, &c. *In Auctuar. Bibliothecæ Veterum Patr. tom. 1. à fol. 647. col. 1. ad fol. 648. col. 2.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS pro Domini trans-figuratione in Euang. homilia. I. Dominus tres discipulos in montem ducens, innuit, qui sint ad côtemplationem Diuinæ gloriæ peruenturi. II. Promissam visionem Apostolis reuelat, & in eâ gloriam, auctoritatem, & naturam, Iesu Christi III. Ex auditione vocis timent Apostoli, & ex timore cadunt: Iesus humanæ fragilitatis semper subleuator, accedit tangit, erigit, consolatur eos. IV. Discipulis prohibet ne visa nisi post resurrectionem suam reuelent, 1. ne passio eius impediretur, 2. ne non verum, sed fantasticum corpus habere putaretur, 3. vt fidelibus suis exemplum daret virtutem & gloriam, si quam habetent, non manifestare in vitâ suâ. *à fol. 103. pag. 2. ad fol. 108. pag. 2.*

B.

B. THEODORI STVDITI sermo Catechet. in Transfigurationem. I. Docet Transfigurationis festum futuri æuistatum depingere. II. Ad puritatem animique pulchritudinem hortatur. III. Quantum valeat animæ peccatricis pœnitentia perpendit & exemplis comprobat. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patr. Catech. 20. col. 1303. & sequentibus.*

C

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 59. Congratulatur initio conuenientibus ad solemnitatem, & propositum aperit. 2. Proponit simul plurimas quæstiones circa transfigurationem, quas successiuè soluit. 3. Prima quæstio est, quo consilio admirabilis transfiguratio habita est. 4. Secunda cur non ab initio, sed prope passionis tempus exhibita est. Tertia, Cur non multorum in conspectu transfiguratio Diuina peragitur. Quarta, Cur non omnes discipulos admisit. 5. cur non in campestri loco, sed in arduo monte exhibita sit. 6. cur aliis montibus prætermissis, Thabor elegit. 7. cur tres illi Petrus, Ioan-

nes & Iacobus admissi. 8. quid sibi vult A præsentia Prophetarum Moysis & Eliæ. 9. cur tres ex discipulis, duo autem ex Prophetis. 10. cur è superis solus Elias deuolarit, vnus Moyses ex inferis sit euocatus: è terra autem tres Apostoli. 11. Vndè Apostoli cognouerunt Moysem & Eliam. 12. Si consubstantialis est Patri & Filio Spiritus Sanctus, quare non cum illis aderat in monte Thabor. Deindè considerat ipsam transfigurationem ex verbis Euangelij. Tum proponit quomodo dictum sit. Bonum est nos hic esse. Hinc de lucida nube mōtem operiente, & de discipulis solum Christum ibi videntibus tractat. Denique ad montis ascensum adhortatur. *A pag. 398. ad 412.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio, ad illud. *Matth. 17 Duxit illos in montem excelsum seorsum & Transfiguratus est antè eos.* De duobus tractatum suscipit. Propter quid transfiguratus est: Et quomodo transfiguratus est. Prioris tres rationes assignat. I. Est, fidei nostræ robur & firmamentū, quæ ex visa Diuinitate inualuit: quæ tamen paucis debuit innotescere. II. Vt tepiditas nostra in opus bonum excerceretur visa operis retributione III. Ad Paganorum & Gentilium iniurias contra Christum ignominiosè habitum, propellendas: Et Apostolicos animos in fide post Resurrectionem firmandos. Secundi autem, quomodo Transfiguratus est, init rationem ex ipso Euangelio. Ex quo I. describit ipsam Transfigurationem. II. Eius excellentiam supra gloriam Moysis vrget. III. Quid cum Moyse & Elia Christus loqueretur attendit; verè excessum, mortem suam. IV. Agit de verbis Petri ad Iesum, & quàm iustè nesciret quid diceret. V. Id tamen piè nos dicere posse, vt ibi tria tabernacula tribus personis Trinitatis constituamus. Tabernaculum corporis; tabernaculum mentis; & tabernaculum spiritus. VI. E nube factum Patris pro filio testimonium attentè contemplatur. VII. Tandem ex præmio, ad benè operandum hortatur. *A fol. 107. col. 2. ad fol. 110. col. 2.*

FESTVM SANCTI LAVRENTII Martyris. x. August.

✠ B. Alberti Magni sermo 1. ad id *Psal. 16. Probasti Domine cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti, &c.* I. Agit de probatione S. Laurentii per thesauri commissionem, in qua non fuit Iniquitas auaritiæ. Hunc imitandum diuitibus proponit. 1. animas suas redimentes. 2. veros amicos acquirentes. 3. æternos thesauros conquirentes. II. Tractat de visitatione B. Laurentii in nocte, per carceris inclusionem. III. De eiusdem examinatione per ignem multæ afflictionis. *A pag. 205. col. 1. ad 206. col. 1.* B

Eiusdem serm. 2. ad ea verba. *Ioan. 12. Amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, &c.* 1. Propter grani frumenti candorem, ruborem, scissuram, virtutem, & dignitatem, ostendit Christum & B. Laurentium esse granum eiusmodi. II. Christum & B Laurentium morte multum fructum attulisse. *A pag. 206. col. 1. ad 207. col. 2.*

S. Ambrosii sermo in festo S. Laurentii Martyris. I. Qualiter B. Laurentius vniuersum mundum sua passione & suo igne quo succensus est illuminauerit, declarat. II. Desiderium & amorem diuinum, ignem nuncupat III. B. Laurentii longum & C multiplex martyrium describit. IV. Illum cum beatissimis pueris à Rege Nabuchodonozor in camino ignis inclusis confert. V. Duplicem ignem distinguit. VI. Imitationem Martyrum suadet. VII. Verum gaudium in hoc sæculo non esse probat. *Tom. 5. serm. de Sanct. serm. 17. col. 149. & sequent.*

S. Avgvstini homilia in Euangelium hodiernum. I. Quantùm anima corpore nobilior existat, paucis discutit. II. Quid sit animam suam perdere & amare, explicat. III. Amorem animæ peruersum, & rectum eius odium declarat. IV. Modum rectè diligendi animam suam docet. V. Amorem vtilem à noxio distinguit.

VI. Quomodo crescat amor, ostendit. VII. Veræ charitatis ordinem describit. *Tom. 10. lib. 50. homil. Homil. 37. fol. 112.*

Eiusdem sermo primus de sancto Laurentio. *Tom. 10. serm. 30. de Sanct. fol. 269. Habetur inter Ambrosianos Tom. 5. ser. 17. de Sanct. Et hic supra pag. 473. f. 2.*

Eiusdem sermo secundus de eodem. I. Similitudinem grani sinapis cum regno cœlorum interpretatur. II. Fidem Christianam ipsi grano apposite comparat. III. S. Martyrem Laurentium sinapi assimilat, quia diuersis attritus passionibus, per totum orbem gratia meruit sui fragrare martyrij. *Ibidem serm. 31. de Sanct. fol. 269.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. I. Triplici de causa S. Martyrem Laurentium tota deuotione suscipiendum esse & digno honore prosequendum docet. II. Eius corpus beatum prædicat. III. Causam passionis eius, propter quam morti addictus est, tangit. IV. Christianos omnes & iustos dicit Martyres si secundum Domini præceptum viuant: crux enim Christi non tantùm illa dicitur quæ passionis tempore ligni affixione construitur, sed etiam illa quæ totius vitæ curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur. *Ibidem serm. 32. de Sanct. fol. 269. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus in eodem festo. I. Euangelium grani sinapis exponit. II. Docet hoc fidem Christianam agere in anima, quod succus sinapis operatur in corpore. III. Christum grano & arbori assimilat. IV. Huius arboris mystici ramos Christi dicit discipulos, inter quos annumeratur D. Laurentius, *Ibid. serm. 33. de Sanct. fol. 270.*

S. V. BEDÆ sermo de S. Laurentio in illud, *Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos.* I. Tres artes diaboli, quibus decipit homines enumerat. II. Contra has triplicem virtutem proponit, fidem nempe, spem & charitatem. III. Hanc triplicem virtutem in B. Laurentio reperit. IV. Eius passionem & mortem fusè describit. *Tom. 7. serm.* A *de diuers. col. 353. & sequentibus.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de S. Laurentio, in illud Iob 23. *Probauit me quasi aurum, quod per ignem transit.* B. Laurentium auro assimilat, quia nihil auro pulchrius, nihil ductilius, nihil solidius, & compactius, nihil purius, nihilque virtuosius inuenitur quæ omnia S. Martyri adaptat. Ex scriptura sacra genus ignis multiplex colligit. est enim I. Ignis illuminans ac inflammans, & signat ignem Diuinæ gratiæ, cuius officium est animam illuminare ad verum, & inflammare ad bonum. II. Ignis maculans & vsque ad consummationem deuorans, estque ignis culpæ animam deformans. III. Ignis probans & examinans, quo S. Laurentius B fuit hodie probatus. IV. Ignis purgans & lauans qualis est in purgatorio. V. Ignis crucians ac exterminans, & hic ignis est in inferno, cuius conflator, diabolus. VI. Ignis glorificans & beatificans, amor scilicet & charitas, non ad modum viæ sed patriæ. *Tom. 3. serm. de Sanct. pag. 265. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Dauidis Psalm. 16. *Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* Supposita ignis triplici specie, per ignẽ materialem, spiritalem mystico sensu intelligit, docetque hunc spiritalem ignem nutriendum esse, primò, pura cordis meditatione; secundò, sancto oris sermone; tertiò, boni operis con- C tinuatione, quartò, vera mentis humiliatione. Hæc autem quatuor in B. Martyre Laurentio vera & perfecta comprobantur. *Ibidem pag. 266. & seq.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo in sanctum Laurentium. I. Insignem eius passionem breuiter narrat. II. Illum pauperem opibus dicit, moribus diuitem. III. Eius patientiam miratur. IV. Sancti Martyris Laurentij merita, velut Dei dona laudat, & ad ipsius imitationem hortatur. *Serm. 135. col. 348. & sequent.*

* DIONYSII CARTHVSIANI de S. Laurentio, pro Epist. sermo. Misericordia Dei per misericordiæ opera tàm spiritualia quàm corporalia, ob-

tinetur. Hanc ità B. Laurentius meritus est. Paupertas vna est exterior sc. necessariorum defectus, alia interior gratiæ, virtutum ac meritorum indigentia. Arcta est via salutis, &c. *Ex proprio de sanctis fol. 247. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, de quo suprà, pro Euang. sermo primus. S. Laurentius commendandus est. I. A suâ adolescentiâ sanctâ. II. Ab æstuanti promptitudine animi ad martyrium. III. A piissimâ liberalitate ac fidelissimâ dispensatione. IV. Ab acerbissimâ passione, quam pro Christo pertulit. *In proprio de sanctis, fol. 248. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, sermo secundus, quo videtur Deum decorasse Sanctum Laurentium. I. Virtute miraculorum quâ præpotens extitit. II. Fructu, quem fecit in passione suâ & postea. *Ex proprio de sanctis, à fol. 248. pag. 2. ad fol. 249. pag. 1.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS Concio prima panegyrica de S. Laurentio martyre. *Probasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti & non est inuenta in me iniquitas. Psal. 16.* in passione S. Laurentij, ex verbis propositis, quatuor ostenduntur. I. Probatio per tormenta: examinatur per ignem vt quanto examinatio est fortior, tanto sit dignitas maior ad quam eleuandus est; tribulatione ignis, ad regni cœlestis dignitatem sublimatur. II. Consolatio quam in medio tormentorum recipit. III. Fortitudo eius in ferendis cruciatibus, cum fuerit fortis & dura probatio. IV. Laus quæ ei debetur ex eo quod generose, lætanter, virtuose, & optime se habuit in illâ probatione. Vnde tripliciter eius manet iustitia sc. in successorum imitatione, Ecclesiæ militantis venerabili recordatione, æternâ retributione. *In proprio sanct. serm. 78. à pag. 113. ad pag. 114.*

Eiusdem, vnde supra secunda concio in dictum Ioan. 5. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet.* In Beato Laurentio cuius hodie festum celebramus tres gratiæ fuerunt multum nobis necessariæ,

A quas ideo debemus imitari Prima fuit Fides, per quam cæcos illuminauit; æterna mala & bona non reputauit transitoria. Secunda. Misericordia, quâ thesauros Ecclesiæ dedit pauperibus, vt infinitum & immensum in cœlo inueniret thesaurum. Tertia. Patientia, per quam omnia tormenta patienter & generose sustinuit, & in igne assatus gratias Deo egit, &c. *In prop. de sanct. sermone 79, à pag. 114 ad pag. 115.*

D. INNOCENTII PAP. III. sermo primus in festo D. Laurentij Martyris in illud Dauidis, Psalm. 16. *Probasti, Domine, cor meum & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* I. D. Laurentium commendat à tribus, ab operibus, miraculis, & tormentis. II. Triplicem distin-
B guit ignem spiritalem, artificialem, & naturalem: & inter hos multiplicem animaduertit diuersitatem. III De variis speciebus ignis fusè differit. IV. Docet Deum dupliciter visitare, conferendo gratiam, & inferendo vindictam. V. Qualiter ab auaritia, superbia & ambitione. B. Laurentius fuerit alienus, sed fortis & patiens ostendit. VI. B. hunc Martyrem cum Pharaone confert. VII. Decem S. Laurentij tormenta enumerat. VIII. Eius imitationem suadet. *Tom. 1. pag. 141. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde su-
C pra, in illud Exodi 27. *Facies craticulam in modum retis æneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli, quos pones subter arulam altaris.* I. Tractat de triplici craticula materiali & mystica, nimirum de craticula Martyrum, Pœnitentium, & perfectorum. II. De compunctione, confessione duplici præconiorum videlicet & peccatorum. III. De quatuor satisfactionis partibus, & quatuor modis quibus peccat homo. IV. De altari superiori & inferiori, exteriori & interiori. *Ibid. pag. 145. & sequent.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo ad hæc verba: *Ioan. 12. Qui mihi ministrat me sequatur. & vbi ego sum, illic & minister meus erit.* I. Veros ministros Christi tradit

tradit eos esse qui ipsum sequuntur, non secundum suos proprios modos; sed secundum eum quem ipse Christus voluerit. II. Sequendum esse Deum spretis omnibus non necessarijs; eique fideliter & cum fiducia seruiendum: fundum examinandum; sectandam perfectionem sine intermissione. *a pag.* 584. *ad* 589.

S. Lavrentii Ivstiniani sermo in solemnitate B. Laurentij Martyris. I. Martyrum solemnitates; martyriorum exhortationes dicit. II. Fidei Christianæ virtutem prædicat. III. Deum cognoscere quantum sit bonum exprimit. IV. Martyrum præconia celebrat. V. B. Laurentij virtutes recenset, ac laudibus effert. VI. Optimo terræ cultori illum assimilat. VII. Ad passionum tolerantiam hortatur. VIII. S. Laurentij charitatem atque constantiam commendat. IX. Diuinum amorem igni comparat. X. Ad certamen spiritale prouocat. *Part.* 2. *pag.* 661. *& sequent.*

S. Leonis sermo in festiuitate S. Laurentij Martyris, de laude atque exemplo Martyrum, & D. Laurentij passione ac triumpho. I. Diuinum amorem in nullis clariùs fulgere dicit, quàm in beatissimis Martyribus. II. Ad erudiendum Dei populum, nullam vtiliorem formam esse ostendit, quàm Martyrum eloquentiam, quæ opere pleniùs docet quàm voce. III. D. Laurentij excellentiam prædicat, eiusque martyrium eleganter describit. IV. Ignem amoris Diuini cum igne materiali confert. *Col.* 234. *& seq.*

S. Maximi homilia prima in natali D. Laurentij Martyris. I. Sanctum hunc Martyrem Apostolorum supparem prædicat. II. Eius prærogatiuas profert, virtutesque celebrat. III. Charitatem ipsius Spiritus sancti flammâ feruente cõmendat. *Col.* 65. *& seq.*

Eiusdem homilia secunda de eodem, I. S. Laurentii prudentiam in thesauris Ecclesiæ distribuendis laudat. II. Eius martyrium describit. III. Certamen ignis & amoris in ipso miratur. *Col.* 666. *& seq.*

A Eiusdem homilia tertia, vnde supra. Animi fortitudinem, atque in fide cõstantiam cõmendat. Prophetias Isaiæ. 43. *Cum ambulaueris in igne, non combureris; & flamma non ardebit in te.* Et Dauidis Psalm. 38. *Concaluit cor meum intra me; & in meditatione mea exardescet ignis.* B. Laurentij martyrio ac passioni accommodat. *Col.* 668. *& sequent.*

* Radvlphi Ardentis de S. Laurentio, in Epistol. Homilia. *Qui parcè seminat parcè & metet, &c.* 2. *Cor.* 9. vbi de eleëmosinâ habet sermonem & Primò. Largè fieri debere eleëmosinam probat; quia qui nihil seminat, nihil metet: qui parcè; parce: qui in largitatibus, de largitatibus largè metet. Secundò. Quomodò sit eleëmosiB na facienda demonstrat, sc. prout proposuimus in corde nostro libero, non ex tristitiâ quæ prouenit ex necessitate sed liberâ deuotáque voluntate. Tertiò. Ob quam causam sit facienda subdit; non ob gratiam, aut laudem hominum, sed propter Deum, qui est eleëmosinæ causa finalis & efficiens. Quartò. Fiduciam necessariam esse monet in eleemosinæ largitione, quia propter eleemosynam quam fecimus, multiplicabit Deus materiam, vnde maiores facere possimus. *à fol.* 108. *pag.* 2. *ad fol.* 113. *pag.* 2.

S. Thomæ Aqvinatis sermo in festo S. Laurentij, in illud, *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet, &c.* S. C Laurentii quinque virtutes commemorat. I. Prudentiam in diuitiarum erogatione: sunt autem dispergendæ, quia si congregantur, sunt suis possessoribus in tormentum, pereunt, & ad supplicium ducunt æternum: è contra, quia dispersæ semina sunt quæ multiplicata resurgunt, vitam æternam acquirunt, nec amitti possunt. II. Largitatem, ad quam tria nos inuitant, Creator, creatura & scriptura. III. Fidelitatem, dare enim pauperibus vera fidelitas est, quia bona Ecclesiæ pauperum sunt, quia hoc præcepit Dominus, & ab eis nulla expectatur retributio. IV. Iustitiam, quæ cõsistit in tribus, in rectæ voluntatis conseruatione

propter se, in iustorum susceptione, & in iuris sui vnicuique redditione. V. Perseuerantiam, quæ propter tria laudabilis existit, fuit siquidem flagellis probata, fide consummata, & igne examinata. *Tom. 16. serm. Fest. fol. 38. col. 4.*

FESTVM SANCTI HIPPOLITI Martyris. XIII. August.

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo in die S. Hippoliti Martyris, *Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum corã Patre meo, &c. Luc 12.* in his verbis quatuor ad nostram ædificationem attenduntur. Primum. Quod sola fides ad salutem non sufficit, quia pene omnes qui Christum corde tenuerunt & ore non confessi sunt, perierunt; nisi illi qui pœnitentiâ, vt Petrus, reuixerunt. Secundum. Triplex est confessio Christi, prima fit solo ore, & est ridiculosa & Deo contumeliosa: habet enim negationem sibi contrariam; secunda fit & ore & seruitij redditione, sed semiplena & non libera est; placet Deo sed non perfectè; tertia fit plena & liberâ seruitij redditione. Tertium. Promissio, quam Christus suis confessoribus promittit, fiet cum dicet fidelibus, *Venite benedicti Patris mei, &c.* Quartum, erubescentes se Christus erubescet; negantes, negabit, immisericordes, confundet. *In proprio de sanct. serm. 80. à pag 115. ad pag 117.*

FESTVM ASSVMPTIONIS Beatissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ. XV. Augusti.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo I. ad ea verba, *Luc 10. Intrauit Iesus in quoddam castellum, &c.* I. Per castellum hunc mundum notari tradit, in quem Iesus introiuit, vt homines Deo reconciliaret. II. Duabus sororibus exprimi corpus & animam B. Virginis, de quibus exponit quod de sororibus hic dicitur. III. Docet Mariam recipientem Christum, hodiè à Christo in domum suam recipi in corpore & in anima. *à pag. 207. col. 2. ad 209. col. 2.*

A

Eiusdem sermo 2. ad hæc verba. *Cant. 6. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, &c.* Quinque malis quæ ex peccato ortu sunt, quinque opponit qualitates Virginis matris, quæ in themate notantur. I. Mediatrix, contra offensam Dei quam causat peccatum. Hinc dicit Virginem progredi, quia pro reis graditur. II. Alleuiatrix internorum languorum. Hinc dici Auroram. III. Reparatrix spiritualium virium: hinc dici pulchram vt lunam. IV. Illuminatrix mentis & cordis tenebrarum: hinc dici electam vt sol. V. Auxiliatrix contra hostium infestationem: hinc dici terribilem vt castrorum aciem. *A pag. 209. col. 2. ad 211. col. 1.*

B

Eiusdem sermo 3. ad hæc verba. *Cant. 5. Veni in hortum meum soror mea sponsa.* Tribus constat partibus. I. B. Virginem dici sororem & sponsam propter vitæ conformitatem; hæreditatis identitatem, ac inæstimabilem charitatem. II. Virginem, quæ filium Dei in suum recepit hortum, ad suum quoque à Deo inuitari. Vbi ostendit Mariam fuisse hortum: & nos quoque similes esse debere. III. Explicat quis sit hortus ad quem inuitatur Maria à filio Dei, Regnum Dei. *A pag. 211. col. 1. ad 212. col. 2.*

C

✠ D. AMEDEI LAVSAN. de B. Virginis obitu, assumptione in cœlum, exaltatione ad filij sui dexterã, homilia I. Mariæ Virg. mors ascendente in cœlũ filio, retardatur, vt Apostoli materno solatio, & eruditione fruerẽtur; ipsa enim omnium in se charismatum cõmercia, deferebat; ipsa odor mortis in mortem incredulis, odor vitæ in vitam credentibus in filium erat; ipsa salutem corporibus & animis medelã afferebat, potens suscitare à morte carnis & animæ. II. Beata Virgo læta migrat è corpore, læta videt filiũ, & gaudẽs properat ad Dominũ Angelorũ valata choris, & e morte gloriosâ ad spõsum migrat; laudatur in ea virtus integra & gratiæ plenitudo; laudibus deducitur, nec ipsa

tamen cessat à laude, quæ filium Dei ex se genitum, in dexterâ paternæ magnitudinis sedentem, seque in gloriâ assumentem videbat. *Ex eius homil. a fol. 75. col. 2 ad fol. 78. col. 1.*

S. Anselmi, homilia in Euangelium hodiernum, qualiter ad Dei genitricem eius lectio pertineat. I. Per castellum Virginem Mariam intelligit, cuius murus virginitas: cuius turris, humilitas, quæ duo ab alterutro ita muniuntur, vt nunquam in humili Virgine fuerit nec superba virginitas nec inquinata humilitas; sed semper in eadem permanserit, & humilis virginitas & virginalis humilitas; in hoc verò castellum intrauit Iesus per fidei portam. II. In Martha & Maria Magdalena duas vitas agnoscit, actiuam & contemplatiuam quæ in Virgine Matre singulariter operatæ sunt. III. Virginem Mariam cum Martha & Magdalena pluribus confert. *Tom. 3. pag. 209. & sequentibus.*

S. Avgvstini sermo primus in Euangelium. I. Quanta sit dignatio Christum suscipere perpendit. II. Vnitatem plurimùm commendat. III. Hospitalitatem suadet. IV. De Christo pascendo & pascente fusè differit. *Tom. 10. serm. 26. de verbis Domini fol. 24.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. Martham cum Maria Magdalena confert. II. Vtramque laudat. III. Vnitatem multitudini præponit. IV. In duabus istis sororibus duas vitas agnoscit, quas eleganter describit, & imaginem præsentium in Martha, sicut & futurorum in Maria contemplatur. *Ibidem serm. 27. fol. 24. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius in festo Assumptionis sanctissimæ Dei genitricis Virginis Mariæ. I. Huius solemnitatis præconia celebrat. II. De Assumptionis Deiparæ in cœlum veritate mentem suam profert. III. Laudes Virginis ineffabilis dicit. IV. Illam cum Eua matre confert. V. Eius prærogatiuas recenset. VI. Timpanistriam illam nominat eiusque canticum interpretatur. VII. Ipsius humilitatem multùm

A commendat. VIII. Eius auxilium interpellat. IX. Exemplo ipsius ad humilitatem hortatur. *Ibid. serm. 35. de Sanct. fol. 270. & sequent.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium hac die habita. Per Martham & Mariam Magdalenam duas vitas spiritales, actiuam & contemplatiuam, quibus in præsenti sancta exercetur Ecclesia, intelligit: & vtriusque vitæ laudes & merita pangit. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de sanct. col. 124. & sequent.*

S. Bernardi sermo primus in Assumptione B. Mariæ. I. Quanta fuerint supernorum gaudia ciuium in Mariæ Virginis gloriosa Assumptione perpendit. II. Gratum commercium

B hodie inter cœlum & terram celebratum profert. III. Quanto cum honore, quanta cum exultatione & gloria Deipara à Christo sanctam ingrediens ciuitatem fuerit suscepta, vt eumque exprimit. IV. Incarnationem cum hodierna Assumptione confert. V. Virginem Matrem ob singularem gloriam fœlicissimam prædicat. VI. Eius in cœlum ingressum paucis describit. *Col. 147. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus in eadem solemnitate, de lectione Euangelica. I. Spatiosissimam terræ latitudinem respectu cœli castellum dicit, cœlum verò ipsam domum Dei ingentem. II. Per mulierem Christum in domum

C suam excipientem, Virginem Mariam intelligit. III. Domum virginalem mundam Spiritu-sancto plenam contemplatur. IV. Corpus nostrum castro assimilat. V. Qualis custodia huic castro adhibenda sit, docet. VI. Peccatoris carcerem, tortores & infernum depingit. VII. Hypocrisim & fictam pœnitentiam detestatur. VIII. Spiritalis domus animæ mundationem, ornatum, & impletionem describit. IX. Euangelium Virgini Mariæ accommodat. *A col. 148. ad col. 151.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra. I. In Martha actiuos, in Magdalena contemplatiuos figuratos agnoscit. II. Vtramque sororem Dominũ excepisse dicit, sed illa suscepit eum in carne,

ista vero in voce. III. Illam domum fœlicem, congregationemque beatam prædicat, in qua de Maria Martha conqueritur. IV. Vitam mixtam actiuæ & contemplatiuæ præfert. V. Religiosorum societatem & conuentum domo de qua in Euangelio hodierno assimilat: alij siquidem sanctæ contemplationi vacant, alij dediti sunt fraternæ administrationi, & alij in amaritudine animæ suæ suos recogitant annos, tanquam vulnerati dormientes in sepulchris. VI. Propriam voluntatem condemnat. VII. Cauendum esse, ne abundare incipiamus in sensu nostro, monet *a col.* 251. *ad col.* 254.

Eiusdem sermo quartus, vnde supra. I. Quàm sit difficile Virginis Mariæ laudes celebrare, ostendit. II. Deiparā Deliciis affluentem contemplatur. III. Dei Filium de cœlestis regni plenitudine in vterum Virginis & hominis naturam descendentem miratur. IV. Lazaro quatriduano & resuscitato peccatorem conuersum assimilat, cuius primus dies timoris dicitur, secundus certaminis, tertius doloris, & quartus pudoris. V. Quasdam Virginis Mariæ virtutes recenset, & virginalem fœcunditatē prædicat. VI. Quanta pietate & misericordia erga nos affecta sit Virgo beata declarat. *col.* 254. *& seq.*

Eiusdem sermo quintus, vnde supra, in Euangelium. Per castellum cor hominis intelligit, cupiditatis fossâ, priusquam ad illud veniat Dominus, vallatum: muro obstinationis clausum, atque in latitudine sua interiori Babilonica turre eleuatum pro victu voluptatem corporis & sæculi vanitatem habens, pro defensione duritiam, & pro armis carnalis sapientiæ argumenta. At verò Christo adueniente, visitante, & intrante castellum hoc euertitur, aliud nouum construitur, sublata cupiditate expanditur ingens sinus desiderij, murus ponitur continentiæ, antemurale patientiæ surgit opus à fundamento fidei, crescitque per dilectionem proximi vsque ad charitatem Dei, cibus reconditur fructus spiritus, & arma iustitiæ ab A- A postolo descriptæ proferuntur. (Vbi triplicem enumerat gratiā, quam diuinitùs accipimus, vnam qua conuertimur: alteram qua in tentationibus adiuuamur: tertiam qua probati remuneramur.) In hoc castello duæ sunt sorores Martha & Maria, id est operatio & intellectus, confert autem Christus operationi virtutem, & intellectui sapientiam. Martha duobus modis excipit Dominum, & duplex ei conuiuium parat: Maria verò sedet, nec vult interrumpere silentij quietem. (Vbi tria notat quæ cōtemplationem impediunt, sunt autem tenebræ peccatorum, recordatio eorumdem, & cura terrenorum actuum: sicut & corporis oculum impediunt tenebræ, hu- B mor concretus, & puluis iniectus.) Insuper Sanctorum vnitatem laudat, peruersorum verò abhorret & detestatur: Vbi multa de laude vnitatis, & eius impedimentis. *A col.* 257. *ad c.* 261.

✠ Eiusdem, sermo in Euangel. vbi duas sorores duas vias amatorum significare ostendit. Primò enim. Quidam cum Martha solliciti Domino Iesu duo pulmentaria præparant sc. correctionem operis cum salsamēto contritionis, & opus pietatis cum condimento deuotionis. Secundò. Alij cum Mariâ considerant quid sit Deus in mundo, hominibus Angelis, seipso, reprobis &c. *Ex paruis & variis sermonib. serm.* 4. *col.* 442. 443.

C ✠ S. Bernardini Senensis in solemnitate Assumptionis V. Mariæ serm. 1. I. Maria eleuatur, 1. in hoc mundo, eleuatione gratiosâ in sanctitate, conuersatione, contemplatione, 2. transiens de mundo, eleuatione gloriosâ ad culmē dignitatis altissimæ, latissimæ, firmissimæ, 3. residens in cœlo, eleuatione fructuosâ; tria enim in eo patrocinia, Ecclesiæ præstat; diligens, protegens, irrorans. II Occurrit ei in cœlum ascendenti, 1. Pater, & amplexatur sponsam castissimæ dilectionis, singularissimæ fœcundationis, solicitissimæ educationis: 2. Filius in suæ gloria maiestatis, omnibus manifestans verissimam genitricem suam, 3. Spiritus S.

recognoscens fornacem sui amoris, & officinam suæ stupendæ operationis. III. In gloria Maria virgo, 1. sole adornatur, non solùm propter splendorem diuinitatis in eius mente, aut maternitatem, sed etiam quia splendor animæ & corporis ipsius glorificatæ resplenduit, 2. lunâ honoratur & dum viuit in hoc mundo, & dum regnat in altero, 3. Stellis coronatim, cuius intelligentiam vide. *In tom. 4. pag. 148. col. 1. ad pag. 159. col. 1.*

Eiusdem, de quo præcedenti sermone, sermo, 2. Maria virgo meruit super omnes creaturas in gloria exaltari, quia fuit, 1. signum magnum gratiæ, gloriæ, intelligentiæ, 2. quod apparuit in cœlo Ecclesiæ, gloriæ, animæ, 3. amicta sole amoris, splendoris, fulgoris, 4. mater Dei, 5. ardentissima charitate, 6. Deo conformis, 7. tranquilla, per aspectum filij sui. 8. capax omnium gratiarum, 9 Deo & eius filio vnita plus in infinitum quam omnes creaturæ, 10. larga in gratia & gloria, 11. victrix dum vixit, omnium temporalium, intellectualium, affectualium, 12. auctrix gloriæ beatorum, 13. gratiæ quę ad nos descendit dispensatrix. *Ex tom. 4. à pag. 159, col. 1 ad pag. 167. col. 1.*

S. I. DAMASCENI de Dormitione Sanctissimæ Dei Genitricis oratio. I. Quàm sit difficile B. Virginis laudes celebrare, perpendit. II. Virginem Matrem iustitiæ fontem, sanctitatis thesaurum, & Dei ciuitatem nominat. III. Incarnationis mysterium subtiliter explicat IV. B. Virginis encomium celebrat. V. Eius vitam breuiter describit. VI. Quænam sint dona præstantissima declarat. VII. Virgineas prærogatiuas humana conditione sublimiores prædicat. VIII. Variis rebus quas scriptura commemorat Virginem Matrem egregiè comparat. IX. Dormitionem eius depingit, ac miratur. X. Quo pacto sit appellanda mors Deiparæ, discutit. XI. Virginem Mariam etiam ante mortem beatam esse dicendam, asserit. XII. B. Virginis funus repræsentat. XIII. Quam vim D. Mariæ sepulchrum habeat, pulchra similitudine ostendit. *A fol. 386. ad fol. 389.*

Eiusdem de Assumptione Sanctissimæ Dei genitricis oratio. I. B. Virginis merita omnium encomiorum legem excedere dicit II. Huius diei præconia celebrat, mysteriaque pandit. III. Deiparam cœlo assimilat. IV. Virginis Matris in cælum conscensum declarat. V. Pretiosissimam fuisse ipsius mortem comprobat. VI. Beatam eius domum in qua obdormiuit in Christo, amabilemque eius lectum, miraculis plenum depingit. VII. Quomodo & quibus præsentibus obdormierit, refert. VIII. B. Mariæ laudes commemorat. IX. Eius orationem ad Christum antequam sanctissimam animam efflaret, recitat. X. Adstantium deuotionem sacratissimum istud corpus exosculantium repræsentat. XI. Funus ipsius, & quæ tunc acciderunt, describit. XII. Corporis eius in cœlum Assumptionē veram esse testatur. XIII. Beneficia nobis diuinitus per Mariam collata breuiter recenset. XIV. Virgini assumptæ congratulatur. XV. Dei Matris sepulchrum alloquitur, sepulchrique responsa fingit. XVI. Vt vitia prompto atque alacri animo vitemus, virtutes omni studio atque amore cōplectamur, & sic mentem memoriamque nostram Genitricis Dei promptuarium efficiamus, cohortatur: puritatemque multum commendat. *A fol. 390. ad fol. 395.*

B. P. DAMIANI sermo in Assumptione Beatissimæ virginis Mariæ. I. Deiparæ Assumptæ gloriam contemplatur. II. Eius Assumptionem cum Christi Ascensione confert. III. Scripturam sacram Ascensionem Filij & Matris Assumptionem simili stylo descripsisse ostendit. IV. Beatam Mariam auroræ, stellæ matutinæ, Lunæ, Soli, virgis Iesse & Aaron assimilat. V. Eius continētiam atque deuotionem commendat. VI. Ipsius præclaras virtutes commemorat. VII. Eiusdem Assumptionem paucis describit. *Tom. 2. serm. 40. pag. 239. & sequentibus.*

❧ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, pro Epistolâ ex cuius lectione docemur Primò. Quanta sit in nos virginis Mariæ misericordia. Secundò. Quàm infinita sit in genus humanum Dei misericordia, qui talem dedit nobis aduocatam & mediatricem. Tertiò. Quàm magna fructificatio Mariæ sit, quæ in electis Dei mittit Radices. *In sanctorum proprio a fol.* 251. *pag.* 2. *ad fol.* 252. *pag.* 1.

Eiusdem, pro Euang. sermo 1. Maria virgo dicitur castellum, quia, 1. in alto situata est: 2 Fortitudine vt muro munita est: 3. profundissimâ humilitate est vallata, 4. charitatis feruore est sublimis, 5. virtutum vigore firmata est, 6. Spiritualibus est plena alimoniis, &c. *In sanctorum proprio, a fol.* 252. *pag.* 2. *ad fol.* 253. *pag.* 2.

Eiusdem, pro Euang. sermo 2. quo demonstrat. Quantæ sit dignitatis esse matrem Dei, & quanti meriti se totum offerre Deo: quanti præmij seruire & compati Christo. *Ex sanctorum proprio, à fol.* 254. *pag.* 1. *ad fol.* 255. *pag.* 1.

GVERRICI ABBATIS sermo primus in Assumptione sanctæ Mariæ, in illud *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum.* I. Christum sub Maria & cum Maria in præsenti sæculo: & in ea accum ea in interminabili æuo, incomprehẽsibili modo habitantem considerat. II B. Virginem & vnici Filij & multorum matrem esse asserit & probât. III. Eam cum Eua matre viuentium & cum B. Paulo Apostolo confert. IV. Eandem omnium Christianorum genitricem nominat. V. Summam eius in cœlo gloriam prædicat VI. B. Mariam supra choros Angelorum exaltatam, Dei solium nuncupat & thronum super gloriam omnium excelsum ac eleuatum. *A pag.* 337. *ad pag.* 343.

Eiusdem sermo secundus de eadem, in illud Cant. 5. *Filiæ Hierusalem nunciate dilecto quia amore langueo.* I. Prædicta verba huic celebritati accommodat. II. Colloquium Angelorum cum Virgine iam à corpore migratura refert. III. B. Mariæ languorem exprimit: & A triplicem distinguit timoris videlicet, doloris & amoris. IV. Christum Matrem suam alloquentem, & eam ad gloriam vocantem repræsentat. *A pag.* 343. *ad pag.* 349.

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Ecclesiastici 24. *In omnibus requiem quæsiui, &c.* I. Sanctæ quietis consideratione, nocte ac die laborantes consolatur. II. Iustum etiam cum laborat, quiescere: sicut è diuerso impium laborare dum quiescit, ostendit. III. Docet Sapientiam in omnibus requiem quæsiuisse, sed in solis humilibus inuenisse: Ecclesiam autem in omnibus mundi nationibus, sed in solis credentibus: Mariam verò sicut & B quamlibet sapientem animam in omnibus suis actionibus, sed perfectè in bonis cœlestibus & diuinis fœlicitatibus. IV. Veram humilitatem sibi ipsi angustam, Diuinitati verò amplam esse testatur. V. Solum humilem quietum esse posse asserit. VI. Inquietos redarguit, & ad quietem hortatur. *A pag.* 346 *ad pag.* 359.

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Euangelij, *Maria optimam partem elegit.* I. B. Mariam cum Magdalena comparat. II. Spiritalia carnalibus præferenda esse demonstrat. III. B. Ioannis Euangelistæ merita commemorat. IV. Deiparæ contemplationes, quibus dum hîc viueret pascebatur, refert. V. Perfectiones Marthæ & C Magdalenæ actiuæ & contemplatiuæ vitæ in S. Virgine agnoscit. VI. Christum semen dicit & fructum. VII B. Mariam de benedictionibus suis hodie metentem conspicit. *A pag.* 356. *ad pag.* 362.

❧ GVILLELMI PARISIENSIS in die solemni quo Maria Virgo cœlos ascendit, sermo primus, siue exhortatio facta fidelibus recolendi Mariæ assumptionem ratione horum Cant. vlt. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens innixa super dilectum suum.* Recolamus ergo hoc festum. I. Congratulatione, si enim Mariam diligimus gaudebimus quia vadit ad filium vt nostra sit patrona & aduocata. II. Imitatione,

mitari eam debemus in puritate, humilitate, charitate, pietate. III. Laudatione, laudibus eam oportet prosequi, quia arca est in qua Deus thesaurum suum & nostræ redemptionis pretium posuit. IV. Supplicatione, quia verisimile est eam in die honoris & coronationis suæ, à filio suo non passuram repulsam. V. Obsequiorum exhibitione, ad eius honorem ieiunando, loca in quibus honoratur visitando, & modjs aliis quibus eius beneuolentia est captanda. VI. admiratione, cum Angeli ascēdentem videntes mirentur, mirari debemus quod pura creatura omnes cœlos & Angelorum choros transcendat & ad filij dexteram collocetur. *In proprio sanctorum sermone 81. à pag. 117. ad pag. 120.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. Mariæ assumptæ prærogatiuas inquirit & I. Magnitudinem eius miratur, quod magna & noua in eâ fecerit Deus: magna sunt in sublimem gloriam fuisse eleuatam, fontem omnium gratiarum in eâ positam fuisse, Angelorum & hominum dominum esse: noua sunt, auroram Solis iustitiæ extitisse, Angelis mirandam, hominibus saluationis causam, furibus infernalibus tremebundam. II. Assumptam fuisse in anima & corpore multis rationibus ex D. Aug. probat. *In proprio sanctorum sermone 82. à pag. 120. ad pag. 123.*

S. Hieronymi, (vel vt aliis placet) Sophronii de Assumptione B. Mariæ Virginis sermo primus. Multa complectitur. I. Vtrum B. Maria assumpta fuerit simul cum corpore? II. Quid post ascensionem Domini egerit? III. Ipsius cum B. Ioannis Euangelistæ collationem. IV. Hodiernæ solemnitatis spiritale gaudium. V. B. Virginis laudes & merita. VI. Angelicam salutationem. VII. Assumptionis Deiparæ celebritatem, omnium sanctorum festiuitatibus incomparabilem, ipsisque Angelicis virtutibus admirandam. VIII. Virginis assumptæ triumphum. IX. Duas Christi natiuitates. X. Incarnationis mysterium ab antiquis Patribus præcognitum. XI. Hu-

A manitatis nostræ ad Verbi vnionem assumptæ figuram in vestibus Esau, quibus Iacob vsus est. XII. Virginis Mariæ, post Christi ascensionem in cœlum, erga eundem ardendissimum desiderium. XIII. Angelorum ob Virginis Matris in cælum Assumptionem gaudium & tripudium. XIV. Deiparæ spiritale martyrium. XV. Summam eius gloriam. XVI. Virginitatis laudes & encomia. XVII. Humilitatis cum virginitate coniunctionem & commendationem. XVIII. B. Mariæ Virginis imitationem. *Tom. 4. epist. 10. à col. 789. ad col. 802.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. Vt cunctis præconiis salutis nostræ auctricem veneremur, suadet. II.

B Fœcundam B. Mariæ Virginitatem laudibus effert. III. Incarnationis mysterium paucis declarat VI. Virginem Matrem præclaris encomiis prosequitur. V. Vt Assumptionem gloriosissimæ Dei genitricis cum gaudio celebremus, hortatur. *Ibid. epist. 11. col. 802. & sequentibus.*

S. Hildephonsi in Assumptione Beatissimæ & gloriosæ Virginis Mariæ sermo primus. I. Vt ante thorum Virginis cantica frequentemus, suadet. II. Laudes eius decantat. III. Quali gaudio hodierna solemnitas celebranda sit, perpendit. IV. Stellæ B. Virginem assimilat. V. Humilitatem com-

C mendat. VI. B. Mariam Lunâ pulchriorem ac Sole clariorem demonstrat. VII Eius virtutes commemorat, eamque præclaris encomiis celebrat. VIII. Cælestis Hierusalem gaudia ob Matris Domini Assumptionem & præsentiam coniicit. IX. Ad Matris Dei imitationem hortatur. X. Virginitatem laudibus effert. XI. Virginis Mariæ humilitatem prædicat. XII. Matrem Domini in æthereis sedibus cum corona diadematis renitentem conspicit. XIII. Eam cum arca Testamenti per omnia comparat. XIV. Nullum peccatum fuisse in Varia asseuerat. XV. Virginis triumphalem in cœlum ingressum depingit. XVI. Illam Dei templum & Mosis rubum

nominat. XVII. Vt spiritu ambulemus, & mentes nostras ad sublimia erigamus, monet. XVIII. Christum in Trinitate adorandum esse docet. XIX. Ecclesiam in B. Virgine expressam agnoscit. *Tom. 8. Biblioth. Patr. à col. 285. ad col. 293.*

Eiusdem sermo secundus, in eadem solemnitate. I. Huius celebritatis rationem indicat. II. Hodiernum diem celebriorem esse in cœlis dicit, quàm in terris. III. B. Mariam thronum Dei nominat. IV. Vniuersos Sanctorum ordines Deiparam venerari demonstrat. V. Illam plusquam martyrem vocat, quia in animo non minus amoris quàm mœroris fuit intus gladio vulnerata. VI. Ex salutationis Angelicæ verbis, quantas nunc ipsi Virgini laudes deferant Spiritus Angelici, colligit. VII. B. Mariam veram veri Dei esse matrem testatur. VIII. Eam Prophetissam & Euangelistam nuncupat. IX. Eius humilitatem plurimùm commendat. *Ibidem a col. 293. ad col. 296.*

Eiusdem sermo tertius, de eadem. I. B. Virginis laudes, merita, priuilegia, gratiam & gloriam vtcumque prædicat. II. Humilitatis ipsius thesauros perscrutatur. III. Humilitatem multùm commendat. IV. Salutationis Angelicæ verba illustrat. V. Hodiernam celebritatem etiam ipsis supernis ciuibus gratissimam esse ostendit. VI. Assumptionis triumphum describit. VII. B. Mariam omnium Ecclesiarum formam esse dicit. VIII. Dei Matris nobilitatem declarat. IX. Angelorum gaudia B. Mariæ exequias dignè celebrantium refert. *Ibidem col. 297. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus, vnde supra. I. Præclara virginis Mariæ epitheta profert. II. Eius merita & prærogatiuas recenset. III. Hodiernam solemnitatem gloriosam prædicat. *Ibidem col. 300. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in Euangelium hodiernum. I. Rationem lectionis Euangelicæ declarat. II. Martham & Magdalenam duas vi-

A tas, actiuam videlicet, & contemplatiuam expressisse docet. III. B. Mariam vtramque vitam exeruisse demonstrat. IV. Ipsam Apostolos docuisse testatur. V. Eius vitam compendiosè describit. VI. Vniuersos Sanctorum ordines Assumptionem B. Mariæ celebrare ostendit; (vbi quædam prudenter legenda.) *Ibid. a col. 301. ad col. 305.*

Eiusdem sermo sextus, vnde supra, Gloriosæ Virginis Mariæ, ineffabile meritum figuris legalibus, Prophetarumque oraculis prænunciatum fuisse ostendit: & ipsam virgæ Aaron, portæ clausæ, virgulæ fumi aromatum, ac velleri assimilat. *Ibid. col. 305. & seq.*

Eiusdem sermo septimus, vnde supra.
B B. virginis laudes celebrat. Assumptionis ipsius trivmphum repræsentat. D. Augustini verbis Mariam inuocat. *Ibid. col. 310. & sequent.*

Hvgonis a S. Victore de Assumptione B. Mariæ Virginis sermo primus in illud Cant. 6. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens?* I. B. Mariam auroræ assimilat, quæ suo lumine præcedentium Patrum minorauit claritatem II. Eius varia epitheta recenset. III. Christum cum Sole comparat. *Tom 2. Instit. Monast. ser. 34. pag. 343. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, de eadem, B. Virgo Maria violæ assimilatur ratione frigiditatis, propter carnalium vi-
C tiorum extinctionem: ratione coloris viridis & purpurei, propter spem futurorum bonorum, & regalem eius dignitatem: ratione odoris, propter sanctitatis opinionem: & ratione demissionis, propter humilitatem; vti eius imitationem suadet. *Ibid. serm. 46. pag. 358. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Ecclesiastic. 24. *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, &c.* B. Virginem Cedrum Libani nominat, quia de sæculo carnis originem habens, inuiolata semper existit, & primùm per gratiam postmódum per gloriam præ omnibus creaturis se sublimatam

miatam vidit: cypressum montis Sion, quia dum in mundo viueret, cunctis, quæ mundi sunt, potenter subactis, virtutum gradibus ad cœlestia fortiter scandens, diuinitatis gloriam præ cunctis Ecclesiæ fidelibus speculabatur, nunceque præ cunctis spiritibus cœlestibus contemplatur: palmam in Cades exaltatã, quia spiritualibus hostibus potenter & victoriosè superatis, amore præmiorum cœlestium suauissimè potabatur: rusam in Hiericó plantatam, quia in defectu seculi præsentis virtute compassionis singulariter enituit: olioam speciosam, tantò pretiosiorẽ per misericordiam, quantò excellentiorem per gratiam: platanum iuxta aquas, quia donis irrigata diuinis in bonis operibus dilatata semper fuit: cinnamomum, ratione laudis, & gratiarum actionis: balsamum, per bonæ famæ odorem: & myrrham propter carnis mortificationem. *Ibid. serm. 47. pag. 359. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus mirificus planè & diuinus, in quo ferè exponuntur, quæ ex Canticis Canticorum de prompta, in hodiernæ Assumptionis officio solent decantari. I. Virginem Mariam Christi genitricem esse simul & sponsam miratur. II. Pulchritudinem sponsi Christi & sponsæ Mariæ contemplatur. III. Tria præcipua in hac sponsa celebrat, labia linguam, & vnguenta: siue osculum alloquium, & odorem; Trinitas enim tota venit ad Virginem; suscepit siquidem in labiis ab ore Patris osculum, in lingua Patris Verbum, & in vnguentis Patris & verbi Spiritum. IV. Incarnationis mysterium declarat. V. Varias vnctiones enumerat, & mysticè exponit. VI. Statum vitæ præsentis describit, & exilio atque hyemi comparat. VII. Fœlicitatem æternam per flores, vineas florentes, & vocem turturis in terra sponsi auditam exprimit. *Ibid. serm. vltimo à pag. 413. ad pag. 427.*

D. Innocentii Pap. III. sermo primus de Assumptione B. virginis Mariæ in Euangelium. I. B. Mariam castellum mysticum nominat, in A quod ingressus est Christus: huius murus, virginitas: cuius turris, humilitas: cuius custodes duæ vitæ, actiua & contemplatiua. II. Docet virginem Matrem vtramque exercuisse vitam. III. Quæ sit pars optima, declarat. *Tom. 1. à pag. 148. ad pag. 151.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Cant. 6. *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, &c.* Confert B. virginem Mariam cum aurora, Eua, Luna, Sole, & castrorum acie ordinata. Insuper inuocationem huius piissimæ matris commendat. *Ibidem pag. 151. & sequent.*

✠ Ioannis Thauleri sermo ad hæc verba: *Eccl. 24. In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Dei morabor.* B I. Ostendit neminem extra Deum in ipsis corporalibus seu spiritualibus; intus & foris requiem quærere debere. II. Summè curandum esse ei qui in Deo quiescere velit, vt in fundo suo in veritate nihil sit. Huic succedit exultatio, & duæ hæreditates Domini in quibus moratur anima: vna temporalis, vita, passio, & exemplar Saluatoris: altera æterna, Diuinitatis post hanc vitam. III. Quinque vias, quibus ex passione Domini in hæreditatem æternam transimus, aperit, fugere, pati, silere, contemnere & abnegare seipsum. *A pag. 589 ad 593.*

S. Laurentii Iustiniani C sermo in Assumptione B. Mariæ virginis. I. Ecclesiæ artes, quibus peccatores ad Deum reuocare nititur, recenset. II. Festorum rationem & celebritatum finem declarat. III. Docet B. virginem post Christi Ascensionem corpore tantùm habitasse in sæculo, affectu autem & mente in cœlo. IV. quàm pretiosa fuerit & dulcis mors vel potiùs dormitio virginis Matris, perpendit. V. Eius triumphum & ascensum in cœlum describit. VI. Christum virgini Matri occurrentem ipsamque alloquentem contemplatur. VII. Vt cum deuotione & alacritate hodiernum diem celebremus, cœlestis Hierusalem exemplo hortatur. *Part. 2. à pag. 663. ad pag. 666.*

Bbbb

✠ LEONIS AVGVSTI IMP. Orat. 10. Post breue prælud ium docet transitum hodie Mariæ ad cæleste gaudium celebrari. 2. Verè mortuam esse Mariam. 3. Honorari eam in cœlis ab omnibus. 4 à mundo etiam inferiori eius translationem honore prosequendam. 5 quàm magna fecerit illi Dominus, declarat. 6. quibus laudibus sit prosequenda ex Dauide mutuatur & Propheticis dictis. 7. Benedici ab omnibus iuxta suam-met Prophetiam ostendit. 8. Arcæ testamenti, & candelabro luminum fulgore conspicuo, ac vrnæ manna plenæ comparat. 9. Orationem ad Virginem dirigit. *Auct. noui Biblioth. PP. Græco-Lat. tom. 1. a pag.* 1733. *ad* 1750.

S. ODILONIS ABBATIS sermo de Assumptione Dei genitricis Mariæ. I. Vtriusque vitæ, actiuæ nimirum & contemplatiuæ perfectionem in B. Maria conspicit. II. Verba Dauidis Psalm. 86, *Mater Sion dicet homo, & homo natus est in ea, &c.* de Virgine Matre interpretatur. III. Sanctissimæ Trinitatis mysterium celebrat & exponit. IV. Deiparam Apostolorum sacro conuentui semper adhæsisse testatur. V. Totius Orbis gaudium ob Matris Dei Assumptionem exprimit. VI. Virginem assumptam alloquitur, eamque præclaris encomiis prosequitur. *Bibl. Cluniac. serm. 12. S. Odil. Abb. a col.* 401. *ad col.* 406.

✠ RABANI MAVRI homilia. Vbi magnificat maternitatem Dei cum Virginitate. II. Ipsam laudat Virginem & ad laudandam inuitat Angelos. III. Petit vt ad tantam solemnitatem, virtutibus quisque ornare se studeat: Virgines castitate: Diuites, non superbè sentiendo: pauperes fide & virtutibus diuites effecti. *Tom. 5. pag.* 596. *col.* 2. & 597. *col.* 1.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in solemnitate Assumptionis virg. Mariæ, homilia pro Epist. *In omnibus requiem quæsiui & in hæreditate Domini morabor, &c. Eccles.* 24. Verba sunt sapientiæ increatæ, quæ. I. Requiem quærit in illis qui per munditiam & iustitiam illi sunt similes: & moratur in his quos Deus regni sui hæredes, & filij sui cohæredes A elegit. II. Mandatum & consensum Patris subiungit vt requiescat in tabernaculo suo, siue sit assumptus homo, siue sacratissimus beatissimæ virginis vter. III. In Iacob, id est, in luctatoribus contrà vitia inhabitat: in Israel, id est in fortibus contrà vitia, hæreditat; & in electis tantùm mittit radices: Cum in omnibus requiescat, singulariter in Maria, quæ omnia hæc, & plusquàm hæc habet. *à fol.* 113. *pag.* 2. *ad fol.* 118. *pag.* 1.

Eiusdem, homil. in Euang. in quo tria vitarum genera proponuntur, quæ cœlorum regnum merentur. II. Actiua est, cuius officium est terrena rectè dispensare, & quod suum est vnicuique reddere, hæc fuit in Martha. II. Contemplatiua, cuius officium est Dei gloriam contemplari, sola cœlestia meditari, omnia caduca fastidire: hæc in Maria Magdalena fuit. III. Mixta, cuius officium est alternatim nunc contemplatiuæ, nunc actiuæ vices agere; hæc fuit in virgine Maria, quæ singulariter partem Marthæ peregit, singulariter partem Mariæ optimam elegit. *a fol.* 118. *pag.* 1. *ad fol.* 122 *pag.* 2.

B. THEODORI STVDITÆ sermo catechet. in appetentem Sanctissimæ Deiparæ obitum. Agit de spirituali quæ hic agitur celebritate, regnoque cœlesti acquirendo: nec non de mystica negotiatione pretiosi Vnionis Christi. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patrum, atech.* 23. *col.* 1307.

C ✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 60. Post breuem præfationem, Euangelicam lectionem tàm ad litteram, quàm allegoricè & moraliter exponit. Et ad finem laudantis vterum quæ Christum tulisset, verba expendit. Hortaturque vt Marthæ & Mariæ similes simus. *a pag.* 412. *ad* 418.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo de Assumptione B. Mariæ Virginis, in illud Ecclesiastic. 24 *Quasi cedrus exaltata sum in Libano. &c.* Per sex arbores, de quibus fit mentio in hodierna epistola, sex ordines beatorum intelligit. Per cedrum: Angelos ob naturæ sublimitatem. Per cypressum, Patriarchas

& Prophetas propter odoris suauitatem. Per Palmam, Apostolos ob gloriosum de vniuerso mundo triumphum. Per rosam, Martyres ob sanguinis effusionem. Per oliuam, Confessores ob fructificationem. Per platanum, virgines ob frigiditatem libidinis incendium extinguentem. B. autem Virgo Maria supra hos omnes fuit exaltata; habuit siquidem omnium istorum merita. *Tom.16. serm.fest.fol.39. col.1.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio, 1. in illud. *Maria optimam partem elegit Lucæ*, 10. In qua singulas partes Euangelij exponit & adaptat toti vitæ B. Virginis. Castellum est Virgo; intrauit illuc Iesus per incarnationem: Mulier Maria virgo excepit illum & ministrauit. Vbi discurrit per septem opera misericordiæ filio præstita. Maria sedens ad pedes Domini, est B. virgo in officio contemplationis sublimissimæ. Si Martha de Maria conquæsta est, denotat virginem secundũ superiorem partem Christi passionem acceptantem; secundum verò inferiorem, recusantem. Cui & respondet Christus, necessariam esse mortem suam: Marthæ tædium cessaturum; Mariæ gaudium æternum futurum; quia dolor transit; manet gaudium contemplationis. *A fol.* 158. *col.* 3. *ad* 160. *col.* 4.

Eiusdem Concio 2. in illud: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitys affluens. Cant.* 8. Proponit agere de ascensione nostra & B. Virginis. I. Nostram declarat ad verba *Psalmi* 83. *Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones &c.* II. Qui sint spiritualis scalæ gradus discutit ex serie hodierni Euangelii. 1. est robur animi. 2. recollectio mentis. 3. læta & bona voluntas. 4. sancta operatio. 5. feruor & solicitudo in spiritualibus. 6. deuota petitio. III. Animam ad pedes Domini sedere debere & vngere: interdum etiam caput. IV. Ibi audiendum esse verbum Dei. V. Ad secundum redit. Ascensum virginis, circa verba thematis. Ibi Angeli demirantur locum vnde ascendit & colligitur rosa pretiosa & suauè olens: delitias quibus plena est, & dignitatem ascendentis. VI. Angelorum frequentiam, lætitiam, cantusque obuiantium proponit. *A fol.* 160. *col.* 4. *ad* 163. *col.* 4.

Eiusdem Concio 3. ad hæc: *Martha, Martha solicita es &c. Luc.* 10. Initio describit & deplorat pessimam hominum improborum occupationem & vanitatem. II. Hominem conditum esse docet, vt summum bonum intelligat, amet, eoque fruatur: quæ est optima pars, & vnum necessarium. III. Hanc partem sibi B. Virginem elegisse demonstrat. *A fol.* 163. *col.* 4. *ad* 166. *col.* 1.

Eiusdem Concio 4. in Euangelium hodiernum, in duas diuisa partes, quarum prima textum ipsum moraliter exponit, & deducit proprietates animæ, quam inhabitare vult Deus. II. Ostendit B. Virginem optimam partem sibi elegisse, cuius tota vita fuit iugis contemplatio & feruor continuus. Vbi de triplici amore Virginis ad Deũ; naturali, acquisito, infuso. Post hæc docet quàm grauis fuerit illi absentia filij post ascensionem. Deindè mansisse illam in mundo ex voluntate filij ad Ecclesiæ solatium; & tandem obijsse. Deniquè triumphum assumptionis describit. *A fol.* 166. *col.* 1. *ad* 170. *col.* 2.

FESTUM SANCTI BERNARDI *Abbatis.* xx. Augusti.

Dionysii Carthusiani de laudibus S. Bernardi, sermo, 1. gratiam eius futuram Deus prophetice præmonstrauit: 2. magnæ gratiæ & virtutes ei in pueritia sunt collatæ: 3. in conuersionis principio ad admirandam peruenit perfectionem. 4. Magna ei data sapientia est, 5. efficax in prædicando fuit; 6. copiosissimum in Ecclesiâ Dei fecit fructum, 7. potentissima ei concessa est virtus ad facienda miracula, 8. prophetiæ spiritu claruit: 9. frequentes habuit visiones cælestes: 10. patiens fuit: 11. gloriosè & fœliciter obiit. *Ex prop. sanct. à fol.* 257. *pag.* 1. *ad fol.* 258. *pag.* 1.

I. Gersonii sermo de S. Ber-

nardo, in illud Cant. 2. *Fulcite me floribus, stipate me malis, &c.* I. B. Bernardum de amore sancto differentem introducit. II. Tres gradus amoris diuini enumerat & explicat. III. Amorem sanctum amori peruerso opponit. IV. Notat quatuor, quæ B. Bernardum ad amorem diuinum capessendum maximè iuuerunt, nimirùm matris deuotio, apta complexio, debita educatio, & solitudinis affectus. *Tom. 1. part. 2. a col. 742. ad col. 754.*

GVILLELMI PARISIENSIS de S. Bernardo Abbate sermo in quo ex dictis Ecclesiastic. 45. *Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est; similem fecit illum in gloria sanctorum.* Duo innuit. I. Quatuor requiri vt à Deo amemur, quæ fuerunt in D. Bernardo sc. carnis munditia, fuit enim delitiarum carnalium contemptor maximus & abstinentiæ amator, 2. humilitas, ad vilia opera fugiebat, 3. mansuetudo, iniurias & mala sibi facta non vindicabat, 4. dilectio, Deum amauit, cum eius offensam cauit, omnia pro ipso reliquit, Deo quos potuit acquisiuit. II. S. Bernardum fuisse similem Moysi in miraculis per quæ infinitos à vitiorum seruitute eripuit; in mysteriorum cœlestium cognitione, quâ Ecclesiam illuminauit; in gloriâ, cum in gratiâ fuerit similis. *In sanctorum prop. serm. 83. à pag. 123. ad pag. 125.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in festo B. Bernardi super illud Prouerb. 20. *Aurum & multitudo gemmarum, & vas pretiosum labia scientiæ.* D. Bernardum commendat ab humilitate prædicationis, eumque assimilat vasi aureo, pretioso, ac multitudine gemmarum ornato. *Tom. 16. serm. fest. fol. 39. col. 1. 2.*

FESTVM S. BARTHOLOMÆI Apostoli. XXIV. Augusti.

B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba *Luc. 22. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, &c.* I. Tradit tentationes Christi fuisse persecutiones Iudæorum, corde, ore & opere. Quas & S. Bartholomæus sustinuit. II. Regnum Apostolis dispositum, esse regnum Dei in tribus commendabile: ab inæstimabili claritate: à pacis tranquillitate; à totius boni vbertate. III. Mensam autem cui assideant Apostoli esse fruitionem Diuinitatis & humanitatis Christi. *A pag. 213. col. 1. ad 214. col. 1.*

S. V. BEDÆ sermo de sancto Bartholomæo. Eius formam ac figuram depingit, vitamque ipsius breuiter perstringit. *Tom. 7. serm. de diuers. col. 352. & sequent.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de S. Bartholomæo Apostolo, in illud Luc. 14. *Amice, ascende superius.* I. Amicitiam omnibus rebus humanis præfert. II. Docet verum amicum in aduersis non in prosperis esse probãdum. III. Ostendit B. Bartholomæum verum fuisse Christi amicum. IV. Notat quatuor requisita ad veram amicitiam comprobandam, nimirùm vt inter amicos communis sit contemptus omnium vitiorum, & omnium impedimentorum, quibus homo potest impediri ad bonum: communis amor, voluntas & obseruantia diuinorum mandatorum: communicatio omnium animorum & secretorum: communis pro seipsis tolerantia tormentorum; Quæ quidem omnia in B. Bartholomæo perfectè extiterunt. *Tom. 3. serm. de Sanct. pag. 268. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, in illud Psal. 20. *Posuisti Domine super caput eius coronam &c.* B. Bartholomæum intuetur triplici diademate coronatum & decoratum, corona videlicet aurea, quæ datur Virginibus: stella quæ competit Prædicatoribus: & lapidea, quæ conuenit Martyribus. Tres coronas enumerat, quibus modò homines coronantur, quas reiecit Sanctus Apostolus, quæ sunt corona lasciuiæ, qua carne & mente inficimur: corona auaritiæ, qua ad terrena deprimimur: & corona superbiæ, qua in vanum erigimur. *Ibid. pag. 270. & seq.*

B. P. DAMIANI sermo primus de

Bartholomæo Apostolo. I. Huius Sancti merita, prærogatiuas, & laudes pangit. II. Omnes Apostolos quadam ratione fuisse pares demonstrat. III. Duodenarij numeri in electione Apostolorum rationem affert. IV. Sexti ordinis, quem obtinet B. Bartholomæus in Apostolorum enumeratione, mysterium declarat. V. Sanctum Bartholomæum Issachar assimilat. VI. Duodecim lapides durissimos de medio Iordanis alneo sublatos, Apostolorum figuram expressisse ostēdit. VII. Apostolicæ prædicationis vim & efficaciam notat. *Tom. 2. ser. 41. pag. 241. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. I. Docet omnem Apostolici culminis beatitudinem ita esse coniunctam, totque gratiarum compage vnitam vt cùm vnius eorum festiuitas colitur, protinus omnium Apostolorum non diuersa sublimitas interioribus obtutibus ingeratur. II. Varias Apostolorum figuras ex Scriptura sacra collectas exponit. III. Apostolos bases Ecclesiæ & columnas argenteas nominat. IV. Eos ferro, æri, nubibus, aliisque rebus comparat. V. Bartholomæi nomen interpretatur, & eius mysterium pandit. VI. B. Bartholomeum arcæ fœderis assimilat. VII. Mysticam Dei mensam proponit, & vt ad eam relicta fame sæculi properemus, hortatur. VIII. Pereuntis mundi silentium, tempore Aduentus Christi per carnem, explicat. *Ibid. serm. 42. pag. 243. & sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in festo S. Bartholomæi sermo 1. quo in eo laudatur eius. I. Magna humilitas, virtuosa taciturnitas atque modestia. II. Copiosus fructus quem fecit in prædicando. III. Miraculorum multitudo quæ per eum & propter eum fecit Deus. *In sanct. prop. à fol. 259. pag. 2. ad fol. 160. pag. 2.*

Eiusdem, vnde suprà sermo secundus, vbi narrat virtutes & miracula quæ per S. Bartholomæum operatus est Deus in idolorum confractione, à dæmonum obsessione, liberatione, &c. *In sanct. prop. à fol. 260. pag. 2. ad fol. 261. pag. 1.*

A Idem, serm. tertio S. Bartholomæū Regi Indorum ostendisse demonstrat, Christum diabolū vicisse. Primo. Congruenter, quia congruum erat eum qui hominem de terrâ virgine factum vicerat, à Christo virgineo vinci. Secūdò Potenter; de suo enim dominio diabolum eiecit. Tertiò, Sapienter; quoniā artem diaboli suâ delusit prudentiâ. Quartò. Iustè nam iustum fuit vt diabolus qui comedentem hominem vincens, homines detinebat; à ieiunante homine victus, homines amplius non teneret. *In pr. de sanct. fol. 261. à p. 1. ad p. 2.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo in festiuitate B. Bartholomæi Apostoli. I. Eius sanctitatem imitandam proponit; quæ in eo apparuit,
B quod fuerit temporalium contemptor assiduus, feruens orator, idololatriæ zelantissimus persecutor & destructor. II. Potestatem manifestat, vt ad eum in necessitatibus confugiamus; Angeli ei ministrabant, Dæmones ligabat, idola destruebat, &c. III. Duodecim enumerat, quibus magnitudinem gloriæ illius possumus perpendere, 1. quod Deus carè vendidit gloriam istam etiam amicissimis suis, 2. est gloria pulchritudinis, quæ in creaturis emicat, 3. gloria pulchritudinis, in rebus artificio factis, 4. reuelatio, per quam cognitam illam Deus fecit, 5. transfiguratio, in quâ Christi facies resplen-
C duit sicut sol &c. 6. honor quem contulit cruci quæ ei seruiuit, 7. honor quo Christus honorat sanctos in terra, 8. per hoc quod gloria eorum similis erit gloriæ Dei, 9 locus in quo Christi benignitas vult eos esse, 10. regnum quod habebunt post hanc vitam, 11. coronæ pretiositas quæ in eorum ponetur capite, 12. quod Deus eos ministerio proprio honorabit. Hæc est gloria quam sperant sancti. *In proprio de sanctis sermone 84. à pag. 125 ad pag. 126.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo in solemnitate S. Bartholomæi Apostoli. I. Docet neminē præter Christum, ita perfectū esse, vt opere valeat exercere, quod didicit mente. II. Ambulantibus in spiritu onera abijcienda

atque vitanda notat. III. Diuitiarum contemptum suadet. IV. Sui ipsius abnegationem multùm commendat. V. Ascensionis spiritualis mysticos gradus demonstrat VI. Qualiter B. Bartholomæus istos conscenderit gradus declarat. VII. Eum encomiis ac laudibus celebrat. VIII. Ipsum alloquitur & inuocat. *Part. 2. pag. 666. & sequentibus.*

S. Thomæ Aquinatis sermo de S. Bartholomæo, in illud Ioelis 1. *Ficum meam decorticauit, albi facti sunt rami eius.* I. Per ficum B. Bartholomæum intelligit ratione ligni, foliorum & fructuum, siue propter cordis sanctitatem, oris veritatem, & actuum suauitatem. II. Docet B. Bartholomæum propter tria fuisse excoriatum, nimirum vt Deo tanquam agnus in holocaustum offerretur, vt ab omni humore exsiccaretur, & vt in æternitate sicut serpens renouaretur. III. Eius glorificationem in dealbatione ramorum, id est, facultatum animæ & sensuum corporis agnoscit. *Tom. 16. serm. fest. fol. 39. col. 2 3.*

FESTVM S. LVDOVICI REGIS Francorum. xxv. Augusti.

I. Gersonii sermo primus in die S. Ludouici Francorum Regis, in illud Math. 6. *Considerate lilia agri quomodo crescunt.* I. Attentæ considerationis virtutem, cæterarum virtutum ductricem pluribus commendat. II. B. Ludouicum ipsâ fuisse maximè præditum demonstrat. III. Eandem, veram existere Principis virtutem asserit. IV. Ex inconsideratione Regnorum subuersiones vt plurimùm euenire ostendit. V. Sacrarum scripturarum vbertatem atque fœcunditatem notat. VI. Probat considerationem liliorum B. Ludouicum ad fidem, spem, charitatem cæterasque virtutes consequendas induxisse. VII. Ternarii numeri liliorum in scuto Regis Francorum mysterium prodit. VIII. Tria refert, quæ lilia, vt crescant exigunt, rorem

A videlicet, humorem, & clausuram: & ea mysticè explicat de rore supernæ benedictionis, de humore terrenæ sustentationis, & de clausura iustæ protectionis, quæ requiruntur ad crementum liliorum spiritalium id est, iustorum qui germinant sicut lilium. IX. Puerorum præceptores docet, & vt adolescentes sibi commissos velut lilia rore doctrinæ & virtutum irrigent, piè educant, & sancta institutione informent, fusè hortatur. X. Præceptoris officium tradit & tredecim conditiones requisitas enumerat. XI. Viris iam iuuentute viuida solidatis contemptū diuitiarum atque terrenarum concupiscentiarum fastidium suadere cona-

B tur, eosque vt humore sufficientis sustentationis crescere non desinant, superfluis reiectis, monet. XII. Veneranda ætate & canicie senes alloquitur, vt sicut lilia ad superna contemplationibus conscendant, florescant, formentur, atque dilatentur. XIII. Contemplationem laudibus effert. *Tom. 1. part. 2. a col. 754. ad col. 768.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Psal. 92. *Dominus regnauit, decorem indutus est.* I. Triplex regnum commemorat, videlicet regnum œconomium, quod intra nos existit: regnum externum, quod ab extra geritur: & regnum Deificum, quo Deus excolitur. II. Triplicem notat seruitutem

C isti triplici regno oppositam, prima dicitur seruitus culpabilis, ob peccatum: secunda seruitus tolerabilis, ob potestatem Principum: tertia seruitus execrabilis, ob idolorum cultum. III. Triplici consideratione concionem absoluit; agit enim primò de regno B. Ludouici siue dominio in ordine ad seipsum: secundò tractat de ipsius regno in ordine ad proximum: tertiò disserit de regno eiusdem & decore in ordine ad Deum. *Tom. 2. part. 4. à col. 43. ad col. 55.*

Eiusdē sermo tertius elegantissimus historiis T. Liuij. Val. Maximi, sententiis Tullii & Senecæ respersus, vnde supra, in illud 2. Reg. 19. *Tu Domine mi Rex sicut Angelus Dei es.* B. Ludouicus

Angelo assimilatur & diuiditur concio in tres præcipuas partes; Prima docet quàm deuotus extiterit Rex iste Sanctus in amore Dei & supernorum. Secunda, quàm circumspectus circa regimen subditorum. Tertia, quàm humanus fuerit in habitudine proximorum. Vbi imprimis aduersus diuites sæculi grauiter agit; Deinde tria ad officium Regis Catholici pertinentia notat, Ecclesiam videlicet tueri, iustitiam ministrare, ac subditorum iniurias vindicare, primùm ne fiant, aut cum illatæ fuerint, vlcisci; Denique tres humanitatis partes humilitatem nimirùm, mansuetudinem, & misericordiam siue pietatem considerat. *Ibidem a col. 111. ad col. 122.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra in illud 1. Paralip. 29. *Dedit illi gloriam regni.* I. Docet qualiter Deus B. Ludouico regni gloriam dederit. II. Deum creaturæ rationali triplex regnum dedisse ostendit, naturale videlicet intrinsecum seu monasticum & personale: ciuile ac politicum: & Diuinale siue Euangelicum. III. B. Regis Ludouici gloriam contemplatur, laudes eius celebrat & duodecim stellas coronæ perfectionis, quam posuit Deus super caput ipsius, enumerat, & mysticè interpretatur. *Ibidem à col. 203. ad col. 213.*

FESTVM SANCTI AVGVSTINI Episcopi & Ecclesiæ Doctoris.
XXVIII. Augusti.

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, quo S. Augustinus commendatur propter, 1. Feruentem & efficacem conuersionem, 2. religiosam ac purissimam vitam, & pœnitentiam verè condignam. 3. Sapientiam ei concessam, 4. magnum laborem, quem habuit libros dictando, & conscribendo. 5. Præsidentiam fructuosissimam in Episcopali officio. 6. consummationem fœlicem. *Ex proprio sanctorum, à fol. 263. pag. 2. ad fol. 264. pag. 1.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS

A in natali S. Augustini Episcopi sermo in illud Ecclesiastic. 15. *Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso.* S. Augustinus fuit. Primò. Vas, quantum ad vim rationalem; solidum, quantum ad irascibilem; auri, quantùm ad concupiscibilem. Secundò. Vas, per fidei humilitatem; solidum, per spei firmitatem; auri, per charitatem, ornatum omni lapide pretioso sc. prudentiâ, fortitudine, iustitiâ *In sanctorum proprio sermone 85. à pag. 126. ad pag. 128.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo primus de S. Augustino in illud Ps. 50. *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor.* Hyssopi proprietates B. Augustino accõmodat, habet quippe sicut hyssopus

B radicem per fidem germen egrediens per fidei confessionem, erectionem per spem, ramos per virtutum multiplicitatem folia per bonas actiones, virorem, per perseuerantem iustitiæ conseruationem, & æternæ patriæ perpetuum amorem, caliditatem per dilectionem, paruitatem per humilitatem, purgandi virtutem per prædicationem, hyacinthinum colorem per cœlestem vitam, grana per sanam doctrinam, & redolentiam per bonam famam. Hoc autem hyssopo quasi quodam aspersori toties nos Deus aspergit, quoties doctrina & exemplo huius Doctoris nos instruit, & nos super niuem dealbamur, dum eius imitatione ab omni inquinamento purifi-

C cati ad cœleste præmium subleuamur. *Tom. 2. instit. Monast. sermone 25. pag. 332. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus de eodem, in illa Tobiæ 13. verba. *Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Hierusalem. Portæ Hierusalem ex sapphiro, &c.* I. B. Augustinum Tobiæ cõparat. II. De perfectione & gaudiis Ecclesiæ militantis & triumphantis differit. III. Prælatum fœlicem prædicat, qui non solùm beatus est pro bono suo opere, sed etiam pro sibi commissorum bona conuersatione. IV. Fidem & bonam operationem Ecclesiæ ianuas nominat. *Ibidem serm. 84. pag. 708 & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Psal. 44. *Eructauit cor meum verbum bonum, &c.* Ostendit B. Augustinum eructasse verbum bonum, in prædicatione, opera sua Regi dixisse, quia Christo non sibi, ea ascripsit: linguâ suâ velut calamo vsum fuisse, quia Spiritu sancto docente & ducente verbum Dei elegantissimè dispensauit. Insuper de scriptura spiritali, quæ in nostris cordibus inscribitur, pluribus pertractat. *Ibidem serm. 99. pag. 421. & sequentibus.*

✠ Ioannis Thauleri sermo ad ea verba: *Matth. 24. Vigilate quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.* I. Quam sedulo nobis sit vigilandum, & sincera veritas interioris nostri obseruanda, demonstrat. II. Tria nobis esse notanda & agenda: 1. Lumbos restringere, 2 lucernas gestare accensas in manibus. 3. Expectare Dominum reuertentem ad nuptias. III. tradit, his expectantibus malignos spiritus sedulò insidiari, voluptate intus aut foris obiecta: quibus resistendum sit. IV. Quibus viis Deus hominem in solitudinem perducat, & ibi contineat. Et vicissim à diabolo impugnetur. *A pag. 593. ad 597.*

S. Thomæ Aquinatis sermo de B. Augustino, in illud Iob. 28. *Profunda quoque fluuiorum scrutatus est. & abscondita in lucem produxit.* Duo complectitur. Docet. I. B. Augustinum quatuor fluuiorum profunda fuisse scrutatum, scripturæ scilicet philosophorum, hæreticorum & Sanctorum: creaturæ spiritalis, corporalis, & compositæ: culpæ originalis, mortalis & venialis: gratiæ præuenientis, subsequentis & perficientis. II. Abscondita trinitatis cœlestis ciuitatis & scripturæ veritatis in lucem produxisse. *Tom. 16. serm. Fest. fol. 39. col. 4.*

✠ B. Thomæ a Villanova concio 1. ad hæc verba: *Sicut Sol refulgens sic iste refulsit in templo Dei Eccl. 50.* Duo tractanda suscipit. Qua ratione D. Augustinus sol dicatur: Deindè quomodo mundo illuxerit. I. Docet solem picturam quandam esse excel- A lentem perfectionum Dei. II. Agit contra eos qui ex aspectu illius & creaturarum, ad Deum non ascendunt. III. Solis nomen quod Deo tribuitur D. Augustino conuenire, vt & iustis omnibus, qua vt sol refulsit lucè propria, plena, fixa. IV. Aperit quomodo refulsit in templo Dei quatuor modis, fide, sapientia, vita, regimine. Præsertim id ostendit de fide, qua omnes hæreses repressit. Idque esse Prælatorum Ecclesiæ, non simplicis populi. V. Refulsisse quoque probat dignitate & regimine. In quo duo notat: Ordinatum fuisse adhuc viuente Episcopo suo. Deindè tot laboribus insudantem, potuisse tot scriptis Ecclesiam illustrare. VI. Tradit quædam de Augustini sancti- B tate & Religione. VII. De eius sapientia & doctrina, de qua quatuor obseruat: quod sine magistro didicerit; quod appositè stylum variauerit, dum scriberet: librorum multitudinem: approbationem scriptorum eius ab Ecclesia. *A fol. 206. col. 1 ad 210. col 1.*

Eiusdem Concio 2. ad hæc verba: *Dedit illi Dominus cor ad præcepta & legem vitæ, &c. Eccli. 45.* Initio deducit magnum esse donum cordis; cuius fertilitas ex custodia mandatorum Dei pendet; amissio, ex desertione. II. Inuehitur in eos qui è via iustitiæ retrorsum abeunt. III. Ostendit Deum dedisse cor D. Augustino ad præcepta sua & legem vitæ Vbi notat cordis officia: ad C præcepta custodienda: ad legem scrutandam: ad ducendum Dei populum: ad iudicia & secretiora legis perfectis aperienda, Augustino tradita. IV. Alijs relictis, declarat Augustinum etiam in peccatis suis fuisse sublimem; in quorum confessione dum se deijcit, altus efficitur. *A fol. 210. col. 1. ad 213. col. 1.*

Eiusdem Concio 3. ad hæc: *Ecce sacerdos magnus, &c. Eccli. 50.* Agit I. de triplici sacerdotio, legali, Euangelico, Spirituali. II. Quales esse non debuerunt, & quales voluerit esse legis sacerdotes, describit. Vt spiritualiter id intelligatur de sacerdotibus Euangelicis: quod etiam exponit. III. Hæc omnia

nia D. Auguſtino conuenire demonſtrat. In cuius laudes & varias perfectiones prorumpit. IV. Deſcendit ad ſacerdotium ſpirituale. Vbi omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes, & quas offerant hoſtias ſpirituales demonſtrat. *à fol. 213. col. 1. ad 215. col. 4.*

DECOLLATIO SANCTI IOANNIS Baptiſtæ Præcurſoris Domini.

✠ B. Alberti Magni ſermo ad ea verba, *Marc. 6. Herodes miſit & tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere, &c.* I. notat per Herodem diabolum intelligi. II. Per Ioannem Baptiſtam, quemlibet Chriſtianum. III. Diabolum quinque modis efficere vt anima iuſti moriatur. 1. mittit milites per ſuggeſtionem. 2. tenet animam per delectationem & conſenſum. 3. ligat per peccati commiſſionem. 4. incarcerat per peccati aſſuefactionem. 5. capite adimit per deſperationem. *à pag. 214. col. 2. ad. 215. col. 2.*

S. Avgvstini ſermo primus in feſto decolationis S. Ioannis Baptiſtæ I. Oſtendit B. Ioannem venturi Domini formam natiuitate & conuerſatione ſua ſignaſſe. II. Quando conueniat peccatores increpare, aut laudare aut eorum peccata reticere, docet. III. In ſuperbos & auaros inuehitur. *Tom. 10. ſer. 36. de Sanct. fol. 271. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo ſecundus, vnde ſupra. I. B. Ioannis Baptiſtæ martyrium deſcribit & eius martyrij cauſam in medium profert. II. Quàm magnum ſit peccatum, falſum iurare perpendit. III. De Dei iuramento differit. IV. Quàm Dominus iurauerit, quare ſuos iurare prohibuerit, diſcutit. V. Quàm facile ſit non iurare, declarat. *Ibidem ſerm. 10. ex 17. ſerm. quos dedit Carthuſ. Par. fol. 320. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo tertius, vnde ſupra. I. Iuramenti grauitatem ponderat. II. Non implendum eſſe malum iuramentum, nec ipſum Herodem imitandum qui ne Deum offenderet periurando, Deum offendit ſæuiendo. III. A In eos qui alios ad falſam iurationem prouocant, acriter inuehitur. IV. Conſuetudinem iurandi condemnat. *Ibid. ſerm. 11. ex 17. &c. fol. 321.*

S. Basilii Selevciæ oratio in Herodiadem. I. In ſaltatrices pauca agit. II. Diaboli artem tragœdiam hodiernam & Baptiſtæ mortem excogitantis ac per Herodem conficientis, depingit. III. Herodis varia crimina recenſet. IV. In Herodiadem & adulteras acriter inuehitur. V. B. Ioannis Baptiſtæ laudes commemorat, & eius dicendi libertatem miratur. VI. Herodiadis filiæ tripudium, matris conſilium, & Herodis fictam religionem deſcribit. VII. Vocem Ioannis etiam B poſt funera Herodiadem accuſare aſſerit, & probat. *Orat. 18. à pag. 103. ad pag. 108.*

S. V. Bedæ homilia in natali decollationis D. I. Baptiſtæ I. Euangelij textum breui expoſitione perſtringit. II. B. I. Baptiſtam cum Elia confert. III. Quis fuerit Herodes, quis eius frater, quæ etiam Herodias, de quibus ſermo hodiernus, diſcutit. IV. Vt carnales illecebras, ſaltationes ineptas, & iurandi temeritatem vitemus, hortatur. V. Peccatorum ſicut Herodis vanam & inutilem triſtitiam notat. VI. Herodis & conuiuarum crudelitatem miratur & condemnat. VII. Baptiſmi mortis genus, eiuſque myſterium de- C clarat. VIII. Quare Deus permittat ſuos hic prauorum perſecutione conteri, ac tot & tantis pœnarum generibus conſumi, conſiderat. *Tom. 7. Homil. Æſtiual. de Sanct. à col. 127 ad col. 131.*

S. P. Chrysologi ſermo primus de decollatione S. I. Bap. qui falsò D. Chryſoſtomi titulo editus extat. I. Criminum magnitudinem in Herode, virtutum magnitudinem in Ioan. condemnantem deſcribit, (vbi Ioannis laudes & epitheta referuntur Herodis verò vitia declarantur.) II. Varios Herodis accuſatores prodit. III. Vnde Ioan. offendit, & vnde Herodes furit conſiderat. IV. Timoris Dei & hominum diſcrimen notat. V. Mulieris malæ verſutam malitiam, & perditam ne-

quitiam depingit. VI. Herodis cru-delitatē, & eius conuiuium in homicidium commutatum graui antithesi egregiè repræsentat. VII. Qualia debeant esse Christianorum conuiuia docet. *Ser. 127. col. 334. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de S. I. Baptista & Herode. I. Boni pastoris officium, & ouium rationalium requisitas conditiones proloquitur. II. Contra lupum furentem, Herodem videlicet arrepto pastorali baculo, sermonem dirigit. III. Herodis & peccatoris insaniam, atque in semetipsum sæuitiam demonstrat. IV. Herodem cum Herodiade confert. V. In saltatricem, serpentis germen, criminisque filiam grauiter agit. *Serm. 173. col. 434. & seq.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. I. Euangelij verba præclaris commentariis illustrat. II. Herodem filium tenebrarum nominat. III. In puella saltatrice serpentem latentem agnoscit. IV. Luxuriæ vitium detestatur. V. Herodem cum Herodiade illusum deridet quia Verbi vocem præfocare volentes, in vanum laborarunt, vox enim occidi non potest, sed magis clamat angustiis corporis absoluta. VI. Quòd iustus tunc inchoat viuere, cum pro Christo meretur occidi, demonstrat. VII. B. Ioannem Baptistam cum Ioseph. Patriarcha confert. *Serm. 174. col. 438. & sequent.*

S. I. Chrysostomi in decollationem S. Ioannis Baptistæ sermo. I. Quòd nulla in hoc mundo bestia similis sit mulieri malæ. II. Quòd nulla malitia comparari possit cum muliere mala. III. Quod mulier diuitias & facultates habens malitiæ suæ cooperantes, duplex sit malum. IV. Quòd qui habet mulierem malam iniquitatum suarum portat mercedem. V. Quòd multæ sint mulieres bonæ & sanctæ quas scriptura commemorat. VI. Quod Diuina prouidentia maximè appareat, in iustorum afflictionibus & penuriis. VII. Quòd hospitalitatis magna sit merces. *Tom. 6. à pag. 280. ad pag. 287.*

Eiusdem sermo in saltationem He-

A rodiadis, & decollationem Ioannis Præcursoris & Baptistæ. I. Herodis improbam conscientiam reprobat. II. Decollationis B. I. Baptistæ causam notat. III. Eiusdem beati Præcursoris laudes, virtutes merita eelebrat. IV. Herodis vitia, crudelitatem & dementiam exaggerat. V. in saltatrices acriter inuehitur. VI. Herodis falsam religionem, & perniciosam conscientiam deridet. VII. Herodem istum cum Herode infantium interfectore confert. *Ibidem à pag. 379. ad pag. 384.*

✠ Dionysii Carthusiani in festo decollationis S. Ioannis Baptistæ, pro Euang. sermo in quo disserit de Beatissimi Ioannis Baptistæ innocenti martyrio: De Herodis crude-

B lissimi brutalitate: De iuramenti speciebus, &c. *Ex proprio de sanct. à fol. 266. pag. 2. ad fol. 267. pag. 1.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo in die decollationis Præcursoris Domini in illud *Herodes misso spiculatore præcepit afferri caput Ioannis in disco, & decollauit eum in carcere. Marc. 6.* I. Nomina Herodis & Ioannis, diligentes & quærentes bona exteriora, & ea despicientes designant. II. S. Ioannes fuit Christi fidelissimus seruus, eremi cultor, officio doctor, exemplar virorum Christianorum communiter; religiosorum specialiter; Christi seruus in virtute proficiendo, eum digito demonstrando, Christi gloriam propriâ

C neglectâ querendo; Ab herode Ioannes decapitatur eum insanus à mundo reputatur. III. S. Ioannes est propheta futura videns, plusquam propheta Christum digito monstrando, verbo monstrat prædicando, exemplo carnem mortificando & sanctitatem sectando. *In proprio de sanctis serm. 86. à pag. 128. ad pag. 130.*

✠ Radvlphi Ardentis in Euang. homilia. I. S. Ioannes Baptista erga Herodem iniquum & adulterū, habuit, discretam charitatem, seueram iustitiam, & rectam compassionē. II. Herodes reddit monitori suo mala pro bonis dū in carcere detinet, ligat, & occidit. III. Mali de malo in peius

corruunt; Herodias enim & Herodes A quod antè non poterant vel quia potestas, vel quia occasio deerant, perficiunt Ioannem occidendo. IV. Boni de bono in melius proficiunt; Ioannes enim, de bono charitatis, in bonum prædicationis: de bono prædicationis, in triumphum martyrij: de triumpho martyrij in æternam beatitudinem profecit. *à fol.* 22. *pag.* 1 *ad fol.* 131. *pag.* 2.

✠ Theophanis Ceramei hom. 61. Initio rationem reddit cur ad finem anni celebretur hoc festum. Deindè Euangelicam huius diei historiam enarrat & illustrat. Tandem ad moralem sensum eandem conuertit historiam. *à pag.* 418. *ad* 423.

S. Thomæ Aqvinatis sermó in decollatione S. Ioan. Baptistæ, in illud Prou. 11. *Iustus de angustia liberatus est,* B. I. Baptistam iustum dicit propter omnium virtutum possessionem, carnis mortificationem, & liberam malorum correptionem. Fuit autem iste iustus hodie liberatus à triplici angustia, carceris scilicet, corporis & sæculi. Impius verò fuit Herodes quia innocentem & sanctum condemnauit, quia eum qui suam salutem procurabat, decollauit, quia caput Prophetæ Dei pro vno saltu donauit: & ideò traditus est in triplicem angustiam, nimirùm amissionis regni, incarnationis, & æternæ damnationis. *Tom.* 16. *ser. fest. de Sanct. fol.* 39. *col.* 4.

SEPTEMBER.

Festum Sancti Ægidii Abbatis. 1. Septembris.

✠ B. Thomæ à Villanova Concio. 1. ad illud: *Gloria & honore coronasti eum, &c. Psal.* 8. Vbi declarat I. Multis quidem iustè honorem deferri, sed propter Deum. II. Sanctos præsertim esse honore prosequendos propter tria. 1. quia sancti sunt. 2. quia ob multa beneficia benè meriti sunt de nobis. 3. quia Deo amicitia & gratia coniuncti sunt: quam rationem potissimam esse ostendit. III. docet quomodo sanctos amet Deus; & hoc ex iis quæ illis confert. IV. Propositis Sanctorum excellentijs, ad eorum imitationem prouocat. *A fol.* 234. *col.* 1. *ad* 237. *col.* 2.

Eiusdem Concio 2. ad ea verba: *In memoria æterna erit iustus, &c. Psal.* 111. Demonstrat, I. quàm multis vijs Deus animam ad salutem solicitet: & repulsus, adhuc insistat. II. Ad id valere quod proponit in citato psalmo Dauid, de iustitiæ fructibus, vt per eos alliciamur. III. Ipsum Psalmum ab initio exponit, & notat triplicem in eo iustitiæ gradum. 1. in Dei timore. 2. in mandatorum eius obseruatione. 3. in eorundem mandatorum dilectione. IV. Quæ bona hæc sequantur enumerat. 1. semen & generatio eius benedicetur. 2. cordis fœcunditas tribuitur. 3. Honore fulgebit. 4. diuitijs augebitur. 5. Luce & clara notitia veritatis splendebit. 6. Lætitia & iucunditas cordis ei erit. 7 fama optima donabitur, & memoria beata. 8. cordis tranquillitate potietur. 9. fauore & protectione Dei fulcietur. 10. gloria æterna potietur. V. His consideratis inuitat omnes ad sanctitatem sectandam. *A fol.* 237. *col.* 2. *ad* 240. *col.* 2.

Festum Natiuitatis Beatissimæ Virginis Mariæ.

✠ B. Alberti Magni sermo 1. ad hæc verba, *Eccl.* 24. *Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, &c.* Ostēdit genus humanum à paradiso lapsum iacentem, languidum, infirmum, tribus eguisse vt regrederetur. I. Vectura in qua veheretur, quæ est B. Virgo quatuor insignita virtutibus vt rotis; quas & nos imitari debeamus. II. Vt erra-

bundis via ostenderetur, quam indigitat B. Virgo facilem, lucidam, pulchram, pacificam. III. Vt exules hæreditati restituantur; quod præstat B. Virgo. *A pag. 215. col. 2. ad 217. col. 1.*

Eiusdem sermo 2. ad hæc, *Genes 2. fons egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradisum; qui inde diuiditur in quatuor capita.* Quatuor considerat. I. Sanctam Trinitatem esse locum voluptatis. II. Per fontem intelligi B. Virginem. 1. quia sordida lauat. 2. æstuantes refrigerat: 3. sitientes refocillat. 4 hortum irrigat. 5. vultum repræsentat. III. Paradisum quem irrigat B. Virgo, esse homines & Angelos beatos. IV. Quatuor capita, notare quatuor hominum genera quibus salutē procurat: pauperes quos iuuat cōpassiua doctrina: Peccatores, quos admonet vt conuertātur. Iustos, quibus congratulatur & auxiliatur. Diuites, quos erudit vt semper Deum in fœlicitate timeant vt ab iniustitijs abstineant, vt pietatem & misericordiam pauperibus exhibeant. *A pag. 217. col. 2. ad 218. col. 2.*

Eiusdem sermo 3. ad hæc, *Num. 24. Orietur stella ex Iacob.* I. tradit B. Virginem optimè stellæ comparari; quia 1. noctem illuminat. 2. magnæ est munditiæ. 3. magna erat, & sibi parua videbatur. 4. harmoniam dulcis laudis effudit ad aures Dei. 5 non est corrupta filium generans 6. nunquam à filio separata est. II. Præsertim duabus stellis similem esse. 1 Matutinæ, quod probat ex analogia. 2. Marinæ. *A pag. 219. col. 1. ad 221. col. 1.*

Eiusdem sermo 4. ad hæc verba, *Isaiæ. 1. Egredietur virga de radice Iesse, &c.* I. Ostendit B. Virginem dici virgam, quia longa est contemplatione. 2. recta est, per iustitiam. 3 solida per stabilitatem. 4. gracilis, paupertate. 5. flexibilis, humilitate. II. Agit de flore & radice illius virgæ. III. Comparat Virginem lunæ plenæ, & lilijs. *A pag. 244. col. 2. ad 245. col. 1.*

ALBINI FLACCI ALCVINI de Natiuitate B Mariæ Virginis homilia in Euangelium. I. Patriarcharum & & Regum nomina in Euangelio hodierno descripta recenset, & quid significent, declarat. II. Docet Christum Dominum venientem in mundum, horum omnium in seipso allegoricè gessisse officium, & in eorum interpretatione omnium nostram salutem designasse. III. Has nominum ipsorum interpretationes moraliter ad nostram ædificationem pertinere fusa inductione demonstrat. *Tart. 2. Homil. 2. à col. 1197. ad col. 1205.*

S. V. BEDÆ homilia in hodiernum Euangelium hac die habita. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de Sanct. à col. 131. ad col. 135. Concordat cum Alcuini homilia hic supra, & cui sit ascribenda dubitatur.*

S. BERNARDI in Natiuitatem B. Mariæ sermo de aquæ ductu. I. Vitam æternam cum vita præsenti confert. II. Christum fonti assimilat, qui deriuatus est vsque ad nos per aquæ ductū, id est, per Mariam Virginem Matrem. III. Deum humanum genus redempturum, precium salutis vniuersum in Mariam contulisse asserit. IV Quanto deuotionis affectu veneranda sit Virgo Maria perpendit. V. Exemplo Mariæ, gratiam apud Deum per ipsam quærendam, non meritum docet. VI. Virginalem vitam Angelicam nuncupat. VII. Aquæ ductum mysticum describit. VIII. Spirituales B Mariæ ascensiones in corde suo dispositas explicat. IX. Mariam supra Angelos atque aliorum ordinum Spiritus extollit. X. Vt Deum laudemus admonet. XI. Quodnam sit silentium bonum notat. XII. Luctam Iacob cum Angelo mysticè interpretatur. XIII. Christum inter lilia virtutum B Mariæ pascentem considerat. XIV. Vt quicquid Deo offerre paramus, Mariæ manibus commendemus suadet, vt eodem alueo, ad largitorem gratiæ, gratia redeat quo influxit. *A col 271. ad col. 277.*

S. BERNARDINI SENENSIS sermo: in quo, coronam Virg. Mariæ stellarum siue gratiarum duodecim, componit. Stella 1. est nobilitas; nobilior enim fuit creatura; 2. præseruatio: quâ totam Adæ posteritatem præseruauit in esse, 3. meritum, omnium

purarum creaturarum merita excedens, 4. potestas, plus enim potuit facere de Deo, quàm Deus de seipso; 5. super excellentia, seu ineogitabilis dignitas, 6. dominatio, siue famulatus, tot enim seruiunt illi creaturæ; quot seruiunt Trinitati, 7. regnum, quia regnum totius mundi hæreditario iure possedit; 8. dispensatio, nulla enim gratia ad nos descendit nisi per eius manus dispensata, 9. consummatio & perfectio totius creatæ naturæ, 10. ornatus, tota enim Ecclesia ex eâ ornatur & decoratur, 11. retributio, tantùm enim fecit Deo, vt ita dicam, quantum Deus toti generi humano, 12. incomprehensibilitas perfectionum eius. *Ex tom. 4. à p. 115. col. 1. ad p. 120. col. 2.*

S. BRVNONIS sermo de Natiuitate B. Mariæ in Euangelium. I. B. Mariam cum Eua confert. II. Deiparam antiqui hostis victricem demonstrat. III. Dæmonis malitiam notat IV. Virginem Matrem, cuius homo Leuiathan captus est, cuius humilitate quasi auis illusus est, cuius sapientia quasi latro & vile mancipium ligatus est, beatissimam prædicat. V. Diaboli quædam nomina recenset. VI. Quantas gratias beatissimæ Dei Genitrici debeamus, perpendit. *Tom. 3. serm. 2. fol. 108. & seq.*

B. P. DAMIANI sermo primus de Natiuitate Beatissimæ Virginis M. I. Quàm dulcis sit Angelicis Spiritibus B. V. præsentia, hominibus verò quàm suauis de eadem memoria, paucis loquitur. II. Virginem Matrem throno Salomonis assimilat. III. Tria Salomonis nomina Christo applicat. IV. Eboris proprietates recenset & M. virginitati aptat. V. Quatuor modis Deum inesse rebus creatis ostendit. VI. Sex gradus, quibus cœlum scanditur, enumerat. VII Gabrielem Archangelum, & B. Ioannem Euangelistam duos leones nominat. VIII Immensam S. Mariæ dignitatem conspicit. IX. Ipsam aduocat, & vt ad nos reuertatur & miseris succurrat, per naturam, per potentiam, per amorem, & per singularitatem prouocat. *Tom. 2. serm. 44. pag. 247. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, de eadem. I. B. Virginem Dei domum septem columnis suffultam dicit. II. Hodiernam celebritatem commendat. III. Deiparam templo comparat & quàm illo veteri differentius extiterit, discutit. IV. Quàm sit difficile S. Virginem dignis laudibus celebrare perpendit. V. Nostræ redemptionis lineam depingit. VI. Diuinæ charitatis erga homines affectum ponderat. VII. Reparationis nostræ mirabile sacramentum perstringit. VIII. Pœnitentiam iter ad cœlum nuncupat. IX. Propriæ voluntatis contemptum suadet. X. Electorum in hoc mundo tribulationes considerat. *Ibidem. sermo. 45. à pag. 249. ad pag. 252.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in Euangelium varia proponit & soluit. I. Cur in serie Euangelica Christus Dominus specialiter dicatur filius Abrahæ & Dauid. II. Quare in Christi genealogia Dauid Abrahæ præponatur. III. Cur in ipsa solummodo mulieres reprehensibiles interposuerit S. Mathæus Euangelista. IV. Quare S. Lucas in Christi generatione septuaginta & septem generationes descripserit: B. verò Matthæus quadraginta tantum enumerauerit. (Vbi quadragenarij & septuagenarij mysteria declarantur.) V. Qualiter Leuiathan homo, hoc est, Christo captus fuerit. VI. Quibus sit laudibus celebranda B. Virgo Maria. VII. Eamdem, Virginem simul & Dei Matrem miratur. VIII. Illam cum porta Ezechielis, virga Iesse, ac lilio inter spinas comparat. IX. Christianos omnes & Reges esse & Sacerdotes testatur, & quo pacto hoc intelligi debeat declarat. X. Tempus Natiuitatis Virginis Mariæ obseruat, & mysterium pandit. XI. Spiritalem vindemiam describit. XII. Corpus B. Virginis terræ promissionis assimilat. XIII. In dissolutas & superbas virgines inuehitur. XIV. Virginitatis perfectæ conditiones notat. XV. Humilitatem B. Virginis commendat. XVI. Christum & Mariam cum virga Aaron confert. XVII. S. Virginis natiuita-

tem celebrat, & summam eius nobilitatem commemorat. *Ibidem serm. 46. à pag. 252. ad pag. 257.*

D. I. DAMASCENI oratio prima de Dominæ nostræ & Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ Natiuitate. I. Quanto honore Dei Genitricis Natalem celebrare & complecti conueniat, perpendit. II. Beneficia, B. Mariæ Virginis interuentu, hominibus Diuinitùs collata commemorat. III. Cur Virgo Mater ex sterili orta sit, inquirit. IV. Virginis parentes beatos prædicat, eosque laudibus prosequitur. V. Hodierni mysterij præconia celebrat. VI. B. Mariam cœlum cœlo diuinius nuncupat. VII. Illam scalæ assimilat. VIII. Ioachim & Annæ congratulatur. IX. B Mariam Dei veram Genitricem, virginitatis thesaurum, ac Angelorum Dominam confitetur. X. Illam montem nominat, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: & cùm Sina monte confert. XI. Eius laudes & encomia pangit. XII. B. Virginis corpus sanctissimum prædicat, & per singula ipsius membra discurrit. XIII. Deiparam templo comparat: XIV. Eius præclaras virtutes recenset, ac miratur. XV. Ipsam inuocat, eique natalitiam hanc orationem consecrat. *A fol. 367. ad fol. 372.*

Eiusdem oratio secunda de eadem, in qua probatur quod ex semine Dauid descendat. Christi veri Filij Dei generationem æternam, ipsius temporalem genealogiam, Deiparæ nobilitatem; funditus præcisis Iudæorum linguis, contumeliis Christum afficientibus, comprobat: diligentissima consideratione obseruanda examinat: atque efficacissimis argumentis Filii & Matris inimicos conuincit. Vbi Iudas dicitur & fusissima oratione demonstratur Christi typus: & Annæ carmen epithalamium decantatur, eiusque laudes & encomia celebrantur. *A fol. 373. ad fol. 380.*

Eiusdem oratio tertia vnde supra. Aduersus Iudæos, tum ex veteri historia, tum ex variis testimoniis, B. Virginem ex Dauidis semine descendere A ostendit, & modum quo ipsa ex ipso fluxerit apertè declarat. Vbi varia habes; nimirum vnde Tribuum Israeliticarum confusio fuerit orta: cur Mariæ genus particulariter non recenseatur: quæ res dæmoni incognitæ fuerint: quomodo B. Virgo Maria naturæ sit Regina. *A fol. 380. ad fol. 385.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in solemnitate natiuitatis virginis Mariæ, sermo 1. Hanc Deus benedixit. Primò. Ante suam natiuitatem, illam in vtero matris sanctificando & a peccato præseruando. Secundò. In natiuitate in quâ à suis parentibus Deo fuit oblata. Tertiò. Post suam natiuitatem, mox namque vt ratione vti cœpit, eam B ad omne bonum Spiritus-sanctus direxit & mouit. *Ex proprio de sanctis, a fol. 168. pag. 2. ad fol. 269. pag. 1.*

Eiusdem, sermo 2. ostendit. Quod Beata Maria contriuerit caput serpentis, quod sit mediatrix nostra, & sanctitatis: eius dantur testimonia ex epistolis Ignatij martyris. *Ed proprio sanctorum, à fol 369. pag. 2. ad fol. 270. pag. 1.*

S. FVLBERTI CARNOTENSIS fragmentum sermonis in natiuitate B. Mariæ Virginis. quædam miracula B. Virginis Mariæ auxilium & misericordiam eius erga homines & pœnitentes comprobantia refert. *Biblioth. Floriacens. Tom. 1. pag. 516. & seq.*

I. GERSONII sermo primus de C Natiuitate gloriosæ Virginis Mariæ, & de commendatione Virginei sponsi eius Ioseph, in illud Euangelij, *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ de qua natus est Iesus &c.* In quatuor partes distribuitur. Prima tractat de nobilitatis origine Mariæ & Ioseph; vbi multa de nobilitatibus. Secunda differit de vtriusque in vtero sanctificatione. Tertia agit de fomitis repressione in vtroque, vbi Mariam cum Ioseph sponso confert. Quarta loquitur de multiplici natiuitate Christi respectu Mariæ & Ioseph. *To. 2. part. 3. col. 128. ad c. 143.*

Eiusdem sermo secundus incompletus vnde supra, in illud Cant. *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, &c.* I. Hæc verba iuxta

quadruplicem ſenſum interpretatur. II. B. Mariam auroræ aſſimilat, eſt enim diei nunciatrix, roris genitrix, & latronum effugatrix. III. Terrenorum contemptum ſuadet. IV. Quòd in tribulatione & vitiorum conflictu debeamus ad Virginem orationis pedibus confugere, docet. V. Animarum perfectum ſtatum deſcribit. *Ibid. part.* 4. *a col.* 248. *ad col.* 253.

Gverrici Abbatis ſermo primus de Natiuitate ſanctæ Mariæ, in illud Eccleſiaſtici 24. *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris.* I. B. V. Natalem encomiis celebrat. II. Per ſuauitatem odoris Chriſtum filium Virginis intelligit. III. Chriſti quædam, myſtica nominat refert. IV. Veræ Virginis flores & virtutes depingit. *A pag* 363 *ad pag*. 368.

Eiuſdem ſermo ſecundus vnde ſupra, in illud Eccl. 24. *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei*. I. Agit de triplici forma quæ in Chriſto reperitur, alia enim eſt forma corporalis, alia moralis, & alia intellectualis. II. Chriſti pulchritudinem cõtemplatur. III. Virginem Mariam Chriſtianorum matrem agnoſcit. IV. Chriſtum pulchram dilectionem, & timorem, agnitionem, & ſpem ſanctam nominat. *A pag.* 368. *ad pag.* 374.

✠ Gvillelmi Pariſienſis de Virgine Maria naſcente, ſermo primus, in illud, *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet duces Moab. Numer.* 24. In quo innuitur. Primò. Initium vitæ B. V. Mariæ; quæ fuit ſtella, per incorruptionem conſeruata à peccato originali; Per lucem, luxit bonum exemplum toti mundo miniſtrando: Per remotionem à terra; bona enim terrena contempſit, à gloria mundi fuit remota, quia humillima; & à diuitiis, quia pauperrima, & à delitiis quia ſanctiſſima: Per ornatum quem dat cœlo magnitudine gloriæ ſuæ paradiſum decorãs. Secundò. Progreſſus; fuit enim & ſtella & virga, ſtella mente in cœlo manendo, virga corporaliter in terra manendo; conſurrexit ſecundum vim rationalem, quia

A diuinorum cognitionem vehementer dilexit & abundanter habuit, ſecundum vim iraſcibilem, quia malis culpæ reſtitit. Tertiò. Profectus quem habet mundus; Percuſſit enim dæmones ſuperborum rectores, ducem humilium concipiendo & pariendo, ſe ſe humiliando; & tentatis ſubueniendo vt ſuperbos dæmones vincere poſſint. *In proprio de Sanct.* 87. *à pag.* 130. *ad pag.* 131.

Eiuſdem, de eadem ſolemnitate ſermo ſecundus, in duas partes, ad ea prouerb. 9. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem* diſtributus, quarum Prima. Mariæ virginis decorem ex prærogatiuis monſtrat & domum fuiſſe Dei à Sapientiâ æternâ ædificatam

B probat, domum ſanctiſſimam, ſereniſſimam, humillimam, altam, capacem immenſi, eburneam quantum ad conſcientiam, nobiliſſimam fide firmiſſimam, ſpe altiſſimam, charitate latiſſimam. Secunda. Huius domus ſtabilitatem ex columnis declarat, ſeptem columnæ illam ſtabiliunt ſc. timor Dei, prudentia, humilitas, pietas bona, occupatio honeſta, vitæ auſteritas. &c. *Ex proprio de ſanctis ſermone* 88 *à pag.* 131. *ad pag.* 132.

B. Hildephonsi ſermo primus in Natiuitatem B. Mariæ Virginis. I. Deiparæ præconia celebrat. II. Matrem fœliciſſimam illam prædicat. III. Dei Matris virginitatem perpetuam

C probat. *Tom.* 8. *Biblioth. Patr. col.* 307. *& ſequent.*

Eiuſdem ſermo ſecundus de eadem I. Quantis ſit laudibus proſequenda Dei genitrix perpendit. II. Immenſam Dei pietatem in incarnationis myſterio exhibitam conſiderat III. Virginis Matris dignitatem & prærogatiuas prædicat. *Ibid. col.* 308. *& ſequentibus.*

Eiuſdem ſermo tertius, vnde ſupra. I. Hominis lapſum, eiuſque reſurrectionem deſcribit. II. B. Mariam Dei templum nominat. III. Eius natiuitatem omnis pollutionis fuiſſe expertem aſſerit IV. Hodiernam feſtiuitatem commendat. *Ibidem col.* 315. *& ſequentibus.*

Hvgonis a S. Victore sermo primus de Natiuitate beatæ Mariæ, in illud *Aue Maria stella*. I. Mundum mari assimilat. II. Spiritalis nauigationis instrumenta accuratè describit. III. Fidei præconia celebrat. IV. B. Virginem maris stellam agnoscit. *Tom. 2. Inst. Mon. ser. 4. p. 317. & seq.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. Arborem humanæ generationis depingit, cuius radicem in Abraham agnoscit, in Isaac & Iacob stipitem in duodecim Patriarchis ramos, in filiis eorum multiplices ramusculos, in carnalibus obseruantiis folia, in prauitatibus Iudaïci populi spinales stimulos, in iustis antiquis flores, inter quos B. virgo Maria velut rosa inter spinas cęteris gloriosius rutilat, cunctosque sua pulchritudine superat. Assimilatur autem Deipara rosæ, ratione naturæ, formæ, coloris, & odoris. *Ibid. serm. 65. pag. 385. & sequent.*

D. Inocentii Pap. III. sermo in solemnitate Natiuitatis gloriosissimæ semper Virginis Mariæ, in illud Iob. 40. *In oculis suis quasi hamo capiet Behemoth.* I. Agit de spiritali piscatione. II. Piscatoris instrumenta commemorat. III. Per virgam piscatoris, Mariam intelligit: per lineam, genealogiam: per hamum, Christum. & per escam in hamo, carnem Christi. IV. Varia diaboli nomina recenset, & explicat. *Tom. 1. pag. 153. & sequentibus.*

✠ Ioannis Thavleri sermo ad ea verbo *Eccli. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini.* I. Deducit, nobis esse transeundum vt ex Diuina generatione impleamur: contra quam insurgunt peregrinæ generationes & nociuæ desideriorum temporalium. II. Delectationem Dei & creaturarum in eodem consistere non posse. III. Proponit duplicem transitum, Dei ad nos, & nostri ad Deum: & in vtroque decessum quendam esse necessarium. Vbi docet creaturam abdicandam esse, vt ad Deum perueniamus. Et radendos esse pilos pristinæ consuetudinis; affectuoso amori insistendum; & ad omnes com-

A muniter beneficentiam exercendam. *Apag. 597. ad. 601.*

S. Lavrentii Ivstiniani sermo In Natiuitate gloriosissimæ Virginis Mariæ. I. In quo consistat vera hominis soliditas, declarat. II. B. Virginem laudibus celebrat. III. Per ipsam beneficia hominibus collata commemorat. IV. Deiparam arcæ fœderis assimilat. V. Christum cum manna confert. VI. Legis tabulas in Christo expressas considerat. VII. Illum virgam nominat. VIII. Virginis Mariæ puritatem immaculatam depingit. IX. Hodiernæ festiuitatis encomium prædicat. *Part. 2. pag. 669. & sequent.*

✠ Leonis Imp. Oratio in S. Ma-
B riæ Natiuitatem. Initio regalem Mariæ ortum attollit, 2. Gaudii materiam ex B V. Natiuitate proponit, 3. Sterilitatem parentum confugii ad Deum argumentum fuisse deducit, 4. Collaudat & congratulatur Ioachimo & Annæ, parentibus, 5. Diabolo insultat, & iam in maleficium caput, quod aduersum nos excogitauerat, maleficium verti, ostendit, 6. Dauidem inuitat vt coram Diuina hac arca saltet, 7. Ad virginem orat ne filium ac Deum placare desierit. *Auct. noui Bibl. PP. Græco. Lat. à col. 1605. ad 1620.*

S. Odilonis Abbatis de Natiuitate B. Mariæ virginis sermo imperfectus. I. Christi incarnationem
C paucis declarat. II. Aduersus Manichæum B. Mariæ puritatem & virginitatem probat. III. Illam cum Eua matre confert. *Biblioth. Cluniacens. serm. 13. S. Odil. col. 407. & sequent.*

✠ Radvlphi Ardentis in Euangel. hodiernum homilia, in quâ postquam duas generationes Iesu Christi, vnam æternam alteram humanam numerauit; & quatuor temporales, vnam nec de viro nec de muliere, secundam de viro sine fœmina, tertiam de viro & fœmina, quartam de fœmina sine viro, de hac vltimâ differit & in ea attendit Primò. Qualis est Christi genealogia. sc. mirabilis, quia, M. virgo absque viri consortio genuit filium Dei: sancta, quia sanct. est radix, virgo Maria,

Maria; flos, fructus: fructuosa, si munditiam, humilitatem, & omnem sanctitatem ad exemplum Virginis Mariæ habere studeamus. Secundò. Personarum diuersitatem, virorum & mulierum, Iudæorum & Gentilium, regum & inferiorum, antiquorum & iuniorum, bonorum & malorum, quæ hic ponuntur, quia omnes Christi redemptione indigebant. Tertiò. Numerum, enumerantur enim quadraginta duæ generationes vsque ad Christum; vt ostendatur nos per eiusdem numeri Sacramentum ad Christum peruenturos. Quartò. Ordinem, ordinator enim præfatus numerus per quatuor denas, vt ordo nostri profectus, nostræ que saluationis demonstretur. *à fol.* 135. *pag.* 1. *ad fol.* 138. *pag.* 2.

✠ B. Thomæ a Villanova Concio 1. in ea verba. *Liber generationis Iesu Christi Matth.* 1. Sex genera librorum constituit 1. est liber vitæ, qui est prædestinationis, vel Diuinæ sapientiæ, in qua sunt omnia. 2. est liber naturæ, in quo ex visibilibus inuisibilia leguntur. 3. est liber scripturæ, cuius miri sunt effectus in animas. 4. est liber exemplorum, qui est Iesus Christus Deus homo; in quo tota vita spiritualis depicta est cuius B. Virgo est veluti pargamena charta in qua scriptum est verbum Dei. 5. liber conscientiæ, in quo omnia quæ gessimus, cogitauimus, locuti sumus, scripta sunt. *à fol.* 139. *col.* 1. *ad* 141. *col.* 2

Eiusdem Concio 2. ad Moniales, in ea verba: *Matth.* 1. *De qua natus est Iesus.* In qua explicat. I. Cur Matthæus Christi generationem texuerit. Non vt à parentibus nobilitetur, sed vt ex eo parentum dignitas elucescat. II. Non esse homini in genere suo terreno gloriandum, sed quod filius Dei sit. III. Hanc genealogiam instrui propter tria. 1. Veritatem Dei, vt pateat Deum implesse promissionem suam. 2. propter fidem nostram, vt sciamus Iesum esse verum Messiam. 3. propter Virginis gloriam, quam ex parentibus illustrem esse voluit Deus. IV. Conuertitur ad Moniales quibus non solam Ma-

A riæ Virginitatem, sed etiam humilitatem sectandam persuadet. V. Transit vt dicat quàm meritò lætandum sit in natali tantæ Virginis. VI. Cur de eius laudibus pauca scripsere Euangelistæ. Et ait sufficere quod mater Dei sit & dicatur, quo titulo infinitæ continentur prærogatiuæ. Nomen quoque est excellentis amoris Mariæ pro Christo, adeoque perfectionis. VII. Concludit huius virginis ortum nobis vtilissimum esse recolendum. *à fol.* 141. *col.* 2. *ad* 144 *col.* 3.

Eiusdem sermo 3. ad hæc verba. *Ab æterno ordinata sum Prou.* 8. Ostendit dignitate non temporepræordinatam esse Virginè adduo, vt sit mater Dei, &

B mundi aduocata: quæ cum electione confert Deus, & illis dignam efficit. II. Attendit quanta sit hæc dignitas matris Dei. III. Excellentiam filij eius expendit ex ipsa genelogia. IV. Matrem filio simillimam, & filium matri extitisse attollit. V. Ad mundi custodiam & protectionem hodie natam esse docet & exultat. VI. dignam fuisse titulo maternitatis Dei. De cuius nobilitate & sanctitate disserit. *à fol.* 144. *col.* 3. *ad* 147. *col.* 1.

FESTVM EXALTATIONIS Sanctæ Crucis. XIV. Septembris.

✠ B. Alberti Magni sermo, ad hæc, Ioan 12. Ego si exaltatus

C fuero à terra, omnia traham ad meipsum. I. tradit exaltationem Christi à terra esse crucifixionem. II. Hanc exaltationem præfiguratam fuisse in erectione serpentis ænei. III. Cum dicitur exaltatus omnia trahere; intelligi hominem, quem trahit funiculis fidei, spei & charitatis. *à pag.* 221. *col.* 2. *ad* 222. *col.* 2.

✠ S. Andreæ Cretensis de exaltatione sanctæ Crucis, oratio. In qua probat. I. Crucis festum celebrari, vt tenebræ pulsentur & lumen redeat. II. Per crucem Christum mortem prostrasse, infernum spoliasse, &c. III. Crucem spem Christianorum infirmorum medicatricem esse. IV. Vbi

Dddd

exaltatio ibi gloriam esse, ideo per exaltationem crucis Christum glorificari. V. Deum per piam & regiam mulierem crucem christianis pandere, vt Iudæorum mentem flectat. VI. Ex quo crux adoratur, Dei filium agnitum esse. VII. Crucem christi & nostram esse gloriam. VIII. Eam nos bonis omnibus cumulare. IX. Crucis figuram Isaac gessisse. X. Illam scripturam præfigurasse, &c. *Ex Auctuario Bibliothecæ veterum Patr. tom. 1. à fol. 686. col. 1. ad fol. 688. col. 1.*

S. Avgvstini sermo de S. Cruce, in illud Apostoli, *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* I. Docet christianam doctrinam esse in cruce Christi gloriari. II. De ipsa cruce non erubescendum. III. Nouum Testamento veteri præstare. IV. Christum animarum medicum esse. *Tom. 10. serm. 15. ex 17. serm. quos dedit Carthusiâ Parisiensis, fol. 324.*

S. Bonaventvræ sermo de Exaltatione S. Crucis, in illud Isaiæ 49. *Ad populos exaltabo signum meum.* Septem Crucis exaltationes enumerat, fuit enim exaltata in Dominica passione: in Apostolorum prædicatione: in sua inuentione: in victoriæ collatione: in hodierna solemnitate: in fidelium deuotione: & exaltabitur in iudicij die. In cruce septem signa agnoscit, signum quippe est oberrantibus, ad semitam reductiuum: signum pœnitentibus, gratiæ collatiuum: signum pugnantibus, impotentiæ firmatiuum: signum proficientibus, intelligentiæ directiuum: signum diligentibus, misericordiæ promissum: signum morientibus, ab hostibus defensiuum, & signum peruenientibus ad gloriam inductiuum. *Tom. 3. serm. de Sanct. pag. 271. & sequent.*

S. I. Chrysostomi homilia in venerabilem atque viuificam crucem, & de primorum hominum transgressione. I. Auditores suos laudat. II. Spiritalem Mensam corpus reficientem, & animam purgantem proponit. III. Nauigationem mysticam & spiritalium margaritarum extractionem

A describit. IV. Agricolam se fingit. V. Diuinitatem & humanitatem christi considerat. VI. Christi charitatem erga homines, atque misericordiam declarat. VII. S. Crucis præconia refert. VIII. Cur christus cruci affigi voluerit, perpendit. IX. Primorum parentum peccatum, eorumque ac serpentis punitionem, nec non & pœnæ inflictæ rationem profert. *Tom. 6. sermo 27. a pag. 288. ad pag. 295.*

✠ *Ioan. Nepot. Syln. Hierosol. attribuitur hæc homilia & inter opera eius refertur. Tom. 1. pag. 496. ad col. 1. & sequent.*

Eiusdem sermo in pretiosæ vitalisque Crucis adorationem. I. Crucis laudes & encomia pluribus celebrat. II. Quid sit seipsum negare, explicat.

B III. Crucem spiritalem esse hominis armaturam ostendit. IV. Quid sibi vult hoc verbum Verbi, *Tollat crucem suam, & sequatur me,* interpretatur. V. Crucis signo omnia quæ ad religionem christianam pertinent perfici demonstrat. VI. Signi crucis virtutes commemorat. VII. In Iudæum crucis christi derisorem grauiter agit. VIII. Crucem adorandam esse Scripturæ testimoniis probat. IX. Iudæos christum verum Dei Filium negantes argumentis efficacissimis conuincit. X. Rursus crucis laudes & virtutes pangit. XI. Passionis christi instrumenta adorat. *Ibidem serm. 68. à pag. 611. ad pag 620.*

Eiusdem oratio de adoratione pretiosæ crucis. Docet. I. Verendum non

C esse sanctam Crucem confiteri. II. Ipsam nostræ religionis esse perfectionem. III. Qualiter Christianus se signare debeat. IV. Deum vbique existere. V. Christum Regem Regum esse. VI. Per crucem homines à christo conseruatos. VII. In ea esse gloriandum; Vbi quædam de virtute & eleemosyna. *Ibid ser. 69. à pag. 620. ad pag. 626.*

Eiusdem sermo in cœmeterij appellationem & in crucem Domini, & Dei Saluatoris nostri Iesu christi. I. Cur extra ciuitatem habita sit hæc oratio, declarat. II. Probat mortem post christi mortem, non amplius mortem esse, sed somnum & dormitionem.

III. Mortem quo pacto Christus deuicerit, oſtendit. IV. Homines Dei diuitias nominat. V. S. Crucis præclara facinora refert. VI. Modum quo Christus diabolum & hoſtes debellauit, notat & miratur. VII. S. Crucis varia atque præclara epitheta recenſet. VIII. Quanta reuerentia & deuotione ad communionem accedere debeamus, docet. *Tom. de diuerſis noui Teſtamenti locis ſerm.* 34. *& iuxta errorem Typographi* 32. *à pag.* 481. *ad pag.* 488.

B. P. Damiani ſermo primus de Exaltatione S. Crucis. I Crucem virgam virtutis dicit. II. Figuræ Crucis myſterium pandit. III. Crucem christi terram & cœlum coniungere oſtendit. IV. Chriſtum crucifixum contemplatur, & modum ipſum meditandi tradit. V. Crucifixi erga homines charitatem & dignationem exprimit & miratur. VI. De propriæ voluntatis abnegatione diſſerit. VII. Inimicorum dilectionem commendat. VIII. Chriſtum ſpiritualiter crucifigentes declarat. *Tom.* 2. *ſerm.* 47. *pag.* 257, *& ſequent.*

Eiuſdem ſermo ſecundus, de eadem. I. Qua adoratione Crux ſit adoranda, inquirit. II. Crucis beneficia hominibus collata recenſet. III. Solemnitatum S. Crucis rationem in medium adducit. IV. Varias Crucis figuras ex veteri Teſtamento colligit. V. Redemptionis humanæ myſterium eum creatione confert. VI. Corpus Chriſti templo Salomonis aſſimilat. VII. Crucis virtutes commemorat. VIII. Eius laudes celebrat. *Ibidem ſerm.* 48. *à pag.* 259. *ad pag.* 264.

✠ Dionysii Carthvsiani de exaltatione S. Crucis primus ſermo. quo innuitur Chriſtum variis modis in mundo crucem ſuam exaltaſſe. I. Proprij corporis contactu, videlicet eam humeris ſuis baiulando ad crucifixionis locum, & in eâ mortis ſupplicium ſuſtinendo. II. Roſeo ac pretioſiſſimo ſanguine eam copioſiſſime perfundendo. III. Saluberrima ac præclariſſima in eâ peragendo. IV. Per Apoſtolorum prædicationem virtutem crucis omnibus hominibus inſinuando.

A *Ex proprio de ſanctis, à fol.* 172. *pag.* 2. *ad fol.* 173. *pag.* 1.

Eiuſdem, ſermo ſecundus. Paſſionem Chriſti conſiderare debemus 1. ad imitandum, 2. ad compatiendum, 3. ad admirandum, 4. ad gloriandum in Domino. *Ex proprio ſanctorum, à fol.* 173. *pag.* 1. *ad fol.* 174. *pag.* 1.

S. Ephrem Syri ſermo in pretioſam & viuificam Crucem Domini ac de iis, quæ poſt Crucem reuelanda ſunt, in formidabili illo ſecundo aduentu Domini noſtri I. Chriſti. 1. Quæ ſit celebritas bona, pulchra, & Deo grata, docet. II. Modum feſtiuitates Dominicas dignè celebrandi tradit. III. De Crucis ſigno vt depingendo diſſe-B rit. IV. S. Crucis præclara encomia refert. V. Iudicij extremi horrorem egregiè deſcribit. *Tom.* 3. *a pag.* 699. *ad pag.* 703.

D. Gavdentii Brixiensis ſermo in Euangelium hodiernum. I. Verba Euangelij variè interpretatur. II. Duplex Dei iudicium diſtinguit. III. Cur diabolus princeps mundi dicatur, declarat. IV. Qualiter Chriſtus in Cruce exaltatus omnia ad ſe traxerit, explicat. V. Nè victoriam Chriſti, qua diabolum triumphauit, noſtro vitio irritam faciamus, monet. *Tom* 2. *Biblioth. Patr. ſerm.* 12. *D. Gaudentij col.* 77. *& ſequentibus.*

Hvgonis a S. Victore ſer-C mo de S. Cruce in illud Ioann. 19. *Conſummatum eſt, &c.* I. Omnia per Crucem conſummata eſſe ſubtiliter demõſtrat. II. Mortem Chriſti laudibus effert. III. Vt Chriſti veſtigia ſequamur, hortatur. *Tom.* 2. *Inſtit. Monaſt. ſer.* 100. *& vlt. pag.* 422.

✠ Gvillelmi Parisiensis in lignum crucis ſermo, vbi ex his. *Ego dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile, & ſiccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum Ezech* 17. tria ligna vitæ eſſe concludit in quibus hæc omnia facta ſunt. Primum eſt Sapientia increata, altiſſima in diuinitate, humiliata in incarnatione & paſſione, exaltata in reſurrectione & aſcenſione, ſiccata eſt, cum eam perſecutoribus

expoſuit ad tormenta; fronduit, cum caro eius mortua in reſurrectione refloruit. Secundum. Mundi gloria, alta in opinione hominum, humiliata fuit cum eam filius Dei homo factus contempſit; lignum humile crucis exaltauit, contactu membrorum in reſperſione ſanguinis, veneratione fidelium Christi, miraculorum operatione, benedictionibus quæ in Eccleſiâ fiunt, eiectione hoſtium corporalium & ſpiritualium; mundi gloria quæ videbatur virere ſiccata eſt, cum eam non eſſe veram gloriam Deus oſtendit; lignum crucis aridum & vile fronduit, cum & vitale & fructuoſum factum eſt. Tertium. Voluptas ſæculi ante incarnationem ſublimis, humiliata eſt cum Christus quod erat carni moleſtius elegit, lignum humile auſteritas pœnitentiæ, exaltata eſt, cum pœnitentiam pro peccatis noſtris facere voluit; lignum viride ſiccauit, cum voluptatem carnis mortiferam eſſe docuit; lignum aridum frondere fecit, cum mortuos in peccatis pœnitentiâ reſuſcitauit *In proprio de ſanctis ſerm. 89. a pag. 132. ad pag. 134.*

✠ IOANNIS THAVLERI ſermo 1. ad ea verba, *Ioann. 12. Et ego ſi exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipſum.* I. Crucem Domini, quæ eſt ipſe Saluator, trahere ad ſe omnes vires noſtras, inferiores & ſuperiores. II. Ad hoc attendendum eſſe quam perfectè Deum in nobis ſuſcipimus & ei adhæremus. III. Deplorat eos, in quorum cordibus Crux in obliuionem venit. IV. Ad frequentem corporis Christi communionem Religioſas perſonas hortatur, & conſtitutiones ſui ordinis obſeruandas. V. Crucem quæ eſt Christus Ieſus, naſci oportere per omnes vires hominis, præſertim quatuor: concupiſcibilem, iraſcibilem, intellectum, & internas ſpiritus delectationes. *A pag. 602. ad 604.*

Eiuſdem ſermo 2. in eadem verba. Breuiter expoſita ſolemnitatis hodiernæ hiſtoria. I. Tradit non ſufficere ſi in nobis crucem per afflictiones inueniamus; ſed etiam exaltandam eſſe

A & ad Deum referendam, vt ſic ad Deum trahamur. II. Quibus vijs Deus hominem ad ſe trahat, ſ. per abſtractionem ab exceſſibus & diſperſionibus. 2. Per attractionem: & ſic tàm in exteriori, quàm interiori homine crux exaltatur. III. Opus eſſe præter externas obſeruationes, vt intus abnegemus nos-ipſos. & Christum pro voluntate eius ſequamur. Cuius operis ingentem proponit mercedem. *A pag. 605. ad 609.*

Eiuſdem ſermo 3. ad hæc verba, *Eccl. 24. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano; &c.* I. Ipſa verba Sapientis de cruce Domini, eiuſque virtute interpretatur. II. Crucem in eo nos trahere tradit, quod ſicut Christus nudus in ea

B pependit, ita nos omnibus exui debere quæ non ſunt Deus & extra Deum. III. Crucem, id eſt, cruciatum & dolorem, omnibus eſſe ferendam. IV. Veram crucem ferendam, ex quatuor lignis compoſitam eſſe: Superiori, Diuino amore: Siniſtro latere, profunda humilitate: dextro latere, interna puritate: inferiori, perfecta obedientia. Quibus affigimur per voluntariam reſignationem. V. Omnibus neceſſario ſuam ferendam eſſe crucem demonſtrat. *A pag. 609. ad 613.*

S. LAVRENTIS IVSTINIANI ſermo in feſto Exaltationis S. Crucis I. Præuaricationis primorum parentum varios effectus deſcribit. II. Incarna-

C tionis finem notat. III. S. crucis virtutem commendat. IV. Eius laudes prædicat. V. Ipſam alloquitur. VI. Crucem ſuauiter ac efficaciter meditantis animum attrahere oſtendit. *Part. 2. pag. 671. & ſequent.*

✠ RABANI MAVRI reuerſio S. Crucis, homilia vbi hiſtoriam tàm inuentionis eiuſdem, S. crucis quam recuperationis illius fusè recenſet. *Tom. 5. pag. 615. col. 1. & 2.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in Euang. lectione homilia quâ videtur. I. Dominum per iudicium principem mundi eiecturum de mundo, non potentiâ ſua ne conquereretur, ſed ſapientia & iuſtitiâ. II. Chriſtum, in quo princeps huius mundi non habet quio-

quam, ex eo quod eum iniuste exalta- A bit in cruce, eum iustè eiectorum. III. Domino respondentes Iudæos, demonstrasse, se mysterium crucis ignorasse. IV. Dominum Iudæos ad fidem hortari. *A fol.* 138 *pag.* 2. *ad fol.* 142. *pag.* 1.

B. Theodori Studitæ sermo catechet. in Exaltationem S. Crucis. I. Ob hodiernum Exaltationis festum spiritali gaudio exultat. II. Nè in fœda vitia nos præcipites agamus, hortatur. III. Voluptates carnis iucundas non esse asserit & probat. *Tom.* 2. *Auct. Biblioth. Patr. Catech.* 26. *col.* 1310.

S. Thomæ Aqvinatis sermo hac die habitus in illud Ioann. 12. *Ego si exaltatus fuero aterra, omnia traham ad* B *meipsum.* De Christi in Cruce Exaltatione atque attractione loquitur. Docet autem attractionem naturaliter fieri sex modis, quos mysticè interpretatur: fit enim per assimilationem, per concauitatem, per colligationem, per dulcem allectationem, per repromissiones, per naturalem appetitum & inclinationem. *Tom.* 16. *ser. Fest. fol.* 40. *col.* 1.

✠ Theophanis Cerameí duo homilia extant, quæ sunt ordine 3. & 4. de Exaltatione sanctæ Crucis. In priori initio hortatur vt sub figura suspensi in ligno serpentis mysterium vitalis Crucis expendamus. Deindè declarat duo in lectione Euangelica contineri, quam sumit ex cap. 3. de Ioan. C Estque Euangeliū festi Inuent. S. Crucis. Primum est ratio cur Nicodemus non caperet ea quæ de regeneratione dicta fuerant à christo. Secundum est, prædictio eorum quæ ad passionem christi spectabant, sub figura serpentis exaltati in deserto vbi ostendit 1. serpentem figuram esse christi. 2. eumdem serpentem symbolum esse mysterij in cruce perfecti. *A pag.* 13. *ad* 18.

Eiusdem hom. 4. Totus est & explicet primam crucis erectionem ignominiosam in Golgotha extitisse, hanc verè gloriæ futuræ esse prælusionem. Quod præstat plurima sanctæ crucis symbola ex scripturis eruens & explanans ligni vitæ in eodem, Arcæ Noë, lignorum holocaustiquæ tulit Isaac, virgarū quas ex parte decorticauit Iacob. Virgæ Ioseph, cuius summitatem moriens adorauit Iacob. Virgæ Moysis & eiusmodi alia. Tum id ipsum Prophetarum & sapientum oraculis illustrat. Addit & ex Euangelio, & Paulo, cuius præconium. Tandem elogia crucis breuiter promit. *A pag.* 19. *ad* 26.

FESTVM SANCTI MATTHÆI Apostoli & Euangelistæ.

XXI. Septembris.

✠ B. Alberti Magni sermo ad id. *Luc.* 22. *Non veni vocare iustos sed peccatores*; Ad tria vocare Christum ostendit. I. Peccatores, ad pœnitentiam, vt hodie Matthæum. Vbi de celeri pœnitentia tractat. II. Iustos, ad ampliorem perfectionem; quæ in quatuor consistit: in iugi continentia; in totali obedientia; in paupertate voluntaria; in feruenti desiderio Martyrij. III. Pœnitentes & innocentes ad perpetuam remunerationem, vestimenta gloriæ; thronum regale; delicatissima fercula. *A pag.* 223. *col.* 1. *ad* 224. *col.* 2.

S. V. Bedæ homilia prima in Euangelium I. B. Matthæi humilitatem notat. II. Quid sit christum sequi, explicat. III. Legis & gratiæ discrimen declarat. *Tom.* 7. *Homil. Æstiual. de Sanct. col.* 136. *& sequent.*

Eiusdem homilia secunda, vnde supra. I. Incrementa gratiæ in B. Matthæo agnoscit, & peccatores consolatur. II. Eius nomina interpretatur, & ipsorum mysteria pandit. III. Christum sequi quid sit, docet. IV. Non mirandum esse dicit, quòd publicanus ad primam Domini iubentis vocem omnia reliquerit & christo adhæserit. V. Christum multos publicanos conuertisse probat. VI. Conuiuium spiritale & corporale, quod. B. Matthæus christo exhibuit, describit. VII. Inuidiam fraternæ salutis reprobat. VIII. Christum ideò frequentasse peccatorum

conuinia dicit, vt insidiatores suos docendo ad epulas inuitaret cælestes. IX. Quid sit illud christi, *Non veni vocare iustos*, exponit. X. B. Matthæi merita & encomia celebrat. *Ibidem a col. 137. ad col. 141.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de S. Matthæo Apostolo & Euangelista, in illud Apocal. 1. *Conuersus sum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum.* I. Quid sit peccatum, docet: & causam differentiæ peccatorum affert. II. B. Matthæi conuersionem perfectã fuisse ostendit. III. Quatuor ad pœnitentiam peccatorem monentia enumerat, quæ sunt culpa, quâ Deum Redemptorem offendimus: gratia, quam peccando perdidimus: pœna, quam propter peccatum meruimus: & gloria à qua exclusi sumus. *Tom. 3 ser. de sanct. pag. 273. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de eodem, in illud Ierem. 31. *Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam.* Pœnitentiam confert cum baptismo: & quatuor pœnitendi motiua profert, mundi scilicet ignominiam, in qua sumus: iudicis sententiam, quam timemus: inferni miseriam, quam pati meruimus: & æternam gloriam, quam amisimus. *Ibid. pag. 275.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo primus de Matthæo & christo cum publicanis manducante. I. Paupertatem velut virtutum sociam, & parentem multùm commendat. II. Pauperes Apostolos, sanctitate pretiosos laudibus prosequitur. III. Laborem suadet IV. Cur christus pauperes eligens, Matthæum diuitem ad Apostolatus fastigium euocauerit, inquirit. V. Bonorum ac malorum diuitum discrimen notat. *Serm. 28 col. 72. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus, de eisdem. I. Euangelij textum percurrit & præclaris conceptibus illustrat. II. Diuitiarum onus graue ponderat. III. Auri naturam describit. IV. Bonum auri vsum indicat. V. Quanta sit auri crudelitas, exaggerat. VI. Auaritiam detestatur. VII. Auri mala recenset. VIII. B. Matthæum telonium non reA liquisse dicit, sed mutasse, & suscepisse. IX. Eius animum generosum commendat. X. Spirituale Christi conuiuium in mente Matthæi paratum considerat. XI. Dominicam erga peccatores clementiam notat. *Serm. 29. col. 75. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. I. B. Matthæi mutationem repræsentat. II. Quid sit illud Euangelij: *Cum transiret Iesus*, explicat. III. De visu Christi loquitur. IV. Matthæum peccatorem cum paralitico confert. V. B. Matthæi dignitatem, quam Domini benignitate consequutus est miratur. VI. Christi dignationem & humilitatem ad humanitatem, & peccatorem venientis contemplatur, eiusque causas prodit. VII. Illum iam esse B peccatum asserit, qui se peccatorem non agnoscit, cùm nemo sit mundus à sorde. *Serm. 30. col. 78. & sequentibus.*

B. P. DAMIANI sermo primus de S. Matthæo Apostolo & Euangelista. I. Peccatores Matthæi exemplo consolatur, & ad consequendam suorum veniam peccatorum, hortatur. II. B. Matthæum ratione sui Euangelij aliis sanctis præfert. III. Illum cum Moyse cõparat. IV. Quatuor Euangelistas columnis assimilat. V. B. Matthæum cum aliis tribus Euangelistis confert. VI. Illos quadrigam christi nominat. VII. B. Matthæum per faciem leonis expressum esse asserit. VIII. Quemlibet Euã- C gelistarum proprium ordinem in scribendo obseruasse declarat. IX. De christo Rege & Sacerdote disserit. X. Imitationem huiusce Apostoli suadet. *Tom. 2. serm. 49. pag. 264. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, de eodem I. Festiuitatem hodiernam multùm commendat. II. B. Matthæi exemplo peccatores ad fontem pietatis cohortatur, & ad sperandam veniam prouocat. III. Illum quadrigæ Saluatoris aurigam nuncupat. IV. Phison primum Paradisi fluuium B. Matthæi figuram expressisse agnoscit. V. Varias Euangelistarum figuras profert. VI. De vinea & vindemia spirituali disserit. *Ibid. serm. 50. pag. 266. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in Euangelium hodiernum I. B. Matthæi exemplo mœrentes peccatorum conscientias recreat, & ad concipiendam spem veniæ tabescentes animos erigit. II. Verbum incarnatum fonti patenti peccatores abluenti assimilat. III. Peccatores humiles, exaltat, iustos verò superbos deprimit. IV. Pharisæorum falsam iustitiam tangit V. Christum B. Matthæo diuitiarum suarum thesauros commisisse ostendit. VI. B. Matthæum cum Phison primo Paridisi fluuio confert. VII. Euangelium thesauro comparat. VIII. Christum verum animarum medicum agnoscit. IX. Cur Christus peccatores ad Apostolatus culmen elegerit, rationem affert. *Ibid. serm. 51. pag. 268. & seq.*

✠ Dionysii Carthusiani In festiuitate S. Matthæi Apost. & Euangelistæ in Epist. sermo. Per hoc verbum *vnicuique nostrum datum est gratia: &c. Epes. 4.* insinuatur. I. Quanta sit charitas Christi & liberalitas, qui vnus cum Patre & Spiritu sancto totius gratiæ est dator. II. Liberalitas omnipotentis Christi, qui vult, & quantum vult, dat. III. Quanta sit sapientia Christi, qui dona gratiæ suæ tam ordinatè & multipliciter largitur. *Ex proprio sanctorum, fol. 277. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, in Euangel. sermo. 1. Singularis gratia in S. Matthæo emicuisse demonstratur: & probatur vbi est maior charitatis vis, verborum esse maiorem efficaciam, &c. *Ex proprio sanctorum, à fol. 278. pag. 1. ad fol. 279. pag. 1.*

Sermone 2. pro Euang. S. Matthæi vitam idem describit, & dicit illum Deum mirificasse ante passionem, in ea, & postea. *In sanctorum proprio fol. 279. à pag. 1. ad pag. 2.*

✠ Gvillelmi Parisiensis de S. Matthæo Apostolo & Euangelista sermo primus encomiasticus in illud, *Opus fac Euangelistæ 2. Timoth. 2.* Duplex opus Euangelistæ inquirit; quod est bona nunciare, & ad memoriam ea scripto commendare. I. Ergo, Cum a Deo venerimus, ad eum reuertentes

A boni nuncii reputari debemus: ad quod necesse est semper paratos esse ad obediendum, 2. promptos & veloces, 3. diligentes & curiosos ad benefaciendum, 4 animum fixum non habentes ad locum aliquem vel opus, totaliter à voluntate imperantis dependentes. II. Non sufficit Christiano doctrinam Euangelij audire vel alijs dicere, sed debet eam in corde scribere vt eam memoriâ retineat: Quatuor autem impediunt doctrinam addiscere, sc. defectus concupiscentiæ ad addiscendum, sapientia mundi cor occupans, cor quasi terra iuxta viam, nulla repetitio eorum quæ odiuntur. *Ex proprio de sanctis sermone 90. à pag. 134. ad pag. 136.*

B Eiusdem, sermo secundus de quo supra in Euangelica dicta, *Cum intrasset Iesus vidit hominem sedentem in telonio Matthaum nomine, & ait illi: sequere me; & consurgens, secutus est illum. Matth. 9.* Ex quibus quatuor in conuersione S Matthæi insinuantur. Primum. Vocandi modus: vocandum, Saluator respexit, quia respectio diuinæ misericordiæ conuersionem peccatorum necessario præcedit; sequi iussit, quia temporalibus erat intentus. Secundum. Sequendi modus, secutus est Matthæus, nō leuitate ductus sed virtute operum & diuinâ potentia intus operante tactus; sapienter egit. Christum sequens terrena reliquere, quia 1. currentem erat secuturus, 2. per angustam portam transiturus, 3. per mare periculosum mundi nataturus, per viam arduam ascensurus, 5. nisi ea relinqueret ab eis erat relinquendus. Tertium. Vocantis affectus, sc. magna saluatoris benignitas dum notorium peccatorem vocat ad familiarem societatem, & duplicem ei confert dignitatem, Apostoli & Euangelistæ. Quartum. Vocationis effectus, appropinquatio publicanorum ad Iesum exemplo Matthæi, sperantium à saluatore veniam consequi. *In proprio SS. serm. 91. à pag. 136. ad pag. 138.*

C

✠ Ioannis Thavleri sermo ad hæc verba *Matth. 9. Sequere me at ille relictis omnibus, secutus est eum.* Sex constituit in quibus Dominum sequamur

I. Tria in infimis viribus, humilitatem, mansuetudinem, & patientiam. II. In supremis viribus, fidem, spem & charitatem. III. Inter hæc inserit duplicem modum quo Deum eum vera resignatione sequi debeamus. *a pa.* 613. *ad* 617.

S. Lavrentii Ivstiniani sermo hac die habitus. I. Iudiciorum Diuinorum, atque vocationis iustorum quàm sit difficilis inuestigatio, perpendit. II. B. Matthæi conuersionem miratur. III. Fœlicem prædicat animam, ad quam descendit Verbum, vt illam spiritali cibo reficiat, & in ea habitet. IV. Christo conuiuium mysticum parat V. B. Matthæum cunctis fidelibus conuiuium parasse ostendit. VI. Dei verbum alimentum animarum, quod nunquam corrumpitur, pulchrè describit. *Part.* 2. *pag.* 674. & *sequentibus.*

✠ Radvlphi Ardentis homilia in Euangel. de S. Matthæo. I. Dominus videt Matthæum non solùm corporeis oculis, sed misericordiæ, & præscientiæ oculis. II. Matthæus Dominum vocantem se sequitur; ideo mira vocationis efficacia, & velox vocati obedientia. III. Matthæus Domino conuiuium præparat; vt discant auditores, monitores suos suscipere, pascere, & honorare. IV. Dominum reprehendunt Pharisæi quod cum peccatoribus manducet, sed iniustè. V. Dominus Pharisæos de iniustâ reprehensione confutat. *à fol.* 142. *pag.* 1. *ad fol.* 147. *pag.* 1.

S. Thomæ Aqvinatis sermo de Sancto Matthæo Apostolo, in Euangelium hodiernum. Tres habet partes. Prima agit de magna Domini Iesu benignitate. Secunda de B. Matthæi sanctitate. Tertia de horribili Pharisæorum cæcitate. Quantùm ad primam Christi benignitatem cōspicit in Matthæi sanctificatione, in eius ad Apostolatum vocatione, in familiari cum eo & cum aliis publicanis commestione, in Pharisæorum, confutatione, & in ipsius misericordiæ commendatione. Quantùm ad secundam

A B. Matthæi sanctitatem agnoscit in omnium desertione, in veloci obedientia, in Christi imitatione, in hospitalitatis exhibitione & in peccatorum suorum manifestatione. Quantum ad tertiam, cæcitatem Pharisæorum notat, quia peccata sua grauia non videbant, aliorum minus grauia iudicabant: quem laudare debebant, vituperabant: vnde gaudere habebant, inuidebant, & vnde illuminari poterant, excæcabantur. *Tom.* 16. *Serm. fest. fol.* 40.

B *FESTVM S. MAVRITII & sociorum eius Martyrum.* XXII. Septembris.

✠ B. Alberti Magni sermo, ad id 1. *Paralip.* 12. *Transfugerunt ad Dauid cum lateret in deserto, viri robustissimi &c.* I. Vult per Dauid intelligi Iesum Christum propter conuenientiam nominis, corporis, & operis. II. Per desertum denotari Ecclesiam eius temporis, quæ ob paucitatem fidelium tunc deserta erat. III. Confugisse hos Martyres ad Iesum in Ecclesiam cum baptizati sunt: IV. Hos Martyres ex quatuor commendabiles esse. 1. quod fuerint viri robustissimi. 2. quod erant pugnatores. 3. quod tenuerint clypeum, crucem in memoria. 4. quod C hastam habuerint qua apertum est latus Christi dolorum Virginis Mariæ recordatione. 5. quod velut leones confidentia remunerationis Diuinæ robusti fuerint. 6. quod veloces ad Martyrium ierint. *A pag.* 224. *col.* 2. *ad* 226. *col.* 1.

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo de S. Mauritio & sociis eius martyribus in illud. *Sancti per fidem vicerunt regna Hebr.* 11. Tangitur hîc martyrum de quibus agimus. I. Nobilitas triumphi, dum non vnum militem & ciuitatem, sed plura regna vicerunt; regnum sc. mundi, iniquis tyranni insinuationibus acquiescere nolendo: dæmonum, vitiis, concupiscentiæ carnis, oculorum,

oculorum, & vitæ, aliisque tentationibus non consentiendo; cœlorum, violentiam sibi quandam faciendo. II. Causa victoriæ, sc. fides in Christum quæ eis in pugnâ illum ostendit vt strenuum ducem, fortissimum adiutorem, liberalissimum remuneratorem. *In sanctorum proprio serm.* 92. *a pag.* 138. *ad pag.* 139.

FESTVM SS. MARTYRVM COSMÆ & Damiani. XXVII. Septemb.

✠ GEORGII METROPO. NICOM. serm. 9. Encomium continet in sanctos miraculorum patratores gratuitos Medicos, Cosmam & Damianum. Initium ducit, quod rogatus obtemperet, nec opus sit verborum ornamentis. 2. Parentum ipsorum encomia celebrat. 3. Sanctorum horum initiis institutum, alienum ab auaritia animum. 4. cæteras eorum laudes prosequitur, & miracula crebra attollit. 5. Peccati quoque morbis fuisse propitios docet. 6. ad eos confugiendum dicit qui ad bona præstanda adiutorem habeant Deum & B. Virg. Mariam, ac sanctos Angelos, Nec non & matrem propriam, Theodotam. *A colum.* 1191. *ad* 1220.

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA concio I. *Qui vicerit dabo ei sedere in throno meo. Apocal.* 3. Ostendit I. Continuam militiam esse vitam hominis super terram, & certamen illius, non vnicum esse sed multiplex, cum mundo, cum carne, cum diabolo; quorum pericula recenset. II. In tot periculis ad Deum recurrendum tradit. III. Christum nobis remedia contulisse ad salutem. 1. Artem militarem esse Euangelium, quod regulas tradit bellandi. 2. Arma victricia; donis, gratijs, & virtutibus munientem. 3. fortissimos Martyres, quorum victricia facta describit. IV. Docet decuisse Martyres talia pro Christo tolerare. V. Eandem tolerantiam in SS. Cosma & Damiano attollit. VI. Excitat ad eorum sectanda vestigia, & reposita eis præmia conse- A quenda, quorum septem conditiones recenset. *Afol.* 198. *col.* 2. *ad* 201. *col.* 1.

Eiusdem concio 2. ad hæc. *Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus Psal.* 33. Vbi agit de tribulationibus quas ferme omnes patiuntur. Et I. Mirum esse ostendit quod Deus patiatur suos in hoc mundo tribulari. Idque reijcit in singularem Dei prouidentiam, cuius sapientia in exitu comprobabitur. Probat etiam illam aliquot rationibus. III. ipsum patefacit ab vtilitatibus quas affert tribulatio, quas septem recenset: corrigit deuios: purgat impuros; illuminat cæcos; perficit bonos; coronat pios: firmat dubios. Quæ omnia exaggerat: & ex his ad fortiter tolerandum exci- B tat. *A fol.* 201. *col.* 1. *ad* 203. *col.* 3.

FESTVM DEDICATIONIS S. Michaelis Arcgangeli. XXIX. Septembris.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad id, *Matth.* 18. *Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: Dico enim vobis, quia Angeli eorum, &c.* Docet I. Per pusillos notari simplices, pauperes, & infirmos: quos contemnere non licet. II. Specialem huius rei rationem addit, quod habeant Angelos sibi deputatos. III. Angelos videre faciem Patris, 1. vt offerant Deo bona opera hominum. 2. vt mittantur ad salutem hominum, quod probat. 3. vt omnes super peccatorum conuersione gaudeant 4. vt in ipsa facie delitientur. *A pag.* 226. *col.* 1. *ad* 227. *col.* 2.

S. AMBROSII sermo hac die habitus, in Euangelium. I. Quæ ministris ac Dei Sacerdotibus reuerentia debeatur, ex Euangelica lectione colligit. II. Humilitatem multùm commendat. III. Hanc esse docet christianitatis summam vt lædentibus patientiam rependamus. IV. Diuitem au- C rum animal onustum nominat, & camelo assimilat. V. Voluntariam paupertatem suadet. VI. Angelorum nudam substantiam, sanctitatem loco

Eeee

vestimenti habentem depingit. VII. Per pusillos in Christum credentes clericos & monachos intelligit. VIII. Cur scandalizantibus Christianis ista pœna decreta sit vt in collo eorum suspendatur mola asinaria, & demergantur in profundum maris, inquirit, soluit, & mysterium pandit *Tom. 5. serm. 20. de Sanct. colum. 152. & sequentibus.*

S. V. BEDÆ homilia de S. Michaele in Euangelium. I. Textum percurrendo exponit. II. Docet scandalum proximi aliquandò cauendum esse, aliquandò verò contemnendum. III. Quid sit scandalum declarat. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de Sanct. col. 141. & sequentibus.*

S BERNARDI sermo primus, in festiuitate S. Michaelis. I. De gratia & charitate, quam nobis exhibent Angeli, differit. II. Eos spiritus administratorios esse probat. III. Qualiter Christus sit ab angelis paulominùs minoratus, explicat. IV. Causas profert, quæ ipsos angelos beatos pro nostra infirmitate reddont sollicitos. V. Funiculum triplicem delineat, quo de excelso cœlorum habitaculo ad consolandos, ad visitandos, ad adiuuandos nos, attrahitur supere minens charitas Angelorum propter Deum, propter nos, & propter seipsos. VI. Cauendam nobis esse Angelorum offensam dicit: & in his maximè exercendum monet, quibus eos nouimus oblectari. VII. Quid à nobis exigant sancti angeli notat. VIII. Quæ ad indignationem eos prouocant, declarat. IX. Vnitatem & pacem multùm commendat. *Col. 277. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra. I. In Religiosos peruersos, scandala in monasterio suscitantes, acriter inuehitur. II. Fraternæ charitatis vnitatem laudibus effert. III. Quid faciendum sit, vt ab angelis diligamur, docet. IV. Duplex scandalum distinguit, vnum externum, internum alterum. V. Triplici modo, scandalum internum in nobis fieri posse, quotidiano experimento demonstrat. *Col. 279.*

A *& sequentibus.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de S. Michaele in illud Psal. 90. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* De Angelorum officio, ministerio, & obsequio differit. Insuper iuxta angelorum ordines nouem beneficia, quæ sancti angeli Diuino imperio nobis impendunt, enumerat. I. Siquidem nobis obsistunt in malis & peccatis. II. Resistunt aduersariis, & hostium tentamenta repellunt. III. Peccatores illuminant, & ad pœnitentiæ lamenta excitant. IV. Apud Deum pro nobis interpellant, & gratiarum charismata impetrant. V. Nos corroborant, confirmant, confortant, & ad exercitia virtutum promouent. VI.
B Salutaria documenta nobis exhibent, & reuelant mysteria. VII. Mentem nostram eleuant & inflammant, desideria lætificant, & spiritalia ingerunt solatia. VIII. Bona opera nostra atque merita in conspectu Dei perferunt. IX. Electos perducunt & introducunt ad æterna præmia. *Tom. 3. serm. de sanct. pag. 275. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de Angelis, in illud Apocalyps. 7. *Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, &c.* De tribus Hierarchiis cœlestibus earumque excellentiis loquitur. Prima est assistentium Diuinæ Maiestati, & habet dilectionem, cognitionem, & fruitionem. Secunda est potestatibus con-
C trariis resistentium, & virtutem habet operatiuam, executiuam, & expeditiuam. Tertia est ministrantium, quæ ordinatur ad regimen Principum, gentium siue populorum, & singulorum hominum. *Ibid. pag. 277. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius de iisdem, in illud Act. 12. *Misit Dominus Angelum suum, & liberauit me de manu Herodis*, Docet imprimis angelos à nobis valdè esse diligendos, honorandos, & prædicandos. Deinde quatuor beneficia Angelorum hominibus collata agnoscit. Per eos siquidem instruimur, in accipienda scientia: eorum precibus adiuuamur, in impetranda gratia:

per eos roboramur, in facienda iustitia: per eos defendimur in obtinenda victoria. *Ibidem serm. de Sanct. in communi pag. 357. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Euangelij, *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* De contemplatione beata Angelorum differit, & tres perfectiones beatitudinis ipsorum notat, vident eo im Deum ipsum visione apertissima & serenissima, clarissima & iucunda, plenissima & securissima. *Ibidem pag. 359. & sequent.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illud Psalm. 103. *Qui facit Angelos suos spiritus.* Tria exercitia angelorum beatorum considerat. I. enim S. Angeli admirantur & laudant Diuinam sapientiam simul & prouidentiam, qua omnia distinguuntur & disponuntur. II. Venerantur & adorant Diuinam omnipotentiam, qua omnia producuntur. III. Loquuntur & prædicant Diuinam misericordiam & beneuolentiam, qua homines redimuntur. *Ibidem pag. 360. & sequent.*

Eiusdem sermo sextus vnde supra, in illud Psalm. 90. *Angelis suis Deus mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis.* Quatuor Angelorum obsequia complectitur. I. Assistunt vigilantibus ex consideratione. II. Orantibus ex deuotione. III. Obedientibus & laborantibus in continua actione. IV. Patienter agentibus in tribulatione. *Ibidem pag. 361. & sequent.*

S. BRVNONIS sermo de S. Michaële Archangelo, in illud Apocalyps. 12. *Factum est prælium magnum in cælo, &c.* I. Prælium Angelorum bonorum & malorum in cœlo Ecclesiæ paratum describit. II. Hierarchias ipsorum & ordines distinctos enumerat. III. Angelorum officium proprium notat. IV. Quantas gratias B. Michaeli archangelo debeamus, considerat. V. Draconis sæuitiam hoc est, dæmonis malitiam & artes prodit. *Tom. 3. pag. 150. & sequent.*

B. P. DAMIANI sermo de S. Michaële Archangelo. I. Visionem Isaiæ Prophetæ, quando illi Dominus apparuit sedens super solium excelsum & eleuatum, &c. interpretatur, notisque præclaris illustrat. II. Triplicem Domini sessionem distinguit, vnam post Mundi creationem, secundam post eius ascensionem, tertiam post vniuersalem resurrectionem. III. Cur Deus sedeat, angeli verò & Sancti stent, rationes in medium profert. IV. Per solium excelsum angelicam naturam intelligit. V. De duobus Seraphim, angelo, videlicet, & homine eorumque alis differit. VI. Sex angelorum alas mysticas enumerat, prima dicitur, dignitas Angelicæ productionis: secunda, gratia confirmationis: tertia, amor Creatoris: quarta, visio Diuinitatis: quinta, gaudium nostræ redemptionis: sexta, restitutio supernæ ciuitatis. VII. Sex alas homini ad Deum reuertenti assignat: quarum prima est, cordis amaritudo: secunda, oris confessio: tertia, spes: quarta timor: quinta, humilitas: sexta, charitas. *Tom. 2. pag. 271. & sequent.*

DIONYSII CARTHVSIANI in dedicatione S. Michaëlis archangeli, sermo, pro Epist. ex cuius lectione I. Docemur duos esse actus angelorum circà homines: quorum primus est reuelatio secretorum Dei; secundus procuratio donorum gratiæ. II. Corroboratur veritas fidei Christianæ, & infidelium error destruitur. III. Inflammamur ad bene agendum, consideratione, 1. præmij, 2. breuitatis præsentis vitæ. *Ex sanct. prop. a fol. 28. pag. 1. ad fol. 283. pag. 1.*

Eiusdem, sermo, 1. in Euang. ex quo Primò. Puerorum patent bonæ conditiones: quæ sunt, 1. facile corripi posse & corrigi, 2. non despicere consortia pauperum, ac puerorum, & libenter se associare paruulis. 3. non quærere superflua, &c. hæ proprietates à nobis imitandæ sunt. Secundò Instruimur, quàm magna ac fœlix virtus sit sancta humilitas. Tertiò. Docemur quàm ineffabiliter Deo placeant misericordiæ opera. Quartò Quantùm sitiniquū scandalizare pusillos & quoscunque proximos, informa-

mur &c. *Ex proprio de sanctis, fol.* 284. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

Idem, sermone, 2. pro Euang. ostendit & probat Angelos esse honorabiles. I. Quia in ordine creaturarum locum tenent supremum, & in omni naturali perfectione: sapientiâ ac virtute præfulgent. II. Propter supernaturalia dona gratiæ & gloriæ eis collata. III. Propter dignitatem officiorum suorum quibus circà regimen mundi, generisque humani subministrant altissimo. *Ex proprio sanctorum, à fol.* 285. *pag.* 2. *ad fol.* 286. *pag.* 1.

I. Gersonii sermo primus de Angelis hac die habitus, in illud Apocal. 12. *Factum est prælium magnum, &c.* Tractat de duplici cœlo, gloriæ, videlicet, & Ecclesiæ in quo Michaël & Angeli eius præliati sunt cum dracone. Quantùm ad primum prælium, quærit quomodo sit factum, & vnde tam subitum inter eos malum schismatis eruperit, vt mox in suæ creationis exordio tam hostiliter dissenserint atque decertarint; Vbi superbiam & ambitionem detestatur, & in ipsas acriter inuehitur: varias quæstiones mouet & soluit, nimirùm quibus verbis disputatiuum hoc prælium exercuerint Angeli, & quo pacto Lucifer Dei æqualitatem, vel similitudinem appetiuerit: an in schismate Ecclesiæ ita agendum sit, vt schismatici & vero Papæ non adhærentes viribus & bellis compescendi sint, & si non corrigantur, mortibus exterminandi. Quantùm ad secundum imprimis probat Angelos siue bonos siue malos homines erudire posse tribus modis, ex parte, scilicet, phantasiæ interioris; ex parte sensus exterioris: & ex parte virtutis intellectiuæ superioris. Quærit deindè qualiter distinguere possumus diuinationem & doctrinam, quæ fit per dæmones, ab illa quæ per Angelos sanctos ministratur; & quæstioni satisfacit. Denique de potestate Angelorum tùm bonorum tùm malorum in hominum corpora disputat: & vt ad nostros Angelos in periculis recurramus, cohortatur. *Tom.* 2. *part.* 4. *à col.* 6. *ad col.* 33.

Eiusdem sermo secundus de S. Michaële & Angelis, vnde supra. Tres complectitur partes. Prima Angelorum formationem declarat primumque eorum prælium in cælo. Secunda agit de prælio generali quod fit inter eos & homines in Ecclesia, & sæculo præsenti. Tertia modum tentationis & impugnationis eorum prodit: atque de præliis inimici in particulari differit. Vbi varias ac præclaras habes ad propositum quæstiones, *v.* c. Quare Deus non citiùs Mundum & Angelos formauerit. Cur Deus peruersos Angelos, cùm sciret eos fore damnandos, creauerit. Quare post ipsorum peccatum eos non annihilauerit Omnipotens. Cur Deus patiatur & permittat humanam creaturam à dæmonibus tentari. An quælibet persona habeat bonum & malum angelum. Ex his autem quæstionibus solutis varias infert conclusiones siue considerationes. *Ibid. à pag.* 719. *ad pag.* 733.

Gvillelmi Parisiensis in die dedicationis S. Michaelis Archangeli, vbi ad ea. *Factum est prælium magnum in cælo Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone. Apocal.* 12. tempus belli ad Ecclesiam militantem pertinere; ideo hæc verba de eâ vult intelligi & Primò. Ecclesiam militantem tempore gratiæ rectè dici cœlum probat, quia, de cœlo descendit, ad cœlum tendit ibi sine fine mansura, mente in cœlo versatur, cœlo assimilatur, sicut enim in cœlo ita & in Ecclesia est loci sublimitas, habitatio spirituum siue spiritualium hominum, perfecta obedientia, perfecta concordia, perfecta ordinatio. Secundò. In Ecclesia esse prælium magnum duratione, assiduâ tentatione, impugnantium multitudine, impugnantium fortitudine, modorum impugnandi varietate, asserit. Tertiò. In eâ magnum adiutorium datur fidelibus ab Angelis custodibus, qui præliantur vel diabolum coercendo, vel in tentatione confortando, & à Deo. *In proprio de sanctis sermone* 93. *à pagin.* 139. *ad pagin.* 141.

HVGONIS A S. VICTORE sermo primus de S. Michaele ex historia libri Iudith. I. Verba cantici Iudith dicentis, *Qui posuit castra in medio populi sui, vt eriperet nos de manu inimicorum nostrorum*, de Angelorum exercitibus interpretatur. II. Per Iudith Ecclesiam intelligit, per Nabuchodonosor diabolum, per Niniue mundum, & per Holofernem principem dæmonum. III. B. Michaëlem Angelorum ducem cum dracone præliantem describit. IV. Cur diabolus dicatur draco magnus & serpens, rationem affert. *Tom. 2. Institut. Monast. serm. 85. pag. 408. & seq.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illa verba Iudith. 16. *Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ, &c.* I. Diaboli superbiam fortitudinem & contumacem comminationem describit. II. Virtutem Ecclesiæ & gloriam, dæmonem Angelorum auxilio superantem repræsentat. III. Apostolos & fideles cum Iudith cõfert. IV. B. Michaëlis fortitudinem prædicat. *Ibid. ser. 86. pag. 409. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, ex eodem libro. Ecclesiam Iudith viduæ Holofernem superanti egregia similitudine comparat: & angelorum auxilium atque suffragia agnoscit. *Ibid. serm. 67. pag. 410. & sequent.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo ad ea verba. *Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei &c.* Constituit dicere de Angelorum operatione erga nos. Et I. distribuit, illam circa triplicem hominem, externum, rationalem, internum, tribus Hierarchiis; quarum singuli ordines in singulos homines agunt. II. Primæ hierarchiæ assignat externum hominem. III. Secundæ Hierarchiæ, tribuit rationalem hominem, & ad profectum aspirantem. IV. Tertiæ hierarchiæ, intimum hominem. Et in singulis, singulorum Ordinum actiones distinguit. Et præterea, cuique beatorum illorum spirituum solicitudini, dæmonem totidem impetus in homines concitare demonstrat. *A pag. 617. ad 621.*

S. LAVRENTII IVSTINIANI A sermo in solemnitate S. Michaelis Archangeli habitus. I. Hominis lucem & tenebras considerat. II. Naturam Angelicam describit, & eam existere probat. III. Angelicorum Ordinum distinctionem notat. IV. Bona, per Angelorum ministeria. Dei operante prouidentiâ hominibus collata commemorat. V. Vt cooperatores eorum simus pro nobis hortatur. VI. In B. Michaele sublimem gratiam, & Prærogatiuam singularem veneratur. VII. Prælium magnum Angelorum in cœlo factum depingit. *part. 2. pag. 677. & seq.*

S. MAXIMI homilia de S. Michaele Archangelo in Euangelium. *Col. 677. & sequentibus. Habetur inter Ambrosianos numero 10. de Sanct. Tom. 5. & hic supra pagi 285. col. 1.*

B ✠ RABANI MAVRI homilia. I. docet quàm iustè hæc festinitas instituta sit. II. Ordines angelorum constituit. III. Nomina eorum interpretatur, & quædam de illis proponit. IV. agendum esse, vt eorum donis participemus. *Tom. 5. pag. 598. col. 1. & 2.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS in cap. 12. Apocal. Homil Boni spiritus homines in suam partem trahere nituntur & suæ gloriæ facere participes: Contrà vero maligni spiritus. Mali angeli etsi fortes bonis, tamẽ in quibus est & pugnat Deus resistere non possunt. Diabolo expulso, magna in cœlo exultatio facta est. Quæ omnia continentur & figurantur in prælio facto à Michaële Archangelo cum lucifero. *a fol. 147. pag. 1. ad fol. 150. pag. 2.*

C SOPHRONII CONSTANTINOPOLITANI Sanctorum Archangelorum & angelorum encomium. I. Angelicos Ordines describit. II. Eorum proprietates notat. III. Ipsos aduocat. IV. B. Michaelem prolixa oratione alloquitur. V. Eius suffragia commendat, & prærogatiuas commemorat. VI. De Gabrielis virtutibus disserit. VII. Angelorum epitheta & nomina refert. VIII. Eos custodes hominum esse fatetur. IX. Angelorum ministeria & obsequia recenset. X. Verbum Diuinum & omnes Sanctos ordine inuocat.

Tom. 2. Biblioth. Patrum à col. 565. ad col. 570.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo primus de S. Michaële, in illud Prou. 15. *In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.* I. Deum contemplari dicit bonos in cœlo, malos in inferno, bonos & malos in mundo. II. Docet visionem Dei valdè timendam esse propter quatuor, quia iudicat, videt tenebrosa, nemo ab illa se potest abscondere, & omnes cordis cogitationes scrutatur. III. Probat Deum bonos videre, vt à malo eripiat, eorum orationes exaudiat, misericordiam ipsis exhibeat, bonum gratiæ conferat, in omnibus protegat, & gloriam æternam tribuat. IV. Eumdem malos respicere ostendit quatuor modis, eorum opera considerando, super malis ipsorum indignando, eos condemnando & pœnam velociter inferendo. Nihil autem habet de Angelis nec de S. Michaële. *Tom. 16. serm. 4. fest. fol. 40. col. 3.*

Einsdem sermo secundus vnde supra, in illud Euangelij; *Angeli eorum semper vident faciem Patris, &c.* De obsequiis Angelorum & beatitudine eorum tractat Quantùm ad primum docet Angelos nobis triplici modo inseruire, purgando videlicet, illuminando, & perficiendo. Quantùm ad secundum, probat ipsos beatos Spiritus sine intermissione, sine fine, & simul faciem Diuinæ Essentiæ contemplari, quæ est admirabilis, propter Maiestatis infinitatem, delectabilis, propter gratiarum multiplicitatem: amabilis, propter ineffabilis, pulchritudinis claritatem: & desiderabilis, propter gloriæ æternitatem. *Ibidem col. 4.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio 1. ad hæc verba: *Quis deducet me in ciuitatem munitam, &c. Psal.* 107. Ostendit animam sanctam ob duo cælestis Hierusalem desiderio teneri. I. quod munita sit. 2. quod sit Idumæa: quibus notantur; tranquillitas & pulchritudo. Et I. pauca admodum de cælesti ciuitate & incolis eius Angelis dici posse declarat. II. Præfert Angelos

A animabus nostris in intellectu, in memoria, in voluntate. III. De eorumdem perfectionibus per creaturas adumbratis, agit; potentia, magnitudine, sublimitate, sapientia, pulchritudine, nobilitate, claritate. IV. Quanta erit Ecstasis animæ illam ciuitatem ingredictis, exponit. V. Qualis sit ille populus, & qua lingua vtatur, patefacit. VI. Denique inuehitur in eos qui terrena cælestibus præponunt. *A fol. 170. col. 2. ad 173. col. 3.*

Eiusdem concio 2. ad hæc verba: *Angeli eorum semper vident faciem &c.* Proposita occasione ex qua hæc dixit, declarat quanta sit humilitatis sublimitas. II. Quam humilitatem commendet aperit, voluntariam, & pueris B similem: difficilem quidem, sed necessariam III. De scandalo pusillorum tractat; & quantum sit malum. IV. Passiuum quoque scandalum esse vitandom. V. Docet etiam paruulos non esse contemnendos. In secunda parte agit de Angelis, & 1. quanto nos amore prosequantur, quorum vigiles sunt constituti: quod exequuntur propter Deum, propter seipsos, propter nos. 2. quo amore, honore & cultu à nobis prosequendi sint. *A fol. 173. c. 3. ad 176. col. 4.*

C *FESTVM S. HIERONYMI Confessoris & Ecclesiæ Doctoris,* xxx. Septembris.

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, quo ostenditur S. Hieronymi studiosa & honesta pueritia: admiranda & gloriosa conuersio: zelus iustitiæ feruidus: Patientia in aduersis: Sanctissima vita & rigorosa in eremo & cœnobio: Eminentia sapientiæ: Beatissimus finis. *Ex sanctorum proprio à fol. 288. pag. 2. ad fol. 280. pag. 1.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS hac die habitus sermo ex hoc scripturæ loco. *Os iusti meditabitur sapientiam & lingua eius loquetur iudicium, lex Dei eius in corde ipsius Psalm. 36.* I. Intellectus, à Spiritu sancto os dicitur, vt ex hoc in-

telligatur quanta reuerētia ei debeatur; sicut os corporis datum est ad loquendum, edendum, & osculandum, ita & os cordis ad loquendum, quæ pertinent ad gloriam Dei & vtilitatem humanam; comedendum spirituales escas, osculandum cœlestem sponsum. II. Examinare debemus verba quæ sumus prolaturi; quia, oportet ea transire per iudicium Dei, quia in hoc consistit magna pars iustitiæ nostræ, quia verbum nostrum de proximo testimonium est pro eo vel contra eum. III. Lex, est regula ad quam voluntatem nostram debemus dirigere, intellige legem Dei. IV. Gressus hominis supplantatur, cum opera & labores eius quasi furtim surripiuntur, bona opera ei auferuntur vel eum deserunt, A &c. *Ex sanctorum proprio*, sermone 94. *à pag.* 141. *ad pag.* 141.

S. Lavrentii Ivstiniani sermo in solemnitate Beatissimi Hieronymi Doctoris & Confessoris habitus, Imprimis Ecclesiam Dei domum nominat, in qua celebratur iugē conuiuium medulatorum pinguium, & vindemiæ de fœcatæ: columnæ huius domus variæ sunt pro Ordinum dignitate & Officiorum diuersitate, inter quas stat B. Hieronymus, velut columna argentea, erecta, fulgens, & solida. Deinde præclaras D. Hieronymi virtutes commemorat, eumque laudibus effert. Denique eius charitatem multùm commendat, & tanquam Christianæ Religionis speculum illum B proponit. *Part.* 2. *pag.* 680. *& sequent.*

OCTOBER.

FESTVM SANCTI REMIGII Archiepiscopi Rhemensis. 1. Octobris.

*Dionysii Carthvsiani de S. Remigij Archiepiscopi excellentiis sermo Aarum Prima est. Prænuntiatio natiuitatis & impositio nominis à Deo. Secunda. Præsidentia fructuosissima in Episcopali officio. C Tertia. Virtus miraculorum quæ egit Deus per eum. *In proprio sanctorum fol.* 291. *à pag.* 1 *ad pag.* 2.

FESTVM SANCTI FRANCISCI Confessoris. IV. Octobris.

*Dionysii Carthvsiani sermo, quo S. Francisci præconia expandit: quorum, 1. est Admirabilis & gratiosissima conuersio: 2. Rigorosa & maxima pœnitentia quam egit: 3. Gloriosa & laboriosa victoria, quâ Deo auxiliante seipsum vicit: 4. Admirabilis innocentia, vita purissima, & præclarissima sanctitas: 5. Contemplationum excessus, 6. Stigmatum Christi portatio: 7. Maximus fructus quem fecit in Ecclesia Dei, 8. Virtus & magnificentia miraculorum. *In sanctorum proprio, à fol.* 291. *p.* 2. *ad fol.* 292. *p.* 2.

*Gvillelmi Parisiensis sermo de S. Francisco Confessore in quo ea Cap. 11. Ecclesiastic. elucidantur. *Sapientia humiliati, exaltabit caput illius: & in medio magnatorum illum consedere faciet.* Ex quibus duo in B. Francisco notat. Primo. Humilitatem, quæ principium sapientiæ videtur esse & quædam causa. Inde stultus primus Angelus, qui se, non caput suum exaltare, qui est Deus, volendo, cum esset summus factus est infimus; sapientes Christus, B. Virgo Maria. S. Franciscus, &c. se per humilitatem demittendo caput suum exaltauerunt. Sapientia autem mundi quæ stultitia est apud deum, tripartita inuenitur prima pars pertinet ad mundi gloriam, secunda ad diuitias, tertia ad delitias: contra has tresparte, attulit Dei filius sapientiam humilitatis, paupertatis, cruciatus siue crucifixi. Secundo. Gloriam ad quam in cœlo per humilita-

tem peruenit; in medio enim magna- A torum id est, filiorum Dei consedere eum fecit Deus, cum in cœlum receptus est. *Ex proprio de Sanctis serm. 95. à pag. 141. ad pag. 144.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo de B. Francisco, in illud Sap. 11. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* I. Agit de Sanctorum merito, & probat Deum esse causam efficientem meriti quatuor modis, nimirum faciendo idoneum ad merendum, mouendo ad volendum, iuuãdo ad faciendum, conseruando ac perseuerando, per gratiam consummantem. II. Varios modos enumerat quibus accipitur nomen iusti & iustitiæ. III. Quinque vias rectas salutis demonstrat, per quas itur ad vitam æternam. *Tom. 16. serm. de Sanct. fol. 40. & sequentibus.*

FESTVM SS. PLACIDI ET sociorum Martyrum.

v. Octobris.

S. BENEDICTI ABBATIS sermo, in morte S. Placidi, quo. Primò. Illum martyriali trabeâ adornatum ad Dominum migrantem contemplatur. Secundò. Conquerendi locum non esse, vbi gratiæ sunt Deo agendæ, dum de fructu cordis sui omnipotenti Deo sacrificium offertur, demonstrat. Tertiò. S. Placidum momentaneam mortem elegisse dicit, & sic ad Deum peruenisse. Quartò. Congaudendum sibi declarat, quod talem discipulum habuerit, non dolendum quòd amiserit. Quintò. In morte illius gaudendum asserit, non dolendum; quia illam pro veritate gustauit, & non vsum naturæ perdidit, sed commutauit. *In Auctuar. Biblioth. vet. Patr. Tom. 1. fol. 706. col. 2*

FESTVM SANCTI DIONYSII Areopagitæ Episcopi & Martyris.

ix. Octobris.

DIONYSII CARTHVSIANI pro Epist. sermo, de fide S. Dionisij Areopagitæ per quam, Primò. Vicit regna, maximam Atheniensium partem ad Christum conuertendo. Secundò. Operatus est iustitiam, non solum diuina præcepta, sed & consilia Euangelica adimplendo. Tertiò. Adeptus est repromissiones, non solùm gloriam in cœlis, sed & multa dona à Deo obtinendo electis promissa. Quar- B tò. Obturauit ora leonum, signum crucis opponens bestiis fame prouocatis. Quintò. Extinxit impetum ignis, nudus extensus super cratem ferream accensam, nec tamen consumptus. Sextò. Effugauit gladij aciem splendore in eius vultu gaganos mites efficiente. Septimò. Fortis factus est in bello, quia diabolum & mundum deuicit. *In proprio de sanctis, à fol. 296. pag. 1. ad fol. 297. pag. 1.*

Eiusdem, pro Euang. sermo primus quo commendatur S. Dionysius I. A bonitate, quâ charissimus Deo fuit. II. A securâ sui habitatione quâ intrepidus inter omnia fuit aduersa. III. A gratiosâ Dei in eo habitatione per C gratiam & charitatem. IV. A requiescentiâ Dei in ipso, per contemplationem, &c. *Ex proprio de sanctis, à fol. 297. pag. 2 ad fol. 298. pag. 1.*

Eiusdem sermo secundus pro Euang ex quo S. Dionysij excellentias aduerte, 1. est. Sapientiæ, scientiæ, virtutum ac vitæ sublimitas, quâ Gentiles ante suam conuersionem excedebat. 2. Gratiosa conuersio, quam S. Lucas compendiosè describit, 3. Sancta & fructuosissima præsidentia in episcopatu, 4. Profundissima sapientia, quâ multos altos libros & vtiles conscripsit, 5. Gloriosum martyrum & magnitudo miraculorum quæ in eo contigerunt. *In proprio sanctorum, à fol. 298. pag. 1. ad fol. 299. pag. 1.*

GVIL-

✠ Gvilelmi Parisiensis sermo hac die ad populum habitus in illud, *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentũ malitiæ &c. Sap. 3.* Septem, sanctos animant ad perferenda tormenta, I. Quod licet Deus seruorum suorum corpora persecutoribus exponat, tamen animam protegit & saluat. II. In præsenti tribulatione breui & leui, æternam pœnam euadunt. III. Stultorum error circa transitum eorum. IV. Error stultorum circa passiones iustorum, quia creduntеos pro malis suis exterminari. V. Pax quam in transitu acquisierunt. VI. Consolatio quam habent interius licet affligantur exterius. VII. Quod pro pœnâ leui & momentaneâ redditur illis merces æterna. *In prop. sanct. serm. 96. à pag. 144. ad pag. 145.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo de S. Dionysio, in illud Isaiæ 46. *Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ.* I. Docet Dominum vocasse B. Dionysium quadrupliciter, nimirum ad sanctitatem, radiis virtutum eum illuminando: ad prædicationis effectum, eum in Episcopali dignitate sublimando: à Græcia in Franciam deducendo, & eam per ipsum illustrando: de mundo ad cœlum eum gloria martyrii coronando. II. B. Dionysii dignitatem & sapientiæ ipsius claritatem considerat. III. Eius contemplationis sublimitatem notat, qua volauit in cœlum humanæ & Angelicæ naturæ atque in cœlum Trinitatis sanctissimæ. *Tom. 16. serm. festiu. fol. 41.*

FESTVM SANCTI LVCÆ *Euangelistæ.*

XVIII. Octobris.

S. Ambrosii sermo in Euangelium hac die habitus. I. Hospitalitatis leges commemorat & commendat. II. Saluatorem hospitem dicit, cuius domus fidelis est Ecclesia. III. Christo semper adhærendum esse do- A cet. *Tom. 5. serm. 21. de Sanct. col. 156. & sequentibus.*

S. V. Bedæ homilia in Euangelium hodiernum. I. Textum suo more percurrendo exponit. II. Septuaginta duorum discipulorum mysterium prodit. III. Prædicatoris Euangelici conditiones recenset. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de sanct. à col. 142. ad col. 146.*

S. Bonaventvræ sermo de S. Luca, in illud Psalm. 1. *In lege Domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Imprimis diuinam legem igni assimilat, quia illuminat intellectum & inflammat affectum. Deinde B. Lucam legem hanc habuisse probat in affectu per actum dilectio- B nis, in afflatu per actum prædicationis, & in manu per opus conscriptionis, siue per effectum operationis, *Tom. 3. sermon. de sanct. pag. 279. & sequentibus.*

B. P. Damiani sermo de S. Luca Euangelista. Quia Doctoris laus redundat in discipulum. I. B. Pauli S. Lucæ præceptoris encomium prædicat. II. B. Lucam laudibus effert. III. Euangelium Christi secundum Lucam commendat. IV. Numeri septuagenarii septimi mysterium pandit. V. Euangelium Lucæ, cum Euangelio Matthæi confert. VI. Cur Matthæus descendendo, Lucas verò ascendendo genealogiam Christi contexerint, C inquirit & soluit. VII. Quare B. Lucas per vituli speciem sit expressus, rationem affert. VIII. Euangelium cum libro signato, de quo in Apocalypsi tractatur, comparat. IX. Quatuor Euangelistas Paradisi fluuiis assimilat. X. Terrenæ substantiæ contemptum suadet: & ad supernæ ciuitatis gloriam inuitat. *Tom. 2. serm. 53. pag. 274. & sequent.*

✠ Dionysii Carthvsiani sermo, de laudibus S. Lucæ Euangelistæ qui, 1. In naturalibus fuit præclarus, 2. Perfectè ad Christum se conuertit, 3. Paulo Apost. inseparabiliter vsque ad eius mortem adhæsit, 4. Ecclesiã copiosissime illuminauit, non solum Euangelium, sed & actus describendo

Apostolorum, 5. In virginitate permansit. *In proprio de sanct. a fol.* 300. *pag.* 1. *ad fol* 301. *pag.* 1.

✠ GVILLELMI PARISIENSIS in festo S. Lucæ Euangel. sermo, vbi ex iis verbis. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum qui diuiditur in quatuor capita. Genes.* 2. sequentes medita re veritates. I. Paradisus terrestris est figura Ecclesiæ militantis, 1. in eo probatus fuit primus homo in obedientia. 2. licet in terra sit in loco tamen valde alto est. 3. in eo est perpetua aëris temperies. 4. locus amœnus est, 5. erat ibi lignum scientiæ boni & mali, 6. ibi lignum vitæ primis parentibus concessum & expositum est, 7. secundum Isidorum, vndique flammeo motu igneo cingebatur, 8. secundum B eundem, angelorum prælium paradisum custodit, hæc omnia Ecclesiæ conueniunt. II. Christus Ecclesiam suam voluit esse super fluuium, ex quo proueniunt quatuor bona, sc. medicina, spiritualium bonorum abundantia, fortitudo contra hostes spirituales, viriditas &c. III. Quatuor capita in quibus fluuius iste diuiditur, sunt quatuor Euangelistæ; sc. Matthæus Marcus, Lucas, Ioannes, quibus Euangelia sunt diuinitus inspirata. IV. S. Lucas inter alios Euangelistas excelluit, quod primordia salutis nostræ scripsit, sc. præcursoris aduentum & natiuitatem, Angeli ad B. Virginem missionem, C filij Dei conceptionem, &c. *Ex proprio de Sanctis sermone*, 97. *à pag.* 145. *ad pag.* 147.

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo in festo S. Lucæ Euangelistæ habitus. I. Affectionum voluptuosarum, naturalium, & spiritualium discrimen notat. II. Vitam spiritualem commendat. III. Morum conuersionem suadet, & peccatores vt resipiscant hortatur. IV. De affectibus naturalibus ad bonum non ad malum inflectendis disserit, & quo pacto habeant mortis & vitæ imperium, declarat. V. B. Lucam medicum animarum quàm optimũ agnoscit, qui spiritualia nobis prærogauit antidota, per quæ affectionum huma- A narum medeatur langnoribus: triplici autem affectioni, trifariam nobis medicinam exhibuit. VI. Eum votis & laudibus effert. *Part.* 2. *pag.* 682. *& sequent.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo de S. Luca Euangelista, in illud Luc. 10. *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* I. Datur Sanctis fiducia, quia mittuntur ab eo qui bonus est, vt velit eos defendere: sapiens, vt sciat protegere: & omnipotens, vt possit eripere. II. Iusti agni dicuntur propter innocentiam, simplicitatem, & mansuetudinem. III. Iniquorum malitia per lupos figuratur, ratione nequitiæ, inuidiæ, & sæuitiæ. *Tom.* 16. *serm. fest. fol.* 41.

FESTVM SANCTARVM VRSVLÆ & sociarum eius. XXI. Octob.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo, ad hæc *Matth.* 25. *Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei.* Quatuor obseruat. I. Per prudentes Virgines intelligi quemlibet iustum hominem interius & exterius purissimum: & lampadem ardentem in manibus tenentem, in qua sunt septem: lampas fidei. 2. clausa infra, supra aperta, per contemptum terrenorum, & desiderium cælestium. 3 est oleum, boni operis & eleemosinæ. 4. lignus, bonæ intentionis. 5. ignis charitatis. 6. cauendum ne frangatur & oleum effundatur per peccatum 7. videndum ne vento extinguatur vanæ gloriæ. II. fatuas vocari eas quæ videntur sensus suos à malis abstrahere, sed in intentione peccant III. Clamore designari memoriam iudicii. IV. Sponsum venientem esse filium Dei ad iudicium apparentem. *A pag.* 227. *col.* 2. *ad* 229. *col.* 1.

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, in festo S. Vrsulæ & sociarum eius: quo commendat vndecim millium virginum exercitum. Ab vnione Angelorum cum ipsis; Consortio sanctorum virorum cum eis, Spirituali laude quam sponso cœlesti obtulerunt:

Perſonarum componentium exercitum nobilitate. *Ex ſanct. prop. a fol.* 302. *pag* 2. *ad fol.* 303. *pag.* 1.

✠ IOANNIS THAVLERI ſermo ad hæc verba *Matth.* 5. *Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt.* I. Neceſſariam dicit eſſe puritatem cordis, quam per vitiorum mortificationem obtinebimus, perſuadet. II. docet quid ſit bona & munda conſcientia. III. Quibus vijs & actionibus ad hanc bonam conſcientiam perueniatur, tradit. 1. criminum notitiâ & fugâ. 2. per exercitium boni, bellumque ſenſualitati indictum. 3. ſi exercet ſe in imitatione virtutum Chriſti. 4. ſi perfectæ ſtudet renuntiationi. 5. ſi ſuffert patienter quicquid acciderit. 6. ſi ſuperiorum ſuorum monitis libenter acquieſcit. 7. ſi præſentibus attendit, vt ea benè agat & ſimilibus incumbit quæ recenſet. *à pag.* 621. *ad* 623.

FESTVM SS. APOSTOLORVM Simonis & Iudæ.
XXVIII. Octobris.

✠ B. ALBERTI MAGNI ſermo, ad hæc verba. *Ioan.* 15. *Hæc mando vobis vt diligatis inuicem.* Notat quatuor. I. Eum qui præcipit eſſe Chriſtum. II. Præcipi omnibus Chriſtianis; quo beneficio prouocantur ad obediendum. III. Chriſtianos ſe inuicem diligere debere; corde, ore, opere: de quibus ſigillatim tractat. IV. Tres cauſas aſſignat, cur nos inuicem diligere debeamus. 1. vt vitemus æternas tenebras. 2. vt vitam æternam habeamus. 3. vt Deum in ſua maieſtate videamus. *à pag.* 229. *col.* 1. *ad* 230 *col.* 2.

S. V. BEDÆ ſermo de SS. Simone & Iuda. Ezechielis arborem, quam ipſe vidit, myſticè interpretatur, & per quatuor radices circa quatuor partes Mundi extenſas, quatuor Euangeliſtas intelligit, ſicut per arborem, B. Mariã: per tres ramos, Trinitatis fidem: per ſeptem folia, Spiritus ſancti dona: per ſolem, Chriſtum: per lunam, Eccleſiam: & per duodecim ſtellas, Apoſtolos. *Tom.* 7. *ſerm. de diuerſ. col.* 352.

S. BONAVENTVRÆ ſermo de SS. Simone & Iuda, in illud Iſaiæ 60. *Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi columba ad feneſtras ſuas.* I. Hos Sanctos Paſtores gregis nominat, conſeruatores legis, ſenatores vrbis: & iudicis aſſeſſores. II. Apoſtolos nubibus aſſimilat, quia pluunt verbis, coruſcant miraculis, tonant iudiciis, & volant contemplatione mentis. III. Docet ſanctorum volatus perfici quatuor pennis, dilectionis videlicet, orationis, cognitionis & deuotionis. *Tom.* 3. *ſerm. de Sanct. pag.* 280. *& ſequentib.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI ſermo, 1. de SS. Simone & Iuda Apoſtolis vbi agit. De malis paſtoribus, &
B de vitandis contentionibus, dicitque ſimilitudinis agnorum prædicatores debere habere. *Ex prop. de ſanct. à fol.* 305. *pag.* 2. *ad fol.* 306. *pag.* 1.

Sermone 2. inquirit, Quare Apoſtoli lux mundi, ſal terræ, principes & dij vocentur. *In proprio ſanct. fol.* 306. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

✠ GVILLELMI PARISIENSIS pro ſanctorum Simonis & Iudæ Apoſtolorum feſto ſermo, ex eo quod ſcribitur, Pſalm. 138. *Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus*, Sancti Simon & Iudas Primò. Per quatuor gradus aſcenderunt in gloriam electorum; ſc. prædeſtinationem, quæ eſt gratiæ; vo-
C cationem, quæ conſiſtit in adiuuando cogitationem de fide; iuſtificationem, quæ reſpicit remiſſionem peccatorum magnificationem, omne genus virtutis cernentem. Secundò. Ad hanc gloriam non propriis meritis, ſed ex Dei dilectione peruenerunt, inde mundo fuerunt odibiles. *Ex prop. de ſanct. ſerm.* 98. *à pag.* 147. *ad pag.* 149.

S. LAVRENTII IVSTINIANI ſermo de SS. Simone & Iuda Apoſtolis. I. Duplicem diſtinguit legem timoris videlicet, & amoris II. Euangelium cum lege veteri confert. III. Humilitatem multùm commendat, & pluribus ſuadet. IV. Iugum Chriſti ſuaue & onus leue ponderat. V. Charitatis virtutem extollit. VI. Cordis

beatam requiem exoptat. VII. SS. Simonis & Iudæ charitatem cæterasque eorum virtutes commemorat. *Part. 2. pag. 685. & sequent.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo de SS. Simone & Iuda, in illud Euangelij Ioann. 15. *Vos non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* I. Sanctos dicit de mundo non esse propter tria, quia mundum, & omnia quæ eius sunt, despiciunt: quia mundus eos persequitur: quia non secundum morem mundi viuunt. II. Docet Christum elegisse sanctos de mundo, ratione ipsius malignitatis, multiplicitatis pœnarum quæ in eo sunt, & A necessitatis pereundi. III. Mundi malignitatem notat, qua sanctos odit, cùm ab ipsis illuminetur: per ipsos à periculis liberetur & per eosdem saluetur. *Tom. 16. serm. fest. fol. 41. col. 3.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 36. dicta in festo sancti Procopij sed quæ Euangelium huius diei examinat. Et 1. post breuem præfationem, qua occasione hæc Christus mandauerit, exponit. 2. Christum reddere suos inter se coniunctissimos. 3. Euangelij verba illustrat. 4. profine agit de Martyrio sancti Procopij. Sed aduerte quædam in hac homilia cautè esse legenda, *à pag. 378. ad 385.*

NOVEMBER.

FESTVM OMNIVM SANCTORVM & Sanctarum. 1. Nouembris.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo 1. ad hæc verba. *Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Septem primas beatitudines considerat, tanquam causas beatitudinis singulorum ordinum Beatorum. Paupertatem spiritus Angelis assignat: Mansuetudinem, Patriarchis: Luctum Prophetis: Esuriem & sitim iustitiæ, Apostolis: Misericordiam, Martyribus: Confessoribus, munditiam cordis: Virginibus & continentibus, pacis amorem. Et tandem omnibus simul, tolerantiam persecutionis. *à pag. 230. col. 2. ad 232. col. 1.*

Eiusdem sermo. 2. ad hæc, *Apocal. 7. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c.* Hæc tractat. I. Hanc turbam notare omnes electos congregatos ex omnibus gentibus. II. Signum quo notandi sunt esse fidem S. Trinitatis, & crucem Christi. III. Per stolam albam, designari innocentiam & veram pœnitentiam. IV. Palmis exprimi victorias quas sancti de hostibus reportarunt. V. Eosdem ab agno deduci ad fontes aquarum, qui sunt quintuplices, B 1. fons consolationis, 2. fons quietis, 3. fons refectionis, 4. fons exultationis. 5. fons dilectionis. Quibus opponuntur fontes infernales. *à p. 232. c. 1. ad 233. c. 2.*

ALBINI FLACCI ALCVINI homilia in festo omnium Sanctorum habita, *Part. 2. Homil. 3. à col. 1205. ad col. 1210. Non videtur esse huius Auctoris sed D. Augustini & inter eius operà annumeratur habeturque Tom. 10 serm. 37. de Sanct. & hic infra hac eadem pagina.*

S. AVGVSTINI sermo de omnibus sanctis. I. Hodiernam totius Mundi lætitiam celebrat. II. Matrem Ecclesiam ob Sanctorum filiorum suorum merita beatam prædicat. III. Ad spiritualecertamen prouocat. IV. Inclitam C cœlestis Hierusalem fœlicitatem considerat. V. Beatitudinis statum describit. VI. Quali pretio Regnum cœlorum sit acquirendum, docet. VII. Patientiam in aduersis suadet. VIII. Sanctorum vestigia agnoscit, & insequitur. IX. Summam atque perpetuam fœlicitatem ardenti animo exoptat. *Tom. 10. serm. 37. de Sanct. fol. 272.*

Eiusdem homilia vnde supra, in illud Euangelii, *Beati pauperes spiritu, &c.* I. Hortatur suos, vt certamen non recusent, si præmium æternum diligant: & animos accendant ad alacritatē operis

commendatione mercedis. II. Beatitudines Euangelicas commemorat & expositione illustrat. III. Quibus oculis Deus videtur docet. IV. Animam iusti, Dei templum nominat, & de ipsa spiritali mansione disserit. V. Mandatorum præmia proponit. VI. Fide viua corda Christianorum mundari demonstrat. VII Christianorum fidem à fide dæmonum distinguit. VIII. Veram fidem depingit. IX. De Deo non carnaliter siue c[illegible]raliter cogitandum esse ostendit, & probat. X. Qualiter anima iusti domus sit Dei, egregiè & appositè explicat. *Ibid. serm. 14. ex serm. quos dedit Carthusia Parisiensis fol. 312. & sequentibus.*

S. V. Bedæ homilia prima de solemnitate omnium Sanctorum, in illud Luc 6. *Descendens Iesus de monte stetit in loco campestri, & turba discipulorum &c.* Textum suo more percurrendo interpretatur. II. De tangentibus Christum disserit, III. Quid sit ipsum spiritaliter tangere, declarat. IV. Beatitudines Euangelicas notis illustrat. V. Afflictionum tolerantiam suadet. VI. Spiritalium profectuum discrimen notat. *Tom. 7. Homil. Æstiual. de sanct. Col. 146. & sequent.*

Eiusdem homilia secunda, de eadem. *Ibidem col. 149. & sequent. Non est Bedæ, sicut nec Alcuini, sed D. Augustini, hic supra hac pag.*

Eiusdem homilia tertia, vnde supra. I. Solemnitatis hodiernæ rationem & institutum declarat. II. B. Virginem virginum, virtutum atque Sanctorum omnium Reginam laudibus effert. III. Angelorum ordines, eorumque officia commemorat. IV. Sanctos omnes seruato dignitatis ordine præclaris encomiis celebrat. V. Vt mundana contemnamus, & æterna exoptemus, hortatur. *Ibidem col. 151. & sequent.*

S. Bernardi Abbatis sermo primus, In festiuitate omnium Sanctorum, de lectione Euangelica. I. Conuiuium spiritale parat. II. Quæ parauit suis distribuit. III. Christum cœlestem animarum panem dicit. IV. Euangelij singula verba ponderat. V. Beatitu-

A dines, de quibus in Euangelio agitur, commemorat, & commentariis præclaris exponit. VI. Humilitatem, diuitiarum contemptum, mansuetudinem, fletum, perfectionis desiderium, misericordiam, oculi cordis munditiam, pacem, & afflictiones commendat. VII. Triplici sorde cor hominis inquinari ostendit, & remedium affert. *A col. 281. ad col. 287.*

Eiusdem sermo secundus, de eadem I. De celebritatis Sanctorum vtilitatibus loquitur. II. De communi eorumdem fœlicitate, qua iam in beata requie perfruuntur, & futura quam præstolantur consummatione pertractat. III. Statum præsentis vitæ cum æterna beatitudine confert. IV. In quo consi-
B stat testimonium conscientiæ nostræ ab Apostolo glorificatum, docet. V. Beatarum animarum triplex gaudium enumerat, videlicet de recordatione transactæ virtutis, de exhibitione præsentis quietis, & de certa expectatione futuræ consummationis. VI. Sanctorum cubile in quo lætantur depingit. *Col. 287. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. I. Animarum sanctarum tres status notat nimirum in corpore corruptibili, sine corpore, & in beatitudine consummata. II. Hos status figuratos agnoscit in tabernaculis, atriis, & domo Dei. III. De futura corporum re-
C surrectione & beatitudine fusè disserit. IV. Iustorum remunerationem cœlestem considerat. *Col. 290. & seq.*

Eiusdem sermo quartus, vnde supra. I. Quid sibi velit quod beatus Ioannes sub altari Dei audisse se perhibet sanctarum voces animarum, exponit. II. De sinu Abrahæ loquitur. III. Altare, sub quo Sancti clamant, nihil aliud esse quàm corpus ipsum Domini Saluatoris, arbitratur. IV. Triplici modo Sanctos in æterna & perfecta illa beatitudine Deo frui ostendit, videntes eum in omnibus creaturis, habentes eum in seipsis. & ipsam quoque cognoscentes in semetipsa Trinitatem, ac gloriam illam, sine vllo ænigmate mundo cordis oculo contemplantes.

V. Triplicem vim animæ in æterna Dei visione & beatitudine adimplendam docet, & probat. VI. Corporum beatorum gloriam & dotes describit. *Col. 292. & sequent.*

Eiusdem sermo quintus, vnde supra. I Hodiernam festiuitatem Sanctorum omnium cœlestium, etiam & terrestrium, etiam adhuc in hac vita mortali militantium celebritatem esse dicit. II. Sanctorum multiplex genus distinguit. III. In quo sita sit hominis beatitudo in hoc præsenti sæculo, declarat. IV. Deum ipsum laudare Sanctos testatur V. Ad quid Sanctis laudes & præconia hominum prosint, docet. VI. Triplex desiderium hominis, ex recordatione & solemnitate omnium Sanctorum inflammari demonstrat. VII. Qualiter posuit Deus hominem sibi contrarium, explicat. VIII. Voluptatum flores pedibus conculcat, & tribulationum spinas manibus extollit & laudibus effert. IX. Gloriam veram non vanam, tota & tuta ambitione concupiscendam esse asserit. X. Sanctorum pro nobis suffragia & sollicitudines probat. *Col. 294. & sequent.*

✠ S. BERNARDINI SENENSIS sermo in solemnitate omnium Sanctorum. Septem sunt societates beatorum in cœlo 1. est spirituum beatorum, & hi sunt domicelli in curiâ cœlestis imperatoris: 2. Patriarcharum, hi sunt Principes imperatoris in cœlo, 3. Prophetarum, qui sunt secretarij summi imperatoris: 4. Apostolorum, qui magni imperatoris iudices sunt & etiam assessores: 5. martyrum, hi sunt milites cœlestis imperatoris, 6. Confessorum, & ij sunt thesaurarij magni thesauri Christi: 7. Virginum beatarum, quæ sunt summi sponsæ imperatoris. *Ex sermonibus de Sanctis, tom. 4. à pag. 320. col. 1 ad pag. 324. fiue finem.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de festo omnium Sanctorum, in illud *Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum, &c.* Paradisi siue domus Dei proprietates & excellentias fusè enarrat: est enim domus hæc opulenta, lucida, secreta, firmiter

A fundata, ornata, munda, iucunda, & supermirabilis: quæ quidem omnia apposité explicat, & mira dicit. *Tom 3. serm. de Sanct. pag. 282. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de eodem, vnde supra. Gradus, quibus Sancti omnes in cœlum ascenderunt, considerat, vt eorum vestigia insequendo, similes illis esse possimus. Docet autem. I. Christum beatificatum esse, propter innocentiam. II. B. Virginem beatificatam fuisse, propter humilitatem obedientiæ, & reuerentiæ. III. Angelos, per firmitatem adhærentiæ. IV. Patriarchas, per largitatem misericordiæ. V. Prophetas, propter veritatem intelligentiæ. VI. Apostolos & Euangelistas, propter paupertatem in-

B digentiæ VII. Martyres, propter stabilitatem patientiæ. VIII. Confessores propter sobrietatem abstinentiæ. IX. Virgines propter puritatem castimoniæ. X. Pœnitentes, per obseruantiam iustitiæ, & pœnitentiæ. *Ibidem pag. 284. & sequentib.*

B. P. DAMIANI sermo hac die habitus in Euangelium. I. Æternæ gloriæ bona commemorat. II. Quid hic sit faciendum, vt euolare possimus in cœlum, docet. III. Beatitudines Euangelicas interpretatur, & eas in Christo agnoscit. IV. Easdem beatitudines donis Spiritus sancti accommodat. V. Orationis Dominicæ petitio-

C nibus illas adaptat. *Tom. 2. serm. 55 pag. 278. & sequent.*

✠ S. CHROMATII Aquil. Conc. 1. de octo Beatitud. declarat Christum esse mercatorem, quærentem bonas margaritas. Illas esse beatitudines Euangelicas. Has quoque esse gradus ex lapidibus pretiosis, quibus ascenditur ad summum bonum. Demonstrat ergo singulorum graduum qualitates: & ordine per singulos, vt proponuntur esse gradiendum, & posteriores è prioribus nasci. Quibus omnibus conscensis, perfecta virtus est in perfectione sustinenda propter veritatem. *Tum ad singulas illas virtutes hortatur. Tom. 2. Biblioth. Patrum edit. 2. Parif. col. 370.*

Eiusdem Conc. 2. Rationem reddit

cur discipulis in monte præcepta tradiderit cœlestium mandatorum. Deiodè succeßiuè quid per singulas illas virtutes significetur, aperit, & ex iisdem homines esse beatos probat ex variis scripturis. *Ibidem col. 370. & sequentibus.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in solemnitate omnium sanctorum, pro Epist. sermo. Electorum innumerabilis multitudo colligitur ex. I. Maiestate & excellentia summi regis, qui est Deus sublimis & benedictus. II. Dignitate pretii, quo Christus redemit genus humanum. III. Magnitudine aulæ atque palatii regis altissimi. IV. Diuinis aliisque scripturis authenticis. V. Perfectione, & plenitudine gaudij beatorum. *Ex proprio de sanctis à fol. 309. pag. 1. ad fol. 310. pag. 2.*

Eiusdem pro Euang. sermo 1. Christus Primò. A paupertate Spiritus, id est, humilitate sermonem suum exorditur; quia humilitas fundamentum est omnium virtutum. Secundo. Mansuetudinem laudat, quia mansuetudo humilibus ac voluntariè pauperibus valdè est necessaria. Tertio. Tertiam beatitudinem, luctum spiritualem. quarto. Quartam, iustitiæ esuriem, commendat. *In Sanctorum proprio à fol. 311. pag. 2. ad fol. 312. pag. 2.*

Idem, sermone 2. Ostendit Christum inuitare ad reliquas quatuor beatitudines sc. misericordiam, cordis munditiam, pacem, & persecutionum tolerantiam. *Ex proprio sanctorum à fol 312. pag. 2. ad fol. 313. pag. 2.*

Item, idem sermone 3. probat festum hoc agi in terris. 1. vt Deum in sanctis suis veneremur: 2. vt sancti nobis subueniant: 3. vt inflammetur spes nostra, & fiducia augeatur 4. propter nostram ædificationem: 5. quia ipsi incessanter nobis succurrunt & de nostro gaudent profectu & salute: 6. Quia veneratione sunt dignißimi. *Ex sanctorum proprio fol. 313. à pag. 1. ad pag. 2.*

S. EPHRÆM SYRI discursus de mansionibus beatis. Per mansiones domus Dei, visionis mensuras, siue charismatum ordines intelligit: & duas

A tantùm fore æternas mansiones, vnam in cœlo, alteram in inferno testatur. *Tom 1. pag 19. & sequent.*

Eiusdem discursus de locis beatis. I. Æternam vitam cum præsenti confert. II. Fœlicitatis æternæ bona recenset. III. Bonorum operum exercitium & praxim suadet. *Ibidem pag. 20. & sequentibus.*

✠ EVSEBII EPISC. oratio pro omnibus sanctis. Primò. Sancti non egent nobis, in gloriâ vitam suam traducentes: quin potius, eorum bonis nobis est opus; idcirco eos supplicare debemus vt pro nobis Deum orent. Secundò Martyres verè ad Christianorũ prandium accedunt, qui studiosè pureque

B Sanctorum commemorationes celebrant. Tertiò. Qui sanctorum persoluit commemorationes, ante omnia debet habere charitatem, & in illa die omnem inimicitiam deponere, si vult à Deo mercedem accipere. Quartò. Nullus mercedem recipit, nisi opus perfectum demonstrauerit: omnes igitur & ministri, & laïci, & clerici & mulieres otium fugere debent, &c. *In Auct. Biblioth. veter. Patr. Tom. 1. à fol. 826. col. 1. ad fol. 827 col. 2.*

I. GERSONII sermo primus de omnibus Sanctis, in illud Psal. 149. *Exultabunt sancti in gloriâ, Letabuntur in cubilibus suis.* I. Lætitiæ duplicem speciem distinguit. II Sanctorum cubile, ipsorum

C conscientiam dicit. III Beatitudines Euangelicas conscientiæ cubicularias nominat. IV. Nihil lætius esse bonâ conscientiâ, nihil verò inquietius malâ demonstrat. V. Varias circa lætitiam Sanctorum proponit quæstiones; quibus satisfacit: nimirum si lætitia Sanctorum sit eorum principalis beatitudo: si liceat operari Dei mandata propter lætitiam & delectationem, quam omnes appetunt consequẽdam: si multò plures ex hominibus præponant spiritualibus carnales delicias: si par sit in omnibus sanctis lætitia & exultatio: si tristentur sancti compatientes malis nostris: si in præsenti vita liceat quandoque exultare & lætari: si Sancti pro viatoribus damnãdis orent:

si orationes nostras ad Sanctos fusas ipsi semper agnoscāt: si tantumdem valeat orare sanctum aliquem minoris meriti vt maioris, vt vnum fiunt plures: si pro nobis orantes Sancti semper exaudiantur: si Sancti nobis orantibus indulgentiam largiantur, si sancti ferventius oreut pro illis quos in vita germanius dilexerunt: si de pœna damnatorum Sancti collætentur: si lætitia sanctorum ex resumptione corporum augebitur: si lætitia Sanctorum in suis corporibus erit per sensatiouē extrinsecam propriorum obiectorum: si beatitudiues & virtutes omnes in æternum manebunt: si delectabuntur Sancti in gloria Deum corporalibus oculis intuendo. VI. Munditiam cubiculi conscientiæ suadet. VII. Societates malas omnino vitandas docet. VIII. Eos qui conscientiæ puritatem non custodierunt, ad pœnitentiam & luctum hortatur. *Tom.1.Part.2.à col.671.ad c.682*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra, in illud Euangelij, *Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.* Triplicem fabricam spiritalem erigit, vna dicitur Beatitudinis, altera luctus, tertia consolationis. Pro fundamento primę Philosophorum de beatitudine sententias & veritates ponit, super quod quatuor considerationes instar quatuor laterum superædificat: quarum hæc est. *Prima.* Dei cognitio nequit haberi per sensus solos, alioquin bruta essent ipsius fœlicitatis capacia. *Secunda.* Præposita rationis aggrauatione per peccatum, auersio à sensibilibus ad spiritualia fieri nequit absque luctu seu tristitia. *Tertia.* Beatitudo nostra est de numero delectabilissimorum, imo delectabilissima. *Quarta.* Veram & plenam consolationem, sicut nec veram beatitudinem vita humana presens habere non potest absque luctu. Pro fundamento secundæ, luctus & consolationis descriptiones iacit & ordinat, deinde quatuor cōsiderationes superaddit; quarum. *Prima*, sic est: Luctus est cōsiderationis inductiuus: ita quòd qui lugent eo ipso consolantur. *Secunda.* Non est inopinabile secundum

A eandem animam simul & secundum idem, diuersis tamen respectibus, lugere & consolari instar Christi. *Tertia.* Aduersitates corporales & luctus sensuales trahunt per accidens ad luctum bonum. *Quarta.* Etsi in beatis non erit amplius luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor, tamen pro hac valle miseriæ, ille regulariter qui beatior est, est luctu bono plenior. Pro fundamento tertiæ veræ consolationis ponit definitionem, & super illud quatuor conclusiones ædificat; quarum hæc est, *Prima.* Lugentes non solùm non contristat quicquid eis acciderit, sed etiam ipsos lætificat & consolatur. *Secunda.* Fœlicitas nostra non est in voluptate nisi consequenter. *Tertia.* Lu-
B gentes qui propter Christum renuunt consolari, in hac vita maiorem suscipiunt consolationem, quàm qui consolationibus carnalibus se totos præcipites dant. *Quarta.* Homines voluptati dediti non audiendi, non consulendi aut credendi sunt, si contra quæ dicta sunt de luctu & beatitudine ac consolatione latrauerint. *Ibidem à col. 682. ad col. 696.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud, *Exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* I. Mercedis magnitudinem miratur. II. Scientiarum mercedem considerat. III. Paradisum Vniuersitati assimilat, in qua certæ &
C excellentes scientiæ inueniuntur. IV. Scalam mysticam ordinat & erigit septem gradus habens per septem beatitudines Euangelicas expressos, quibus iusti in cœlum ascendunt. *Ibidem à col. 696 ad col. 707. & iuxta errorem Typographi. 683.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in Euangelium hodiernum. Docet quibus gradibus quouè ascensu, iuxta septemplicem beatitudinem Euangelicam, quilibet Sanctorum, Christi exemplo, videns turbas, ascenderit in montem æternæ fœlicitatis: & terrenorum contemptum, cœlestiumque desiderium pluribus suadet. *Ibidem, à col. 707. ad col. 712.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illud

in illud Matth. II. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* I. Præsentis vitæ miseriam describit. II. Futuræ vitæ æternæ bona considerat. III. Animarum hostes & insidiatores prodit. IV. Tres status eorum qui hos inimicos vicerunt, in Paradiso siue regno cœlesti reperit & distinguit. V. Quæ res sit Paradisus, declarat. VI. Quasdam quæstiones circa Sanctorum cognitionem, orationes, & corpora breuiter proponit & soluit. *Tom. 2. Part. 4. à col. 733. ad col.* 744.

S. GREGORII NYSSENI oratio prima de Beatitudinibus, in illud Euãgelij, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* I. Montem contemplationis depingit. II. Veras diuitias à falsis discernit. III. Virtutis thesaurum prodit. IV. Virtutem sui ipsius maximè diffusiuam esse ostendit. V. Quid per beatitudinem significetur, exprimit vbi de natura miseriæ. VI. Qua ratione beatitudo hominibus conueniat, subtiliter demonstrat. VII. Duo diuitiarum genera ex scriptura colligit; vnum quod probetur & expetatur: alterum quod damnetur & improbetur. VIII. Duplicem paupertatem distinguit, vnam miseram, alteram beatam. IX. De Dei imitatione præclara dicit. X. Voluntariam animi humilitatem atque demissionem, per spiritus paupertatem intelligit. XI. Quàm sit difficilis & operosa humani animi demissio. XII. Paupertatem Christi atque humilitatem describit. XIII. Elationis inconsiderantiam, absurditatem atque importunitatem cõsiderat. XIV. In superbos & elatos grauiter agit. XV. Diuitiarum onus ponderat, & eleemosynam suadet. *Tom. 1. à pag. 762. ad pag.* 771.

Eiusdem oratio secunda vnde supra in illud, *Beati mites, quoniam ipsi, &c.* I. Mysticam cœli scalam describit. II. Cur Paradisus dicatur terra, rationem reddit. III. Regni nomen quo pacto cœlo siue Paradiso conueniat, declarat. IV. Quæ sit terra viuentium, demonstrat. V. Veram lenitatem siue mansuetudinem depingit, & in quo

A consistat, ostendit. VI. Agilitatem spiritalem commendat. VII. Mansuetos cur beatos Dominus nuncupauerit, inquirit. VIII. Appetituum hominis mortificationem & repressionem passionum comprobat. IX. Hominem iratum & animum in vltionem concitatum egregiè repræsentat. X. Tranquillitatis siue quietis virtutem laudat. *Ibidem a pag. 771. ad pag.* 779.

Eiusdem oratio tertia vnde supra, in illud, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* I. Mundanam sapientiam deridet. II. Duplicem tristitiam, bonam & malam distinguit. III. Verbum Diuinum animarum medicum esse ostendit. IV. Cuiusnam luctui consolatio Spiritus sancti proposita sit, ex-

B plicat. V. Diuinæ lucis perfectiones ineffabiles probat. VI. Ob Deum amissum, & iustitiam originalem perditam, lamentum hominis exprimit. VII. Vitæ præsentis miseriam & varia incommoda describit. VIII. Homines voluptatibus deditos brutis assimilat. IX. Tribulationum & austeritatis vitæ in hoc sæculo necessitatem demonstrat. *Ibidem à pag. 779. ad pag.* 788.

Eiusdem oratio quarta vnde supra, in illud, *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* I. De spiritali animæ appetitu disserit. II. Quæ sit illa iustitia, quam esurire debe-

C mus, declarat. III. Varias iustitiæ acceptiones recenset. IV. Quid sit de lapidibus panes facere, & comedere, subtiliter interpretatur: & in luxum vanum, atque in hominum vanitates superfluas inuehitur. V. Cibum expetendum quem esurire conuenit, proponit. VI. Nomine iustitiæ cunctas virtutes intelligendas esse ostendit. VII. Hominis cupiditates voluptatibus satiari non posse demonstrat. VIII. Solam virtutem, non voluptatem, fixam, stabilem, consistentemque esse probat. IX. Veram lætitiam à falsa & vana distinguit. X. Per iustitiam Christum Dominum intelligit. *Ibidem à pag. 788. ad pag.* 799.

Eiusdē oratio quinta vnde supra, in illud, *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.* I. Hodiernum Euangelium scalæ Iacob assimilat. II. De Deo imitando differit. III. Misericordiam Deitatis notam propriam dicit. IV. Quid sit misericordia, & quomodo beatus est is, qui inuicem accipit quod dat, explicat. V. Misericordiæ opera suadet. VI. Arbitrij & voluntatis humanæ libertatem probat. VII. Iustam esse ostendit, & bonorum remunerationem, & malorum condemnationem. VIII. Vitiorum tyrannidem depingit. IX. Aduersus immisericordes grauiter agit. X. Eorum futuram in iudicio reprobationem describit. *Ibid. à pag.* 800. *ad pag.* 810.

Eiusdem oratio sexta vnde supra, in illud, *Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.* I. Quale sit bonum Deum videre, perpendit. II. Dei naturam incomprehensibilem esse probat. III. Varios modos, quibus Deum cognoscimus profert. IV. Deum videri ab hominibus, & non videri posse, ostendit. V. In quo consistat cordis puritas, declarat. VI. Puram Dei imaginem & similitudinem in homine impressam agnoscit. VII. Quomodo quis cor ab inquinamentis expurgare possit docet, & purificatorium cordis remedium præscribit. VIII. Malitiam studio virtutis laboriosiorem & molestiorem esse demonstrat. *Ibidem à pag.* 810. *ad pag.* 819.

Eiusdem oratio septima vnde supra, in illud *Beati pacifici: quoniam ipsi filij Dei vocabuntur.* I. Hanc beatitudinem cum cum Sancto Sanctorum confert. II. Hominis humilitatem cum Dei sublimitate comparat. III. Deum ineffabilem esse & inexplicabilem demōstrat. IV. Filiorum Dei adoptionem miratur. V. Pacem præclaris laudibus effert. VI. Quis sit verè pacificus declarat. VII. Pacis naturam definit. VIII. Homines iratos, hominibus à dæmone correptis egregiè assimilat. IX. Inuidiæ vitiū depingit, & iræ morbo multò grauius dicit. X. Simulationem & hypocrisim detestatur. *Ib. à pag.* 820. *ad pag.* 829.

A Eiusdem oratio octaua vnde supra, in illud, *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum.* I. Octauæ, quæ duobus psalmis præponitur, & numeri octaui mysterium prodit. II. Cur Christus eum, qui spiritu pauper est, in eumdem locum quò eos, qui propter ipsum persecutionem patiuntur, recipiens, parem vtrisque remunerationem proponat. III. Beatum esse propter Dominum pati persecutionem ostendit. IV. Persecutionum & afflictionum vtilitates describit. V. Seruorum Dei libertatem considerat. VI. Præsentis vitæ contemptum suadet. VII. Afflictionem florem dicit. VIII. Deum Sanctorum omnium coronam nominat. *Ibidem à pag.* 830. *ad pag.* 837.

B GVERRICI ABBATIS sermo de omnibus Sanctis, in illud Euangelij, *Beati pauperes spiritu, &c.* I. Ascensum cordium & profectum meritorum, per ordinem octonariom virtutum digestum describit & beatitudines Euangelicas interpretatur. II. Pauperum spirito ingentes diuitias exponit. III. Auari miseriam notat. IV. Cordis humilitatem commendat. V. Superbiæ malum exaggerat. VI. Ad sanctam superbiam prouocat. *à pag.* 374. *ad pag.* 381.

GVILLELMI PARISIENSIS in Sanctorum omniom solemnitate C sermo in illud, *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, quem tribus partibus concludit. In quarum, Primâ. Ad fidei firmitatem exemplo Sanctorū nos incitat, in quibus sapientia Dei, mundi sapientiæ contradicit. Secundâ. Dei amicitiam optandam esse probat, quia 1. Deus fidelis est amicus, 2. eius amicitia vtilis est, 3. inimicitiæ eius sunt reprobationis signa 4. ipsum amare est necessarium. Tertiâ, Sanctos lapidibus pretiosis facit similes, propter eorum in fide rectitudinem, imputribilitatem, modicitatem, pretiositatem, virtutem. &c. *In sanct. prop. sermone* 99. *à pag.* 149. *ad pag.* 150.

HVGONIS A S. VICTORE sermo primus hac die habitus de omnibus

Sanctis, in Euangelium. Textum percurrendo exponit, oſtenditque quomodo per paupertatem ſpiritus pertingitur ad regnum cœlorum: per manſuetudinem ad terram viuentium: per luctum ad veram conſolationem; (vbi tria lugentium genera diſtinguit:) per iuſtitiæ ſitim ad ſupernæ iucunditatis ſatietatem: per miſericordiam temporaliter factam ad miſericordiam æternam: per cordis munditiam ad Dei viſionem: per pacem ad Dei filiationem: & per præſentem perſecutionem ad æternam cœleſtis regni tranquillitatem & requiem. Inſuper docet in quibus gaudendum ſit, & mercedis æternæ excellentias proponit. *Tom. 2. Inſtitut. Monaſt. ſerm. 28. pag. 336. & ſequentib.*

Eiuſdem ſermo ſecundus de iiſdem, in illud Cant. 4. *Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus cõcluſus, fons ſignatus, &c.* Oſtendit ſanctam matrem Eccleſiam hortum habere per conuerſationem bonam, clauſum per diſciplinam, fontem per ſapientiam, ſignatum, per figuram: Paradiſum malorum punicorum in paſſis Martyribus, cyperos in Prælatis rectoribus, nardum in ſubiectis humilibus, crocum in eruditis doctoribus fiſtulam in compunctis pœnitentibus: Cynnamomum in Confeſſoribus, ligna Libani in virginibus, myrrham in continentibus, aloen in abſtinentibus, & vniuerſa prima vnguenta in præcipuis donis ſpiritalibus. *Ibidem ſerm. 60. pag. 378. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo tertius vnde ſupra, in illud pſalm. 148. *Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis, &c.* Sanctorum dignitatem & gloriam declarat, & tropologica expoſitione textum explanat hoc modo. Sancti exultant in gloria etiam in tempore per bonæ conſcientiæ gloriationem: lætantur in cubilibus ſuis, per internam quietem: exultationes Dei in gutture eorum, per gratiarum actionem: gladios ancipites in manibus habent, per ſacri verbi operationem: faciunt vindictam in nationibus, malos puniendo: increpationes in populis, delinquentes corripiendo: alligant Reges & nobiles etiam ſuperiores, ſed cum reuerentia, à prauitate cohibendo: faciunt in his omnibus iudicium conſcriptum, hoc, quod Deus per ſcripturam faciendum iudicat, exequendo. *Ibidem ſerm. 82. pag. 405. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo quartus vnde ſupra in eadem Dauidis verba. Textum anagogico ſenſu interpretatur, & per exultationem ſanctorum in gloria, æternam intelligit retributionem: per cubilia, ſupernas manſiones: per exultationes in gutture, hymnos & laudes: & per gladios ancipites, iudicandi cum Chriſto poteſtatem. *Ibidem ſerm. 83. pag. 406. & ſeq.*

B D. Innocentii Pap. III. ſermo primus de omnium Sanctorum ſolemnitate, in illud Iſaiæ 6. *Duo Seraphim clamabant alter ad alterum, &c.* I. In duobus Seraphim duo Teſtamenta figurata agnoſcit. II. Triplicem Dei exercitum conſiderat, triumphantium videlicet in cœlo, pugnantium in mundo, & iacentium in purgatorio. III. Quinque loca, in quibus ſpiritus humani commorantur, diſtinguit. *Tom. 1. pag. 155. & ſeq.*

Eiuſdem ſermo ſecundus vnde ſupra, in illud Euangelij, *Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.* I. Docet, quinam ſint mundi corde. II. Quomodo mundi corde beati dicantur. C III. Duplicem eſſe beatitudinem, viæ vnam, patriæ alteram. IV. Deum videri poſſe triplici viſione. V. Quid ſit Dei dorſum videre. VI. Cor hominis à quibus ſit mundandum. VII. Qualiter contemplanda ſit æternæ vitæ fœlicitas. VIII. Quàm ſit excellens, ſufficiens, perfectiſſima & abſolutiſſima cœleſtis beatitudo. IX. Religionis ſiue monaſticæ vitæ ſcopus. *Ibid. pag. 157. & ſequent.*

✠ Ioannis Thavleri ſermo I. ad hæc verba: *Matth. 5. Videns Ieſus turbas aſcendit in montem, &c.* I. Tradit honorem ſanctis impendi cum ipſos imitamur in expedita & libera ab omnibus abſtractione, & immerſione infundum illud in quo eſt ipſorum fœlicitas,

II. Sex turbarum ordines qui suo modo Christum secuti sunt constituit. Patriarcharum: Apostolorum: Martyrum: Confessorum: Virginum: Coniugatorum & Viduarum. III. Singulas beatitudines quas Dominus statuit, explicat & commendat. *à p.623. ad 629.*

Eiusdem sermo 2. ad hæc verba: *Matth.5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum, &c.* Et I. Duplicem distinguit paupertatem, externam, & internam, Ad priorem, non omnes teneri docet, sed ad posteriorem, quæ est humilitas. Et in quo verè consistit explicat. II. Quàm præstet paupertas interior exteriori designat. III. Hanc præsertim decere viros Religiosos asserit. *à pag. 629 ad 633.*

S. Lavrentii Ivstiniani sermo de omnibus Sanctis. I. Socialis vitæ, & fraternæ conuersationis quanta sint bona perpendit. II. Sanctorum omnium suffragia quàm efficacia sint, notat. III. Quam plurima commoda ex Sanctorum conuersatione laudabili nobis euenire declarat. IV. Quantâ charitate erga nos sint affectæ Sanctorum animæ demonstrat. V. Sanctorum stolas gratia, virtute, & meritis contextas esse ostendit. VI. Illorum coronas virtutum gemmis fabrefactas agnoscit. VII. Quanto cum ardore futuram carnis suæ resurrectionem Beati exoptent, exprimit. *Patr. 2. pag. 688. & seq.*

S. Leonis homilia. In Euangelium hodiernum, de gradibus ascensionis ad beatitudinem. I. Miraculorum Christi causam notat. II. Montem, in quem Christus ascendit, cum monte Sinai confert. III. Voluntariam paupertatem multùm commendat. IV. Spiritus humilitatem laudibus effert. V. Quæ sit religiosa tristitia declarat. VI. Per terram mitibus promissam Sanctorum carnem fœlici resurrectione mutatam intelligit. VII. Beatitudines Euangelicas interpretatur. VIII. Quid sit cor mundum habere docet. IX. Pacem cum Dei voluntate concordantem extollit. *à col. 261. ad col. 266.*

A ✠ S. Nicolai de Cvsa sermo pro solemnitate omnium sanctorum, *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Matth. 5.* in cuius serie probatur beatitudinem aliam esse. I. Essentialem, & est quid optimum, delectabilissimum, & sufficientissimum; & operatio perfecta secundùm virtutem perfectam, consistit obiectiuè in solo Deo, & formaliter in Dei vnione & fruitione. II. Accidentalem, dum gaudent sancti de gloriâ singulorum, tamquàm propriâ, quia charitas perfecta ibi est: Quare proximi bonum eos beatificat. *Excitat lib. 2. à pag. 292. ad pag. 393.*

✠ Radvlphi Ardentis homilia ad ea Epist. verba. *Ecce ego Ioannes vidi alterum Angelum ascendentem ab*
B *ortu solis, &c. Apocal. 7.* quibus. I. Commendat Christum ex officio, naturâ, virtute. II. Eius potestatem super aduersarias potestates manifestat, cum magno & efficaci imperio dæmones refrænauit. III. Christum potentem esse suos custodire inter malos, & ideo eos interius exteriusque signare, probat. IV. Illos qui saluati sunt, laudibus magnæ deuotionis saluatorem suum semper benedicere, ostendit. *à fol. 160. pag. 2. ad fol. 165. pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. homilia instruit nos Dominus. Exemplo suo, cum videns turbas in montem ascendit, vt si eum sequi volumus non cum turbis in imo remaneamus; sed tumultum mun-
C di, & ima vitiorum fugientes, ad altitudinem virtutum ascendamus, & in ipsâ sedeamus. Verbi doctrinâ exhortans nos ad octo virtutes, æternæ beatitudinis consecutrices. *à fol. 165. pag. 2. ad fol. 171. pag. 1.*

B. Theodori Stvditæ sermo catechet. in omnes sanctos. Imprimis Sanctorum Martyrũ agones & triumphos describit. Deinde Martyres esse docet non solos qui sanguinem profundant, sed etiam qui vitam pbeant diuinam. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patr. catech. 10. col. 1294. & sequent.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo in Euangelium. I. Septem turbas quas Deus videt enumerat, Angelorum, Pa-

triarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum. II. His ſeptem turbis beatitudines Euangelicas accommodat. III. Triplicem montem in quem Chriſtus aſcendit, notat, Patris videlicet Diuinitatem, Matris virginitatem, & cæli ſublimitatem. *Tom. 16. ſerm. feſt. fol. 41.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI in Dominica omnium Sanctorũ hom. 41. iungit duo Euangelia, vnum ex communi vnius Martyris Matth. 16. aliud ex communi Apoſtolorũ Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Et poſt breue præludium, 1. docet Chriſtum inſtruere nos quomodo manum cum hoſte conſerere oporteat confeſſionis armis, cuius confeſſionis laudes attollit, 2. explicat cur de Patre loquens, apponat, *Qui in cælis eſt.* 3. charitatem erga Deum cæteris præferendam dicit, 4. Crucem eſſe ferendam. Et hæc ad primum Euangelium, ad ſecundum autem, 5. Quid Apoſtoli reliquerint, expendit, 6. Promiſſionem à Chriſto factam diſcutit, & dubia ſoluit de ſeſſione & iudicandi poteſtate, 7. conſiderat Dominum hortari ad omnia præſentis vitæ bona deſpicienda, & centupli remunerationem. *à pag. 288. ad 296.*

COMMEMORATIO OMNIVM *Fidelium defunctorum.*

II. Nouemb.

✠ B. ALBERTI MAGNI ſermo ad hæc verba, *Apocal. 14. Audiui vocem de cælo dicentem mihi: Scribe, beati mortui qui in Domino moriuntur.* In quo duo conſiderat. I. eos qui in Domino moriuntur eſſe, qui ſecundum vitam Chriſti vixerunt; quem in ſex virtutibus imitari conuenit, 1. vitæ munditia, 2. in iuſtitia, 3. in veritate, 4. in dilectione, 5. in manſuetudine, 6. in humilitate. II. Beatos eſſe qui in Domino moriuntur, quia intrant in ſuauiſſimam requietionem, & obtinent delicatiſſimam refectionem. *à pag. 233. col. 2. ad 234. col. 2.*

✠ S. ANTONII DE PADVA ſermo

A in Apocal. 14. *Beati qui in Domino moriuntur.* In morte tria attendenda. I. Debitum naturæ, quod eſt iugi memoria recolendum; hoc debitum à nobis repetit Deus, cum ineuitabilitate, vniuerſalitate, incertitudine quoad nos. II. Meritum gratiæ; in Domino moritur, qui poſt mortem Domino ſociatur. III. Præmium gloriæ; quod intelligitur nomine beatitudinis; quæ beatitudo in duobus conſiſtit, in amotione malorum, & adeptione bonorum, &c. *à pag. 462. ad pag. 463.*

D. AVGVSTINI ſermo primus falsò illi adſcriptus, de conſolatione mortuorum. I. De duplici triſtia diſſerit. II. De cauſis luctus mortuorum pertractat, III. Defunctorum amicos & pa-
B rentes conſolatur, IV. Quare in veteri Teſtamento mortuos flere licuerit, inquirit, V. Quamobrem cauſam luctus non habent homines noui Teſtamenti, docet, VI. Glorioſi corporis ſtatum & pulchritudinem deſcribit, VII. Vitam præſentem peregrinationem nominat. *Tom. 9. fol. 209. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo ſecundus, vnde ſupra. Varia complectitur, I. Quid ſit mori, II. Quomodo mortui reſurgent: vbi de veritate reſurrectionis loquitur, III. Quo pacto de paruis oſſibus totus poſſit homo reſtitui, IV. Quòd mors non ſit timenda, ſed contemnenda. *Ibidem fol. 210. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo tertius, de eo quod
C ſcriptum eſt Ioann. 5. *Amen dico vobis quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint viuent.* I. Docet non ad præſentis temporis bona factos eſſe Chriſtianos, ſed ad vitæ æternæ fœlicitatem, quam Deus iam promittit, ſed homo nundum capit, II. Promiſſionis huius vitæ æternæ veritatem & fidem confirmat, III. Non magnum eſſe oſtendit diu viuere, aut ſemper viuere, ſed beatè viuere, IV. Vitæ æternæ amorem ſuadet, V. Vitam præſentem temporalem cum æterna confert, VI. Quali pretio emenda ſit & comparanda vita æterna determinat, VII. Vitæ æternæ beatæ quanta ſint bona, perpendit, VIII. Di-

uinam verbi generationem & æternam fœlicitatem ineffabiles esse demonstrat. IX. Infideles, mortuos nominat. X. Duplicem resurrectionem distinguit, animæ vnam, corporis alteram. XI. Cur verbum in forma illa hominis, quæ iudicata est, cunctos iudicabit, rationes profert. XII. Quantum bonum sit Deum videre, declarat. XIII. Corporũ resurrectionem quibusdam argumentis probat. *Tom. 10. serm. 64. de verbis Domini fol. 53. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus in illud Apostoli. 1. Thessal. 4. *Vt de dormientibus non contristemini, sicut & cæteri qui spem, &c.* De operibus misericordię quibus mortui adiuuantur. I. De mortuis tristitia vnde proueniat, ostendit. II. Vera mortuorum adiumenta commemorat. III. Sacrificium Missæ quibus defunctis prosit, declarat. IV. Coram pro viribus sepeliendi mortuos, & sepulchra construendi suadet. *Ibidem de verbis Apost. serm. 34. fol. 89. & sequent.*

Eiusdem sermo quintus de celebratione dierum fratrum defunctorum, & resurrectione mortuorum. I. Quòd in commemoratione defunctorum, quid sperandum & quid timendum sit, in mente habere debeamus. II. Quòd licet corpore morituri simus, viuimus tamen si, vt conuenit, credimus. III. Quòd mors corp[oris], ex morte animæ proueniat. IV. Quòd moderata debeat esse Christianorum in parentum & amicorum morte tristitia. *Ibid. serm. 35. fol. 90.*

Eiusdem sermo sextus de animabus Fidelium defunctorum, in illud Matt. 25. *Venite benedicti Patris mei &c.* I. Gehennam non nobis, sed diabolo præparatam esse ostendit. II. Eleemosynam commendat. III. Reproborum damnationem considerat. IV. Quis verè sit Christianus, docet. V. Fidem sine operibus mortuam esse demonstrat. VI. Bonorum operum exercitium suadet. *Ibidem sermone 38. de sanctis, fol. 272. & sequentibus.*

Eiusdem sermo septimus, in die commemorationis animarum Fidelium defunctorum, Differit de iudicio ex-A tremo, de hac vita contemnenda, de futura expetenda, de zizaniorum parabola, de pœnis inferni, de pœnitentia facienda, & de bonis operibus exequendis. *Ibid. serm. 39. de sanct. fol. 273.*

Eiusdem sermo octauus vnde supra de iudicio extremo cogitando. I. Mundi finem, & iudicium vltimum describit. II. Ad bona opera, & virtutes hortatur, *Ibidem sermo 40. de sanct. fol. 273.*

Eiusdem sermo nonus vnde supra, de igne purgatorij. I. Transitorio igne, non capitalia, sed minuta peccata purgari asserit. II. Quædam mortalia peccata & venialia enumerat. III. Animæ deformitatem, ob peccata venialia siue minuta commissa, depingit. IV. Vt B in hac vita bonis operibus peccata venialia deleantur, suadet. V. Pœnas purgatorij acerbissimas dicit. VI. Rursus quibus operibus minuta peccata redimantur plenius insinuat. VII. Pœnitentiæ opera ad mortalia delenda commemorat. VIII. Vt sic lugeamus extinctam nostram animam mortalibus peccatis, quomodo alienam carnem mortuam plangimus, hortator, *Ibidem serm. 41. de sanct. fol. 273. & seq.*

S. Bonaventuræ sermo de animabus, in illud Apostoli ad Hebræos vlt. cap. *Mementote vinctorum, tanquam & ipsi vincti.* Defunctos nobis proponit. Primò in speculum memoriæ, vt re-C cordemur, in contemptum nostri, ortum abominabilem: in contemptum mundi, transitum miserabilem: & in contemptum peccati, obitum horribilem. Secundò, in speculum intelligentiæ, vt sciamus carcerem purgatorij animabus purgandis reddere meritum impossibile, iugum ineuitabile, debitum insolubile, & supplicium intollerabile. Tertiò, in speculum prouidentiæ, vt præstolemur, quia tales erimus ad identitatem conditionis. *Tom. 3. de sanctis pag. 286. & sequentibus.*

Dionysii Carthusiani In commemoratione omnium defunctorum sermo, Valde pium est vt viui pro defunctis exorent, quia, 1. defunctis in purgatorio existentes sunt in suppli-

ciis valde magnis, 2. Seipſos non poſſunt iuuare, 3. Per charitatem nobis coniuncti ſuut. 4. Cum à pœnis fuerint liberati memores erunt benefactorum ſuorum & pro eis deprecabuntur. *In proprio de ſanctis, fol. 316. pag. 1.*

S. Ephrem Syri ſermo in eos, qui in Chriſto obdormierunt: & de vanitate huius vitæ atque incertitudine, ac de morte, variiſque morientium generibus, nec-non de diuerſis mortibus repentinis. I. Fœlicem Sanctorum de morte ad vitam tranſlationem deſcribit. II. Morientium calamitates, anguſtias, terrores, varias perturbationes, mortiſque ſigna plurima egregiè repræſentat. III. Hominis morientis voces lamentabiles, gemitus & ſuſpiria replicat. IV. Animæ exitum, & corporis funus contemplatur. V. Mundi vanitatem contemnit. VI. In carnales ac luxurioſos grauiter agit. VII. Iudicii extremi terrorem, Iudiciſque formidabile tribunal depingit. VIII. Mortis horam incertam eſſe variis exemplis comprobat. *Tom. 3. à pag. 775. ad pag. 782.*

I. Gersonii ſermo primus de defunctis in illud 2. Machab. 12 *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare.* I. Quærit, quid ſit oratio. II. Quomodo pro mortuis valeat docet. III. De valore orationis in generali diſſerit. IV. De ipſius valore in ſpeciali tractat. *Tom. 2. Part. 4 à Col. 744. ad col. 753.*

Eiuſdem ſermo ſecundus de die mortuorũ, in illud Matth 5. *Beati qui lugent* Contra mundanam voluptatem probat illos eſſe beatos qui hîc habent corda lugentia, & triplici ratione propoſitionem ſuam confirmat, hi enim liberant amicos ab aſpero purgatorij carcere: liberant ſemetipſos à doloroſis iudicijs: & recipiunt hîc gaudia ſecurè & ſanctè. Vbi animarum in purgatorio languentium voces flebiles ſiue lamentationes recitat, & duodecim format quæſtiones; *Prima*. Vbi eſt purgatorium & qualis ibidem eſt afflictio; *Secunda*. An Animæ purgatorij ſciant bona & preces, quæ hîc fiunt pro eis? *Tertia*. Quibus animabus magis proficiant ſanctæ Eccleſiæ ſuffragia? *Quarta*. An ne quicquam proficiat damnatis aut ſaluatis hoc quod dicitur aut fit pro mortuis? *Quinta*. Valeant-ne pro mortuis opera facta à peccatoribus, & in peccato mortali? *Sexta*. An ſi mortui ordinauerint res aliquas fieri pro pœnitentia eorum aut ſaluatione, & executores nihil faciant, propterea mortuorum animæ ſint à gloria impeditæ aut retardatæ? *Septima*. An tantum valeat oratio facta pro mortuis; illi, qui eam facit, ac ſi pro ſeipſo oraret? *Octaua*. An totus Miſſæ profectus ſit pro illo qui dat Sacerdoti honorarium? *Nona*. Poſſint-ne acquiri indulgentiæ pro mortuis? *Decima*. An completa pœnitentia à Confeſſore impoſita, ſimus de inceps liberi? *Vndecima*. Quodnam opus ſit melius ad animas iuuandas; *Duodetima*. Quare Miſſa pro defunctis celebretur. *Ibidem à col 753. ad col. 762.*

Eiuſdem ſermo tertius de mortuis ad cogitandum de fine vtiliſſimus, in illud, *Memento finis*. I. Conſiderationis mortis vtilitates profert. II. Voluptatum vanitatem & præſentis vitæ inconſtantiam depingit. III. Hominis morientis ſtatum repræſentat. IV. Remunerationis bonorum, & punitionis malorum tum in inferno, tum in purgatorio, veritatem probat. V. De pœnitentiis à Confeſſoribus iniunctis fusè diſſerit. VI. de animabus defunctorum piis operibus iuuandis pertractat. *Ibidem à col. 762. ad col. 770.*

Gvillelmi Parisiensis ſerm hac die habitus in ea verba, *Beati mortui qui in Domino moriuntur. Apocal. 14.* per quæ monemur. I. Mortuis ſubueníre orationibus, ieiuniis, eleëmoſynis, & aliis piis & ſatisfactoriis operibus. II. propriam mortem præ oculis ſemper habere, ne peccemus, & diuino iudicio debitores ſimus. III. Quæ cauſa mortis fuerit? ſc. peccatum quod odio debemus perſequi, propter eius durationis lõgitudinẽ, extenſionis latitudinẽ, eleuationis vſque ad filij Dei maieſtatem ſublimitatem, depreſſionis profunditatem: & quia opus eſt diaboli ad quod deſtruendum venit filius Dei in

hunc mundum. IV. Effectum mortis in hominibus aduertere, quæ bonum facit beatum, malum, reprobat *In proprio ex sanctis sermone*. 100. à *pag*. 150. *ad pag*. 151.

✠ RABANI MAVRI homilia in vigilijs defunctorum. I. docet naturale esse tristari in morte amicorum. II. Hanc tristitiam consolatione resurrectionis leuandam persuadet. III. Pro mortuis esse orandum, & quibus id prosit. IV. Ad hæc omnia hortatur. *Tom* 5. *pag*. 614. *col*. 1. & 2.

Eiusdem sermo 2. I. ostendit in memoria defunctorum debere habere nos in mente quid sperandum, & quid timendum sit: extrema bona, & extrema mala. II. Nos in hac vita in medio quodam statu esse, & morientes viuere ex Euangelio exponit. III. Consolari nos debere in mortis memoria, quod illa non sit in æternum. *Tom*. 5. *pag*. 614. *col*. 2. & 615. *col*. 1.

✠ RADVLPHI ARDENTIS homil. in illud Apocal. 14. *Audiui vocem de cælo dicentem mihi, Beati mortui qui in domino moriuntur, &c.* Ex quo sequentia patent. In Domino moriuntur illi qui. Primò. Non solum in Domino, sed etiam pro Domino moriuntur, vt martyres. Secundò. Si non moriuntur pro Domino, vt martyres, tamen cum Domino, & in Domino, id est, cum innocētiā & sanctitate vitę moriūtur, vt cōfessores. Tertiò. Etsi in vitā suā multū peccauerunt, tamen in confessione & peccatorum suorū emēdatione moriūtur, vt verè pœnitentes. Quartò. Etsi fidem & opera fidei per ætatem aut temporis angustiam habere non potuerunt, tamen cum sacramento fidei, hoc est baptismo, moriuntur, vt infantes, & Neophiti. *A fol*. 172 *pag*. 1. *ad fol*. 175. *pag*. 1.

Eiusdem, in huius diei Euang. hom. Ex qua disce, triplicem esse mortem; sc. spiritualem, corporalem, & æternam. A primâ facit nos peccatores Christus per pœnitentiam in hac vitâ resurgere; sicut enim mortuos in peccatis prædicando resuscitauit, ita multò plures per alios & per se resuscitatu-A rus est. A secundâ, resuscitabit nos in iudicio vniuersali: potestatem enim à Patre suo habet, resuscitandi, iudicandi, remunerandi, puniendi. *à fol*. 175. *pag*. 1. *ad fol*. 178. *pag*. 2.

S. THOMÆ AQVINATIS de mortuis sermo primus, in illud Eccles. 7. *Mortuo non prohibeas gratiam*. Quadruplicem gratiam mortuis debitam notat. Primò siquidem conuenit illos debitis obsequijs sepelire, vt nos morituros cogitemus, fidem & spem resurrectionis habeamus, & meritum pro hoc misericordiæ opere recipiamus. Secundò, pro ipsis orare, vt nostram charitatem eis demonstremus, pœnas eorum mitigemus, & à supplicijs eos
B liberemus. Tertiò, pro eis eleēmosynas largiri, propter pœnarum, quas patiuntur, acerbitatem, propter magnam eorum necessitatem, & propter nostram vtilitatem. Quartò, pro ipsis altaris sacrificium offerre, quia pro his, qui sunt in purgatorio, est propitiatio pro illis, qui sunt in patria, gratiarum actio: ac pro nobis, qui peregrinamur in mundo, consolatio. *Tom*. 16. *serm. fest. fol*. 10.

Eiusdem serm secundus de eisdem, in illud, Luc 16. *Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis, &c.* Primò docet Angelos homines iustos morientes, à dæmonibus, qui ibi adsunt, vel in aëre obuiant liberare so-
C lemnes exequias eis celebrare: & eos in regna cælestia inducere. Secundò, pauperem tria bona in morte consequi, ab iniqua enim hominum oppressione liberatur, regnum cælorum ei datur & cum principibus curiæ cœlestis collocatur. *Ibidem col*. 3. 4.

Eiusde sermo tertius vnde supra; in illud Iob. 10. *Dies mei velociores cursore transeunt, quasi naues poma portantes*. Imprimis præsentis vitæ voluntatem ❧ tribus colligit, ex mensurantis temporis rapiditate, ex dierum vitæ hominis breuitate, & ex comparatione temporis ad æternitatem. Deinde per naues Sanctos, & per poma virtutes intelligit, rationem decoris, & refectionis. *Ibidem col*. 4.

Eiusdem

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud, Ioann. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam.* Quod non sit contristandum de morte eorum, qui cùm moriuntur corpus Christi dignè sumunt. Quòd Christus fidelibus suis corpus proprium dare voluerit in cibum, ad suæ charitatis significationem, ad Ecclesiæ vnitatem exprimendam, & ad efficiendam in vnoquoque fidelium multiplicem vtilitatem: efficit enim peccatorum remissionem: à dæmonibus liberationem: ineffabilem spiritus delectationem: ipsius animæ in sanctitate confirmationem: ad præliandum & moriendum pro amore Dei animi fortitudinem: æternam animæ viuificationem. *Ibidem fol.* 10. *& sequent.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illud Ioann 5. *Venit hora in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei.* Tres habet partes, Prima notat tria in hora resurrectionis futura, Christus enim de cœlo descēdet, mortui resurgent, & obuiam Christo occurrent. Secunda vocis Christi efficaciam considerat, mortuos siquidem suscitabit, impios condemnabit, & sanctos glorificabit. Tertia Resurrectionis veritatem & certitudinem monstrat. *Ibidem fol.* 11. *col.* 1.

Eiusdem sermo sextus vnde supra, in illud Apoc. 2. *Esto fidelis vsque ad mortem, &c.* I. Ostendit coronā triumphalē & æternam promissam esse castitati mentis & corporis, tentationum tolerantiæ, iustitiæ, & perseuerantiæ. II. Quadruplicem verò Sanctorum coronam considerat, argenteam videlicet, auream, stellatam & gemmeam. III. Quatuor reproborum coronas enumerat, quæ sunt corona rosea carnalium voluptatum, florea sæculi vanitatum, aurichalca diuitiarum, & spinea pœnarum æternarum. *Ibid. col.* 2.

✠ B. Thomæ a Villanova Concio funebris, ad hæc verba: *Dormierunt omnes somnum suum, & nihil inuenerunt, &c. Psal.* 75. In qua I. tradit vitam mortalem somno dormientium esse similem. 1. quia in dormiente in- A tellectus & sensus sopita sunt: sic in vita est intellectus sensibus ligatus, & ignorantia sopitus 2. In dormientibus contingunt plurimæ illusiones: vita præsens est perpetua & inopinata delusio. II. Hortatur vt à tali somno excitemur. III. Excitari dormientes debere præscribit vocibus & contactibus: quibus vtitur Deus erga homines. IV. docet eum qui his non excitatur, non dormire sed ægrotare & morti esse proximum. V. Ostendit multis quàm vana sit & fallax vita præsens. *A fol.* 253. *col.* 2. *ad* 255. *col.* 4.

B FESTVM SANCTI MARTINI *Episcopi Turonensis.*

XI. Nouemb.

✠B. Alberti Magni sermo, ad hæc verba *Luc.* 12. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Tractat I. Debere nos carnis petulantiam, castitatis cingulo restringere; qui est triplex, coniugalis; Vidualis; Virginalis. II. Lampades ardentes in manibus, esse bona opera. Quas habuit S. Martinus quantum ad Deum & quantum ad homines, quibus variarum virtutum exempla monstrauit. *A pag.* 233. *col.* 2. *ad* 234. *col.* 2.

C Albini Flacci Alcvini sermo de transitu S. Martini. I. Virtutes eius laudibus celebrat. II. Miracula ab ipso patrata refert. III. Prophetias ipsius veras fuisse, effectibus veris comprobat. IV. Quò felici fine à sæculo recesserit, historicè declarat. *Par.* 3. *oper. eiusd. Alc. col.* 1402. *& sequent.*

S. Bernardi sermo de obedientiæ exemplis, hac die habitus imprimis quod-nam sit discrimen inter terram, in qua miseri vitam transigimus, & cœlum in quo bonorum omnium aggregatione fruemur ostendit, ac inter carnem hominis, & eius spiritum, cui continuò aduersatur. Exinde Obedientiam commendat, creaturarum, cœlorum, Angelorum, Patriarcha-

rũ Abrahami, Christi & S. Martini exemplis. Postremo, lucernæ lucenti & ardenti D. Martinum ob miracula ad mirãdũm, ob actiones imitandum, assimilat, virtutes eius profert, & eum octo beatitudinibus donatum fuisse ac dotatum mirificè demonstrat. *Col.* 313. *& sequentibus.*

S. BONAVENTURÆ sermo in illud. Eccl. 45. *In bonitate & alacritate animæ suæ placuit Deo.* S. Martini bonitas colligitur ex septem virtutibus quas coluit, quæ sunt humilitas in subiectione, in compassione pietas, continentia & castitas in cõuersatione, sobrietas in refectione in responsione longanimitas patientiæ, charitas in affectione & in operatione prudentia. *Tom.* 3. B *serm. de sanctis*, *pag.* 287. *& sequent.*

B. P. DAMIANI sermo in illud Euangelij *Videte, Vigilate, & orate.* Loco exordij præconia S. Martini celebrat; Deinde tripartitur concio iuxtà triplex Thematis verbum. I. Quid videndum sit, docet, nimirum abundantiam peccatorum, negligentiam nostram, Dei longanimitatem, eius misericordiam, ipsius familiaritatem, nec, non & custodiam, quæ omnia fusè pertractat. II. Vigilandum esse, super hostes nostræ salutis, carnem, mundum, & diabolum. III. Qualiter sit orandum & orationis sanctæ conditiones. *Tom.* 2. *serm.* 56. *pag.* 280. *& sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in C die festo S. Martini, sermo primus, quo videtur ipsum. Primò. Admirabilem & virtuosum in pueritiâ fuisse, antequam baptismum reciperet. Secundò. Tàm antè, quàm post baptismum circa egenos liberalissimũ extitisse. Tertiò. Profundissimam humilitatem. quartò. Patientiam maximam. Quintò Prophetiæ spiritum, habuisse *In sanctorum proprio, à fol.* 317. *pag.* 2. *ad fol.* 318. *pag.* 2.

Idem, sermone secundo. S. Martini extollit, 1. virtuosam vitam, 2. Familiaritatem cum cœlestibus ciuibus, 3. Discretionem spirituum, 4. Maximũ fructũ quem fecit in mundo. 5. Paritatem cum Apostolis. *Ex sanctorum proprio,* A *à fol.* 318. *pag.* 2. *ad fol.* 319. *pag.* 1.

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo primus de S. Martino Episcopo, quo ratione horum *Nudus fui & cooperuistis me Matth.* 25. S. Martini pietatem cõmendat: cuius exemplo ad elemosynam nos inuitat & de eã instruit, ostẽdens, 1. eam indigenti esse dandam, ad naturæ sustentationẽ, non ad superfluitatẽ; & sicut Christo. 2. quatuor debere cogitare illum à quo pauper petit elemosinam, sc. quis petat? quoniam Christus: quid petat? suum, ex. Aug. in persona Dei: ad quid petat; ad vsuram centuplam quia ab eo petit à quo maiora petiturus est, 3. Christum pauperibus liberalem fuisse ad exẽplum. Denique duplicem vestem fidelibus necessariam demonstrat; interiorem ex vniuersitate virtutum, exteriorem ex honestẽ conuersationis decore quæ cõsistit in membrorum cõtinentiâ, mandatorum obedientiâ, patientiâ aduersorum, fraternâ societate. *In proprio sanct. serm.* 101. *a pag.* 152. *ad pag.* 153.

Eiusdem, sermo secũdus de quo supra *Oculi nostri semper ad Dominum quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos, &c. Psal.* 24. S. Martini exẽplo oculos ad Dominum semper habere debemus ad quos nos incitãt 1 corporis humani figura, 2. animæ, natura, 3. creaturarũ vniuersitas, 4 beneficiorũ multitudo, 5. malorum quæ sustinemus multitudo, 6. mercedis magnitudo, 7. pœnarum æternitas, 8. multiplex vtilitas; Deus enim nos respicit, tentationes omnes vitamus, pias & fructuosas affectiones formamus. *In proprio sanct. ser.* 102. *a pag.* 153. *ad p.* 154.

S. LAVRENTII IVSTINIANI sermo de S. Martino Exordium sumit à solemnitatibus Sanctorum & ad quid celebrentur, & quæ in ipsis recolenda sint docet: Exinde S. Martini virtutes enumerat. sanctas eius actiones refert, laudes prædicat, ad imitationẽ hortatur. Insuper, quomodo inuenerit thesaurũ, Christũ in agro humilitatis abscõditũ, explicat. Deinde humilitatẽ, D. Martini exemplo commendat, & qua ratione palmam martyrij non amiserit, multis declarat. Postremò

in prælatos quæ ſua ſunt quærentes, prouentibus temporalium inſiſtentes imo & inhærentes, honoribus vanis gloriantes, ac voluptatibus affluentes, acriter inuehitur. *Part. 2. pag. 690. & ſeq.*

✠ NICOLAI DE CVSA ſermo, de ſancto Martino, in quo hæc habentur. Via paupertatis eſt tollere habere, hac viâ ſi Deus inquiritur, reperitur. Omne quod habet partes Deus non eſt, tollere partes eſt via modicitatis & ſimplicitatis quare & hac viâ ad Deum itur. Licet S. Martinus, immenſo gaudio perfunderetur, quia ad venam boni peruenit, tamen ſe, deſideratum non poſſe attingere, conſpexit: erat enim lux infinita, quam oculi cernere non poterant ſed ad appreſenſionis contuitum excæcabantur. Martinus vt eſſet libertate Chriſti, Chriſto ſe vendidit. *Excitat. lib. 4. à pag. 466. ad pag. 467.*

S. ODONIS CLVNIACENSIS ſermo de combuſtione baſilicæ B. Martini aduerſus eos qui hac occaſione fide vacillabant: & eos qui, cur incendium propriæ domus non repreſſerit, deridebant. Huius Baſilicæ decor ornatus, & maieſtas deſcribuntur; conflagrationis cauſa tangitur; incendium deploratur: diuina vltio in templorum prophanatores & contemptores ponderatur; cur D. Martinus Eccleſiæ ſuæ combuſtionem non impedierit, rationes redduntur; Vbi multa de bonorum in præſenti ſæculo afflictione, quę exemplis variis comprobantur; non triſtandum, docetur cum in multis offendamus omnes, ſi quolibet modo in hac vita affligimur & punimur; cur miraculorum ſigna non ſemper appareant, cauſa affertur; quædam B. Martini miracula notantur, virtuteſque ipſius, ac merita paſſim laudibus celebrantur. *Biblioth. Cluniacenſis à col. 145. ad col. 160. ſerm. 4. B. Odonis Clun.*

✠ RABANI MAVRI homilia de hoc feſto, quam in die natiuitatis indicat habitam. Oſtendit quàm iuſtè huius natalitia celebrentur, qui ſtatim natus gratiæ Diuinæ ita aptatus eſt, vt appareret perfectus. Vndè colligit ad quem finem, curſus ſui pertenderit ſtatum. Denique inuitat omnes vt huius exempla ſequantur. *Tom. 5. pag. 599. col. 2. & 600. col. 1.*

S. THOMÆ AQVINATIS ſermo in illud Eſther 9. *Scidi pallium meum, euulſi capillos & barbam & ſedi mærens.* Triplicem. S. Martini ſtatum conſiderat iuxta triplicem thematis partitionem, ſtatum videlicet militis, monachi, & Antiſtitis, & de tribus animæ pœnitentis ſtatibus prædicta verba explicat. *Tom. 16. ſerm. feſtiuis. fol. 41. & ſeq.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio I. de humilitate, ad hæc verba: *Quis ſicut Dominus Deus noſter, &c. Pſ. 112.* Initio inſignem eſſe Dei noſtri clementiam & humanitatem ex eo quod eſt ſummè magnus, docet. Idemque de Martini humilitate dicendum cenſet. II. tria tractanda ſuſcipit de humilitate 1. quid ſit & in quo conſiſtat. Vndè elicit duo neceſſaria ad illam, vt ſit quis paruus in oculis ſuis; & paruus ab aliis velit haberi 2. De humilitatis fructu & excellentia: quæ duo obtinet, hic pacem; poſtea beatitudinem. Eſt etiam virtutum omnium parens. 3. quibus mediis obtineatur. 1. aſſidua peccatorum meditatione. 2. Conferre ſe cum melioribus. 3. parcum eſſe in externis. III. Deſcendit ad Martini humilitatem, ob quam à Domino exaltatus eſt. *à fol. 222. col. 3. ad 228. col. 3.*

Eiuſdem Concio, 2. de eleemoſyna, ad hæc verba: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, Pſal. 40.* Ducet I. Sanctos in hoc ſæculo ſpecialibus virtutibus claruiſſe. II. Duo prælertim in B. Martino genera virtutum conſpicua fuiſſe; Humilitatem & pietatem. De prima, dictum eſſe Concione prima; nunc de 2. eſſe tractandum. III. De eleemoſyna tria dicere proponit. 1. de eius excellentia. 2. de modo quo fieri debet, Quid, cui, quantum, propter quid, & quomodo tribuas. 3. de vtilitate eius & fructu, quod ſcilicet habeat promiſſionem vitæ æternæ. Vbi docet cur in iudicio ratio dandi gloriam, dicentur eſſe opera miſericordiæ. *A fol. 228. col. 4. ad 229. col. 2.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 42. in Euangelium hodiernum, quatuor expositiones horum verborum edisserit. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Et 1. ostendit ab exterioribus ad spiritualia gradum fieri, & hæc de oculo corporis accipienda non esse 2. primum proponit sensum de oculo bonæ operationis, & quomodo simplex efficiatur. 3. Secundum interpretationem, de mente vniuscuiusque. 4. Tertium intellectum, de lege spiritus quæ est oculus animi. 5 quartum interpretationem, de Christo qui per incarnationem lucernæ similis est. 6. inuehitur in Diaconum inter concionem summo grauatum. *à pag.* 296. *ad* 303.

FESTVM PRÆSENTATIONIS B. Virginis Mariæ. XXI. Nouemb.

✠ LEONIS AVGVSTI IMP. Orat. 2. Principio demiratur quæ ista sit quæ palatium regis cum gloria, choream iuuencularum ducens, intret. 2. Iuuenculis iungi nos debere, ostendit. 3. Parentes affatur & collaudat quod filium offerant Deo. 4. Pro omnibus Virginem offerri, & doni huius effert magnitudinem. 5. Danidem inuitat ad choræam ducendam laudesque filiæ pangendas. 6. Tum ad Virginem conuertitur, eique cõgratulatur. Precaturque pro se & grege suo. *Auct. nou. Biblioth. S.P. Græc. Lat. tom.* 1. *à col.* 1620. *ad* 1630.

FESTVM S. CECILIÆ VIRGINIS & Martyris. XXII. Nouembris.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba *Mat h.* 13. *Simile est regnum cælorum thesauro, &c.* Vbi tria obseruat. I. Agnum significare regnum cælorum propter quatuor; ouium pastum auium cantum: æris puritatem, & florum amœnitatem: qua mysticè exponit de regno cælorum. II. Thesaurum ibi absconditum, esse Dei filiuum, qui est thesaurus frumenti, per mundam humilitatem: Hordei, per passionem: olei ac mellis, per penetratiuam & dulcem Diuinitatem. III. Agrum illum emendum esse, per id omne quod possidet Christianus. Et adaptat id S. Cæciliæ. *A pag.* 236. *col.* 2. *ad* 238. *col.* 1.

S. BONAVENTVRÆ sermo de S. Cecilia, in illud Psal. 29. *Præstitisti decori meo virtutem.* Docet nos quadruplici virtute indigere, quâ S. Cecilia insignita fuit; nimirum virtute pœnitentiæ, patientiæ, sapientiæ & perseuerantiæ. *Tom.* 3. *serm. de sanct. pag.* 290.

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, quo S. Cecilia in hoc commendatur quod 1. esset corpore speciosissima, genere nobilissima, valdè opulenta, 2. Iuuenem Valerianum sponsum suum, mirabiliter ad Christum conuertit, 3. Tiburtium fratrem sponsi sui sapienter instruxit, & in fide roborauit, 4. Plures alios ad Deum conuertit. 5. Præfecto Almatio prudenter respondit. *In proprio sanctorum, à fol.* 320. *pag.* 2. *ad fol.* 321. *pag.* 1.

✠ GVILLELMI PARISIENSIS ad B. Ceciliæ Virginis & martyris cõmendationem sermo, in dictum Matt. 25. *Simile est regnum cælorum decem virginibus quæ accipientes lampades suas &c.* quod explicatur I. Virginitas carnis corpus est intactum, virginitas animæ, mens illibata. II. Prudentia virginum prudentum in tribus consistit, quod oleum in vasis suis accipiunt, de insufficientiâ suâ metuunt, in aduentu sponsi paratæ sunt. III. Fatuitas fatuarum virginum in tribus similiter deprehenditur; oleum non habent in vasis suis; de gloriâ Dei quæ vera est, non curant; imparatæ dormiunt. IV. Circa sponsum tria attenduntur; moram facit, media nocte venit, ianuâ clausâ morantes se nescire ostendit *In proprio de sanctis serm.* 103. *à pag.* 154. *ad pag.* 156.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo de S. Cecilia, in illud Prou. 12. *Mulier deligens coronæ est viro suo.* Probat B. Ceciliam mulierem fuisse speciosam, propter virginitatis candorem, martyrii ruborem, & corporis decorem;

grariosam, Deo per humilitatem, Angelis per puritatem, & hominibus per benignitatem: gloriosam, in rationali, irascibili & concupiscibili, propter aureolas prædicationis, martyrij & virginitatis. Insuper ostendit eius diligentiam in carnis maceratione, in Dei dilectione, in deuota oratione, in eleemosynam largitione, & in aliorum conuersione. *Tom. 16. serm. fest. fol. 42.*

FESTVM S. CLEMENTIS PAPÆ & martyris. XXIII. Nou.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba *Luc. 12. Vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptiis.* De duobus differit. I. Dominum illum qui ad nuptias it, esse Iesum Christum, qui copulatur homini. 1. per identitatem naturæ. 2. per amplexum gratiæ. 3. per complexum gloriæ. II. Expectandum esse eius aduentum à seruis, malitiam fugiendo, & bonitatem adimplendo; quod multiplici ratione de vtroque probat. *A pag. 238. col. 1. ad 240. col. 1.*

✠ S. BERNARDI ABBATIS sermo ad ea verba, *Psal. 115. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Duo facit. I. Dæmonis in hominem fraudem nil profuisse illi; cum sancti, & D. Clemens, pœnam peccati in meritum gloriæ commutarint. Tùm deducit sanctum nostrum fidelem se in modico quod acceperat præstitisse. 1. in gloria huius mundi, quam omnem pro Christo parui pendit. 2 in ipsa vita, quam pro charitate Christi contempsit. II. In mores auditorum inuehitur, qui ad eadem bona vocati, non solum sanguinem non offerunt, sed nec minimam difficultatem superant. Deindè ad nuptias agni vocatum Clementem vinum sanguinis contulisse. Et nos saltem vt aquam offeramus cum spiritu hortatur. Vult autem habere nos in hydrijs mensuras binas vel ternas. Primam dicit esse compunctionis & lachrymarum: secundam, laboris pœnitentiæ, quæ concupiscentiam extin-

A guat: tertiam gratiæ deuotionis & sapientiæ salutaris, quæ salit in vitam æternam. Quas aquas, triplici aquæ è suo corpore à saluatore ministratæ, cum fleuit, cum sudauit, cum ex eius latere emanauit, facit correspondere. *A pag. 319. ad 321. edit. Antuerp.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI sermo, in quo S. Clementis explicantur excellentiæ, harum. I. Est in donis naturæ & bonis fortunæ. II. Gratiosa & plena conuersio ad Christum. III. Dignissima præsidentia super vniuersalem Ecclesiam. IV. Morum splendor venustissimus. V. Sapientiæ diuinæ magnitudo. VI. Miraculorum virtus & efficacia. *In prop. de Sanct. à*
B *fol. 323. pag. 1. ad fol. 324. pag. 1.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS in festo S. Clementis Papæ & martyris sermo in illud. *Vigilate quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit. Matth. 24.* I. Ad vigilandum nos incitat ad quod requiritur, vt de iis quæ ad salutem pertinēt follicitissimus & strenuè declinemus ab iis quæ sunt mala. II. Memoriam mortis ad sex valere monstrat, sc. ad fugam vitiorum, mundi contemptum, sui humiliationem, rectè se gerendum, lætitiam præsentem temperandam, rectè de præsenti & futurâ vitâ indicandum. III. Debere gregi dominico præfectum eum monere ad vigilandum dicit. *In prop. sanct. serm. 104.*
C *à pag. 156. ad pag. 157.*

FESTVM SANCTÆ CATHARINÆ Virginis & Martyris. XXV. Nouemb.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba, *Matth. 13. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, &c.* Tribus constat. I. Sagenam illam esse B. Catharinam per quam Iesus Christus plures piscatus est, quæque amplum sinum pietatis habuit. II. Eiusdem sanctæ prudentiam contra astutias diaboli proponit imitandam. III. Sagenam dicit esse Diuinam benignitatem in mare mundi iactam. IV. Per

pisces homines denotari, indifferenter concludendos, donec dies iudicij adueniat, in quo boni à malis segregabuntur. V. Electores piscium futuros, Potentiam; sapientiam; iustitiam. VI. quadruplicem pœnam luendam esse à malis: Ignis vsturam; perpetuam clausuram; amaritudinem fletus; omnimodam inquietudinem. *A pag.* 340. *col.*1. *ad* 241. *col.*2.

S. Bonaventuræ sermo in illud, Psal. 67. *Pennæ columbæ deargentatæ, &c.* Columbæ Beata Catharina assimilatur, ob quinque proprietates: Columba enim felle caret, gemitum habet pro cantu, septies visu mutatur, celeriter volat, & fertilis est in partu. B. verò Catharina fuit in innocentia mitis & simplex, in pœnitentia lachrymabilis & gemebunda, in prouidentia sagax & occulata, in obedientia agilis, & expedita, in continentia denique virtutibus fœcundissima. *Serm. de Sanctis Tom.* 3 *pag.* 290. *& sequent.*

Dionysii Carthusiani in festiuitate B. Catharinæ Virg. & martyris pro Epistola sermo in quo demonstratur. Tres esse actus per quos Deum præcipuè colimus; sc. orationem laudationem, dilectionem, 1. dici potest humanus, 2. Angelicus, 3. diuinus: Hos tres sanctos actus inclyta martyr Catharina gloriosè exercuit. *In SS. proprio, à fol.*325. *pag.* 2. *ad fol.*326. *pag.*1.

Eiusdem pro Euang. sermo primus, quo manifestat apertè, Quanto labore & studio cœli gaudium quærendum sit & emendum. Quamque subitò submergantur complures atque perpetuò intereant: & quæ sint inferni pœnæ. *Ex proprio sanctor. à fol.*326 *pag.* 2. *ad fol.* 327. *pag.*1.

Idem, sermone secundo, octo virtutes quibus S. Catharina adhuc viua fuit decorata, enumerat. Harum Prima est. Abundantia donorum naturalium, ac bonorum fortunæ quibus præfulsit. Secunda. Admiranda & gratiosa conuersio. Tertia. Feruidus zelus pro Dei honore & proximi salute. Quarta. Sapientia tàm acquisita quàm infusa: tàm Philosophica quàm Theo-

A logica. Quinta. Miraculosa victoria, quâ Philosophos vicit. Sexta. Prædicationis suæ fructuositas. Septima. Eminentia miraculorum quæ per eam Deus fecit. Octaua. Fortitudo & patientia in passione. *Ex proprio de Sanct. à fol.*317. *pag.*1. *ad fol.*328. *pag.* 1.

Guillelmi Parisiensis ad laudem B. Catharinæ Virg. & martyris sermo in id Prouerb vlt. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias tu supergressa es vniuersas.* Primò. Verè fortem fuisse S. Catharinam asserit per patientiam: & nobilissimam fortitudinis speciem habuisse, cum eam nec prosperitas, nec aduersitas vincere potuit. Secundò. Quinque modis ditari aliquem affir-

B mat, sc. thesauri inuentione, seminatione, associatione, negociatione, liberali Domini remuneratione. Hominem ditat 1. modo voluntaria paupertas, 2. pietas. 3. charitas, 4. prudentia, 5. humilitas, Tertiò. Diuitem fuisse S. Catharinam propter meritum aureæ, per præceptorum impletionem; & aureolæ, fuit enim prædicatrix, virgo, & martyr. *In proprio de sanctis serm.* 105. *à pag.*157. *ad pag.*159.

Ioannis Thauleri sermo ad hæc verba *Matth.* 13. *Inuenta vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit vniuersa quæ habuit & emit eam.* Docet Christi passionem pretiosam esse Margaritam, qua benè & assiduè meditatâ, omnes vitio-

C sas propensiones extirpamus, vt ad profundam humilitatem & abnegationem deueniamus. Et ad intimum erga Deum, cunctosque homines amorem pertingimus: atque alios fructus quos recenset, assequimur. *à pag.*633. *ad* 636.

S. Thomæ Aquinatis sermo in illud Prouerb. 14. *Sapiens mulier ædificat domum suam.* Docet imprimis B. Catharinam sapientem esse ad modum Abigail, Thecuitis, & Debboræ: quarum prima sapiens extitit in Ethica, secunda in Physica, tertia in Logica. Hæc autem omnia mysticè exponuntur. Deinde quintuplicem huius sanctæ virginis & martyris agnoscit sapientiam: Deum videlicet timere, à malo recedere, bona agere, mala pati,

& in bis perseuerare. *Serm. de Sanct. Tom. 16. fol 41. col. 2.*

VIGILIA SANCTI ANDREÆ Apostoli. xxix. Nouemb.

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 56. Euangelicam lectionem huius diei explanat. Et primo declarat quibus titulis ad festum. S. Andreæ celebrandum inuitetur. 2. Baptisatum à Ioanne Christum considerat 3. firmitatem Ioannis in Domini confessione. 4. Duos discipulos Ioannis, Synagogam & Ecclesiam interpretatur. 5. Quomodo respexerit Ioannes Iesum. 6. quod duas in Christo naturas Ioannes agnouerit. 7. quid sit ambulasse Iesum. 8. hortatur ad eleemosinam vt habitet in nobis Christus. *A pag. 342. ad* 347.

FESTVM SANCTI ANDRÆÆ Apostoli. xxx. Nouembris.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba, *Matth. 4. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum* I. Tradit vocari nos à tribus; à carnis lasciuia: à rerum concupiscentia; à vitæ superbia. II. Vocari nos ab his à Christo per tria quæ passus est: per paupertatem, per humilitatem, per doloris asperitatem. III. Vocari nos ad tria facienda, 1. vt Deo fideliter seruiamus, 2. vt proximi necessitatibus subueniamus, 3. vt animam & corpus; munda custodiamus. IV. Debere nos sequi Dominum ob tria quæ indè nobis proueniunt: Pro humiliatione, regiam dignitatem: pro paupertate, rerum omnium vbertatem: Pro domita luxuria, animæ & corporis inæstimabilem claritatem. *A pag. 153. col. 1. ad 154. col. 2.*

S. BASILII SELEVCIÆ oratio in illud hodierni Euangelij, *Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum.* I. Christum medico assimilat. II. Dominum manibus & linguis discipulorum,

A orbis terrarum curationem credidisse ostendit. III. Electionem & vocationem Apostolorum miratur. IV. Cur Christus piscatores elegerit, rationes profert. V. Mundum mare impietatis nominat. VI. Modum piscandi homines: praescribit. VII. Apostolorum piscatum describit. *Orat. 30. a pag. 160. ad pag. 164.*

S. V. BEDÆ homilia in Euangel. Cur piscatores Dominus elegerit, rationem dat: & litteralem difficultatem circa Apostolorum vocationem proponit & soluit. *Tom. 7. Hom. Æstiu. col. 294.*

S. BERNARDI ABBATIS sermo primus de S. Andræa in vigilia huius festiuitatis habitus I. In vigiliis magnarum solemnitatum ieiunium cur

B institutum fuerit, causas profert. II. Veram viam festiuitatis æternæ indicat. III. Vt sicum B. Andræa pendere non possumus, saltem cum eo ieiunemus, hortatur. IV. Gaudium in cruce & afflictione agnoscit, ac miratur. V. S. Andræ igneam linguam, & sanctum feruorem commendat. VI. Eius fidem grano sinapis assimilat. *Col. 322. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, in die S. Andræ Apostoli, de mundis piscibus. I. Crucem præclaris laudibus effert. II. Exultationem in ipsa agnoscit, & adesse fatetur. III. Diabolum venatori iacula & laqueos habenti assimilat.

C IV. De mundis piscibus maris, fluminis & stagni, hoc est, mundi, ordinis prædicatorum, & claustri siue religionis differit. V. Mundos pisces dicit, qui habent squamas ad patientiam, & pinnulas ad hilaritatem. VI. Duplicem hilaritatem distinguit, qua gloriamur in spe, & in tribulatione. VII. Triplicem gradum Christum cum cruce insequentium considerat, incipientium videlicet, qui ob timorem crucem Christi patienter sustinent: proficientium, qui ob spem, illam libenter portant: & perfectorum, qui ob charitatem, illam iam libenter amplectuntur. *Col. 323. & sequentib.*

Eiusdem sermo tertius, de eodem. I. Perfectam obedientiæ formam tradit.

II. S. Andreæ obedientiam & charitatem commendat. III. Eius constantiam mortem contemnentem & cordis exultationem ob crucem paratam miratur. IV. Spiritale gaudium exoptat. V. Vt Christi & B. Andreæ exemplo crucem nostram tollamus, suadet. VI. Certamen mysticum describit. VII. Quatuor crucis cornua spiritali intelligentia quid designant, interpretatur: & crucem mysticam depingit. *Col. 326. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus, vnde supra. Tria complectitur, ostendit enim gloriam deitatis, gratiam Apostolicæ dignitatis, & confessionis virtutem. Vbi agit de ludis spiritalibus æternæ Sapientiæ: de Dei erga homines mira dignatione: de sancta peccatorum confessione: de variis falsæ confessionis speciebus: de septem gradibus veræ confessionis: qui sunt cognitio peccati, pœnitentia vitiorum vltrix, altrixque virtutum, dolor cordis, confessio oris, maceratio carnis, correctio operis, & perseuerantia bonitatis: de conditionibus boni confessoris: de confessionis impedimentis: de duplici confessione, iniquitatis & laudis. *A col. 329. ad col. 333.*

S. Bonaventuræ sermo primus de S. Andræa Apostolo, in illud Pauli ad Galat. 6. *Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.* Docet humanam gloriam ab homine fugiendam esse, quia vilissima est ex sua conditione, vanissima siue fragilissima in duratione, falsissima in promissione, & malignissima in retributione. *Tom. 3. serm. de Sanct. pag. 215. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de eodem, in illud Apost. ad Gal. 2. *Christo confixus sum cruci.* De spiritali cruce quam B. Andræas ad imitationem Domini semper pessit, differit. Huius crucis profundum dicitur humilitas: altitudo, perpertas: latitudo, charitas: & longitudo, perseuerantia siue longanimitas. *Ibidem fol. 216. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Hebr. 12. *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem.* I. De proponendo præmio

A loquitur. II. Duplicem crucem distinguit, materialem vnam, spiritalem alteram. III. Spiritalis crucis quatuor brachia considerat, in infimo peccatorum pœnitentiam agnoscit: in summo, erga afflictos misericordiam: in dextro, respectu prosperitatis temperantiam: & in sinistro, in aduersis patientiam. *Ibidem fol. 217. & sequent.*

S. P. Chrysologi sermo in S. Andræam Apostolum. Imprimis huius sancti martyrium & mortem cum hominis natiuitate confert. Deinde B. Andræam cum B. Petro Apostolo pluribus comparat. Deinde in ipsis Christi figuram & formam expressas agnoscit. *Serm. 133. col. 346. & sequent.*

B. P. Damiani sermo primus de B S. Andræa. I. Crucis passionem nobilissimum martyrij genus dicit. II. SS. Petri & Andreæ germanitatem beatam prædicat, quam sicut Mundo vna cõsanguinitas edidit, sic eadem triumphalis mors victores ad astra transmisit. III. Ambos Crucis filios nominat. IV. B. Andræam primum prædicatorem, qui christum nuntiauit, agnoscit. V. Ad præliandum christum in Mundum venisse ostendit. VI. Bellum christi & Ecclesiæ cõtra huius Mundi principes & tenebrarum potestates describit. VII. Vrbis Iericho subuersionem, ad christum de mundo triomphantem, refert. VIII. Bona temporalia cum æternis confert. IX. Ne de facul- C tatibus Iericho aliquis concupiscat, monet. X. Sapientiam Mundi, quæ cæcat, despicit; stultitiam verò, quæ discentes illuminas apperit. XI. Beatorum Apostolorum Petri & Andreæ virtutes commemorat, & imitandas proponit. *Tom. 2. serm. 57. pag. 283. & sequen.*

Eiusdem sermo secundus de eodem. *Ibidem serm. 58. pag. 286. & sequentibus. Habetur inter B. Bernardi Abbatis sermones serm. 3. in fest. S. Andreæ, & hic supra.*

Dionysii Carthvsiani pro Epist. in die festo S. Andræe sermo docemur hic. I. Corde firmiter credere in Deum, & vniuersa ad fidem christianam pertinentia seruare. II. Deum honorare

honorare confessione laudis, propriæ culpæ, credendorum. III. Quàm iustus & pius sit Deus, qui sine personarum acceptione, nullum ad se confugientem contemnit. IV. Quam salubre sit inuocare omnipotentem, &c. Hæ virtutes, & opera virtuosa in sancto Andræa animaduerti possunt. *Ex sanctorum proprio, a fol. 2. pag. 2. ad fol. 3. pag. 1.*

Eiusdem pro Euang. sermo primus, in quo multipliciter S. Andræas Apostol. commendatur. Primò. Quoniam à pueritiâ Deum sincerè seruiuit, & in innocentiâ suâ mansit deuotus. Secundò. A Sapientiâ suâ; antequam enim vocatus esset magnæ fuit discretionis. Tertiò. A constantiâ & fortitudine in aduersis, quia pro Deo & fidei veritate ad mortem fuit paratissimus. Quartò, A suo glorioso martyrio. Quinto. A præclaris multis & maximis suis miraculis. &c. *In proprio de sanctis a fol. 3. pag. 2. ad fol. 4. pag. 1.*

Eiusdem, pro Euang. sermo secundus, Vbi S. Andrææ obedientiam imitandam nobis proponit; & ostendit, qualiter homo tàm senex in patibulo potuerit exultare, dum dicit duos esse amores, ex quorum vno oritur omne malum, & ex altero omne bonum; vnû sui priuatum & peruersum alterû Dei spiritualem, ordinatum; & hunc vltimum in S. Andræa crucifixo fuisse probat. Denique miracula per quæ in vitâ, morte, & post mortem glorificatus fuit S. Andræas recenset. *In proprio de sanctis, a fol. 4. pag. 2. ad fol. 5. pag. 1.*

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium hac die ad populum in Basilica B. Andrææ habita. I. In eos, qui Dominum vocantem sequi contemnunt, inuehitur. II. Diuitiarum affectum derelinquendum suadet. III. B. Andrææ virtutes commendat. IV. Quali pretio Regnum cælorum comparandum sit, præscribit. V. Bonam voluntatem laudibus effert. VI. Quænam sit bona voluntas, docet. VII. Prædicatoribus sanctis verba Isaiæ dicentis, *Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas*, accomdat. *Tom. 3. homil. 5. in Euangel. col. 12. & sequent.*

Gvilielmi Parisiensis in festo S. Andrææ Apostoli sermo primus cuius fidem huius loci explicatione celebrat. *Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem, dicit enim scriptura, &c. Isa. 28.* Et in fide tria notatu digna animaduertit. Primò. Fides cordis hominem iustificat, timorem Domini introducendo quo peccata expelluntur; spem dando; amorem regni & iustitiæ quæ via est ad regnum tribuendo; intentionem, quæ est iustitia siue bonitas operum, dirigendo. Secundò Confessio oris in martyribus erat ad æternam salutem & temporalem mortem: econuerso negatio in his qui timore vel verecundiâ deficiebant erat ad salutem temporalem sed ad æternam mortem. Tertiò, Fidei fructus est, in fidelibus gloria sine confusione; in infidelibus, confusio quam causabunt, nuditas, turpitudo, ingratitudo, crimen infidelitatis, Dei irrisio actiua, sanctorum lætitia de eorum pœna, mendicitas eum ignominiosa repulsa, collatio præteriti & præsentis status, gloriæ consideratio ad quam sunt creati, contemptibilitas rerum propter quas tanta bona amiserunt, illud durum verbum quod audient, discedite à me, &c. associatio cum dæmonibus in pœnâ quorum socii fuerunt in culpa. *In prop. sanct. sermone 1. à pag 1. ad pag. 4.*

Eiusdem, vnde suprà sermo secundus in illud Euang. *Venite post me. &c. Matth. 4.* Quod exponens Christum, quos vocat ad ministerium suum, ad humilitatem monere, de via certos reddere, contra aduersitates quas passuri sunt in viâ animare dicit. Deinde voluptuosam viam, diuitiarum luctum, superbiæ montem cauisse & declinasse monet, vt studeamus ipsum sequi per viam sobrietatis, paupertatis & humilitatis. *Ex proprio de Sanctis sermone 2. à pagin. 4. ad pag. 5.*

Item, eiusdem vnde suprà sermo ter-

tius, *Stabat Ioannes & ex discipulis eius duo.* *Ioann.* 1. In B. Andreæ vocatione sex imitanda proponuntur. I. Sancta familiaritas cum Deo; fuit enim discipulus Ioannis quem ex vtero matris Spiritus sanctus repleuit. II. Fides prompta cum Ioanni dicenti, *Ecce agnus Dei, &c.* Citò credidit. III. Operatio bona, quem agnum credidit gressu corporis sequendo. IV. Interrogatio discreta, dum quæsiuit à saluatore vbi habitaret; habitat autem in iis qui cõsilio bonorum se regunt, cum bona societate, in pace, in mundi huius contemptoribus, in perfectè obedientibus: qui ex Bernardo obedire debent, hilariter, libenter, simpliciter, velociter, viriliter, humiliter, indesinenter, in tribulatione. V. Obedientia parata, secutus enim est Christum ad primam vocationem. VI. Pietas non insida, cum Christum inuentum fratri suo indicauit. *In proprio ex sanctis serm. 3. pag. 5. ad pag. 7.*

✠ Hesychii Hierosol. oratio demonstratiua in S. Andræam Apostolum. I. Omnes ad militaria certamina vocare S. Andræam dicit. II. S. Andræam ante Petrum, fuisse Petrum, fundamentique fundamentum, primitiarum principium, quia antequam vocaretur, alios vocauit ad Dominum. III. Christum percutere & sanare, occidere & viuificare probat. IV. Petro denunciat Andræas inuenisse se Messiam. V. Christus Petrum & Andræam vocat, & ad sui imitationem hortatur. VI. Magnam mercedem & dignitatem eis promittit, retia alia, alios pisces pollicetur, & sic ad sequendum se eos inuitat. *In Auctuar. Bibliothecæ, Veter. Patr. tom. 1. à fol. 821. col. 2. ad fol. 824. col. 1.*

✠ Ioannis Thavleri sermo ad hæc verba, Ioann. 1. *Rabbi, (quod est interpretatum magister) vbi habitas? &c.* Tria considerat. I. Superabundantem sapientiam Christi vt magistri, à quo docenda est anima. Vbi explicat quid doceat animam. II. Imperscrutabilis essentiæ Dei habitationẽ. Ad hæc verba: *Vbi habitas?* Quod omnes inquirere debent. Et proponit vbi nam inueniatur Deus. 1. In fastigio contritionis & pœnitentiæ. 2. In deserto & rubo ardenti cum Moyse; id est, si anima abstracta à creaturis ad Deum se transferat. 3. In monte, in nebula: cum animus in solius Dei voluntate, non in seipsa quiescit. 4. In spelunca cum Helia, semotis motibus timoris, spei, gaudij, doloris 5. Supra Angelos, in ipso Patre, transcensis omnibus creaturis. III. Attendit inuitantem Dominum, vt ipsum quærat anima. *à p. 519. ad 524.*

S. Lavrentii Ivstiniani sermo de S. Andræa Apostolo. I. Varias vocationum species distinguit. II. B. Andreæ obedientiam commendat. III. In eos, qui vocationem Diuinam contemnunt, aut negligunt, grauiter agit. IV. Beneficia cælestia hominibus collata recenset. V. Vt conuertamur ad Dominũ, suadet. VI. B. Andræam laudibus celebrat. VII. Charitatem siue verum amorem egregiè depingit. VIII. S. Andrææ animam imperterritam, animi eius magnanimitatem, passionisque desiderium demonstrat, & miratur. *Part. 2. pag. 694. & sequentibus.*

✠ Rabani Mavri homilia in Euangelium hodiernum. I. Demiratur Apostolorum Petri & Andreæ obedientiam, quæ longè differt à proteruitate nostra II. Quantum dimiserint Petrus & Andreas perpendit. III. Regnum Dei tantum valere, quantum habemus. IV. De terrenarum rerum contemptu exemplo Apostolorum tradit: aut saltem non esse rapienda aliena, & eleemosynam faciendam. *Tom. 5. pag. 600. col. 2. & 601. col. 1.*

✠ Radvlphi Ardentis homilia in solemnitate S. Andrææ Apostoli, vbi ex Epist. lectione Rom. 10. *Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem* tria docet. Primò. Nec sufficere fidem cordis sine confessione oris, maximè vbi fides periclitatur; nec confessionem oris sine fide cordis in fictis Christianis; nec fidem cordis nec confessionem oris sine attestatione operis, habenti tempus operandi.

Secundò. Fidem & oris confeſſionem, originem ducere à gratiâ Dei prædicatores mittentis, & prædicationem in cor hominis docentis. Tertiò. Magis auditores prædicationi, quam prædicationem auditoribus deeſſe. *a fol. 1. ad fol 4. pag. 1.*

Eiuſdem, in Euangel. Matth. 4. homil. de quo ſuprà. I. Dominus ſolicitus eſſe in miſerendo demonſtratur, cum quærit cui miſereatur, & illuc ambulat vbi illum cui miſereatur eſſe ſcit: miſeretur autem præcipuè illis qui fraternitatem diligunt, qui ſe ſe coadiuuant & de labore ſuo viuunt. II. Deus efficaciter vocat hoc ordine, videt per electionem, vocat per fidem, iubet ſe ſequi per obedientiam, præmium promittit per obedientiæ remunerationem. III. Petrus & Andræas cum nulla miracula vidiſſent, nihil de æternâ retributione audiſſent, ipſum Dominum mortalem viderent, & eum nihil habere conſpicerent, ad primam eius vocationem credunt, omnia relinquunt, nudi nudum ſequuntur, *a fol. 4. pag. 1. ad fol. 6. pag. 2.*

A S. THOMÆ AQVINATIS ſermo primus de S. Andræa, in illud Euangelij, *At illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum.* Tres habet partes, Prima docet nos obedire Deo debere propter quatuor, quia continuò deſinimus, continuò veniet inobedientibus ira illius, continuò datur præmium obedientibus, & continuò creaturæ irrationales ipſi obediunt. Secunda quadruplex rete cauendum diſtinguit. Tertia oſtendit Dominum quatuor promiſiſſe ſequentibus ſe, vitæ nimirum claritatem, iudiciariam poteſtatem, theſaurum cæleſtem, & loci amœ-
B nitatem. *Tom. 16. ſerm. feſt. fol. 42.*

Eiuſdem ſermo ſecundus vnde ſupra, in illud Cant. 7. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius.* I. Septem gradus per quos B. Andræas aſcendit in palmam ſiue crucem notat. II. Oſtendit B. Andræam paſſum fuiſſe deſideranter, confidenter, lætanter, conſtanter, longanimiter & perſeueranter. III. Ipſum ex cruce duodecim gaudia Paradiſi collegiſſe dicit. *Ibidem col. 3.*

DECEMBER.

FESTVM SANCTÆ BARBARÆ Virginis & Martyris.

IV. Decembris.

DIONYSII CARTHVSIANI in die S. Barbaræ Virginis & martyr. ſermo, quo ex eius vitâ, Admirabilem eius conuerſionem, illuminatiſſimam fidem, maximam in Deum charitatem; Glorioſiſſimum martyrij triumphum intuetur & contemplatur, & has nobis virtutes proponit imitandas. *In proprio ſanct. fol. 18. à pag. 1. ad pag. 2.*

✠ IOANNIS THAVLERI ſermo ad ea verba, *Cant. 2. Dilectus meus loquitur mihi: Surge propera amica mea & veni.* Exponit quibus ſignis dignoſcamus

C vtrum amici Dei & ſponſæ illius ſimus. I. Si tantam poſſidemus pacem, vt nulla eam perturbet interius creatura. Quod quatuor vijs aſſequitur, quæ ſunt alia ſigna amicitiæ Dei. II. Igitur vt potens ſit ſui corporis, oportet vt ſubſtrahat ei potum, cibum, alia commoda, & caſtiget diſciplinis. III. Vt ſiti, & affectui ſæculi renuntiet. IV. Vt mentem habeat ad Deum ſubleuatam, eius præſentiâ continuò fruens. V. Vt ſenſus habeat ita edomitos, vt videat & non videat: audiat & non audiat moriatur & non moriatur. *A pag. 524. ad 526.*

FESTVM S. NICOLAI EPISCOPI & Confessoris. VI. Decembris.

*B. ALBERTI MAGNI sermo ad id *Luc.12. Beati serui illi, quos, cum venerit Dominus inuenerit vigilantes.* Quinque complectitur. I. Dominum cui omnes seruire conuenit esse Dei filiū. II. Seruos esse Christianos emptos pretio magno; qui septem temporibus, corde, ore, opere Christo seruire debent, cum timore & exultatione. III. Vnicuique vigilandum esse per omnem ætatem, Dei reminiscendo & salutis propriæ. Quod fecisse S. Nicolaum ostendit. IV. Quatuor vitia recenset quæ dormitionem prouocant: Superbiam, auaritiam, luxuriam, longæ vitæ confidentiam. V. Vigilantium mercedem in Euangelio propositam examinat. *A pag. 155. col. 1. ad 157. col. 1.*

S. BERNARDI sermo de S. Nicolao Episcopo. Varia complectitur. I. B. Nicolai encomium. II. Eius patrocinium & auxilium. III. Christianorum omnium & paganorum erga S. Nicolaum affectum & deuotionem. IV. Dominicam negotiationem. V. Regionis mundanæ & diuinæ dissimilitudinem. VI. Mundi, præsentisque vitæ miseriam. VII. Paradisi claustralis amœnitatem, & pulchritudinem. VIII. Nundinarum spiritualium frequentiam. IX. Quintuplicem regionum Mundi differentiam, est enim regio dissimilitudinis, in sæculo; regio dissimilitudinis, in claustro. regio expiationis, in purgatorio: regio gehennalis, in inferno: & regio supercœlestis in Paradiso. *Col. 353. & sequent.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de S. Nicolao in illud Genes. 33. *Præcedat Dominus meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim vestigia eius.* Ostendit quomodo S. Nicolaus Christum est sequutus quantùm ad humilitatis, pietatis, charitatis, & potestatis vestigia. *Tom. 3. sermone de Sanct. pag. 219. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Isaiæ 49. *Seruus meus es tu Israel.* De seruitute multiplici disserit, & inter homines quosdam mundo seruientes agnoscit, quosdam autem corpori suo: alios diabolo, alios verò Deo, inter quos gloriosè extat B. Nicolaus. *Ibidem pag. 220. & sequentibus.*

B. P. DAMIANI sermo de S. Nicolao Myrensi. *Tom. 2. pag. 288. & sequentibus. Habetur inter opera beati Bernardi & in hac pagina col. 1.*

*DIONYSII CARTHVSIANI pro Epist. sermo. Sacerdotes, præsules, & pastores debent, 1. in seipsis esse magni, excellenter virtuosi ac sapientes, Deo placentes & iusti, 2. Pro omni populo, præsertim pro grege sibi commisso iugiter orare, eum commendare Deo & reconciliare, 3. omni virtute præ plebe ornari, 4. Deo fructificare, id est multos ad Deum conuertere, orando, docendo, exemplariter viuendo, &c. His sanctus antistes Nicolaus excelluit. *Ex sanct. proprio, à fol. 7. pag. 2. ad fol. 8. pag. 1.*

In sermone primo pro Euangel. S. præsulem Nicolaum multiplici gratiâ à Deo ornatum contemplare. Primò enim. Ex parentibus non solùm secundùm carnem nobilibus, sed etiam mēte sanctis est genitus. Secundò. In baptismo stetit erectus, & quarta sextaque feria suxit semel tantùm vbera. Tertiò. Liberalis fuit & maximè pius, feruensque charitate, dum egentibus subuenit. Quartò. Zelo iustitiæ turpitudinem vitiorum abhorruit. Postremò. Innumerabilibus à Deo miraculis fuit decoratus &c. *Ex prop. de Sanct. à fol. 8. pag. 2. ad fol. 9. pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo secundus, Quia S. Nicolaus Deum suis operibus glorificauit, ideo etiam in præsenti vitâ ipsum Deus glorificauit, 1. ad Episcopalis dignitatis officium eum sublimando, 2. ipsum speciali iustitia ornando, 3. Angelos ei in morte mittendo, quos vidit, 4. multos mortuos illius meritis suscitando, &c. *In proprio sanctorum, à fol. 9. pag. 2. ad fol. 10. pag. 1.*

I. GERSONII sermo de S. Nicolao,

in illud Psal. 21. *Spes mea ab vberibus matris meæ.* I. Infantes præter solitum prodeuntes ab ineunte ætate verisimilibus coniecturis, quales futuri erant, præsagisse ostendit. II. B. Nicolai pietatem & puritatem commendat. III. De multiplici & vana spe mortalium fusè scribit. IV. Iuuenum sui temporis malitiam exagerat. V. B. Nicolai laudes pangit, eiusque vitam, atque merita præconiis effert *Tom. 2. part. 4. col. 55. ad col. 62.*

✠ Gvillelmi Parisiensis in die festiuo Sancti Nicolai, sermo primus. Ea verba examinans, *Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo & inuentus est iustus. Ecclesiastic. 44.* Sex in B. Nicolao contemplatur in quibus eum imitari debemus. I. Quod iugum domini portauerit ab adolescentia sua: vnde quadruplex bonum, 1. securitas à timore quo cruciantur peccatores, à timore casus, ab igne purgatorij, à dubietate de fine vitæ. 2. consuetudo, difficilia ad facilitatem reducens, 3. tam meriti quam præmij magnitudo. 4 seruitium adolescentis Deo gratius. II. Quod sanctitatem vitæ suæ à carnis maceratione inchoauit. III. Amorem sacræ scripturæ habuit. IV. Ecclesiam frequentauit. V. Mundi gloriam spreuit. VI. Pietatis operibus operam dedit. *In sanctorum proprio sermone. 4. à pag. 7. ad pag. 9.*

Idem, eiusdem vnde supra sermo secundus. *Estote parati quia quâ horâ non putatis filius hominis veniet. Luc. 12.* I. Pertinet ista admonitio ad eos, qui se præparare differunt, præparationem inchoatam differunt, iam parati apparatum destruunt. II. Quatuor mouere nos debent ad sollicitè laborandum vt parati simus sc. magnitudo honoris ad quem vocati sumus, expensarum quas Christus fecit pro gloria nobis comparanda magnitudo, periculi quod imparatis imminet propinquitas, multitudo eorum qui præparare se negligentes perierunt. III. Quadruplici occasione imparati inuenimur sc. negligentiâ addiscendi, conuersionis dilatione, viarum varietate, pietatis defectu. *In proprio sanctorum sermone 5. à pag. 9. ad pag. 11.*

✠ Theophanis Ceramei extat hom. 51. in beatitudines; de hoc festo. Initio proponit festa sanctis esse celebranda. 2 meritò præ aliis honorandum esse Thaumaturgum & magnum Nicolaum. 3. expendit quam multi Christum sint secuti. 3. locum ex quo docuit Christus beatitudines, attollit. 4. Octo beatitudines successiuè exponit & illustrat. *A pag. 347. ad. 353.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo de S Nicolao, in illud Ecclesiast. 44. *Ecce Sacerdos magnus qui in diebus suis, &c.* B. Nicolaum commendat à Diuina vocatione ad sacerdotium, à sacerdotalis officij executione, à virtutum splendore, à recta intentione, à sancta conuersatione, & à deuota oratione. *Tom. 16. serm. fest. fol. 42. col. 3.*

✠ B. Thomæ a Villanova Concio 1. de imitatione Sanctorum, ad hæc verba: *Inspice & fac secundum exemplar &c. Exod. 25.* Docet I. Spiritale templum Domino construendum esse, & ad hoc è cælo exẽplar & artem sumi debere. Et deindè in B. Nicolao & quolibet sancto. II. Quantum valeant exempla sanctorum. III. Quot virtutum exempla nobis reliquerit S. Nicolaus. *à fol. 229. col. 3. ad 231. col. 3.*

Eiusdem Concio 2. de definitione viri sancti, ad hæc verba: *Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum &c. Psalm. 1.* Id exequitur exponens verba Psal. citati: *Beatus vir qui non abijt in concilio impiorum &c.* Ex quibus elicit sex conditiones viri sancti. 1. quod legem Dei custodiat. 2. quod eam amet. quod eam sapiat. 4. quod eam impleat: 5. quod eam doceat. 6. quod in his omnibus proficiat & persistat. II. Comparat sanctum ligno fructifero & irriguo, de quo in Apocal. & appellatur lignum vitæ. Vbi 1. de irriguo Spiritus sancti. 2. de fructu quem quisque producat, & suum, & in tempore suo. III. Hanc fructuum productionem applicat B. Nicolao, & eius fundamentum ponit optimam à puero institutionem. *A fol. 231. col. 3. ad 234. col. 1.*

tum ad voluntatem, 4. tranquillitatis, quæ sequitur ex prædictis. II. A natiuitate suâ ad conceptionem filij Dei, 1. formositate, spirituali & corporali, 2. puritate vel immunitate ab omni culpâ, suauitate, in spiritualibus sensibus & affectionibus, 4. gratiâ & virtute, in exemplo & vitâ. III. Post filij sui conceptionem, ardore, 1. largitatis & copia quantum creatura humana capere potest, 2. impeccabilitatis, per fomitis restrictionem, 3. Vnitatis cum Christo, per contemplationem & actionem, 4. securitatis, minimè enim dubitandum est quin certissima fuerit de sua perseuerantia & salute: &c. *Ex tom. à pag. 105. col. 2. ad pag. 115. col. 1.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI pro Epist. serm. quo demonstratur Virginem Mariam laudabilem esse ratione. I. Mundissimæ virginitatis, qua non solùm ab omni actu immundo, sed ab omni carnali affectu, & cogitatione impura, fuit immunis. II. Suæ incomparabilis fœcunditatis, est enim Deo patri comparentalis. III. Maternitatis & virginitatis simul, & conceptionis de Spiritu sancto, quod ei soli concessum est. IV. Electionis à Deo pro aduocata nostra, & matre in omni tribulatione, & in necessitate refugio. V. Suæ communis & maximæ vtilitatis &c. *Ex proprio sanctorum, à fol. 12. pag. 1. ad fol. 13. pag. 1.*

Eiusdem pro Euang. sermo primus, quo per totum probat. Nullam virtutem obtinuisse Patriarchas, siue prophetas, aut quosuis Sanctos, qua speciosissima Virgo Maria non fuerit decorata, &c. *In prop. de sanct. fol. 14. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem pro Euang. sermo secundus. Primò. Virginem Mariam, fortem, mulierem dicit, quia nunquàm ab aliquo superata est peccato, quin imò omnem superauit vitiorũ aciem. Secundò. Fortitudinem, siue vt est specialis virtus & vna ex cardinalibus, siue vnum de septem donis Spiritus sancti, siue habitus virtuosus animi, fuisse in Maria Virgine, affirmat. Tertiò. Ad huius fortitudinis imitationem nos inA uitat & hortatur. *Ex proprio de sanctis fol. 15. à pag. 1. ad pag. 2.*

✠ GEORGII METROPOLITANÆ Nicomediensis Oratio prima in oraculum conceptionis B. Deiparæ. Initio aggratulatur cœtui, festumque hunc diem supra modum in se effulgentem, omnes suo splendore collustrare dicit. 2. præconium & prænuntium ortus Virginis quanta comitētur bona enumerat. 3. Ingentia merita parentum V. Mariæ effecisse ostendit vt cæteris præeligerentur. 4. Eorum virtutes & qui externa substantia diuites quidem abundè; sed voluntatis diuitiis magis abundarint: præsertim autem largitione bonorum suorum. 5. Pa-
B rentibus ab hac largitate arcentibus probè restitisse Ioachim. 6. Occasione accepta multa de oblationibus Abel & Cain disputat. 7. Eos qui prole carent à muneribus Deo offerendis non esse arcendos, vrget. 8. Ioachimi magnitudinem animi in reprehensores, eiusque secessum in solitudinem effert. 9. Elogia B. Annæ pronuntiat. 10. Diuino oraculo votorum compotes effectos esse, quod illustrat peroratione ad B. Virginem habita. *Tom. 1. Noui auct. Bibl. Patrum Græc. Latinæ à col. 995. ad 1015.*

Eiusdem sermo 2. cui titulus est. laudatio in conceptionem S. Annæ parentis sanctissimæ Deiparæ. Et primo quidem huius diei celebritatem commendat ex bonis quæ inde proueniunt, &
C miraculis quæ declarantur. 2. Tùm se extendit ad laudationes B. Annę præsertim modestiæ & constantiæ ad ancillæ commotionem. 3. de secessu eius in hortum, de oratione & humilitate, ac exauditione. 4. Mariæ elogium proponit 5. labores omnes quàm benè pro Deo impendantur, & ab eo remunerentur declarat. Ad quos hortatur. *Loco cit. à col. 1015. ad 1042.*

Vbi aduerte has orationes fundari in quadam historia seu libro apud Græcos celeberrimo, compacto à quodam Iacobo ἀδελφὸν (?) sit enim sibi nomen Apostoli vsurpabat. Qui liber esto apocryphus sit, non est tamen in omnibus reijciendus.

Eiusdem serm. 3. inscriptus in con-

ceptionem ac Natiuitatem sanctissi- A mæ Dominæ nostræ Dei genitricis, semper, Virginis Mariæ. Principio Mariam cœlum esse eximiè lucidum ac spaciosissimum ostendit, vndè inuitat vt omnes hac iucunditate fruantur. a. donun Dei, quod est ortus Mariæ, cæteris antecellere docet. 3. ex eiusmodi filia parentum illius attollit dignitatem. 4. Ex historia quadam præcellentes Ioachimi & Annæ virtutes illustrat. 5. vtrique parenti ab Angelo annuntiatam fuisse Mariæ conceptionem declarat. 6. Orationem dirigit ad Mariam, per quam omnes magnis expectent cumulari muneribus à Deo. *à col.* 1043. *ad* 1068.

I. Gersonii sermo primus de Conceptione B. Virginis Mariæ I. Hodiernæ festiuitatis præconia celebrat. II. B. Virginem hac die ad modum stellæ fuisse formatam: ad instar Solis creatam, super naturam dotatam: & gratiis vallatam demonstrat. III. Illam tabernaculum nominat stellare, solare, regale & Diuinale. IV. An fuerit concepta B. Virgo in peccato originali disputat, & litem fingit, in qua actor præsentatur, causa propalatur, reus connotatur, & causa disputatur. *Tom. 1. Part. 2. a col.* 730. *ad col.* 742.

Eiusdem sermo secundus de eadem, in illud Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea.* Tres habet partes; Prima verba thematis applicat ad materiam huiusce solemnitatis. Secunda eadem exponit iuxta sensum moralem pro auditorum instructione. Tertia quæstioni de peccato originali propositæ satisfacit. Quantùm ad primam. Conceptionem immaculatam V. Mariæ describit. Quantùm ad secundam, animam deuotam hortatur, vt sit pulchra & perseuerãter Dei amica: vbi de vero animarum amico Christo Domino & sex signis veri amantis Quantùm ad tertiam, obiectionibus Doctorum, immaculatam Virginis Conceptionem negantium respondet & satisfacit; & corporis ipsius Deiparæ elegantem pulchritudinem depingit. *Tom. 2. Part. 4. a col.* 574. *ad col.* 592.

Hugonis a S. Victore sermo in festiuitate Conceptionis B. Virginis habitus: siue de desponsatione cuiuslibet animæ fidelis, in illud Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.* Sanctæ animæ pulchritudinem describit: & ornamenta, quibus ipsa decoratur, mysticè exponit. Habet enim lauacrum, per compunctionem: vnguenta, per spiritualium donorum susceptionem: vestes, per bonam actionem: zonam, per castitatem: annulum, per fidem: murenulam, per castam dilectionem, pectinem, per discretionem: peplum, per cogitationum quietem & sobrietatem, inaures, per obedientiam: diadema, per gloriam: B speculum per lectionem: & calceamenta, per predicationem. *Tom. 2. Institut. Monast. serm. 9. pag. 321. & seq.*

✠ I. Thauleri sermo, in hæc verba *Eccl.* 24. *Transite ad me omnes qui concupiscitis me.* I. Declarat modos & actus vnicuique cõuenientes; incipientibus proficiẽtibus & perfectis, vt cuncta vitia & defectus ac propensiones malas mortificent. II. Pro primis, quatuor esse quæ in totidẽ viribus nostris exterminanda sunt, exponit 1. In concupiscibili, oblectationem exteriorum sensibilium: 2. In irascibili, vt foris non erumpat, nisi propterea quæ Deo aduersa sunt. 3. In rationali, vt non suæ rationi innitatur, & in ea glorietur. 4. C In spiritu, vt interior voluptas, quæ in eo capitur, reprimatur. III. Proficientibus, propensiones ipsas & imagines præteritæ consuetudinis eliminandas esse; quod obtinebitur facilè per meditationem mysteriorum Christi. IV. Perfectis, profundum Diuini abyssi esse penetrandum, vt comprehẽdatur quæ sit latitudo, longitudo sublimitas & profundum. Et sic ad Deum fiet transitus. *A pag.* 527. *ad* 531.

✠ Theophanis Ceramei hom. 14. huc refero, quam inscripsit ipse Dominica antè Natiuitatẽ Christi, ritum suæ patriæ sequutus. Considerat ergo genealogium Christi à Mathæo recensitam. Et primo, cur & quando & ab hac genealogia Euangelium

liũ texuerit, declarat. 2. Cur ab Abrahamo duxerit initium. 3. Cur tantum virorum ordinẽ posuerit. 4. Cur mulierum, & vitiosarum sanè meminerit, quod ad allegoriam trahens, illas Ecclesiæ figuram expressisse docet, & speciatim fusius prosequitur historiam Thomas enarrans & proposito adaptans. 5. Tandem eandem ad moralem sensum accommodat, & significari docet per Thomas voluptatem illicientem, spoliantemque baculo, cingulo & annulo. *A pag. 81. ad 87.*

FESTVM S. LVCIÆ VIRGINIS ET Martyris. XIII. Decembris.

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de S. Lucia in illud Sapient. 10. *Certamen forte dedit illi, vt vinceret.* Imprimis docet Dominũ dare sanctis pugnã, vt per pugnam veniant ad victoriam, & per victoriam ad coronam. Deinde probat B. Luciam fortem extitisse contra mundum, ad diuitias eius contemnendas, fortiorem, ad passiones tyrannicas deuincẽdas. fortissimam, ad carnis lasciuias edomandas, siue ad ipsas mortis miserias tolerandas. *Tom. 3. serm. de Sanct. pag. 223 & seq.*

Eiusdem sermo secũdus vnde supra, in eadẽ verba. Triplex certamen hominis spiritualis describit. Primò enim bella cum Deo orando, instãdo, plorando, & sic quodammodo eum compellendo, vt illũ accipiat. Secũdò cum proximo; nè se ab eo seduci permittat, dum eum ad malum inuitat. Tertiò cum diabolo, vt trahi ab eo nõ valeat in peccatũ. *Ibid. pag. 224. & seq.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI de S. Lucia sermo panegyricus per quem laudat illam propter I. Sanctitatem, quæ est, 1. mentis immunitas à peccatis, & decor gratiæ ac virtutum, 2. elongatio ac purificatio mentis ab omni carnali & mundano affectu, 3. perfectio seu excellentia quædam virtutum, vt homo eas habeat vt pertinẽt ad statum perfectorum. II. Pudorem, qui est erubescẽtia bona de peccato præterito aut præsenti, & etiam timor de re turpi, ne accidat. III. Taciturnitatem virtuosã, quoniam inutilia & illicita verba, diligentissimè cauit &c. *Ex Sanctorum proprio a fol. 19. pag. 1. ad fol. 20. pag. 1.*

✠ GVILLELMI PARISIENSIS sermo hac die habitus ex iis verbis *Sponsus sanguinum tu mihi es. Exod. 4.* quæ potuisse de se pronuntiare B. Luciam manifestat & Primò. Humilitatem Christi sponsi miratur, qui etsi altissimus, sponsam pauperem & ancillã sibi delegit desponsandam. Secundo. Sponsæ virtutem agnoscit, in eo quod pro Christo temporales diuitias contẽpsit, carnales delitias despexit, mundi gloriam spreuit, spõso virginitatem illibatam seruauit, ignem magnum sustinuit, gladio in gutture transuerberata est, sanguinem fudit. Tertiò. Ad tantam audaciam spõsam Luciam passionem Christi animasse, vt pro eo & pateretur & moreretur, comprobat. Quartò. Gloriam ad quam euecta est talis sponsa pro remuneratione contemplatur, cui Christus apparet speciosus forma, cuius tristitia in gaudium vertetur; quæ in hoc exilio est, in gloria, & in cœlo multiplici corona coronabitur. *Expr de sãct. ferm. 6. à p. 11. ad p. 12.*

S. THOMÆ AQVINATIS sermo de S. Lucia, in illud Apostoli 1. Corint. 1. *Qui gloriatur in Domino glorietur.* De falsa & vera gloria differit; Mundanam gloriam falsam dicit, vanam, stultam, & malam; falsa cõuertetur in inopiam, vana in ignominiã, stulta in luctus angustiam, mala verò in æterna tormenta. Gloriam veram, illam esse ostendit, quæ gloriatur in Dei cognitione, mirabilium eius consideratione, ipsius dilectione, laudatione, & fruitione. *Tom. 16. ferm. fest. fol. 42. col. 4.*

FESTVM SANCTI THOMÆ Apostoli. XXI. Decembris.

✠ B. ALBERTI MAGNI sermo ad hæc verba. *Ioan. 20. Infer digitum tuum huc, & noli esse incredulus &c.* I. Passionis Dominicæ grauitatem ex his verbis colligit. *Infer digitum &c. & affer manum tuam &c.* Vnde docet pa-

ticndum nobis esse cum Christo. II. Elicit veritatem Dominicæ resurrectionis, cum se palpandum præbet, vnde nos resurrecturos concludit; ad quod disponi debemus. III. Notat Christianorum dignitatem, quibus se præbet Christus non solum tangendum, sed etiam manducandum. Vndè dicit sex esse præstanda ad eum excipiendum. 1. vt nudemur per cōtritionem. 2. vt scopemus domum per confessionem. 3. vt ornemur bonis operibus. 4 vt ipsū desideremus. 5. vt pacem cordis assequamur. 6. vt quod melius nobis est, cor scilicet ei offeramus. *A pag.* 157. *col.* 1. *ad* 159. *col.* 1.

S. Bonaventvræ sermo primus de S. Thoma Apostolo, in illud Euangelij, *Quia vidisti me Thoma, credidisti.* Quatuor videnda proponit. I. Mundū decipiētem, vt ipsum non amemus, sed contemnamus. II. Carnem inficiētem, vt ab ea fugiamus. III. Diabolum seducentem, vt ab eo caueamus. IV. Dominum vocantem, vt sequi contendamus. *Tom.* 3. *de Sanct.* 1. *pag.* 225. *& seq.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra, in illud Euangelij, *Noli esse incredulus sed fidelis.* Docet nos. I. Fideles seruos esse debere par comparationem ad Dominum. II. Fideles amicos respectu proximorum. III. Fideles œconomos, siue villicos, per comparationem ad id quod est dispensandum. *Ibidem pag.* 227. *& sequent.*

S. I. Chrysostomi sermo in S. Thomam Apostolum I. B. hunc Apostolum laudibus præclaris effert, & variis rebus assimilat. II. Eius confessionem comprobat & commendat. III. In Arrium & arrianos Christum Deum negantes grauiter agit. IV. Arrij sacrilegia prodit. V. B. Thomam alloquitur & inuocat. *Tom.* 6. *serm.* 32. *p.* 324. *& seq.*

✠ *Non censetur hic sermo esse D. Chrysostomi, sed Ioannis Nepotis Syluani Hierosilimit. totidemque verbis excussus est intereius opera. Tom* 1. *pag.* 528. *col.* 1. *& sequent.*

✠ Dionysii Carthvsiani pro Euang. sermo, 1. S. Thomā Apost. laudabilem enunciat ex, 1. Charitate in Deum, 2. Prompta resignatione ad

A mortem, 3. Dilectione fraterna, &c. *In proprio sanct. a fol.* 22. *pag.* 1. *ad f.* 23. *p.* 1.

Eiusdem, sermo, 2. S. Thomas populum docuit vt, 1. In Deum crederet, 2. Sacrum baptisma susciperet, 3. A fornicatione se abstraheret, 4. Auaritiam deuitaret, 5. Gulam restringeret, 6. In pœnitentiā permaneret, 7. In his ac cæteris bonis perseueraret, 8. Amaret hospitalitatem, 9. Dei in agendis, volūtatem quæreret, 10. In non etiam faciendis, 11. Amicos, & inimicos diligeret, 12. In his obseruandis curam haberet Peruigilem. &c. *In proprio sanctor. a fol.* 23. *pag.* 1. *ad fol.* 24. *pag.* 1.

S. Lavrentii Ivstiniani sermo de S. Thoma Apostolo. I. Quantum sit animæ pretium perpendit. II.
B Primorum Parentum præuaricationem eiusque effectus describit. III. Domini erga peccatores misericordiam & dignationem demōstrat. IV. Christum verum pastorem fuisse ostendit. V. Reprobationis quorundam causam & rationem profert. VI. B. Thomam oui erranti assimilat. VII. Eius infidelitatem & conuersionem repræsentat. VIII. fidei Christianæ virtutem commendat. *Part.* 2. *pag.* 697. *& sequent.*

✠ Gvillelmi Parisiensis sermo primus in S. Thomam Apostolum ad ea Ephes. 2. *Ex quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino*, ad modū materialis ædificij ædificium spirituale. I. Fundat, per
C primarium lapidem qui est Christus, siue fides Christi; quem pontifex, id est, pater signatū cruce ponit in fūdamento nostro sc. corde; & habet quinque virtutes, humiles exaltat, diuisos congregat, debiles confortat, infirmos vngit, peccatores saluat. II. Erigit spe, quæ spes quatuor parietes erigit, 1. resurrectionis. 2. immortalitatis siue impassibilitatis, 3. ascensionis, 4. fruitionis. III. Perficit Charitate, quia charitas operit multitudinē peccatorum. IV. Cōsecrat oratione, aspersione, vnctione, & sanctificat veritate, cōseruatione in bono, vnione. V. Inhabitari dicit per Patrem, qui irascibilem potentiā roborat; Filium, qui sapientiā

rationalē illuminat, Spiritū sanctum, qui bonitate concupiscibilem satiat. *In proprio sanct. serm. 7. à pag. 12. ad pag 14.*

Item Eiusdem sermo secūdus vnde suprà in illud *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. Ioan. 20.* Christus discipulos suos permisit cadere propter quinque causas 1. est, sanctarum congregationum excusatio, 2. pœnitentium consolatio, 3. de se præsumentium humiliatio, 4. electorū profectus qui ex casu eorum sequitur, 5. quantū ad S. Thomam, confirmatio Ecclesiæ in fide. Christi pietas apparuit, 1. in generali cōsolatione discipulorum, 2. in speciali cōfortatione eorum qui ceciderant, 3. in generali consolatione fidelium. *In proprio de sanct. serm. 9. pa. 14.*

B Eiusdem sermo tertius vnde suprà. *Post dies octo erāt discipuli eius intus & Thomas cū eis, venit Iesus &c. Ioann. 20.* I. Exēplo discipulorum quatuor nobis necessaria vt saluatorem quem expectamus, digne excipiamus; sc. timor, qui domum conscientiæ mundat, gloriæ mundanæ contēptus, vnitas, stabilitas sine euagatione. II. Saluator ad discipulos veniens, in medio eorum stat, pacem cōmendat, infirmum confortat; absentes laudat; sic qui in cōgregatione viuit, in medio stet vt omnes diligat, medietatē teneat, verba pacis ad omnes habeat, infirmum confortet, non despiciat; confortet autem exemplo suo, ad asperitates tolerandas animādo, absentes commendet non præsentes; quia adulatio præsentibus, detractio absentibus obest. *In proprio sanctorum sermone. 8. à pag. 14. ad pag. 16.*

S. Thomæ Aqvinatis sermo de S. Thoma Apostolo, in illud Habac. 3. *Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.* I. B. Thomam abysso comparat propter nominis rationem, ætymologiæ significationem, & eius definitionem. II. Hanc abyssum mysticam sextuplicem vocem dedisse ostendit, dilectionis videlicet dubitationis, confessionis, obedientiæ, iustitiæ, & prædicationis. III. Per altitudinem Christum intelligit qui leuauit manū suam ad offerendum sacrificium pro mundi A expiatione, ad dandam benedictionem in ascensione, ad ostensionem suæ potentiæ, & ad malorum percussionem *Tom. 16. serm. fest. fol 41. & sequent.*

Festum S. Thomæ Episcopi & Martyris. xxix. Decembris.

Dionysii Carthvsiani de S. Thoma Cantuariensi sermo, in quo eius commendat. Primò. Iustitiam, dum curiam deseruit, in qua quædam religioni & æquitati contraria cernebat. Secūdò. Spiritualem fortitudinē, quia inter pericula mortis fuit intrepidus, atque in maximis aduersitatibus mirabiliter patiēs. Tertiò. Securitatem mentis, & extirpationem inordinatæ formidinis. Quartò. Specialem & magnam sanctitatem, quam tam subtiliter occultauit, vt saluo semper honestatis rigore, indecentiā vestium aliorum moribus concordaret. Quintò. Miraculorum post obitum abundantiam. *Ex proprio sanctorum à fol. 60. pag. 1. ad fol. 61. pag. 1.*

Gvillelmi Parisiensis sermo primus in S. Thomam Cantuariensem Episcopum & Martyr. in ea verba. *Seruum inutilem proiicite in tenebras exteriores.* I. Parabolam hāc fusius tractat & exponit quid per hominem proficiscentem, quinque talenta, duo talenta, vnum talentum designetur, indicat. II. Seruos nos esse Dei ostendit C factitios, quia ad hoc facti vt Deo seruiamus; cōductitios quia mercede cœlesti conducti; emptitios, quia prætio sanguinis Christi empti sumus. III. Quatuor malorum seruorū genera in Euangelio insinuari docet, sc. seruum inutilem, dissipatorem, nequam, proditorem; quorum duo prima genera, malè se habēt ad ea quæ sunt intra se; tertium, ad id quod est iuxta se; quartum, ad id quod est supra se. IV. In seruo inutili, scripturarū intelligentiam inutiliter, damnat; quia, 1. talentum hoc est valdè vtile est benè vtentibus. 2. multum, 3. Ecclesia in hoc multum damnū accipit 4. per hoc valde offēditur. *In pr. de san. serm. 30. à p. 36. ad p. 37.*

Kkkk ij

Eiusdem, sermo secundus vnde suprà in illud *Pro iustitia agonizare pro animâ tuâ, & vsque ad mortē certa pro iustitiâ & Dominus expugnabit pro te inimicos tuos. Eccl. 4.* Primò. Certandum nobis est sine debito, quia in campo isto certaminis incessanter impugnamur; pro anima autem, nō pro corpore, debemus certare. Secūdo. Specialiter pro iustitiâ est certandum, tanquam ad salutem necessaria, vtilitati communi seruiendo, vnicuique quod suum est reddendo, & sibi ipsi omnium malorum elongationem, & bonorum fruitionem procurando. Tertiò. Deus amator iustitiæ, certamen quod fit pro iustitiâ suum reputat; vndè certantes iuuat, & eorum hostes expugnat. Quarto S. Thomas de quo agimus, viriliter certauit à tyranno enim flecti non potuit: vsque ad mortem certauit, sustinuit, 1. exilium septennæ, 2. bonorum suorum confiscationem, 3. triplicem mortem sc. carnis mortificationem, cilicium ad carnem habendo, compassionem propter parentum & amicorum proscriptionem, mortem illam quam gladius intulit; ipso vero mortuo Deus inimicos eius expugnauit, vt in vitâ habetur. *In proprio de sanctis serm. 31. à pag. 37. ad p. 39.*

Item, eiusdem sermo tertius de quo in præcedentibus, hoc Ioannis examinans dictum. *Si quis mihi ministrat me sequatur & vbi ego sum ibi & minister meus erit. Ioann. 12.* I. Sex dinumerat in quibus imitatus est Christū B. Thomas, 1. pauperibus humiliter ministrauit, 2. vias duras custodiuit, 3. hominibus se conformauit, quantum sibi licuit & eis expedire vidit, 4. ad patiendum voluntarius fuit, 5. pro Dei voluntate, id est, pro libertate Ecclesiæ animam suam posuit, 6. infirmitati eorum qui secum erant parci voluit. II. Verbum hoc *Qui mihi ministrat me sequatur* dici arbitratur contra, 1. otio torpentes, 2. perire volentes, sensum, Christi sapientiæ præponendo. 3. circà impertinentia sibi attendentes, 4. Christum in tribulatione deserentes, 5. lucrum temporale plusquàm Christum sequētes, 6. Christum fugientes. 7. malignitatem potius diaboli quam Dei bonitatem imitātes; 8. Dei verbum dispensantes & contraria doctrinæ suæ facientes & sic seipsos confundentes. III. Ostēndit quid sit expectandū ei qui hoc implet mandatū. *In proprio sanct. serm. 32 à pag. 39. ad p. 40.*

Eiusdem sermo quartus vnde suppra. Attendit multiplicem viam quam tenuit Christus, 1. fuit de cœlo in Virginis vterum, quando exinaniuit se formam serui accipiens, 2. de vtero virginis in mundum, quando natus est in diuersorio pānis inuolutus & positus in præsepio, 3. de præsenti vitâ per multas tribulationes ad mortem, 4. de cruce ad inferos, vnde sanctos Patres eduxit. Deinde Christum tria in suo ministro requirere probat, vt dignus sit recipere promissum præmium, 1. decorem, vt sc. purus sit in vita & honestus in moribus, 2. discretionem, vt agnoscat quid placeat domino suo & quid familiæ eius expediat, 3. fidelitatem & quantùm ad personam suam ne eum hostibus prodat, vel in aduersis deserat, & quantùm ad bona ne ea dissipet. *In proprio sanctorum serm. 33. à pag. 40. ad pag. 41.*

FESTVM SANCTI SILVESTRI Papæ & Confessoris. XXXI. Decemb.

DIONYSII CARTHVSIANI sermo in cuius serie S. Siluestri Papæ excellētias recenset, quarū. Prima est. Ab infantiâ in virtutibus educatio, in operibus misericordiæ exercitatio, in magnâ cōstantiâ roboratio. Secunda Gratia prophetiæ, quâ Tarquinio imminētem mortem prædixit. Tertia. Magna & gratiosa amabilitas. Quarta. Quod plenus, generalis ac summus fuit Christi vicarius, pastor ac rector totius Ecclesiæ pater totius mūdi. Quinta. Copiosissimus fructus præsidentiæ suæ in Papali officio. Sexta Mirabilis & præclara in lege diuina scientia. Septima. Virtus & eminētia miraculorū quæ fecit, &c. *Ex sanct. propr. fol. 61. à pag. 1. ad pag. 2.*

Finis Concionum de Sanctis in particulari.

CONCIONATORIA

PATRVM BIBLIOTHECA.

DE SANCTIS IN GENERE.

COMMVNE APOSTOLORVM.

SANCTI ANTONII DE PADVA sermo 1. in illud Isaiæ 40. *Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas*, Apostoli Primò. Nubes erant quia alti & suspensi fuerunt propter contemplationem; quia quicquid hauriunt, super terram fundunt; quia terram rigando germinare faciunt; quia à Spiritu sancto ducuntur, sicut nubes à vento; quia lumen spargunt. Ab his nubibus sex beneficia effluxerunt, ros consolationis, pluuia eruditionis, lux gratæ promissionis, virga iustæ correptionis, minæ punitionis, fulgur excommunicationis, &c. Secundò. Columbæ erant quia sicut illæ ad fenestras propter tria volant, sic illi redire debent à prædicatione ad contemplationem, propter auditorum incorrigibilitatem, pullorum educationem, & quietem post laborem. *à pag. 419. ad pag. 420.*

Eiusdem sermo 2. in illa verba Psal. 18. *In omnem terram exiuit sonus eorum.* Tria sunt quorum sonus procul auditur; tonitruum, tuba, campana ideo

A Apostoli fuerunt. I. Tonitruum, in prædicatione quantum ad malos; quia sicut in tonitruo sunt quatuor, coruscatio præcedens, tonitruum, fulgur, pluuia; sic Apostoli in malos coruscant, tonant, fulminant, pluunt. II. Tuba, bonos excitando. III. Campanæ, propter factionem, proprietatem, & vsum; hæc fusè moraliter discutiuntur, *à pag. 420. ad pag. 421.*

B Eiusdem, sermo 3. in illud Psalm. 138. *Nimis honorati sunt amici tui Deus, &c.* Apostoli amici Dei dicuntur propter, 1. Voluntatis conformitatem & cordium vnitatem, idem volebant & nolebant cum Deo, 2. secretorum reuelationem, omnia sua secreta Christo reuelabant, & Christus eis. 3. bonorum communicationem, omnia sua reliquerunt Christo, & propter Christum;
C vnde Christus bona sua restituit eis & centuplum pro illis dedit, *à pag. 421 ad pag. 423.*

Eiusdem, sermo 4. in hæc Ioann. 15. *Posui vos vt eatis & fructum afferatis.* Tota vita Apostolorum fuit. I. in prædicatione & vtilitate proximorum; quod figuratur per filios Iacob, missos in Ægyptum ad frumentum emendum & afferendum, fame valida in regione

Chanaan existente. II. In contemplatione & virtutum exercitio: quod per exploratores terræ promissionis signatur, qui inde fructum triplicem attulerunt, malogranata, ficus, & vuas; per malogranata, vita coniugatorum; per ficus, vita continentium; per vuas, integritas virginalis significatur. *à pag.* 413. *ad pag.* 415.

Eiusdem, sermo 5. in Matth. 10. *Estote prudentes sicut serpentes, &c.* duos hostes habent Apostoli, sc. hæreticos & tyrannos; quare eis necessaria, 1. contra hæreticos prudentia serpentina, quæ est quintuplex, 1. vt nouam pellem acquirat per arctum foramen transit 2. pro capite corpus periculis exponit, 3. aurem obturat, ne vocem incantatoris audiat, 4. luto inuolutus in os crocodili insilit & intestina eius interrumpit, 5. facie blanditur, sed cauda pungit: hæc apostolis applicantur, 2. Simplicitas columbina, contra tyrannos: quæ triplex, 1. alienos pullos pascit vt suos, 2. ibi nidificat vbi frequentius pulli auferuntur, 3. laqueum non cauet vt sibi & suis escam acquirat. *à pag.* 415. *ad pag.* 417.

Eiusdem, sermo 6. ex his verbis Ioann. 15. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, &c.* Concludit Dominum, amorem specialius quàm præceptum aliud præcipere, 1. Vt dilectio sit tributum de omnibus bonis quæ nobis tradidit, 2. ne aliquis possit excusari, 3. propter vtilitatis nostræ compendium, quia omnia bona possumus nostra facere si amemus, 4. quia hoc mandato impleto omnia implentur. Deus dilexit nos quinque modis, sc. prædestinando, redimendo, à peccatis iustificando, misericorditer castigando, æternam hæreditatẽ conferendo, *à pag.* 417. *ad p.* 418.

Eiusdem, sermo 7. secundùm verba illa Ioann. 15. *Vos amici mei estis, &c.* Perfectam dilectionem in tribus consistere asserit. Primò. In mandatorum amici ad impletione. Secundò. In consiliorum reuelatione. Tertiò. In animæ ad mortem pro amico traditione; his modis Deum debemus amare. *pag.* 418.

A Eiusdem, sermo 8. in id Matth. 11. *Tollite iugum meum super vos, &c.* I. Apostoli sunt boues quia bini mittuntur, laboriosi & fortes, parum expendunt etsi multum laborent: duo cornua, doctrinam & vitam habent; patienter iugum portant vsque ad vesperam; post laborem mactantur, in his nihil inutile &c. II. Iugum Christi suaue propter societatem portantium, amoris coniunctionem, admixtam consolationem, expectatam præmiationem, &c. *à pag.* 418. *ad pag.* 430.

Eiusdem, sermo 9. in hoc Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus &c.* Relinquere debemus tria. Primò, peccatum quod pertinet ad incipientes, B propter separationem à Deo & bonis Ecclesiæ vtilitatem, & breuitatem. Secundò Mundum, propter suam fraudulentiam, & periculum. Tertiò. Nos ipsos, hoc est propriam voluntatem; vt vicem Christo recompensemus, qui se pro nobis reliquit, vt ab ipso in omnibus nobis prouideatur. Apostoli se reliquerunt, vt se totos Christo impenderent; ei vicem promptè rependerent, Christum facilius comprehenderent, &c. *pag.* 430.

S. Avgvstini sermo de Apostolis, in illud Luc. 10. *Designauit Dominus & alios septuaginta duos, &c.* I. Docet Christum ad Iudæos per messem designatos messores misisse, ad Gentes verò non C messores, sed seminatores. II. Agriculturam Dei inspicit, & duplicem messem distinguit, transactam in populo Iudæorum, futuram in populis Gentium. B. Paulum seminatori assimilat, IV. Sanctos Apostolos messores nominat. V. Parabolam Euangelicam hominis seminantis semen suum, à D. Luca conscriptam, interpretatur. VI. Sollicitudines nimias & vanas detestatur. VII. Episcoporum, Prælatorum & Prædicatorum officium describit. VIII. Per sacculum, occultam sapientiam intelligit; & per calceamenta, opera mortua. IX. Quid sit per viam neminem salutare mysticè, explicat. X. Modum rectè prædicandi Euangelium tradit. XI. De

pace Euangelica differit. *Tom. 10. ſerm. 42. de Sanctis fol. 274. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo ſecundus, vnde ſupra. I. Quàm congruum ſit, & quàm iuſtum Apoſtolorum ſolemnitates celebrare perpendit. II. Prærogatiuas Apoſtolorum notat. III. Apoſtolos variis rebus aſſimilat, luci videlicet, ſali, & lapidibus pretioſis. IV. Ad eorum imitationem ſuos cohortatur. *Ibidem fol. 275. ſerm. 43. de Sanctis.*

S. V. BEDÆ homilia de Apoſtolis in Euangel. *Conuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem, &c.* I. De virga ferenda & non ferenda iuxta Domini mandatum difficultatem proponit & ſoluit. II. Simplicitatem commendat & eam per vnicam tunicam intelligit. III. Textum breui expoſitione interpretatur. *Tom. 7. col. 154. & ſequentibus. Homil. æſtiual. de Sanctis.*

S. BONAVENTVRÆ ſermo primus de Sanctis Apoſtolis, in illud Eccleſiaſtici 43. *Species cæli, gloria ſtellarum.* I. Eccleſiam cœlo aſſimilat. II. Summum Pontificem cum Empyreo confert. III. Apoſtolos, ſtellas myſticas dicit, quia puri extiterunt, per continentiam: alti, per paupertatis excellentiam: ſphærici & rotundi, ſiue perfectiſſimi, per obedientiam. *Tom. 3. ferm. de Sanct. in comm. pag. 294. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo ſecundus de iiſdem in illud Iudic. 5. *Stellæ manentes in ordine ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt.* Apoſtolos ſtellis comparat, quia ſicut ſtellæ ſunt paruæ, pulchræ & maximæ: ſic Apoſtoli parui fuerunt, per humilitatem in mente: pulchri, per honeſtatem in corde: & maximi, per vnitatis vinculum in vtroque. *Ibidem pag. 295. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo, tertius vnde ſupra, in illud Baruch. 3. *Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodiis ſuis.* Imprimis de variis corporibus lucidis diſputat. Deinde Apoſtolos commendat, à ſanctitate ipſorum interiori, & à libertate exteriori, Denique oſtendit S. Apoſtolos ad modum ſtellarum incorruptibiles eſſe, per tolerantiam: infatigabiles, per conſtantiam: & inecliпſabiles, per perſeuerantiam. *Ibidem pag. 297. & ſequent.*

A

Eiuſdem ſermo quartus, vnde ſupra, in illud Ioann. 15. *Vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* De triplici munditia Apoſtolorum neceſſaria ad Diuinam viſionem pertractat; eſt enim munditia cordis in cogitatione, munditia oris in loquutione, & munditia manuum ſiue operis in operatione. *Ibidem pag. 298. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo quintus, vnde ſupra, in illud Matth. 13. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis.* Quòd Chriſtum videre debeamus. I. in præſepio vagientem, in ſignum altiſſimæ paupertatis. II. In cœnaculo Diſcipulorum pedes lauantem, & miniſtrantem, in ſignum profundæ

B

humilitatis. III. In patibulo morientem, in exemplum latiſſimæ charitatis. IV. In ſupremo ſolio conſedentem, in ſignum ampliſſimæ poteſtatis. *Ibid. pag. 300. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo ſextus vnde ſupra, in eadem verba. Quatuor ad viſionem veram requiſita notat: docetque nos videre ſollicitè debere ſupra nos Deum adiuuantem, nè in bello cadamus vel deſperando deſiſtamus, ſed cum eo pleniſſimè nos vincere confidamus: intra nos carnis ſtimulum continuè impugnantem, vt caueamus: iuxta nos proximum delinquentem, vt ei condoleamus, & malum cognitum declinemus: infra nos mundum allicientem, honoribus, diuitiis, deliciiſque demulcentem, vt fugiamus. *Ibidem pag. 301. & ſequent.*

C

Eiuſdem ſermo ſeptimus vnde ſupra in illud Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Triplicem agnoſcit beatitudinem; Prima eſt hominum peccatorum in mundanis ſummè ſe delectantium. Secunda iuſtorum, in Diuinis mandatis vigilantium, à malis ſe abſtinentium, & promouentium ſe in bonis. Tertia Beatorum bonis ſummis, pacificis & æternis perfruentium. *Ibid. pag. 303. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo octauus vnde ſupra, in illud Ioann. 14. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Quatuor motiua

amoris Apostolorum & Christianorum erga Deum demonstrat, ex parte naturæ ex mandato scripturæ, ex dono gratiæ, & ex promisso gloriæ. Primum ad amorem diuinum inducit. Secundum præcipit. Tertium præcepto paret. Quartum verò attrahit. *Ibid. pag.* 305. *& sequent.*

Eiusdem sermo nonus vnde supra, in illud Ioann. 15. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* I. Ex charitate quatuor amanda esse docet, Deum, nostram animam, proximum, & corpus proprium. II. Modum proprii corpus amandi tradit. III. Ostendit fraternam dilectionem esse rectitudinis naturæ ostensiuam, legis Diuinæ completiuam, Christo assimilatiuam & in eum transformatiuam, atque infernalis supplicij euasiuam; ac supernaturalis gloriæ acquisitiuam. *Ibidem pag.* 306. *& seq.*

Eiusdem sermo decimus vnde supra, in illud Ioann. 15. *Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis.* Bonæ amicitiæ & malæ discrimen notat: & tria amicitiarum genera distinguit. Prima est malorum cum malis, & dicitur simpliciter mala. Secunda bonorum cum bonis, & nominatur simpliciter bona. Tertia bonorum cum malis, & potest esse bona, sicut & mala. *Ibid. pag.* 308. *& sequent.*

S. Chrysostomi sermo in sanctos duodecim Apostolos. I. Illos piscatores hominum nominat. II. Incudes animatas eos dicit. III. Apostolorum post Spiritus-sancti aduentum diuisionem & dispersionem notat. IV. Eorum reliquias commendat. V. Miracula ipsorum etiam post mortem commemorat. VI. B. Petrum summis laudibus effert. VII. S. Paulum præclaris encomiis celebrat. *Tom.* 6. *serm.* 31. *pag.* 320. *& sequentibus.*

✠ *Existimatur hic sermo non improbabiliter esse Ioannis Nepotis Sylu. Hierosolimi. & inter eius opera legitur. Tom.* 1. *pag.* 529. *col.* 2. *& sequentib.*

S. Gregorii Magni homilia prima de Apostolis, in illud Matth *Misit Dominus Iesus duodecim discipulos suos, &c.* Cùm iam constet Christum pro redemptione infidelium in mundum venisse, cur suis discipulis dixerit, *In viam Gentium ne abieritis*, inquirit, & soluit. II. Finem Mundi proximum prædicit. III. Mundi contemptum suadet. IV. Miraculorum rationem declarat. V. In eos, qui vel ex ordinatione sacra nummos accipiunt, vel gratiam gratis non tribuunt, vel pro humano fauore sacros ordines largiuntur, grauiter agit. *Tom.* 3. *homil.* 4. *in Euangel. col.* 10. *& sequent.*

Eiusdem homilia secunda vnde supra in Euangelium, *Designauit Dominus & alios septuaginta duos, &c. Luc.* 10. Textum exponit & varia complectitur. I. Quòd qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium nullatenus suscipere debeat. II. Quòd Dominus prædicatores suos sequatur. III. Quòd in messe Dei rarus inueniatur operator verus, & prædicator. IV. Quòd inter Rectores, pauci sint Patres charitatis viscera habentes: multi verò Domini terrorem potestatis exhibentes. V. Quòd plurimæ ad officium prædicationis requirantur conditiones; eas autem recenset, & ex Euangelio colligit. VI. Quòd duplex sit prædicatoris merces vna in via, altera in patria. VII. Quòd magnum sit crimen apud Deum, peccatorum pretium manducare, & nihil contra peccata prædicando agere. VIII. Quòd immaculata esse debeat Sacerdotum puritas. IX. Quòd ira Sacerdotis numquam debeat esse præceps & perturbata, sed magis ex consilij grauitate metuenda. X. Quòd gratis sint ordinationes conferendæ. XI. Quòd Deus nullum ab aliis præiudicium maius tolleret, quàm à malis Sacerdotibus. XII. Quòd cibus Dei sit populus fidelis, cuius condimentum debent esse sacerdotes. *Ibidem homil.* 17. *in Euang. a col.* 43. *ad col.* 49.

Eiusdem homilia tertia in Euangel. *Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, &c. Ioann.* 15. I. Docet omnia mandata vnum amoris præceptum esse. II. Vera proximi dilectio in quo consistit, declarat.

rat. III. Inimicorum dilectionem suadet. IV. Vnde probare possimus, an inimicos nostros diligamus, demonstrat. V. Quanta sit dignitas hominis, vt Dei amicus dicatur & existat, animaduertit. VI. Afflictionum ac laborum fructus & remunerationem ponderat. VII. Efficacissimæ orationis modum tradit VIII. In eos qui sic orant, vt mortem inimici postulent, grauiter agit. *Ibid. homil. 27. in Euang. col. 86. & sequent.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo primus de Apostolis, in illud Isaiæ 60. *Qui sunt isti qui vt nubes volant, &c.*
I. Sanctos Apostolos nubibus assimilat quia pluunt per prædicationem, protegunt per orationem, coruscant per virtutem, & volant per contemplationem. II. Eorum candorem & virtutem describit. III. Illos omnibus aliis sanctis præfert. *Tom. 2. Institut. Monast. serm. 7. pag. 320.*

Eiusdem sermo secundus de iisdem, in illud Sapient. 3. *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent, &c.* Docet Sanctos Apostolos & iustos fulgere virtute, discurrere prædicatione, iudicare in resurrectione, & regnare in æterna beatitudine, *Ibid. serm. 32. pag. 304. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Isaiæ. 66. *Ponam in eis signum & mittam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes, in mare, in Africam, &c.* Differit de Apostolorum electione, missione, prædicatione, & Sacerdotum officio ac requisita puritate. *Ibid serm. 50. p. 364 & seq.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Iosue 6. *Arca clangentibus tubis septem dierum circulo circum Ierico ducitur, & Ierico subuertitur. &c.* Per Ierichoglo riam præsentis sæculi intelligit, per tubas æneas prædicationis Apostolorum auctoritatem, & per Achan falsum Christianum vel hæreticum; vbi de peccatis aliorum non dissimulandis, & vestigiis Apostolorum insequendis loquitur. *Ibid. serm. 71. pag. 392. & sequ.*

D. INNOCENTII PAPÆ III. sermo primus de Apostolis in illud Psal. 138. *Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est, &c.* I. In quibus comprobetur fidelis amicitia, ostendit. II. Quomodo verum sit, quòd omnia quæcumque Christus à Patre, nota fecerit Apostolis declarat. III. De singulari prærogatiua, honoratione ac veneratione Apostolorum differit. IV. Duodenarij numeri priuilegia recenset. V. Tria notat, quæ præcipuè illorum commendãt honorabilem principatum. *Tom. 1. pag. 161. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de iisdem, in illud Psal. 120. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem in vanum, &c.* I. Dei ciuitatem quadruplicem notat, triumphantem videlicet, militantem, spiritalem, & corporalem. II. Eam describit per partes. III. Ciuitatis spiritalis hostes prodit. IV. Vigilias noctis quatuor cõtra quatuor hostes animæ custodiendas esse monet. *Ibidem pag. 164. & seq.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo ad ea verba *Ioann. 14. Si diligitis me mandata mea seruate.* Docet amandum esse Deum, per obseruantiam mandatorum eius. II. Ad hunc amorem tria requiri 1. externorum sensuum custodiam. 2. Emori propriæ complacentiæ. 3. quotidiana habere exercitia erga Deum, & seipsum vt in hostiam offerat Deo. III. Dicit eiusmodi animam transire quoque ad Christi humanitatem, quam mediatricẽ sumit ad Deũ, eique cõformari cupit. *A p. 636. ad 938.*

Eiusdem sermo ad ea verba, 2. *Tim. 4. Argue obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina.* Persuadet superiores omnes duobus præditos esse debere. I. Vt reprehendant omnia externa & manifesta peccata, & veritatem doceant. II. Vt seipsos iudicantes, de aliis sobriè iudicent, si id ex officio non habeant. III. Quomodo in corrigendis inferioribus se gerere debent. *a pag. 566 ad 569*

✠ RABANI MAVRI homilia ostendit quàm merito Apostolorum solemnitatem celebremus. II. quomodo eos meditari vetuit, & cõfiteri præcepit. III. Se extendit ad varia elogia Apostolorũ & figuras. IV. Hortatur vt factis impleamus quæ illi iusserunt. *Tom. 5. pag. 601. col. 1. & 2.*

• Radvlphi Ardentis in illud Ephes. 2. *Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum, &c.* homilia de Apostolis. I. Hospites in domo Dei sunt, folsi Christiani; Ciues verò veri Christiani; Ciues vero, veri Christiani: conciuem faciunt, cohabitatio, earundem legum obseruatio, communionis eiusdem dilectio. II. veri Christiani sunt lapides supernæ ciuitatis, fundamentum Christus, qui Ecclesiam regit & portat. III. non solum omnes fideles sunt templum & habitaculum Dei, sed etiam vnusquique fidelis est templum Dei & habitaculum. *à fol. 1. pag. 1. ad fol. 4. pag. 1.*

Eiusdem, homilia in ea verba. *Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, &c. Ioann. 15.* quibus videtur, Primo. Etsi multa sint Domini præcepta, mandatum de dilectione specialiter dici suum, quia omne mandatum ex sola dilectione perficitur. Secundò. Præmium obseruationis huius mādati esse amicitiam Dei, qui nos amicos non seruos vult esse. Tertiò. Nos meritum & præmium hoc, non nostrâ sapientiâ, sed suâ tantùm gratiâ consequi posse, *à fol. 4. pag. 1. ad fol. 8. pag 2.*

Idem, homilia ex eo Roman. 8. *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum &c.* probat. Non per solam scientiam, sed & per experimentum sciri omnia cooperari in bonum diligentibus Deum. II. Deum sic electionis suæ propositum in Sanctis perficere, vt 1. præsciat conformes futuros imagini filij sui, 2. prædestinet, 3. Vocet, 4. iustificet. 5 glorificet. III. Malos sanctis volūtate non efficaciā nocere, immo dum eis nocere student eis prodesse, & sibi nocere. IV. Nullam rem separare posse electos Dei à charitate. *A fol. 8. pag. 2. ad fol. 11. pag. 2.*

Eiusdem, ex cap. 15 Ioann. ita habente *Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, &c.* homilia tribus cōclusa partibus in Primâ. Iesus se vitem quatenus homo est, Patrem agricolam, homines palmites metaphoricè vocat. In Secunda. Vnde palmites habeant purgationem & fructificationem demōstrat,

A sc. à verbo Dei purgationem, Deo non ab alio fructificationē in Tertia Quid mali malos expectet ostendit. sc ab vnione fidelium hic per reprobationem, & in futuro à regno beatitudinis per damnationem, separandos. Quid vero boni bonos, qui quæcumque petent in hac vita & optabunt in alia, obtinebunt. *A fol. 11. pag. 2 ad fol. 15 p. 2.*

Item, eiusdem homilia de Apostolis qua hæc, 2. Corinth. 4. *Habemus thesaurum in vasis fictilibus &c.* examinat & dicit. I Apostolos habuisse thesaurum diuinæ sapientiæ, prædicationis, virtutum, in vasis fictilibus siue terrenis, id est, in corpore infirmo & vili. II. Dominum, per imperitos & viles, primò

B Euangelium prædicari voluisse, & non per sapientes & oratores; vt hoc esse opus Dei & non hominum ostenderet. III. Thesaurum sapientiæ, cæterarumque gratiarum conferre suis possessoribus & hîc fortitudinem constantiæ & perseuerantiæ, & in futuro vitam æternam. *A fol. 15. pag. 2. ad fol. 18. pag. 2.*

Eiusdem, de Apostolis homilia pro lectione verborum Matth. 10. *Ecce ego mitto vos in medio luporum, &c.* Dominus discipulos suos ad prædicandum missurus præinstruit, simul etiam nos. I. vt dominus de discipulis Apostolos suos constituit Christus & mittit eos ad prædicandum. II Eos non ad securitatem

C sed ad timorem; non ad gloriam, sed ad passionem mittit, sicut oues ad lupos. III. In eis serpentis prudentiam caput suum in qua vita est custodientis, & columbæ simplicitatem nullum decipientis, desiderat. IV. Contra persecutiones venturas eos præmunit, suadendo cauere ab hominibus qui vel blandiendo, vel promittendo vel minando, vellent seducere, vel à fide separare. *A fol. 18. pag. 2. ad fol. 22. pag. 1.*

Eiusdem, homilia pro Apostolis ad ea Apocal. 5. *Ego ioannes vidi in dextra sedentis supra thronum librum, &c.* I. Scriptura sacra in manu Dei & ex Deo, ideo non est hominum inuentio. II. Negligentia eorum confundēda, qui sacram scripturam nec vt oportet intelligunt,

nec eius intelligentiam, fletu ieiunio, oratione, ſicut antiqui patres, à Deo poſtulant, III. Chriſtus ſolus diaboli & mortis vicit difficultates, & ſacræ ſcripturæ aperuit obſcuritates. IV. Chriſtum tàm ſanctorum hominum, quàm Angelorum chori laudant pro libri apertione. *à fol 22. pag. 1. ad fol. 26. p. 2.*

Idem, homilia in illud Matth. 10. *Miſit Ieſus diſcipulos ſuos præcipiens eis, &c.* per quam Chriſtum inducit, 1. Diſcipulos eligentem ad prædicationem & duodecim mittentem, 2. eos ire ad gentes quæ perierunt domus Iſraël volentem, 3. Præcipientem vt & in villis, & in viis, & populis, & perſonis prædicent. 4. Oſtendentem quid agere deberent, ſc. infirmos curare, mortuos ſuſcitare, leproſos mundare, &c. 5. inuitantem illos hæc omnia gratis, non ex auaritia facere. *A fol. 26. pag. 2. ad fol. 30. pag. 2.*

COMMVNE EVANGELISTARVM.

S. ANTONII DE PADVA ſermo 1. in id Eccleſ. 15. *In medio Eccleſiæ aperuit os eius, &c.* Commẽdatur Euangeliſta, 1. Dum fideliter adminiſtrat verbum & doctrinam ſalutis; & ita eſt in medio, vt ab omnibus videatur & audiatur, 2. ex eloquentia oris, ſapientia cordis, corporis decore, diuitiarum abũdantia &c. *à pag. 430. ad p. 432.*

Eiuſdem ſermo, 1. in hæc Prouerb. 15. *Aqua frigida animæ ſitienti nuncius bonus de terra longinqua.* Euangeliſtæ ſunt ſicut aqua, quæ, 1. non eſt terminabilis proprio termino, 2. à ſole attrahitur, 3. dulcis, mare intrat, 4. ſordes lauat, 5. planta rigat: hæc omnia animæ ſitienti applicantur, &c. *pag. 432.*

S. BONAVENTVRÆ ſermo primus de SS. Euangeliſtis in illud Pſal. 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* De Dei locutione diſſerit. I. Quomodo Deus nobis loquatur vt Rex potentiſſimus, dans imperium, quo ligamur. II. Vt Doctor prudentiſſimus, dans magiſterium, quo de ſalute edocemur. III. Vt amicus dulciſſimus, præbens A animæ ſolatium, quo conſolamur. IV. Vt Iudex æquiſſimus, iudicium vltimum promittens, quo deterremur. *Ibidem pag. 310. & ſequent.*

Eiuſdem ſermo ſecundus de iiſdem, in illud Pſal. 67. *Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa.* Oſtendit quòd præter verbum increatum, fruſtra impenditur verbum creatum prædicatum. Iſtud autem commendat ex eo, quod ſit mentis illuminatiuum, effectus ad-iutiuum ſiue firmatiuum, & ad gloriam æternam inductiuum. *Ibid. pag. 312. & ſequent.*

D. INNOCENTII PAP. III. ſermo de Euangeliſtis, in illud Geneſ. 2. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad* B *irrigandum paradiſum, &c.* I. Quadruplicem paradiſum ex ſcriptura colligit, cæleſtem nimirum, terreſtrem, ſpiritalem, & corporalem. II. Quid ſignificet fluuius paradiſi, qui egrediebatur de loco voluptatis, iuxta ſenſum quadruplicem interpretatur. III. De myſtico numero quatuor Euangeliſtarum, & eorum figuris diſſerit. *Tom. 1. pag. 166. & ſequent.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 48. de miſſione ſeptuaginta diſcipulorũ facto proœmio de laude ſcripturæ ſacræ. 1. tractat de ipſo numero ſeptuaginta diſcipulorum vltra duodecim Apoſtolos. 2. omiſſis his quæ in Euangelio hodierno referuntur, tran- C ſit ad poſtrema verbi Chriſti mittentis, & ad ea quæ à miſſione remeantibus dixiſſe Dominum refert Lucas cap. 10. verſ. 16. 3. expendit hunc propoſitionem. *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit.* 4. Quando diſcipuli poteſtatem acceperint miraculorum antè Chriſti reſurrectionem. 5. Satanæ exemplo eos ab inanis gloriæ appetitione coercitos à Chriſto oſtendit. 6. explicat quomodo Satanas è cœlo cecidiſſe dicatur. 7. agit de Apoſtolorum in cæleſti Hieroſolima deſcriptione. 8. Conſiderat gratiarum actionem Deo patri eo tempore à Chriſto exhibitam. *à pag. 329. ad 336.*

COMMVNE MARTYRVM.

S. AMBROSII sermo primus de Martyribus. Dominicæ Resurrectionis gloriam Sanctis martyribus annunciat: & eandem rationem Martyres suscitare dicit, quæ & Dominum suscitauit. *Tom. 5. serm. 22. de sanct. col. 155. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus de iisdem. I. Facta dictis præfert. II. Sanctos Martyres plus factorum virtute, quàm voce nos edocere ostendit. III. In quo sita sit Martyris victoria pulchrè demonstrat. *Ibid. serm. 23. de sanct. col. 156.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in Euangelium, *Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri, &c. Luc. 21.* I. Quàm vicinum sit Mundi excidium, ex præliorum incursionibus quæ sun tempore videbantur, colligit. II. Cur Deus bellorum tumultus ante Mundi consummationem, velut signum permittat, & præmittat, docet. III. Quòd tempore belli, actibus terrenis militum instruimur, quemadmodum futuri sæculi debeamus declinare iudicium, ostendit. IV. Bellum spiritale describit. V. Dei protectionem commendat. *Ibid. ferm. 24. de sanct. col. 157. & sequentibus.*

✠ S. ANTONII DE PADVA sermo 1. in illud Psal. 8. *Gloria & honore coronasti eum &c.* de Duplici Martyrum corona agit: quarum, I est gloriæ, figurata per coronam mulieris Apocal. 12. *coronam stellarum duodecim*: stellæ duodecim, sunt duodecim gaudia, quibus constat eorum gloria. II. honoris, qua honorat Deus sanctos suos in hoc mundo, per venerationem reliquiarum eorum, *à pag. 434. ad pag. 435.*

Eiusdem, sermo 2. ex bis verbis, *Posuisti domine super caput eius, coronam de lapide pretioso. Psal. 20.* Duplici coronâ sanctos suos Dominus coronare consueuit. Primâ quidem gratiæ, in præsenti vita, siue charitatis, quæ fit ex argento & auro & lapidibus pretiosis; argentum est fides, aurum spes, lapides pretiosi quatuor Cardinales virtutes; Carbunculus, qui fugat tenebras, est prudentia cõtra ignorantia quia portat lucem ante alias virtutes; huius sūt tres partes, memoria respectu præteriti, intelligentia respectu præsentis, prouidentia respectu futuri: Saphyrus qui sanguinem sedat, est temperentia; huius tres sunt partes castitas, sobrietas taciturnitas: Hyacinthus qui secundũ aërem coloratur, est iustitia, quæ omnibus se coaptat; huius tres sunt partes, obedientia & reuerentia quoad Prælatos, consilium & auxilium quoad pares, custodia & disciplina quoad subditos: Smaragdus, qui viridis est coloris, est fortitudo, huius tres partes, aggressio arduorum, patientia aduersorum,
B æquanimitas in fortuitis. Secunda verò gloriæ quæ est ex quatuor lapidibus prætiosis 1. est gaudium, de peccatorũ & periculorum euasione; 2. de Sanctorum societate. 3. de malorum damnatione 4. de perfecta Dei cognitione & fruitione, *à pag. 435. ad pag. 436.*

Eiusdem sermo 3. propter illud Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet.* Asserit Martyrem granum esse frumenti propter septem proprietatem frumenti, 1. põderosum est, 2. ex vna parte scissum, 3. fruges modicas babet sed de eo dulcedo simile elicitur, 4. formam babet officinæ quia corpus confortat & reficit, 5. nudum & paleis exutum, 6. sic
C cum, 7. flauum & subrufum, hæc Martyri applicautur. *à pag. 436. ad pag. 437.*

Eiusdem sermo 4. in illud Ioann. 12. *Si quis mihi ministrat me sequatur.* dicit, I. Christum nobis ministrare sua, boc est temporalia, quæ ab eo habemus, suos sc. Angelos & prædicatores, seipsum, sc. carnem suam in cibum, sanguinem in potum, animam in prætium, II. Debere nos ipsos ei ministrare cor in cibum, corpus in holocaustum. *à pag. 437. ad pa. 438.*

Eiusdem, sermo, 5. in id *Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.* Sap. 3. Martyres meritò auro comparandos reputat

propter quatuor; 1. in igne à scoria purgatur, 2. ductile est & percussionibus dilatatur & clarificatur, 3. rubri coloris est, & cætera metalla colorat & decorat, 4. inter metalla est preciosissimum. Ita Martyres: quinque sunt fornaces, in quibus ponuntur diuersi, Est fornax siue caminus temporalis pœnæ, culpæ, gratiæ, gloriæ, gehennæ. *à pag.* 438. *ad pag.* 440.

Eiusdem sermo, 6. *Et quasi holocausti hostiam accepit illos.* Vbi supra. Holocausti hostia propriè fuerunt Martyres. De quatuor fiebant sacrificia in veteri lege; sc. de animalibus vt de bobus & ouibus; de liquidis, vt de vino & oleo; de aridis, vt de thure & simila; de auibus, vt de turture & colũba. Tanquam hæc omnia fuerunt sacrificium Domini Martyres; qui corpora sua propter Deum ad supplicia tradiderunt. Nam in corpore humano quatuor sunt, sc. caro, quę significatur per animalia; sanguis, qui significatur per liquida; ossa, quæ per arida; & spiritus, qui per aues seu volatilia. *à pag.* 440. *ad pag.* 442.

S. AVGVSTINI sermo primus de Martyribus. I. Sæuitiam tortoris considerat. II. Patientiam Martyris miratur. III. Quàm sit efficax futuræ beatitudinis inter tormẽta contemplatio, declarat. IV. Differentiam mundanæ, & spiritalis siue Christianæ militiæ discutit. V. De Christi & Christianorum gloriosa victoria disserit. *Tom.* 10. *serm.* 44. *de Sanct. fol.* 276.

Eiusdem sermo secundus, de iisdem. I. Qualiter SS. Martyres in lachrymis bona opera seminauerint, ostendit. II. Quare in lachrymis seminandum sit, cùm omnia opera bona in se habere debeant hilaritatem, inquirit. III. Lachrymas iustorum à lachrimis impiorum distinguit, vbi de vano risu: *Ibid. ser.* 45. *de Sanct. fol.* 276. *& seq.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. I. Docet fideles non solum occasu, sed etiam carnis contemptu ad martyrij coronam peruenire posse. II. Imitationem Martyrum suadet. III. Beatitudinem hic parari posse, non possideri asserit. IV. Verum gaudium in mundo numquam extitisse testatur. V. Ad patientiam in aduersis hortatur. *Ibidem. serm.* 46. *de Sanct. fol.* 277.

Eiusdem sermo quartus, vnde supra. De Martyrum festiuitate & ipsorum imitatione; de Christi vestigiis sequendis, de mandatorum Dei facili obseruantia: & de inimicorum dilectione fusè pertractat. *Ibidem serm.* 47. *de sanct. fol.* 277.

Eiusdem sermo quintus, vnde supra. I. Varia tormentorum genera, quibus Martyres cruciabantur, breuiter recenset. II. Martyrum constantiam, & Mundi ac Tyrannorum contemptum describit. III. Verba Apostoli dicentis, *Si Deus pro nobis, quis contra nos* commentatur, & quo pacto sit Deus pro nobis, probat. IV. Quòd Christum pro seipsis habentes, eius inimicos timere non debeant, ostendit. *Ibidem serm.* 48. *de sanct. fol.* 277. *& sequent.*

Eiusdem sermo sextus, vnde supra. I. Beatorum Martyrum mortem pretiosam, non mortem esse, sed translationem, sed lucrum, sed vitæ hereditatem testatur. II. Martyrij laudes & encomia celebrat. III. Martyres præconiis effert. IV. Diabolum Martyribus coronas præstare inuitum ostendit. *Ibid. serm.* 49 *de sanct fol* 278.

Eiusdem sermo septimus, vnde supra. I. De Martyrum gloriosis victoriis loquitur II. In spiritali certamine primo vincendas esse delectationes dicit, postea verò dolores superandos. III. Verba Pauli dicentis. *Quis me separabit à charitate Christi, &c.* interpretatur. IV. Passiones & afflictiones malorum à bonorum & Martyrum tribulationibus distinguit, & malos peiora pati in causis malis, quàm boni patiantur à malis efficaciter demonstrat. *Ibid. serm.* 50. *de sanct. fol.* 278.

S. V. BEDÆ homilia prima de martyribus in Euangelium, *Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis, &c.* Textum percurrendo suo more breuiter exponit, vbi notat inter alia immẽsam Dei erga homines prouidentiam, affectumque ineffabilem: & quale sit peccatum irremissibile in Spiritum

Sanctum. *Tom. 7, Homil. Æstiual de sanct. col 156 sequent.*

Eiusdem homilia secunda de iisdem, in Euangelium, *Cum audieritis prælia & seditiones nolite &c. Luc. 21.* Verba Euangelica tam quo ad literam, quàm quoad intelligentiam interpretatur: & patientiam commendat. *Ibidem col. 158. & sequentibus.*

Eiusdem homilia tertia vnde supra, in Euangelium. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c.* I. Euangelicam lectionem exponit. II. Duobus modis crucem homines ferre posse ostendit. III. De mysticis huius temporis persecutionibus loquitur. *Ibidem col. 160. & sequentibus.*

Eiusdem homilia quarta vnde supra, in Euangelium. Luc. 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, &c.* I. Quomodo parentes & propinquos præcipimur odisse, qui iubemur & inimicos diligere explicat. II. Duplici modo nos crucem baiulare ostendit, per carnis abstinentiam videlicet, & per proximi compassionem. III. Terreni & cælestis ædificij differentiam notat IV. Mysticam lachrymarum legationem, quæ Regem Christum ad iudicium venientem placat, comprobat. V. Quæ sit distinctio inter renunciare omnibus & relinquere omnia, discutit. *Ibid. col. 161. & sequent.*

Berengosii Abbatis sermo in natali Martyrum legendus, de Psalmo. 58. *Deus repulisti nos, & destruxisti nos, &c.* I. Christum in Dauide figuratum agnoscit, qui in hunc Mundum veniēs attulit ignem quo incenderet, & gladium quo occideret. II. Qualiter Deus viros sanctissimos repulerit, & destruxerit subtiliter & fusè explicat. III. Iram Dei salutiferam describit. IV. Iram & misericordiam Dei vt in se Sancti senserint, notat. V. Iræ & misericordiæ Diuinæ coniunctionem miratur. VI. Varios misericordiæ Dei effectus profert. VII. Modum tradit, quo peccator iram Dei effugere possit. *Tom 2. Biblioth. Patrum. à col. 853. ad col. 858.*

A Eiusdem sermo secundus vnde supra, in eadem Dauidis verba. I. Quæ & quales sint commotio & conturbatio in peccatorum conuersione declarat. II. Quo pacto Sancti Martyres commoti & conturbati fuerint docet. III. Sanitatem animæ peccatricis in pœnitentia repositam esse ostendit. IV. De spiritali sanitate differit. V. Quomodo dura Sanctis martyribus Deus proposuerit, explicat. VI. Charitatē erga Deum absque proximi amore perfectam non esse demonstrat. VII. Calicem spiritalem vinum compunctionis continentem proponit, & multa de calicibus mysticis dicit. VIII. Compunctionem commendat. *Ibid. à col. 858. ad col. 861.*

B S. Bonaventuræ sermo primus de Martyribus in illud Psal. 20. *Magna est gloria eius in salutari tuo.* Sanctos Martyres & in hac vita gloriosos esse dicit, & in futura. Triplicem verò distinguit gloriam, nimirùm temporalem siue carnalem, vanam & fugiendam: spiritalem, bonam, sanctam, & tenendam: æternalem, optimam, perfectam, & appetendam; de his autem fusè pertractat. *Tom. 3. ser. de sanct. in Comm. pag. 313. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus de iisdem, in illud Psal. 8. *Gloriā & honore coronasti eum Domine.* Ostendit Deum suos Martyres glorificare quantùm ad seipsos: honorare, quantùm ad proximos: & coronare, quantum ad præmium siue

C regnum Coronat autem eos. Primò ante sæcula eos eligendo ex sua immensissima bonitate. Secundò eos personaliter redimendo ex ardentissima charitate Tertiò illos fortiter defendendo ex altissima potestate. Quartò ipsos fœliciter consummando, & in gloriam suam assumendo ex inæstimabili largitate. *Ibid. pag 314. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Apostoli 2. ad Timoth. 2 *Non coronabitur nisi qui legitime certauerit.* De bello spiritali differit, ostenditque legitimum certamen esse, Mundo perfectè abrenuntiare & nihil in ipso vanum amare diabolo fortiter resistere, eique nec ad modicum cedere: seipsum etiam

domare, carnem cogere, & spiritui subiicere. In primo certamine superatur auaritia, per amorem altissimæ paupertatis: in secundo vincitur superbia, per appetitum propriæ vilitatis: & in tertio subiugatur lascivia, per affectum castitatis. *Ibidem pag.* 316. *& sequent.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Pauli ad Galat. vlt. *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini, &c.* Crucis spiritalis virtutes quatuor considerat, brachiis crucis materialis correspondentes. I. In brachio dextro notatur temperantia, quæ est declinatio prosperorum. II. In brachio sinistro patientia, quæ est tolerantia aduersorum. III. In brachio supremo misericordia, quæ est releuatio miserorum. IV. In brachio infimo humilitas vera, quæ est reuerentia Superiorum. *Ibidem pag.* 317. *& sequent.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illud Prouerb. vlt. *Fortitudo, & decor indumentum eius.* Sanctorum Martyrum fortitudinem laudibus effert: fortes enim extiterunt contra Mundum dum voluntaria paupertate omnia contempserunt: contra diabolum, dum superbos honores vera humilitate præuenerunt: contra seipsos, dum ardentissimè in mortem pro Christo se dederunt. *Ibidem pag.* 318. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo sextus vnde supra, in illud Hebr. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, &c.* I. Probat efficaciter omne donum esse à Deo tanquam à causa simpliciter prima. II. Docet fidem omnium donorum esse maximum. III fidem dicit animæ illuminatiuam esse, quantùm ad potentiam cognitiuam: purgatiuam, quantùm ad potentiam volitiuam siue affectum & fortificatiuam, quatùm ad effectum, & sic eius est perficere totum animæ ædificium. *Ibidem pag.* 319. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo septimus vnde supra; In illud Matth. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Vt afflictiones, quas hîc patimur, meritoriæ sint requirit I. Voluntatis rectitudinem respectu causæ, quatenus sustineamus propter iustam causam malum pœnæ. II. Voluntatis promptitudinem respectu pœnæ, vt cum gaudio patiamur, non cum murmure oris, vel cum tristitia cordis. III. Voluntatis fortitudinem respectu pugnæ; vt nullo modo deseramus virtutem patientiæ. *Ibidem pag.* 321. *& sequent.*

Eiusdem sermo octauus vnde supra In illud. 2. Corinth. 1. *Sicut abundant passiones Christi in nobis ita & per Christum, &c.* Agit de voluntariis afflictionibus triplici præmio dignis, superno videlicet auxilio, interno solatio, & æterno præmio. *Ibidem pag.* 322. *& sequent.*

Eiusdem sermo nonus vnde supra, in illud Apostoli ad Rom. *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, &c.* Triplici ratione ostendit temporales pœnas Sanctorum Martyrũ, quamuis remuneratione fiot dignæ, non tamen condignas esse, illi summæ gloriæ comparatas I Quia sunt debitæ ex parte nostri II Quia sunt gratuitæ ex parte Dei. III. Quia sunt permodicæ ex parte sui. *Ibidem* 324. *& sequent.*

Eiusdem sermo decimus vnde supra, in illud Sap. 3. *Iusti autem in perpetuum viuent, &c.* Imprimis quadruplicem distinguit iustitiam, quam operari debemus Sanctorum Martyrum exemplo. Prima est illa, per quam redimus ad Deum celeriter. Secunda, quâ Deo seruire debemus humiliter. Tertia, qua nos punimus veraciter. Quarta quâ Omnipotenti seruimus perseueranter. Deinde de quadroplici vita differit naturæ videlicet culpæ gratiæ, & gloriæ. *Ibid. pag.* 325. *& sequent.*

S. Brvnonis sermo primus de Martyribus, in illud Ioan 12. *Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, &c.* Tractat de Ecclesiæ frumento mortificato & crescente, de arboribus mysticis fructuosis; de liliis spiritalibus, quibus venter sponsæ, velut aceruus tritici; vallatur, de Ecclesiæ fœcunditate. *Tom.* 3. *pag.* 115 *& sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus de iisdem, in illud Ioann 15. *Ego sum vitis vera & Pater meus agricola est.* Quare Christus dicatur vitis, & vitis vera, rationes af-

fert. II. Christianos palmitibus assimilat. III. Per vinum malum hæreticos intelligit. IV. De Christi vinea loquitur. V. Saluatorem in cruce suspensum cum Noë inebriato confert. *Ibidem pag. 116. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in Psal. 78. *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, &c.* I. Sanctam Ecclesiam Dei hæreditatem, templum ciuitatem, & hortum nominat. II. Sanctorum passiones, & afflictiones describit. III. Sanguinis animalium effusionem in veteri lege, Christianorum martyrium præfigurasse ostendit. IV. Martyris alicuius encomium, hostiam laudis & iubilationis dicit. *Ibid. pag. 118 & sequent.*

S. P. Chrysologi sermo in illud Luc. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c.* I. Eos ad Dei amicitias sublimari dicit, qui propter Deum humanas despiciunt mortes. II. De morte contemnenda loquitur. III. Cur Deus mortem hominum pœnitus non aboleuerit, rationem profert. *Serm. 101. col. 264 & sequent.*

S. I. Chrysostomi laudatio Sãctorum omnium, qui martyrium toto terrarum orbe sunt passi. I. Martyres cum Angelis confert. II. Quid bonis hominibus obuenerit, quod mortales facti sint declarat. III. Christum mortem in gloriam & honorem conuertisse ostendit. IV. Cœtum Martyrum chorum & exercitum nominat. V. Bellum Martyrum & Tyrannorum egregiè describit. VI. Varios Martyrum cruciatus & tormenta depingit. VII Triumphum Martyrum, dum in cœlũ ascendunt, repræsentat. VIII. Imitationẽ Martyrum spiritalẽ suadet. IX. Qua ratione ad virtutem expeditè possimus peruenire docet. X. Ad orationem hortatur. XI. Vt Martyrum supplicia super cordis nostri latitudinem describamus, monet. XII. Quo pacto debeamus cordis nostri domum ornare, vt in ea Christus inhabitet, declarat. *Hom. 74 ad Popul. Antioch. à pag. 893. ad pag. 902.*

Eiusdem, sermo in Martyres. I. Docet imitationem martyrum, ipsorum esse honorem. II. De celebratione spiritali festorum differit. III. Memoriam Martyrum commendat. IV. In eos, qui popinas frequentant, grauiter agit. V. Ebrietatem detestatur. VI. Quo pacto sint imitandi Martyres, declarat. *Tom. de diuersis serm. 61. & iuxta errorem Typographi 59. pag. 778. & sequent.*

Eiusdem sermo in Martyres, & de conpunctione cordis ac elemosyna. I. Martyrum festiuitates laudibus effert. II. Martyres cum Doctoribus confert. III. De Martyrum voce etiam post mortem differit. IV. Martyrum exemplum commendat, & ad eorum imitationem hortatur. V. Quid Martyrum reliquiæ sua præsentia efficiant, declarat VI Martyrum capsulas & reliquias variis rebus assimilat. VII Indignè communicantes reprehendit. VIII. Ad lachrymarum effusionem excitat. IX. Tristitiam secundum Deum propter peccata commissa commendat. X. Doctrinam mentis lucernam dicit. XI. Diuitiarum contemptum suadet. *Ibidem serm. 67. & iuxta errorem Typographi, 65. à pag 971 ad pag. 981.*

S. Cypriani Martyris sermo de laude Martyrij I. Martyrium præclaris encomiis celebrat II Quid sit, quantum sit, & cui rei prosit, declarat. III. Ad passionum tolerantiam cohortatur. *Tom 3. à pag 423 ad col 430.*

✠ Dionysii Carthvsiani sermo 1. de Martyribus quo insinuatur duplex dari hominibus donum. Primum est. Vera & integra fides quam tenet Romana & vniuersalis Ecclesia. Secundum Passio, martyrium seu mors pro fide inflicta, donum Dei est maximum quia, 1 non propriis viribus sed auxiliante Deo martyres sustinuerunt pro fide & iustitia, 2. per talem sustinentiam copiosum præmium sunt sortiti, 3. conformati sunt capiti suo Iesu Christo, 4. pro propriis culpis castigationem æquanimiter sustinere laudabile est, 5. per eam fiunt exemplares. *In proprio sanctorum, fol. 331 à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, sermo 2. tentationes incurrunt electi, 1. A Deo, propter alicuius ignoti manifestationem, siue vt ampliorem det eis gratiam in præsenti: 2. Ab homine,

homine, vt inducantur ad vitia; 3. A dæmonibus vt ad damnationem perducantur: 4. A propriâ carne, vt inclinentur ad ea quæ Deo & saluti animæ contrariantur, 5 A mundo vt fallantur & male delectentur. *Ex proprio sanctorum, fol. 332. à pag. 1. ad pag. 2.*

Idem, sermonem, 3 instituit de quadruplici iustorum in hoc mundo tentatione. I. Est Afflictio copiosa ex originali peccato sequuta, quâ omnes homines in hoc sæculo affliguntur. II. Cordialis tristitia de malis culpæ, hoc est de vniuersis peccatis, tàm suis, quàm alienis III. Continuus conflictus contrà triplicem aciem, vt pote contrà malignorum spirituum turbam, vitiorum & passionum vniuersitatem, mundum in maligno positum & fallacem. IV. Laboriosum & pœnale martyrium, quod spontè ac prompto animo tolerauerunt pro Christo. *Ex proprio de sanct. à fol. 332. pag. 2 ad fol. 333. pag. 2.*

Eiusdem, de vno martyre sermo primus Martyr commendatur à 1. Fidei firmitate, quâ Christum coram tyranno ac impiis confitetur imperterritè, 2. dilectionis perfectione & ardore, 3. patientiæ excellentiâ, qua non solùm verba iniuriosa, sed & verbera grauia patienter sustinuit, 4. fortitudine & constantiâ animi in periculis & suppliciis mortis in quibus mansit intrepidus. *Ex proprio sanctorum, fol. 335. à pag 1. ad pag. 2.*

Eiusdem de quo suprà sermo secundus Christianus Deo debet fidelitatem quia. Primò est. Dominus noster, & nos serui eius, atque in ipso baptismo astrinximus nos ad eius obsequium. Secundò: Rex noster est, & nos milites eius ac pugiles. Tertiò. Est Creator noster, à quo habemus & sumus quicquid habemus & sumus. Quartò Saluator est noster, qui corpus suum & sanguinem pro nobis exposuit. Quintò. Pater noster est, à quo animam immediatè accepimus. Sextò Quotidianus nutritor noster est, conseruator assiduus, benefactor incomparabilis, &c. *Ex proprio sanctorum, fol. 336. à pag. 1. ad pag. 2.*

Idem sermone tertio vnde, superius fusè disserit & per totum sermonem de fortitudine quâ mala omnia pacifice tolerare possumus. & de præmio à Deo vincentibus præparato. *In sanctorum proprio, à fol. 336. pag. 2. ad fol. 337. pag. 2.*

S. Ephrem Syri encomium in omnes Sanctos Martyres Saluatoris nostri Iesu Christi, qui in toto mundo martyrium sunt passi. I. Martyrum exemplo docet mundum & omnia quæ in mundo sunt propter Christum contemnere. II. Varia Sanctorum Martyrum supplicia recenset. III. Martyrum virtutem atque constantiam commendat. IV. Martyres mortuos, velut viuos adhuc operari demonstrat. V. Martyrum remunerationem proponit. VI. Sãctorum Martyrum B. Pauli conuersionem breuiter perstringit. VIII. Ad Sanctorum Martyrum imitationem hortatur. *Tom. 3 pag. 740. & sequentibus.*

Eiusdem sermo de laudibus Sanctorum Christi Martyrum. I. Sanctorum Martyrum constantiam in tormentis, animiq; fortitudinem demonstrat. II. Suppliciorum, quibus Martyres cruciabantur, varietatem describit. III. Martyrum virtutes commemorat. IV. In eos, qui Christum nec in labore, nec in requie diligunt, agit. V. Sanctos Martyres inuocat. VI. Eos alloquitur, præclarisque encomiis celebrat. VII. Vt nos Martyrum discipulos præbeamus monet. VIII Sanctarum reliquiarum venerationem comprobat. *Ibidem pag. 744. & sequentibus.*

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium, *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c. Math. 16.* I. Christi medico assimilat, qui singulis vitiis obuiantia adhibuit medicamenta. II. Abnegationem sui ipsius & rerum temporalium contemptum commendat. III. De cruce spiritali duplici modo ferenda loquitur. IV. Humanos respectus perfectionem animæ impedientes detestatur. V. Martyrum corpora miraculis coruscantia miratur.

Tom 3. Hom. 32. in Euangelia col. 130. & seq.

Eiusdem homiliam in Euangelium, *Cum audieritis prælia & seditiones nolite terreri, &c. Luc. 21.* I. Textum breuiter exponit. II. De signis iudicium vltimum & reproborum damnationem præcurrentibus differit. III. Cur omnes creaturæ cõtra hominẽ peccatorem in fine mundi insurgent, rationes affert. IV. Qualiter peccator cuncta creata ad vsum prauitatis cõuertit, exprimit. V. Patientiæ virtutem depingit. VI. Dilectum inimicorum commendat. VII. Duo martyrij genera distinguit. *Ibidem Hom. 35. in Euang. col. 121. & seq.*

Eiusdem homilia in Euangeliũ. *Si quis venit ad me & non odit Patrem suum, & matrem &c. Luc. 14.* I. Æterna præmia proponit. II. Ad laborẽ, vt ea cõsequi valeamus, excitat. III. Qualiter homo perfectus parentes suos, & se ipsum odio habere debeat, discutit IV. Quibus modis baiulare crucẽ possimus, declarat. V. Lachrimarũ profusionem suadet. VI. Hostiã sacris altaris frequẽter offerre quàm sit vtile, docet. *Ibid. hom. 37. in Euang. à col. 13. ad col. 135.*

S. Gregorii Nazianzeni oratio in laudem Martyrum. I. Sanctos Martyres alloquitur, eorũ festiuitatẽ præconiis celebrat, & ob hæresim Arrij instar nebulæ à Spiritu sancto deletam eis congratulatur II. Mala ab hæresi patrata cõmemorat. III. Hæreticos cum Iezabel confert. IV. Eorum impudentiam, & impudicitiam describit, & detestatur. *Tom. 1. Orat. 48. pag. 725. & sequent.*

Hugonis à S. Victore sermo in laudem Martyrum de spiritali agricultura, in illud Psal. 125. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* Quicquid ad agriculturam pertinet, mysticẽ interpretator. *Tom. 2. Inst. monast. serm. 16 pag 315. & sequent.*

D. Innocentii Papæ III. sermo primus do Martyribus, in illud Luc 9. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, &c* I. De abnegatione differit. II. Quinque abnegationis gradus numerat. III Quomodo volũtas humana pręueniatur & adiuuetur à Dei misericordia, declarat. IV. Crucis mysteriũ pandit. V. Virtutẽ crucis multiplicẽ ostẽdit. VI. Passionis Christi instrumenta mysticè explicat. *Tom. 1. pag. 169. & seq.*

Eiusdem sermo secundus de iisdem, in illod Psal. 20. *Posuisti Domine super caput eius coronam de lapide pretioso.* Duplicem Sanctorum coronam distinguit, vnam ad meritum in via, alteram ad præmium in patria: & quibus floribus, quibusque pretiosis lapidibus componantur hæ coronæ mysticæ, declarat. *Ibidem pag. 172. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Apocal. 7. *Isti sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stollas suas, &c.* Agit de duplici tribulatione, vitiorum videlicet & tormentorum. De tyrannis siue hostibus tribulationem peccatoribus infligentibus. De modo facili hostes istos superandi. De iustorum & Martyrum multiplici tribulatione. De triplici lauacro regenerationis. De variis stolis & sanguine triplici, colpæ nimyrum, pœnæ & veniæ *Ibid. pag 174. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud, Sap. 3. *Tanquàm aurum in fornace probauit electos Dominus.* Tractat de quatuor fornacibus bonorum & malorum, de earum variis instrumentis. Vbi habes quomodo in fornace patientiæ Sancti Martyres probati sunt. *Ibid. pag. 177 & sequent.*

✠ Ioannis Thauleri sermo ad ea verba *Iacobi* 1. *Beatus vir qui suffert tentationem.* I. Tradit militiam & tentationem esse hominis vitam super terram. II. Duplicem esse tentationem. 1. carnalis est, & foris in sensibus externis 2. spiritualis est & interna, in regno intelligentiæ. III. Tria esse vitia quæ dominantur in nobis secundum Ioannem Apostolom: sed esse quoque alia spiritualia illis correspondentia. IV. Declarat quid sit spiritualis luxuria, spiritualis aoaritia; spiritualis superbia. Quæ omnia superanda sunt. V. Tres constituit fugiendorum peccatorum regulas. *A pag. 643. ad 647.*

Eiusdem sermo ad hæc verba: *Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt.* I.

Summum honorem esse Martyrum quod potuerint Christi passionibus conformari. II. Duplex esse Martyrium, extrinsecum & internum: prout est Crux duplex, externa & spiritualis III. Ad verum Dei amorem duabus vijs perueniri tradit. i est, per delectationem affluentis gratiæ Dei. 2 Per resignationem & crucem seu afflictionem. IV. Signa veræ resignationis quinque constituit ea, quæ credentium esse voluit Christus Marci vlt. *A pag. 638. ad 642.*

S. LEONIS sermo de Martyribus falsò illi adscriptus. *Col. 270. & sequentibus. Habetur inter Sermones D. Augustini serm. 47. de Sanctis, & hic supra.*

S. MAXIMI homilia de Martyribus. I. Docet quantùm valent ad salutis profectum Martyrum exempla. II. Christianum secundum Euangelium actus suos dirigentem, Martyrem esse. III. Auaritiam pestilentiam esse summoperè vitandam. IV. Quæ sint hominis propria bona. *Homil. vlt. de Sanct. col. 681. & sequentibus.*

✠RABANI MAVRI homilia discerit de gloria & patientia Martyrum. Quanta passi sint ob oculos ponit, & qua interim gloria in occulto coronabantur. Deinde de eorum præsenti gloria. Ad hæc, imitandam esse Martyrum patientiam, mansuetudinem, & humilitatem. *Tom. 5. pag. 601. col. 2. & 602. col. 1.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS pro martyre homilia in cap. 1. Iacob. *Omne gaudium existimate fratres cum in varias tentationes incideritis, &c.* I. Inter aduersa huius mundi gaudendum, & inter prosperitates plangẽdum, vt nec eleuemur in prosperis, nec deiiciamur in aduersis. II. Ad sciendum quomodo tentationes sint nobis vtiles, sapientia à Deo postulanda est. III Humilis exaltabitur. Superbus diues humiliabitur. IV. Ille beatus prædicatur qui habet patientiam in tentatione, siue interior siue exterior sit. *à fol. 30. pag. 2. ad fol. 35. pag. 1.*

Eiusdem, homilia de vno martyre in id Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, &c.* Per quod Dominus. Primò. Suam, suorumque mortem fore fructuosam dicit, ad modum grani seminati multum fructum producentis. Secundò. Eum qui stultè animam suam diligit, illam occidere, probat. Tertiò Ad sequendum se nos hortatur; specialiter qui sumus eius ministri & ad altare ei ministramus. Quartò. Præmium pollicetur; sc. gloriam illam & beatitudinem in quâ est substantialiter cum Patre. *à fol. 35. pag. 1. ad fol. 39. pag. 1.*

Eiusdem, de martyre in eam Sap. 4. lectionem, homilia. *Iustus si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit, &c.* Iustus quantumcumque præoccupatus videatur, tamen requiem ingreditur; in senectute bonâ moritur, siue sit annorum, siue morum senectus; Citò autem de mundo tollitur, quia, 1 eum Deus diligit & vult secum in beatitudine habere, 2. eo dignus non erat mundus, 3. ne in lubricâ huius mundi via aliquando labatur, 4 meritis erat consummatus, vt eius parcat laboribus Deus. *à fol. 39. pag. 1. ad fol 41 pag. 2.*

Idem, homiliâ in martyrẽ de verbis Matth 16. *Si quis vult venire post me, &c.* quâ I. Inuitamur sequi Christum, per abnegationem nostri, rerum propriarum, propriæ voluntatis: per susceptionem laboris virtutũ & omnium aliarum pœnarum; per imitationem perfectam Christi. II. Monemur animas nostras & omnia temporalia ponere, vt animam nostram saluam faciamus. III. Docemur quod Christus erubescet in futuro eos, qui eum modò sequi erubescunt. IV. Videtur Dominus, ad promissi regni certificationem, promittere quosdam discipulorum visuros illud etiam antè mortem suam; hi discipuli fuerunt Petrus, Iacobus, Ioannes, &c. *à fol. 41. pag. 2. ad fol. 45. pag. 2.*

Eiusdem, de vno martyre homilia, quatuor partibus conclusa. Primò. Quis sit beatus ostenditur; sc. vir qui non est mollis & effœminatus, sed potius virilis & virtuosus; qui etsi maculam habuit, eam tamen lachrymis abluit. Secundò. Laudatur ille vir, quia

fecit mirabilia raritate, virtute, difficultate. Tertiò. Meritom eius commendatur, dum quod facere poterat euitans, bonum fecit & operatus est. Quartò. Præmium Iusti constituitur in Deo, in quo est stabilitum & firmum. *a fol.* 45. *pag.* 2. *ad fol.* 48. *pag.* 1.

Eiusdem, homilia in ea verba Luc 15. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, &c.* Quibus Dominus demonstrat, quæ sint nobis necessaria vt de numero electorum suorum esse valeamus: sc. non parentes aut proximum, sed eorum vitia odio prosequi; virtutes diligere, quæ non nisi magno labore acquiruntur; in his perseuerare: ascensionem in corde nostro per eas disponendo; de suis meritis nunquam, sed de misericordiâ Dei præsumere. *à fol.* 48 *pag.* 1. *ad fol.* 51. *pag.* 2.

Eiusdem, homilia ad id Hebr. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna &c.* De pluribus martyribus. Commendatur iustorum fides, quæ I. magna peragit: per eam enim, vincunt regna, sicut Moyses, Iosue, Gedeon, &c. Operantur iustitiam, diuinis præceptis obediendo; seipsos castigando, bonos defendendo, malos puniendo, Adipiscuntur repromissiones, vt Abraham filium in senecute promissū, filij Israël terrā promissionis, &c. II. Magna patitur; per eam enim alij distenti sunt, alij ludibria & verbera experti, vincula & carceres, alij secti sūt, alij tētati, alij in occisione gladij mortui, *à fol.* 51. *p.* 2. *ad fol.* 55. *p.* 2.

Eiusdem in illud Luc. 21. *Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri, &c.* de martyribus homil. Dominus prædixit suis discipulis. Primò. Tribulationes præcedentes & significantes finem mundi, & eos contra mala ista est consolatus; quia signa ista erunt iustis ad consolationem & eruditionem, quibusdam peccatoribus ad pœnitentiæ festinationem, reprobis ad æternæ pœnæ inchoationem. Secundò. Eos tenendos, trahendos iudicandos à malis qui reddent mala pro bonis. Tertiò. Ab amicis perimendos, & protinus eos consolatur, dicens, cogitationes eorum bonas non perituras apud Deum quæ iustâ mercede donabuntur. *à fol.* 55. *pag.* 2. *ad fol.* 59 *pag.* 1.

Eiusdem homilia in quâ ex iis verbis Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, &c.* Probatur. I. Animas Iustorum esse in manu Dei, id est, non solum in potestate Dei sicut cætera omnia, sed in Dei protectione; ideo non tanget illos tormentum mortis æternæ vel malitiæ reproborum in æternum puniendæ. II. Illos etsi mori videantur, tamen æternaliter & beate viuere, quod manifestum est oculis spiritualibus, quibus Deus & inuisibilia videntur. III. Octo esse bona quæ iusti per tribulationes adipiscuntur; quorum, 1. est, immortalitas animæ & corporis, 2. diuinorum multiplicatio præmiorum 3. dignitas, 4. omnimoda munditia, 5. acceptabilitas, 6. fulgor; 7. indicandi potestas, 8. dominium siue regnum. *À fol.* 59 *pag.* 1. *ad fol.* 62. *pag.* 2.

Idem, homiliâ in cap. 8. Matth. *Attendite à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis, &c.* Monet nos Hypocrisim fugere, quia sub specie virtutis veniens, multos etiam sapientes fallit, & debet in iudicio extremo reuelari. Non hominem, sed Deum timere: quia nihil potest nobis nocere nisi Domino permittente. Deum diligere, qui volatilibus & suis etiam contemptoribus prouidere non obliuiscitur. Quod publicè confitentes se, publicè Deus confitebitur, & negantes negabit. *à fol.* 62. *pag.* 1. *ad fol.* 66. *pag.* 1.

Item, idem homiliâ quâ examinat dicta Sap. 5. *Stabunt iusti in magna constantiâ aduersus eos qui se angustiauerunt, &c.* Dicit. Primò. Iustos tantam potestatem in iudicio super malos habituros, quantam habent iudices super reos. Secundò. Malos quatuor supplicia in aliâ vitâ passuros, 1. est terror ex visione maiestatis diuinæ, omnium sanctorum, dæmonū, infernalium tormentorum; 2. inuidia de sanctorum gloria; 3. pœnitentia, 4. dolor pro suâ damnatione. Tertiò. Reprobos in alia vita dicturos. *Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, &c.* se condēnantes, & infensos fatētes, *à fol.* 66. *p.* 1. *ad fol.* 70. *p.* 1.

Eiusdem, homilia in ea quæ legun-tur Ioannis 10, *Qui vos audit me audit, &c.* Ex quibus patet. I. Vicarios Christi vicem eius in Ecclesia tenere in eruditione, sacramentorum dispensatione, ligandi & soluendi potestate. II. Discipulos post prædicationem, ad scholam Christi redeuntes, Christum auctorem eorum quæ gesserunt confitentes, ex virtuti eius nominis tribuentes, innuere quid prædicatores post prædicationem facere debeant. III. Subditos, eis omnimodam debere exhibere obedientiam. *a fol.* 70. *pag.* 1. *ad fol.* 71. *p.* 2.

✠ Theophanis Cerámei hom. 22. Euangelium huius communis sumptum ex Matth. vt refertur à D. Marco cap. 8. considerat: *Si quis vult me sequi, deneget semetipsum &c.* Principio hortatur vt habita temporum ieiunij ratione omnes ita certent, vt corona victoriæ donentur. 2. aperit qua occasione citata verba protulerit, & quid sit abnegare se 3. Christum omnibus vt se sequantur proponere, quamque id vtile sit & perfectum. 4. Ad verba quæ sequuntur, ostendit duplicem à nobis exigi confessionem, animæ & corporis, iisque prænuntiari Martyrum certamina & confessionem 5. Promissæ gloriæ confessoribus suis quædam præludia obuentura. *à pag.* 137. *ad* 144.

✠ B. Thomæ à Villanova Concio, 1. ad hæc verba: *Iustum deduxit Dominus per vias rectas Sap.* 10. Vbi I. ex Dauide Psal. 22. decem gratias enumerat quibus cõstet quod homo à Deo regatur & gubernetur 1. est, quod in medio populi fidelis fide alatur. 2. quod natus, ad baptissimũ peruenerit. 3. quod elegerit viam veritatis 4. quod in via Deum habuerit rectorem. 5. quod se subleuauerit à peccatis. 6. quod cælesti cibo refectus. 7. quod deuotionem instillauerit 8. quod charitate inebriauerit. 9. quod firma protectione tueatur. 10. quod ad portam beatitudinis perduxerit. II. Hortatur vt à Deo nos regi permittamus. III. quibus vijs Dominus in viam rectã suos dirigat ostendit. Quæ duæ sunt Misericordia & Veritas: Operatio & contemplatio. In

A quibus, quisque quod suæ sortis est peragat. Et ad easdem hortatur. *A fol.* 190. *col.* 3 *ad* 192. *col.* 2.

Eiusdem Concio 2. ad id: *Firmabitur in illo & non flectetur &c. Eccles.* 15. Initio cum Dauide Martyres introducit conquerẽtes quod à Deo videantur derelicti, & explanat Psal. 43. *Deus auribus nostris audiuimus &c.* II. Ostendit hanc non esse derelictionem, sed fauorem, quo in Christo confirmarentur, illustriores essent & in cælo fœliciores. III. Eorum confessionem docet fuisse Ecclesiæ Dei necessariam: Et indè nobis incentiua virtutum præberi. IV. Inuehitur in eos qui tot motiuis non proficiunt & longè sunt à martyrio subeundo V. Constantiam S. Romani demiratur, & in exemplum proponit. *à fol.* 192. *col.* 1 *ad* 194. *col.* 3.

B

Eiusdem Concio. 3. ad hæc: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum &c. Matth.* 16. Ad prima verba considerat Deum in nostra potestate salutem constituisse, ad quam omnes possunt si velint. II. Exponit quid à suis exigat Deus, non blanditias, sed asperitates & mortes; & ad tria reducit 1. Abnegare se & deponere quod est. 2. Tollant crucem suam, & pro eius amore patiatur. 3. Et sequantur me, id est, in viis Christi ambulent, & ipsum imitentur, nec duas vias ingrediantur. Quod facilè est, præeunte Christo, *à fol.* 194. *col.* 3. *ad* 196, *col.* 2.

C

Eiusdem Concio 4. ad eadem verba. I. Aperit quomodo iugum Christi suaue sit, & durum: non in se, sed ex diuersitate hominum: durum, carnalibus; iustis, suauè. II. Causam patiendi, quod amarum est docet conuertere in dulcè. III. Idipsũ declarat ex vtilitate crucis IV. Esto crux dura sit, asperitatem tamen eius portari à gratia Dei nobiscum, per quam suauis appareat, demonstrat. V. Duplicem constituit crucem. 1. est carnis in maceratione corporis. 2 Spiritus in zelo animarum. Et ad secundã iter esse per primam. VI. Agit de perfecta abnegatione sui ipsius. *A fol* 196. *col.* 2. *ad* 198. *col.* 1.

S. Valeriani homilia prima de

bono Martyrij. I. Martyrium laudibus celebrat. II. Ex consideratione bonorum æternorum temporalia contemnit. III. Vitam præsentem cum futura confert. IV. Quid sit in lachrymis seminare, & gaudia metere, explicat. V. De sanctorum martyrum excolenda memoria differit. VI. Suffragia Sanctorum & intercessiones, quantum valent apud Deũ, ostendit. VII. Martyrem fonti assimilat. VIII. Ad imitationem Martyrum & vt aduersus vitiorum legiones armis spiritalibus dimicemus, hortatur. *Homil.15. à pag.167. ad pag.177.*

Eiusdem homilia 2. vnde supra. I. Exempla Martyrum quid efficiant, docet. II. Sua loca, quod martyrij sint cruore perfusa, commendat. III. Sanctorum Martyrum merita, virtutes, & auxilia commemorat. IV. Sancti martyres quanto honore à nobis habendi sint, perpendit. V. De conflictu vitiorum, belloque spiritali differit. VI. Imitationem martyrum suadet. *Hom. 16. à pag.178. ad pag.187.*

Eiusdem homilia tertia, vnde supra. I. De spiritali cordis cultura loquitur. II. Negligentiam reprobat, & diligentiam commendat. III. Suos ad virtutem hortatur, exemplo illius S. Martyris, qui primus apud ipsos inclytæ virtutis pugnam exercuit. IV. Ad patientiam prouocat, & vt quos veneramur meritis, sequamur exemplis, cohortatur. V. Certamen spiritale describit. *Hom.17. à pag.188. ad pag.197.*

COMMVNE CONFESSORVM Pontificum, non Pontificum, & Doctorum.

S. AMBROSII sermo pro cõmuni Confessoris non Pontificis, in Euangelium, *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, &c. Luc.19.* I. In eos, qui verbum Dei audiunt, & non custodiunt, inuehitur II. Verba Christi dicentis. *Omni habenti dabitur & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo*, commentariis illustrat. III. De spiritali saltatione & mysticis

A nuptiis Christi Ecclesiæ differit. IV. B. Virginem Mariam cum arca fœderis confert. *Tom 5, serm. 25. de sanct. col. 158. & sequent.*

S. ANTONII DE PADVA sermo, 1. in illud. *Sancti per fidem vicerunt regna, &c.* dicit sanctos vicisse quatuor regna sc. mundi, carnis, diaboli, cœli: Binas virtutes singula regna obsidere, & debellare; regnum mundi, paupertatem spiritus & mansuetudinem, regnum carnis, Luctum esuriem & sitim, regnum diaboli misericordiã & cordis munditiem; regnum cœli, pacem & persecutionum tolerantiam, hæ virtutes ex octo beatitudinibus sumuntur. *pag. 441.*

B Eiusdem, sermo, 2. in hæc Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt*, dicit, nobiles in manu septem gestare, annulum, chirothecas, accipitrem, speculum, virgam ad corrigendum, florem vel pomum ad odorandum, & sceptrum ad dignitatem ostendendam: Sunt animæ iustorum in manu Dei tanquam hæc omnia; sunt annulus per fidem, chirothecæ per opera misericordiæ; accipiter, per cor charitate plenum; speculum, per conscientiæ puritatem; flos, per bonam affectionem & intentionem; virga, per errantium correctionem, sceptrum per dignitatem. *A pag. 442 ad pag. 444.*

C Eiusdem sermo, 3. in id Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas &c.* ad perfectam & plenam iustitiam ex Ezech. 18. quindecim gradus desiderat, facere iustitiam, in Deum per pœnitentiam, & de seipso iudicium, de multitudine bonorum per vanam gloriam non delectari, flenda non iterum committere, vxorem proximi non violare, aliorum exemplo se non inficere, hominem non contristare, iniurias nobis factas ex corde dimittere, per vim nihil rapere, panem suum esurienti dare, nudum vestimento operire, ad vsuram non commodare & amplius non accipere, superflua per elemosinam resecare iudicium verum facere inter virum & virum, in præceptis Dei ambulare, iudicia Dei custodire & fa-

cere veritatem. *à pag.* 448. *ad pag.* 450.

Eiusdem sermo 4. in Ecclesf. 44. *Ecce Sacerdos magnus, &c.* hæc verba & sequentia ad litteram dicūtur de septem Patribus & Patriarchis sc. Simone Oniæ fillo, Enoch, Noë, Abraham, Isaac, Moyse, & Aaron; per applicationem vero de quolibet confessore, qui sepriformi gratia spiritus plenus est. *à pag.* 450. *ad pag.* 451.

Eiusdem, sermo 5. in ea Luc. 12. *Sint lumbi vestri præcincti, &c.* Lumbi sunt animæ, ratio, voluntas, memoria, quare, I. Ratio cingenda est & restringenda à luto auaritiæ ne nimis se applicet ad terrena. II. Voluntas restringenda est à luto luxuriæ duplici cingulo sc. castitatis & asperitatis seu austeritatis. III. Memoria cingenda duplici cingulo à cogitationibus & recordationibus illicitis, &c. *A pag.* 451. *ad pag.* 452.

Eiusdem, sermo 6. in id Ecclesf. 44. *Enoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum*, in quo rria attēde quæ ad quemlibet confessorem applicāda. I. Enoch placuisse Deo per concordiam fratrum, hoc est munditiam animæ & corporis; amorem proximorum, per quem intelligitur charitas fraterna; animæ voluntati diuinæ in omnibus acquietionem. II. Translatum fuisse in paradisum, 1 quando ex humili populo translatus est ad honorem Pontificatus. 2. in die mortis, cum anima translata fuit in paradisum cœlestem, 3. quando eius ossa translata sunt de sepulchro in feretrum pretiosum. III. Ecclesiam id est. Confessorem per tria dedicari per pœnitentiam ad se, compassionem ad proximum, deuotam orationem ad Deum, sicut in Ecclesiæ dedicatione tria desiderantur, cinis, oleum luminaria & thus. *A pag.* 452. *ad pag.* 453.

S. AVGVSTINI sermo de vno Confessore, & de seruo pigro qui talentum acceptum noluit erogare. Agit de erogatione facienda iuxta Euangelium & in quo consistat, de Dei auaritia, de correctione fraterna, & de seruis ac domesticis non contemnendis. *Tom.* 10. *serm.* 51. *de Sanctis. fol.* 278.

A S. V. BEDÆ homilia prima de Confessoribus, in Euangelium. *Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, &c. Luc.* 11. Textum breui expositione interpretatur. Ecclesiam candelabrum dicit. Per corpus opera intelligit. *Tom.* 7. *Homil. Æstiual. de Sanct. col.* 163. *& seq.*

Eiusdem homilia secunda de iisdem, in Euangelium, *Sint lumbi vestri præcincti; &c. Luc.* 12. Singula Euangelicæ lectionis verba percurrit & suo more notis illustrat. *Ibidem col.* 164. *& sequent.*

Eiusdem homilia tertia vnde supra, in Euangelium, *Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus, &c.* Textum percurrendo exponit, & quomodo vigilare debeamus, docet. *Ibidem col.* 168. *& seq.*

B BERENGOSII ABBATIS sermo primus de vno Confessore: de eo, quod per legem simila in sacrificium offerri iubetur, vbi de ea dicitur, *In sartagine oleo conspersa frigetur, &c.* I. Cōfessorem Sanctum Moysi assimilat. II. Verba scripturæ proposita mysticè interpretatur. III. Zelum animarum Deo gratissimum sacrificium dicit. IV. Zelum absque charitate non prodesse ostendit. V. Sanctum N. Confessorem summi Sacerdotis Christi filium esse, suoque Patri iure successisse demonstrat. VI. Vt in exemplum huius N. Confessoris filii Dei nomine mur & simus hortatur. VII. Confessorem Sanctum sacrificium esse & holocaustum docet. C VIII. Vt sacrificium nostrum Deo sit gratissimum, quid requiratur, profert. *Tom.* 2. *Biblioth. Patr. col.* 861. *& seq.*

Eiusdem sermo secundus, vnde supra, in illud, quod lex præcipit Leuit. 6. *Ignis in altari ardebit semper, &c.* I. Textum exponit, & Sancto Confessori accommodat. II. Per altare cor nostrum intelligit, per ligna antiquorum patrum exempla, & per holocaustum hominem. III. De igne spiritali & carbonibus mysticis differit. IV. Zelum duplicem distinguit, & igni assimilat. *Ibid. col.* 865. *& sequent.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de vno Confessore, in illud Iacob. 1. *Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, &c.* Ostendit San-

ctum N. Confessorem meritò virum dictum esse triplici ratione. I. Per rectam rationem ad Deum, & hoc quadrupliciter, videlicet, respectu altissimæ Maiestatis, per humilem reuerentiam: summæ potestatis, per deuotam obedientiam: amabilis bonitatis, per veram amicitiam & venerabilis veritatis, per puram confidentiam. II. Per rectam ordinationem ad seipsum, rationem innocentiæ, quam seruauit: continentiæ, quâ gulam frænauit: virginalis munditiæ, quâ omnem illicitum actum vitauit: & spiritalis lætitiæ, quâ Domino iubilauit. III. Per rectam ordinationem ad proximum, hocque quadruplici modo nimirum verâ animi compassione, recta instructione, malorum tolerantia, & deuota ad Deum oratione. *Tom. 3. serm. de Sanct. in comm. pag. 327. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de eodem, in illud Luc. 18. *Qui se humiliat exaltabitur.* Humilitatis virtutem commendat ex eo, quod sit animæ illuminatiua, malorum omnium eradicatiua, operationis fortificatiua, bonorum custoditiua, mentis consolatiua, & in fine exaltatiua. *Ibidem pag. 329. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Eccl. 3 *Quanto maior, es humilia te in omnibus.* Triplicem humilitatem distinguit, cordis videlicet, quæ in vera contritiune consistit: oris, quam inducit peccatorum confessio: & operis, quæ per satisfactionem manifestatur. *Ibid. pag. 331. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Luc. 1. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Horum verborum veritatem variis exemplis comprobat: & tria ad humilitatem inducentia notat, Dei scilicet contemplationem, sub ratione Factoris, redemptoris, & Victoris: sui ipsius cognitionem, considerando vnde venimus, vbi sumus, & quò ibimus: & proximi considerationem. *Ibidem pag 332 & sequent.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illud Iacob. vlt. *Orate pro inuicem vt saluemini.* Quatuor Orationis Deo gratissimæ conditiones describit. Debet A enim esse deuota, secreta, importuna, & continua. *Ibidem pag. 334. & sequent.*

Eiusdem sermo sextus de pluribus Confessoribus, in illud, 1. Corinth. 1. *In omnibus diuites facti estis in illo.* Tria diuitiarum genera ex scriptura colligit, æternalium videlicet, spiritalium, & temporalium. Docet autem Sanctos Confessores, qui nunc possident diuitias æternales, habuisse in via spirituales, & temporales contempsisse, quia sunt falsæ, vanæ, inefficaces, infirmæ & impotentes. *Ibid. pag. 336. & sequent.*

Eiusdem sermo septimus de iisdem, in illud 1. Corinth. 13. *Charitas benigna est.* Imprimis charitatis virtutem commendat & cæteris præfert, virtutem-B que Sanctorum nominat. Deinde quatuor veræ charitatis signa profert, quæ sunt bona conscientia, firma patientia, compassio fraterna, & communicatio libera. *Ibid. pag. 237. & sequent.*

Eiusdem sermo octauus de vno S. Doctore, in illud 1. Machab. 6. *Refulsit Sol in clypeos aureos, & resplenduerūt montes abeis.* I. Agit de Doctoribus, de audientibus, de audientibus simul & doctibus. II. Primos Soli assimilat, secundos mōtibus, tertios verò clypeis aureis. III. Circa Solē quinque cōsiderat, ipsius nimirum essentiam, formam, figuram, motum, & influentiam: quæ Sancto Doctori accommodat: fuit enim altissimus, per eximiam sanctitatem: spe-C ciosissimus, per scientiæ claritatem: rotundissimus, per arctissimam paupertatem: velocissimus, per obedientiæ humilitatem, & virtuosissimus, per miraculorum efficacitatem. *Ibid. pag. 339. & sequent.*

Eiusdem sermo nonus de eodem, in illud Matth. 11. *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* I. Humilitatem commendat. II. De mystica vacuitate animæ per humilitatem, & Diuina ipsius repletione subtiliter disserit. III De mysticis scientiis addiscendis loquitur. IV. Triplicem causam propter quam ad scientiam moueri debemus, agnosci; recessum videlicet à malo, profectum in bono, & statum in optimo. V. Formam triplicem, secundùm quam

quam debemus in addiscendo regulari, considerat: debet enim discipulus Christi verba Dei ab ipsis Doctoribus Ecclesiæ audire humiliter, cogitare viuaciter, & experiri efficaciter. VI. Materiam addiscendam proponit, timorem nimirum reuerentiæ, amorem beneuolentiæ, & rigorem iustitiæ. vt sic homo discat timere Deum, amare proximum, & punire seipsum. *Ibidem pag.* 341. *& sequent.*

S. Brunonis sermo primus de Doctoribus & Confessoribus, in Euangelium, *Vos estis sal terræ, &c. Matt.* 5. Agit de sale, ac luce, deque ciuitate in in monte posita. I. Per sal sapientiam intelligit. II. Quàm facilè discatur hæc sapientia demonstrat. III. In quo consistat ostendit. VI. Eius vtilitates profert. V. Apostolos & Doctores per lucem & ciuitatem supra montem positam figuratos agnoscit. VI. Virtutes montes dicit. VII. Misericordiæ laudes pangit. VIII. Concionatores, vt in montem misericordiæ ascendant, hortatur. *Tom.* 3. *pag.* 125. *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus de diuersis oculis & Episcopis, in illud Luc. 11. *Nemo accendit lucernam & ponit sub modio, &c.* I. Episcopos oculis assimilat. II. Eos ad instar oculorum diligendos dicit. III. De oculis spiritualibus mentis, sapientia nimirum, ratione, intellectu, & intentione simplici loquitur. IV Zelum bonum à malo distinguit. V. Zelum cum igne confert. *Ibidem pag.* 103. *& seq.*

Eiusdem sermo tertius de Catholicis doctoribus. Tractat de puteis Abrahæ, de quibus Genes. 26. id est sacræ Scripturæ, quos aperiunt Apostoli & doctores, & obstruunt hæretici. Vbi B. Benedictum laudibus effert. *Ibid pag.* 133 *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus de Confessoribus in Euangelium. *Sint lumbi vestri præcincti, &c. Luc.* 12. Ostendit illos solum lucernas esse ardentes, qui lumbos per continentiam præcinctos habent. *Ibid. pag.* 136. *& sequent.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in Euangelium, *Homo quidem peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, &c. Matth.* 25. Agit de talentis vnicuique, sed præcipuè Episcopis & aliis Prælatis, ad lucrum faciendum in illis, à Domino creditis: & textum Euangelicum interpretatur. *Ibidem pag.* 137. *& seq.*

Eiusdem sermo sextus vnde supra, in Euangelium, *Vigilate, quia nescitis qua hora, &c. Matth* 24. I. Quid sit vigilare, iuxta Domini monitum, fusè declarat. II. De bonis vigiliis differit. III. Pastores & Prælatos, vt vigilent, monet. IV. In Episcopos negligentes grauiter agit. *Ibidem pag.* 139 *& sequent.*

Eiusdem sermo septimus, vnde supra. De continentia & mundo corde pertractat: deque Pontificum officio per rationale significato: & duplex martyrium distinguit. *Ibidem pag.* 142. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo octauus, de Doctoribus & prædicatoribus sanctis, in illud Matth. 13 *Omnis scriba doctus in regno cælorum, &c.* I. Per regnum cœlorum Ecclesiam intelligit, per doctum scribam, prædicatorem. II Mystica sponsæ poma profert & exponit. III. Duos thesauros spiritales notat. *Ibidem pag.* 146. *& sequentibus.*

✠ S. Chromatii Aquileiensis Conc. 2. in cap. 5. Matth. de Euangelio huius festi. Primo exponit quæ sit natura salis. & sic Apostolos esse sal. 2. Eosdem esse sal hominum. 3. Expendit ipsas salis virtutes, quas ad aptat Apostolorum sapientiæ. 4. Cauendum esse ne sal eiusmodi infatuetur, ac infatuatum proiici foras. 5. Considerat Apostolos esse lumen mundi, vt luceant omnibus. 6. Lucernam hanc, Christi humanitatem exponit, in qua sol iustitiæ Deus. Et deinceps quæ sequuntur in Euangelio, explanat. *Tom* 2. *Biblioth. Patr. edit.* 2. *Parif. col.* 375. *& seq.*

✠ Dionysii Carthusiani pro festo Confessoris Pontificis, sermo 1. in quo agit de verâ Christi imitatione, & eorum perfidiâ qui à Christo nominari volunt, nec vitam eius imitari, &c. *In sanct. proprio, à fol.* 337. *pag.* 2. *ad fol.* 338. *pag.* 1.

Eiusdem, sermo 2. Confessor hic fortiter laborauit. I. Proprium corpus

rationis iudicio subiiciendo in refrænatione concupiscentiarum II. Circà interiorum suorum reformationē, omnes animæ suæ affectiones simplificādo, & rectificando in Deo, III. Contrà vniuersas iniquitates & impugnationes, & diabolicas tentationes. IV. Pro communi bono & pace Ecclesiæ, lapsorum reformatione, errantium conuersatione, proximorum ædificatione, diuinæ maiestatis honorificentia. V. Pro quotidiano ac iugi gratiæ incremento, & perfectione virtutum. *In sanctorum proprio, à fol.* 338. *pag.* 1. *ad fol.* 339. *pag.* 1.

Idem, vbi suprà sermone 3. dicit præceptum de diligendo Deo tripliciter posse intelligi & exponi; vt 1 indesinenter semperque actualiter feramur in B Deum, & fixissimus plenè in eo, ipsum toto corde, tota mente, & totis viribus diligendo; istud in hac vitâ non possumus adimplere, 2. Semper eleuemur ad Deum, ipsum totaliter diligendo, quantum in hac vitâ fieri potest, ita vt quæ charitatis profectum & perfectionem impediunt, vitemus, 3. Deum toto corde & tota animâ diligamus, sic vt Deo nihil præponamus, nec aliquid eius charitati contrarium operemur, &c. *Ex proprio sanctorum, fol.* 339. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

Eiusdem, de Confessore non Ponti- C fice sermo primus. Humilitatis veræ fundamentum & causa est considerare seipsum, 1. secundum id quod in se est, 2. secundum propriæ conditionem atque qualitatem naturæ, 3. secundùm id quod à seipso factus est, sc. peccator, Deo ingratus, creatoris offensor, &c. 4. in ordine ad superiora, videlicet sanctos aut sanctum sanctorum Deum altissimum, &c. *Ex proprio sanctorum, fol.* 342. *à pag.* 1 *ad pag.* 2

Eiusdem, sermo secundus triplex hic distinguitur abrenuntiatio. Prima est. Exteriorum temporaliumque bonorum; dùm videlicet cuncta illa pro Christo lucrando, vt stercora arbitramur. Secunda. Earum quæ in nobis sunt concupiscentiarum, & vitiorum, nobisque carnis propinquitate iunctorum; abscissio. Tertia Propriæ liberta- A tis atque suiipsius mera puraque relictio, &c. *In SS. proprio, fol.* 343. *à pag.* 1. *ad pag.* 2.

Eiusdem, sermo tertius Non solùm in carne nos tentat diabolus, sed etiam in spiritu molitur insidias, vim enim intellectiuam variis modis conatur subuertere, suggerendo hæreses, incredulitates, stultas obseruationes, iudicia temeraria, prudentiam carnalem, &c. contrà quæ omnia humiliemus nos, in timore Dei fundemur, priuatum extirpemus amorem, &c. *In SS. proprio, à fol.* 343. *pag* 1. *ad fol.* 344. *pag.* 2.

S. Fulgentii sermo de dispensatoribus Domini. I. Parabolam de dispensatore, quem Dominus suæ familiæ præfecit, interpretatur. II Non solos Apostolos, sed & Episcopos dispensatores dicit. III. Per mensuram tritici, mensuram fidei intelligit. IV. Christianos arboribus assimilat. V Vt omnes ad perfectionem aspirent, hortatur. VI. Qualiter thesaurizandum sit in cœlis docet. VII. Quid sit lumbos præcingere & lucernas tenere declarat. *Serm.* 1. *à pag.* 610. *ad pag.* 624.

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium, *Homo quidam peregrè proficiscens, &c. Matth.* 25. I Parabolam Euangelicam exponit II. Quid per talenta intelligendum sit, declarat. III. De reddenda coram patre familias ratione, & percipienda æterna remuneratione differit. IV Spiritalem vsuram suadet. V Ostendit seruum, qui duo talenta acceperat, plus habuisse, quam ille, qui quinque talentis ditatus fuerat. VI. Quid sibi vult illud Christi, *Habenti dabitur & abundabit*, explicat. *Tom.* 3. *Homil.* 9 *in Euang. col.* 21. *& sequentibus.*

Eiusdem homilia in Euangelium, *Sint lumbi vestri præcincti, &c. Luc.* 12. I. Textum commentariis illustrat. II. Castitatem, sine bono opere magnam non esse ostendit III. Varias vigilias distinguit. IV. Dei longanimitatem demonstrat. V. Hominis fragilitatem considerat. *Ibidem Homil.* 13. *in Euangel. col.* 33. *& sequentibus.*

S. Hugonis a S. Victore sermo

primus, de Sacerdotibus Confessoribus, & de vestibus sacris, in illud Psal. 131. *Sacerdotes tui Domine induantur iustitiam.* Hortatur vt habeamus interiorem lineam per cordis munditiam: exteriorem per corporis puritatem, superhumerale, per patientiam, zonam per continentiam: stolam, per obedientiam manipulum, per cautelam: & infulam, per charitatem fraternam. *Tom. 2. Institut. Monast. serm.* 14. *pag.* 325.

Eiusdem sermo secundus de vno Confessore, in illud Ecclesiastici 44. *Placuit Deo, &c.* Sanctorum Confessorum Pontificum magnitudinem describit, ratione, officij, meriti, præmij, & suffragij. Eos autem assimilat Stellæ, Lunæ Soli, Iridi, Cedro, Cypresso, rosæ lilio, thuri, igni, & vasi auri solido. *Ibid. serm.* 19. *pag.* 327.

Eiusdem sermo tertius de eodem, in illud Matth. 25. *Homo quidam peregrè proficiscens, &c.* Textum breui expositione percurrit: & in eos qui prædicare nolunt, cùm possint, inuehitur. *Ibid. serm.* 30 *pag.* 338 *& sequent.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, de officio Episcopi siue Prælati, ac de doctrina illi necessaria. Quadruplicem notat doctrinam, quam debet omnis Prælatus animabus sibi commissis. Primò enim docere debet subiectos fidem Sanctissimæ Trinitatis. Secundò. Quomodo præsideant & imperent quinque corporis sensibus. Tertiò. Vt sex opera misericordiæ exhibeant. Quartò. Vt septem virtutes principales exerceant. Hæc autem omnia sigillatim prosequitur. *Ibidem serm.* 35 *pag.* 343. *& sequent.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illud Ruth. 3. *Dixit Booz ad Ruth: non me abnuo propinquum sed est alius me propinquior. Si ille voluerit te iure &c.* I. Textum Prælato accommodat, & mysticè interpretatur. II. De vita & doctrina Prælatorum differit. III. In Prælatos qui conciones ad populum habere nolunt, grauiter agit. IV. Eos, qui temerè lacerare præsumunt Prælatos, cùm in ordinatè se gerunt reprehendit. *Ibidem serm.* 57. *pag.* 374. *& sequentibus.*

D. INNOCENTII PAPÆ III sermo de vno Confessore, in Euangelium, *Vigilate, quia nescitis quando Dominus, &c. Matth.* 13. Docet animam hominis duobus modis dormire in vitiis, & in virtute vigilare. II. Quomodo sit vigilandúm. III. Quadruplicem esse Domini aduentum IV. Cur Christus ordinem vigiliarum immutauerit. *Tom.* 1. *pag.* 180. *& sequentibus.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo, ad ea verba. *Psal.* 88. *In nomine meo exaltabitur cornu eius.* I. Ostendit quantum displiceat Deo, cum homo vult magni nominis esse: & quam vtile sit se deprimere. II. Veram humilitatem, pacis internæ fontem esse demonstrat: & quanta sit superborum inquietudo. *A pag.* 648. *ad* 653.

✠ Eiusdem sermo ad ea verba, *Lucæ* 11. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* I. Docet plurimos in externis pietatis officijs defectu rectæ intentionis labi; dum non Deum, sed seipsos quærunt in illis. II. Ad hæc quoque necessarium esse, vt externis dediti, interioris hominis curam gerant. III. Explicat in quo consistat vera deuotio. *A pag.* 653. *ad* 655.

✠ RABANI MAVRI homilia I. Confessorū officium proponit. II. Seruos esse fideles & vigilantes ait. III. Hortatur vt vigilemus, & ad aduentum iudicis præparemur. *Tom.* 5. *pag.* 601. *col.* 2. *&* 603. *col.* 1.

✠ RADVLPHI ARDENTIS de Confess. Pontif. homil. *Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo, &c. Ecclesi.* 44. Iste sacerdos magnus est litteraliter Aaron, mysticè Christus, moraliter sacerdos quilibet: hunc commendant, 1. electio à Deo eius qui deo placet; 2. Iustitia, vnicuique quod suum est reddēs: 3. Mediatio siue reconciliatio Dei & hominum: 4. Super excellens obedientia: 5. promotio in Pontificem & confirmatio, 6. Opinio bona, propter quam ab omnibus gentibus benedicetur, 7. Confirmatio in bono & gratiâ, 8. Approbatio benedictionis 9 Misericordia, 10 Gratiæ abūdantia, 11. Magnificatio in conspectu regum, 12. Corona gloriæ, 13 Hæreditas, 14. Sacerdotiū magnū, 15. Beatificatio, 16. Sacerdotij functio,

17. Laus æterna. 18. Oblatio incensi A Deo digni in odorem suauitatis. *a fol. 72. pag 2. ad fol. 79 pag. 1.*

Eiusdem, homilia in Euangel. quâ ostendit. Omnia bona quæ habemus nos à Deo habere. Quosdam cum iis bonis benè operari, alios malè. Bene operantes, benè remunerari. Pigros, malosque seruos reprobari. *a fol. 79. pag. 1. ad fol. 83. pag. 2.*

Idem, homiliâ de verbis Ecclef. 50. *Ecce Sacerdos magnus qui in fide suâ probatus est.* Hunc sacerdotem commendabilem declarat. I. In fide, siue in operibus fidei suæ, & verborum fidelitate. II. In claritate, qua refulsit in templo Dei. III. In virtutum varietate: quarum, 1. est martyrium in mortificatione carnis 2. castimonia, 3. patientia, 4. charitas; 5. deuotio, 6. sapientia, 7. misericordia, 8. perseuerantiæ fortitudo IV. In officij sui executione, *a fol. 83. pag. 2. ad fol. 88. pag. 1.* B

Eiusdem homilia. *Vigilate quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit, &c. Matth. 13.* I. Vigilare debemus, & apertis oculis, ratione interiora nostra custodire. II. Vigilandum, quia Dominus noster venturus est vt dormientes damnet, & vigilantes saluet. III. Vigilandum contra diabolum, quia animas de communitate Ecclesiæ rapit. IV. Pastor vigilans, rarus, sed beatus. *à fol. 88. pag. 1. ad fol. 91. pag. 1.*

Eiusdem pro Confessore homilia, ex iis Hebræor. 7. *Plures facti sunt Sacerdotes secundum legem, &c.* Per quam in priuilegiis inter sacerdotium legis, & Iesu Christi differentiam demonstrans, sacerdotij Iesu Christi ad sacerdotium legale prærogatiuas enumerat: quarum. Prima est. Vnitas sacerdotij. Secunda. Sacerdotij æternitatis. Tertia. Saluandi potestas. Quarta. Per seipsum ad Patrem accessio. Quinta. Immunitas peccati. Sexta. Dignitatis celsitudo Septima. Non habere necesse pro se hostias offerre Octaua, Seipsum non alienas hostias obtulit. Nona. Semel offerens pro populo, Deo patri satisfecit. *A fol. 91. pag. 1. ad fol. 95. p 1.* C

Idem. homilia in Luc. Cap. 12. *Sint lumbi vestri præcincti, &c.* Ostendit, Primò. Dominum nos armare contra mala vitæ præsentis; in qua via est lubrica, per fragilitatem ad peccandum prona: tenebrosa, per ignorantiam cæca: incidiis plena, per tentationem insidijs diabolicis septa. Secundò Vigilandum esse vt, 1. à tenebris ignorantiæ expergiscamur, 2. oculos rationis ad verum solem semper apertos habeamus, 3. noxia deuitantes, & bona prouidentes, nos & nostra custodiamus. *a fol 95. pag. 1. ad fol. 98. p. 2.*

Eiusdem, ad ea quæ habentur Eccles. 45. *Dilectus Deo & hominibus, &c.* Homilia, qua Moysen & hunc confessorem N. commendat. 1. à dilectione Dei & hominum, 2. à benedictione memoriæ, 3. à similitudine cum gloriâ sanctorum, 4. magnificatione in timore inimicorum, 5. placatione monstrorum in verbis, 6. glorificatione in conspectu regum, 7. Dilectione, siue iunctione cordis populi sui, 8. Ostensione gloriæ Dei, 9. fide, 10. lenitate; 11. electione ex omni carne, 12. auditione vocis à Deo: 13. Inductione in nubem, 14. Cordis donatione ad præcepta, 15. legis vitæ, & disciplinæ largitione. *à fol. 98. pag. 2. ad fol. 102. pag 1.*

Eiusdem, homilia *Iustum deduxit Dominus per vias rectas. Sap. 10.* In qua beneficia quæ contulit sapientia diuina Iacob Patriarchæ, & Confessori. N. commemorat: quorum, 1. est quod deduxit eum per vias rectas, 2. Ostendit ei regnum Dei, 3. dedit ei scientiam sanctorum, 4. honestauit eum in laboribus suis, 5. compleuit labores ipsius, 6. adfuit in fraude circumuenientium 7. honestum fecit eum bonis moribus exornãdo 8. custodiuit ab inimicis, 9. à seductoribus tutauit, 10. dedit ei certamen forte vt vinceret; 11. non dereliquit, sed liberauit eum, 12. in vinculis positum non deseruit, sed liberauit, 13. dedit sceptrum regni, 14. Potestatem aduersus eos qui eum deprimebant dedit, 15. ostendit eos mendaces qui maculauerunt eum falsa accusatione, 16 æternam dedit claritatem miræ sanctitatis opinionis, æternæ

beatitudinis. *à fol.* 102. *pag.* 1. *ad fol.* 105. *pag.* 2.

Idem, homilia in ea quæ scripta sunt. Luc. 11. *Nemo ascendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrum, &c.* Per lucernam metaphoricè Christum intelligit, qui vt lucerna oculos pulsis tenebris illuminat, viam demonstrat, nulli se nisi subtrahenti negat, lumen Ecclesiæ & speculator ipsius est. Clarè videt, vt pote in cuius conspectu nulla creatura inuisibilis est; vtiliter videt, quia non nisi vtilia nobis prouidet; hanc metaphoram ita per totam homiliam Christo applicat. *à fol.* 105. *pag.* 2. *ad fol.* 109. *p.* 1.

COMMVNE VIRGINVM.

S. Antonii de Padva sermo, 1. in illud Matth. 25. *Ecce sponsus venit exite obuiam ei.* Vbi de incarnatione Domini differit, dicitque aduentum eius esse triplicem Primo. Cum desponsauit naturam humanam in vtero Virginali; huic debemus tria muneras Vestem nuptialem, habendo charitatem mentis & corporis puritatem; preciosa xenia, per eleemosynarum largitionem, cantica lætitiæ. per gratiarum actionem. Secunda. Per gratiæ eum animabus coniunctionem, tria sponsæ sunt necessaria vt placeat sponso; vt sit iusta & morigerata in se per refrænationem omnium illicitorum; misericors & læta, quo ad familiam; fideli in omnibus quo ad sponsum, hæc debet Christo anima fidelis. Tertiò. In iudicio veniet tanquam sponsus zelum & furorem ostendens, contra sponsas adulteras, præueniendus iste furor & zelus per opera, sex misericordiæ. *à pag.* 453. *ad pag.* 455.

Eiusdem sermo 2. in hæc, 2. Corint. 11. *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo*, tria insinuat. I. Virgines specialius Christi sponsas esse propter tria, quia earum caro carni christi verius se conformat quàm aliorum, in pluribus assimilantur Christo quam cæteri, & incorruptam habent

A animam II. Quatuor esse signa in muliere per quæ deprehenditur virgo, 1. Mammillarum duritia & modicitas; duæ sunt mammillæ in anima, cognitio & affectio, hæ modicæ sunt quando cognitio sapit ad sobrietatem, & affectio tantùm Deum diligit & desiderat, 2. pecuniæ paupertas, 3. Vocis gracilitas, dulcedo, & simplicitas, 4. faciei reuelatio, & capitis nudatio. III Sponsalia solui per septem vt dicit Tancredus in summa, per quæ notantur septem peccata mortalia, quæ sperant matrimonium inter Deum & animam &c *à pag.* 455. *ad pag.* 457.

Eiusdem, sermo 3. in hæc verba Matt. 13. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro; quem qui inuenit homo abs-*
B *condit, præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quæ habet & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas Margaritas. Inuenta autem vna pretiosa Margarita, abijt & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare &c.* hæ tres parabolæ Virgini conueniunt, quia virginitas est, 1. Thesaurus absconditus, propter sui preciositatem, ei enim debetur oreola, 2 Margarita per virginitatis constantiam pretiosa; per Martyrij palmam, hanc emit negotiator Christus; emit autem tria à nobis, naturam humanam nummo suæ diuinitatis, nostra temporalia
C cœlestibus suis diuitiis, nos seipso, 3. sagena Dei quæ multos per doctrinam & exemplum Deo contraxit, &c. *à pag.* 458. *ad pag.* 459.

Eiusdem, sermo 4. in Cant. 7. *Quam pulchra es, & quam decora, charissima in deliciis statura tua assimilata est palmæ & vbera tua botris.* Commendat christus sponsam suam à quinque quæ in qualibet sponsa necessaria sunt vt perfectè diligatur. I. Est exterior corporis pulchritudo, & honesta conuersatio II. morum & virtutum interior plenitudo III. Sponsæ ad sponsum syncera dilectio. IV. Contra carnis & mundi lenocinia fortitudo. V. filiorum spiritualium fœcunda conceptio, &c. *à pag.* 460. *ad pag.* 461.

Eiusdem, sermo 5. in illud Cant. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Virgo est lilium. I Lilium sex folia habet candida quæ incorruptam seruant virginitatem, quæ sunt sobrietas victus, operatio, cultus asperitas, custodia visus, raritas sermonum, vitatio opportunitatis peccandi, id est, loci temporis, & personæ. II. Sunt liliorum sex genera, quæ significant charitatem, quia tribus modis diligendus est Deus, & tribus de causis, diligenter, ex toto corde, sapienter ex tota anima, fortiter ex tota virtute Diligenter propter temporalia quæ tribuit, Sapienter propter spiritualia quæ infundit, & fortiter propter cœlestia quæ promittit. *à pag.* 461. *ad pag.* 462.

S. Bernardi vel potius alterius apud D. Bernardum sermo de Virginibus, in Euangelium, *Simile est regnum cælorum decem virginibus, &c. Matth.* 25. I. Duplicem virginitatem distinguit. Sponsæ Christi laudes celebrat III. Sæculum Sodomæ assimilat, religionem verò ciuitati paruæ in qua Loth saluatur, comparat. IV. Bonorum & malorum Religiosorum differentiam notat. V. Prudentes virgines describit. VI. De dulci somno bonorum loquitur. VII. Vltimæ diei miserias & calamitates depingit. VIII. De ianua pietatis & misericordiæ Christi peccatoribus aperta & clausa disserit. *col.* 1703. *& sequent.*

S. Bonaventuræ sermo primus de vna Sancta Virgine, in illud Cant. 4. *Veni de Libano, veni, coronaberis.* Cùm Libanus interpretetur candidatio, notat triplicem candorem, siue munditiam Virginis. Primus dicitur candor, quo virgo splendet in mente Secundus, quo virgo fulget in carne. Tertius, quo virgo lucet in opere, & in exteriori cõuersatione. In his autem consistit vera & perfecta munditia. *Tom.* 3. *sermo de sanctis in comm. p* 344. *& seq.*

Eiusdem sermo secundus de eadem, in illud Sapient. 4. *In perpetuum coronata triumphat.* Ostendit virginem sanctam. N. quadruplici corona existere coronatam, gratiæ, quam possedit in A via, correspondẽte. Habet enim in capite coronam luminosam siue radiosam, propter splendorem sapientiæ, qua refulsit: coronam speciosam, propter pulchritudinem virginalis pudicitiæ, quam seruauit; coronam pretiosam ex lapidibus pretiosis propter fortitudinem patientiæ, quam in pugna seruauit: coronam gloriosam, propter castitatem & humilitatem, quam in via portauit. *Ibidem pag.* 345. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Apocal. 19. *Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, &c.* De gaudio spiritali, & mysticis nuptiis loquitur. Notat autem B triplex gaudium quo, in Sanctæ virginis N. festiuitate, gaudere debemus, cordis scilicet, quod nihil aliud est, quàm Deum amare cum lætitia mentis: oris, quod nihil esse constat, quàm Deum gaudendo laudare: & operis, quod nihil aliud existit, quàm gaudendo Deo seruire. *Ibid pag.* 347.

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Psal. 44. *Audi filia & vide: & inclina aurem tuam.* Probat, quòd cum hac Sancta virgine N. debeamus Christum audire. I. Erudiẽtem, vt prudentissimum Consulem. II. Præcipientem, vt potentissimum Ducem. III. Exhortantem, vt sanctissimum Præsulem. IV. Consolantem, vt benignissi- C mum patrem. V. Redarguentem, vt æquissimum iudicem. *Ibidem pag.* 348. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illa Dauidis verba Psal. 44. *Diffusa est gratia in labiis tuis, &c.* Tres habet partes. Prima agit de modo perueniendi ad gratiam. Secunda, de vsu gratiæ. Tertia, de eius fructibus. Quantum ad primam, docet quatuor esse necessaria ad gratiam possidendam & conseruandam, nimirùm, vt cor sit purum, per munditiam castitatis in carne: sit profundum, per humilitatem in mente: sit latum & amplum per effectum charitatis in opere: sit clausum, per conseruationem taciturnitatis in ore. Quantùm ad secundam, notat vsum

gratiæ in quatuor consistere, in honorando Diuinam Maiestatem, per reuerentiam humilem: in refrænando propriam voluntatem, per temperantiam cohibentem: in releuando proximi paupertatem, per misericordiam subuenientem; & in tolerando mundanam aduersitatem, per patientiam. Quantum ad tertiam, quadruplicem fructum gratiæ profert, animam siquidem impinguat, siue interius delectat, propter nitorem conscientiæ: vitam exterius ornat, per morum honestatem: ab omni malo nos liberat, finiendo statum præsentis miseriæ: & in bono confirmat, per excellentiam gloriæ. *Ibidem pag.* 349. *& sequent.*

S. BRVNONIS sermo primus de vna virgine, in Euangelium, *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, &c. Matt.* 12. I Beatitudinem Per margaritam intelligit. II. Laudes eius commemorat. III. Dominum negotiatorem incomparabilem dicit. IV. Eius negotiationem miratur. V. Pastori Christum assimilat. VI. Christianos cum ouibus confert. VII. Aduentus Christi in hunc mundum duas causas assignat, vt scilicet oues emeret, & negotiandi artem doceret. *Tom.* 3. *pag.* 144. *& seq.*

Eiusdem sermo secundus de virginibus, in Euangelium. *Simile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, &c. Matth.* 25. I. Omnes Christianos virgines dicit. II. Hominis sensus exteriores, quinque virginibus siue prudentibus, siue fatuis assimilat, vbi de sensuum corporis custodia III. Textum breui expositione illustrat. *Ibid. pag.* 148. *& sequent.*

S. CÆSARII homilia in Euangelium, *Simile est regnum cælorum decem virginibus, &c. Matth.* 25 I. Textum percurrit & explicat. II. Ad Eleëmosynarum largitionem hortatur. III. Virgines monet, vt vitia respuant, virtutes verò obtineant. IV. Detractores & contumeliosos reprehendit. *Tom.* 2. *Auctar. Biblioth. Patrum col* 1529. *& seq.*

S. I. CHRYSOSTOMI in decem virgines oratio I. Suorum auditorum diligentiam & alacritatem lau- A dat. II. Prædicationis sanctæ diuitias cõmendat. III. Varias ac faciles pœnitentiæ vias demonstrat. IV. Eleemosynas præconiis effert. V. Parabolam decem virginum interpretatur. VI. Virginitatem ignem dicit, eleemosynam verò oleum. VIII. Pauperes olei mercatores nominat. IX. Pretium olei prescribit. X. Virginitatis magnitudinem repræsentat. XI. Virginitatis bellum nec quietem temporis, nec intermissionem habere testatur. XII. In virgines pecunias congregantes acriter inuehitur. XIII. Orationis virtutem & efficaciam ex euangelio colligit. XIV. Rursus vias pœnitentiæ indicat. XV. Vim lachrymarum notat. *Homil.* 57. *ad popul. Antioch.* 9. *de pænitentia à pag.* 701. *ad pag.* 711.

B Eiusdem in decem virgines sermo. I: Vltimum Mundi diem tremendum depingit, & contemplatur. II. Parabolam Euangelicam apposité explicat. III. Virginitatem, quæ coniunctam habet eleëmosynam multùm commedat. VI. Ad eleëmosynam largiendam hortatur. *Tom.* 6. *serm.* 40. *à pag.* 389. *ad pag.* 395.

B. P. DAMIANI sermo primus pro natali Virginum. I. Quàm vtilissimum sit Virginum victorias laudibus celebrare ostendit. II. Quomodo Deus dat spiritum non ad mensuram, & secundum mensuram, explicat. III. C Virginem Sanctam. N. præclaris encomiis effert. IV. Christum vermi assimilat. *Tom.* 2. *serm.* 67. *pag.* 311. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. I. Qualiter Deus infirma mundi elegerit, vt fortia confunderet, variis testimoniis & exemplis demonstrat. II. De spiritali bello disserit. III. Quanta res sit virginem esse, simul & Martyrem, ponderat. IV. Virginem bellatricem & Agonothetam Dei nominat. V. Virginis huius N. pulchritudinem depingit VI Vt agnum sequamur in via, quocumque ierit, & carnis voluptates contemnamus, hortatur. VII. De sale mystico loquitur. *Ibid. serm.* 68. *pag.* 313. *& sequent.*

✠ Dionysii Carthusiani pro virginibus sermo 1 Virginem quæ sponsa Christi est laudat. I. Ratione præclaræ fortitudinis, quia cum sexu vicit naturam. II. Ratione victoriosæ temperantiæ, quâ corpus proprium optimè rexit. III. A virgineâ castitate, quâ semper continuit. IV. A dignitate, filij enim Dei est sponsa V. Propter constantiam, fortitudinem, & patientiam in passione. VI. Ab excellentiâ & multitudine miraculorum quæ fecit Deus per eam VII. A sapientiâ supernaturali quâ Christi fidem defendit. VIII. A fœlicitate quam pro præmio adepta est. *In proprio sanctorum à* 345 *pag* 2. *ad fol* 346 *pag*. 1.

Eiusdem, vnde suprà sermo 2. quo probat Virginem non debere aliud cogitare quam Deum, &c. *Ex sanctorum proprio à fol*. 346. *pag*. 1. *ad fol*. 347. *p*. 1.

B Eiusdem, sermo 3 Virginem ac viduam hortatur Propheta per hæc verba. *Audi filia & vide, &c. Psal*. 44 Vt I. Audiat, id est, non solùm corporalibus auribus, sed mentis quoque diligentiâ aduertat quid velit Deus, quid iubeat, quid consulat, quid promittat, quid comminetur. II. Videat, id est corde intelligat pertinentia ad salutem III. Aurem suam inclinet per efficacem consensum, & charitatiuam affectionem. IV. Obliuiscatur populum suum, & domum patris sui, &c. *Ex sanct. proprio fol*. 347. *à pag*. 1. *ad p*. 2

C S. Ephrem Syri. de Castitate discursus, in quo castitas palmæ assimilatur, eius laudes prædicātur, & virtutes ipsius recēsentur. *To*. 1. *p*. 115 *& seq*.

Eiusdem sermo de Virginitate I. Hominem Virginem beatum prædicat. II. Ipsum Dei templum nominat. III. Virginitatis inimicos prodit IV. Docet quid agendum sit, vt Deus semper in templo corporis nostri habitet. V. Luctamen spiritale describit VI. Vini immodicè sumpti damna recenset. VII. Concupiscentiam reprobat. VIII Orationis sanctæ exercitium commendat, *Tom*. 1. *pag*. 116. *& seq*.

D. Innocentii Papæ. III. sermo de vna Virgine, in Euangelium, *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, &c. Matth*. 13. I. Quadruplicem regni cœlorum acceptionem notat. II. De negotiatore iniquo & iusto, prauo & sancto disserit. III. Margaritarum spiritalium tres species enumerat, scientiæ nimirùm, gratiæ, & gloriæ. IV. Quomodo sit comparanda pretiosa margarita docet. *Tom*. 1. *pag*. 182. *& sequent*.

✠ I. Thauleri sermo, ad ea verba *Matth*. 25 *Quinque ex eis erant fatuæ & quinque prudentes*. Duo constituit veris & prudentibus virginibus obseruanda. I. In exterioris hominis regimine, quinque assignat. 1. moderationem in omnibus. 2. Simplicitatem. 3. fugiat vanam societatem. 4 Otium vitet. 5 Sensus coerceat & contineat. II. Vt secundum interiorem hominem se ornet: cuius ornamenti fundamentum est humilitas; de qua disserit & & signa eius esse docet. 1. se indignum existimare donis Dei. 2. De omnibus Deo gratias agere. 3. De nulla re se extollere & iactare 4 Deo pro scopo habere in omnibus, & alia eiusmodi. III. Tria declarat necessaria ad veram humilitatem: resignationem: Pati, & amare, *à pag*. 656 *ad* 659.

✠ Rabani Mauri homilia in natali Virginum. Initio virgines B. Virginis Mariæ imitatrices caullaudat. II. Virginem cælestibus in ardescere animo, & terrena contemnere: imò & ipsam vitā. III. Excitat vt carnis desideria subigamus, vt & ipsā carnem pro Domino dare possimus. *Tom*. 5. *pag*. 603 *col*. 1. *&* 2.

✠ Radvlphi Ardentis in Apostol. dicta 1. Corinth. 1. *Qui gloriatur in Domino glorietur, &c*. Homilia. Apostolus. I. Hortatur vt qui gloriatur in Domino glorietur; ad quod necesse, gaudium suum & causam ipsius Deo attribuere, indè gratias ei agere, & eius illum finem constituere. II. Suam insipientiam supportari optat; insipientiam vocat hoc, quod seipsum commendare est compulsus: Sancti coguntur sua bona recensere, vel quando in aduersitate consolationem & spem quærunt,

quærunt, vel cum ad misericordiam Deum mouere volunt; vel auditoribus persuadere, vt magis acquiescant quàm pseudo prædicatoribus, desiderant. III. Zelare nos zelo Deo se dicit, nos ardenter amando, cultibus exornando virtutum, omnes personas suspectas à nobis sequestrando, monitionibus, minis, & verberibus nos castigando. *a fol. 109. pag. 1. ad fol. 112. pag. 1.*

Einsdem homilia in illud Matth. 25. *Simile est regnum cælorum decem virginibus quæ accipientes lampades suas, &c.* Huius parabolæ sunt septem particulæ. I. Omnes virgines sponsi aduentum sperare, & pro eius receptione se preparare demonstrantur. II. Dormitauerunt & dormiernnt moram faciente sponso, quia ægrotando ad somnum mortis accesserunt. III. Ad vocem sponsi omnes virgines surgunt, & lampades ornant, quia de operibus suis rationem reddere parant, sed dissimiliter. IV. Fatuæ à sapientibus oleum petnnt, quia earum opera in aduentu iudicis intus obscurantur, respondent prudentes sibi vix sufficere quod habent. V. Venit sponsus, & prudentes cum eo intrant ad nuptias. VI. Fatuæ repulsam patiuntur, non enim per vitæ meritum agnoscuntur. VII. Omnes admonentur vigilare in sui præparatione, ne imparati reperiantur summo iudice veniente. *a fol. 112. pagin. 1. ad fol. 116. pag. 2.*

Idem, homilia ex his verbis. *Mulierem fortem quis inueniet, &c. Prouerb. vlt.* Mulieris fortis officia & mercedem exponit, 1. Fidelis est non solum erga Deum, sed etiam erga virum suum, 2. de bonis sibi collatis viro est grata, 3. semper aliquid honesti & vtilis operis agit, 4. sibi, & domui suæ, & indigentibus victualia sapienter prouidet, 5. seruis & ancillis opera diluculo iniungit, ne vacent: & cibaria distribuit, ne deficiant, 6. Honestiorem modum viuendi considerat, & obseruat, 7. in virtute castitatis, & cæterarum virtutum operibus se fortiter exercet, 8. gustat quam bonum sit de labore sibi & indigentibus necessaria prouidere, 9. ad vilia opera A manum apponit, 10. operibus misericordiæ insistit, 11. familiæ suæ contra frigus necessaria prouidet, 12. seipsam decenter ornat, 13. bono suo exemplo, virum suum & honestat & sanctificat, 14. telam innocentis vitæ orditur & perficit, 15. fortibus & honestis moribus se induit, 16. filios & familiam suam in sapientia & lege Domini, verbis & exemplis erudit, 17. omnes semitas domus suæ considerat. Sequuntur mercedes fortis mulieris, 1. est laus filiorum, 2. laus viri, 3. remuneratio præsens, siue futura, 4. laus præsentis & æterni iudicij. Deinde Ecclesiam commendat, vel animam fortem Primo. A virtutibus sc. 1. fidelitate, 2. acquisitione, 3. gratitudine, 4. studio præsentis operaB tionis, 5. bono proposito & perseuerantia, 6. sollicitudine fraternæ charitatis, 7. spirituali negotiatione, 8. fortitudine, 9. vigilantiâ, 10. forti operatione, 11. misericordiâ, 12 charitate, 13. virtutum varietate, 14. nobilitate sponsi, 15. doctrinâ prædicationis, 16. fortitudine & decore, 17. doctrinâ sapientiæ & legis, 18. custodiâ semitarum domus suæ. Secundò. A mercedibus quarum prima est, laus filiorum, secunda, laus viri, tertia, æterna remuneratio. *a fol. 116. pag. 2. ad fol. 123. pag. 2.*

Eiusdem, homilia in hæc verba, *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, &c. Matth. 13.* in hac Euangelij leC ctione quatuor parabolæ proponuntur in quarum Primâ & Secundâ nos generaliter Dominus hortatur vt regnum cœlorum tanquam thesaurum, & bonam margaritam emamus. Tertiâ. Monet nos vt infernales pœnas timeamus, & caueamus. Quarta. Persuadet nobis prædicatoribus specialiter vt hoc intelligamus, & prædicemus instanter. *à fol. 123. pag. 2. ad fol. 127. p. 2.*

✠ S. Thomæ a Villanova concio. 1. ad illud. *Prudentes Virgines aptate vestras lampades, &c. Matth 25.* De S. Dorothea Docet. I. solere Dominum, nondum incorporea videre valentes, sub imagine sensibilium, & rerum communium instruere. II. Para-

bolam Euangelij successiuè explanat, adhibitis obseruationibus moralibus. III. deplorat eorum miseriam, qui cùm plurimum laborauerint, foris vt fatuæ Virgines relinquentur. IV. expendit quod sit illud oleum, cuius defectu fatuæ expulsæ sunt; & dicit esse charitatem. V. Considerat vndè oleum illud comparandum est; à Deo scilicet. VI. duo docet, ne alieno solum merito confidamus, vt hæ fatuæ; Tùm, ne alieno commodo cum nostro damno prouideamus, exemplo prudentum VII. Commendat hoc oleum cuique necessarium. *A fol.* 240. *col.* 3. *ad* 243. *col.* 1.

Eiusdem Concio 2. ad hæc verba: *Mulier innupta & Virgo cogitat quæ Domini sunt.* 1. *Cor.* 7. Explicat, I. Triplicem vitam hominis: Animalem, secundum carnem & sensum: Rationalem, secundum rationem: & spiritualem, secundum spiritum Diuinum, quam postremam attollit. II. Hortatur præsertim Religiosos ad hanc vitam sectandam. III. Ad hanc obtinendam conferre plurimum pudicitiam ostendit. 1. quia non est consensus spiritus Dei cum libidine. 2. quia ab omni negotio libera est, Vndè persnadet vacandum esse Domino soli. *à fol.* 243. *col.* 1. *ad* 245. *c.* 3.

DEDICATIO ECCLESIÆ.

* B. ALBERTI MAGNI sermo 1 ad ea verba, *Habacuc* 2. *Dominus in templo sancto suo; lætetur à facie eius omnis terra.* Quatuor templorum genera distinguit. I. est, vterus Virginalis, in quo fuit Dominus per carnis assumptionem. II. Ecclesia materialis, in qua est, per passionis suæ repræsentationem. III. Anima fidelis, in qua residet per gratiæ infusionem. IV. Mansio super celestis in qua inuenitur per sanctorum glorificationem. *A pag.* 241. *col.* 2. *ad* 242. *col.* 1.

Eiusdem sermo 2. ad hæc, *Apocal.* 21. *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.* Vbi agit de quadruplicI throno. 1. Gratiæ, qui est B. Virgo, in qua qnieuit. 2. Misericordiæ, qui est Crux, in qua tortus est. 3. iustitiæ, qui A est potestas iudiciaria; in quo sedebit. 4. gloriæ in cælo vbi regnat. *Pag.* 242. *col.* a.

Eiusdem sermo 3. ad hæc verba, *Genes.* 28. *Egressus Iacob de Bersabee pergebat Haran, viditque in somnis scalam,* &c. Considerat. I. Per Iacob notari animam ad salutem aspirantem & terrena fastidientem. II. Scalam per quam ascendere debet, esse decem præcepta legis, cuius latera sunt, dilectio Dei & proximi. III. Per hanc scalam Angelos descendere & homines ascendere. IV. Quos celestis Pater innixus scalæ hilariter recipit. *Pag.* 243. *col.* 1. *&* 2.

S. AMBROSII sermo in Dedicationem Ecclesiæ. I. Euangelium Cen- B turionis exponit. II. Meritum eorum qui Ecclesiam suis sumptibus, ac templum propriis expensis fabricant, construunt, ac dotant, expandit. III. Humilitatem Centurionis, se indignum, vt sub tectum suum Christus intraret, profitentis magnipendit, ac celebrat. *Tom.* 5. *serm.* 26. *de sanctis col.* 160. *& seq.*

Eiusdem concio de Basilicis non tradendis hæreticis aut gentilibus, ad populum suum Mediolanensem contra Auxentinm inuasorem Arrianum. *Tom.* 5. *conc.* 1. *inter conciones pro varijs Actionib. col.* 97. *& sequent.*

S. AVGVSTINI sermo primus in anniuersario Dedicationis Ecclesiæ. vel altaris habendus. Pauca de Dedicatione loquitur, notat tantùm, quod C quicquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spiritali ædificatione completur, si velimus. Deinde quanta puritate conscientiæ & sanctitate animæ ad Altare, & ad Eucharistiam accedere debeamus exaggerat. *Tom.* 10. *serm.* 252. *de Temp. fol.* 252.

Eiusdem sermo de eadem solemnitate secundus. Docet eos recte Ecclesiæ festa colere, qui se Ecclesiæ filios esse recognoscunt: Exinde de Ecclesia christi sponsa pertractat, eamque Reginæ Saba per omnia assimilat. *Tom.* 10. *serm.* 253. *de Temp. fol.* 252.

Eiusdem sermo pro eodem die tertius, in basilica S. Petri Carthaginensis habitus. Ostendit illum diligere

decorem domus Dei, qui est in decorem domus Dei, illum autem esse in decorem domus Dei; qui vas est in honorem; & non in contumeliam: illum vero esse vas in honorem qui bene & secundum Deum viuit. Vbi multa de bonis ac reprobis, & quare Deus permittat malos esse in hoc mundo, cùm sint vasa ignominiæ in domo sua, super numerum vasorum multiplicata. *Tom.10. serm.de Temp. 254. fol. 252. & sequentib.*

Eiusdem sermo quartus, in quo S. Doctor de Templo, & Altari materiali transit ad Templum & Altare spiritale & tria dicit. I. Animam iustam Dei templum esse, sicut è contra animam iniustè agentem & vitiis deditam à Dæmone inhabitari. II. Duo altaria in nobis erigenda, sicut in templo Salomonis agnoscitur factum, vnum exterius in corpore per castitatem: alterum interius in corde per puritatem. III. Ignem diuini amoris in corde accendendum, & ignem cupiditatis extinguendum. *Tom. 10. serm. de temp. 255. fol 253. & sequentib.*

Eiusdem sermo quintus, vnde supra. Agit de constructione & Dedicatione Templi mystici, hoc est, animarum nostrarum, ad similitudinem templi & Basilicæ materialis, ostenditque hic in præsenti vita templum multis laboribus construi, ædificari, consurgi: in alia verò h. e. æterna sanctificari, consecrari, & cum lætitia dedicari. *Tom. 10. serm. 256. de temp. fol. 254.*

Eiusdem sermo sextus. Templum spiritale describit, cuius fundamentum Christus, simul & lapis angularis: cuius pauimentum, humilitas: cuius parietes, oratio & prædicatio: cuius luminaria, diuina testimonia: cuius columnæ, infirmorum sustentatio: cuius tectum, inopum protectio: per patientiam autem laboribus plurimis construitur In hoc sæculo, vt in futuro cum gaudio dedicetur. *Tom. 10. fol. 324. serm. 16. inter 17. quos Carthusia Parisiensis euulgauit.*

S. V. Bedæ homilia prima de Dedicatione, in illud Euangelij, *Non potest arbor bona fructus malos facere, &c.* I. Omne quod agitur in festo Dedicationis mysticè explicat. II. Quare Ecclesia, quæ numero est vna, fuerit figurata per vtramque basilicam. Tabernaculi videlicet & templi; rationem reddit. III. Totum Euangelium percurrit & moraliter interpretatur. IV. Ecclesiam Catholicam domui firmiter fundatæ assimilat. V. Structuram templi Salomonis ædificationi vniuersalis Ecclesiæ accommodat. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. à col 169. ad col. 174.*

Eiusdem homilia secunda de eadem solemnitate, in illud Euangelij, *Facta sunt Encæniæ in Hierosolymis, &c. Ioan. 10.* I. Textus Euangelicus explanatur II. Trinam fuisse templi Salomonis Dedicationem diuersis temporibus celebratam ostenditur. III. Templi eiusdem constructio Dedicationi Ecclesiæ coaptatur. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. à col. 174. ad col. 178.*

Eiusdem homilia tertia in Euangelium, *Ingressus Iesus perambulabat Iericho, & ecce vir nomine Zacchæus, &c. Luc. 19.* Euangelicam lectionem solummodò exponit, & populum Gentilem Zacchæo similem ostendit. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. col. 178. & sequent.*

Berengosii Abbatis sermo de Dedicatione Ecclesiæ, pauca habet de Templi consecratione, eaque mysticè intelligit de templo corporis & animæ: multa verò de reliquiarum veneratione. & Sanctorum honore. *Tom. 2. Biblioth. Patr. à col. 869. ad col. 872.*

S. Bernardi sermo primus In Ecclesiæ Dedicationem I. Docet festiuitatē Dedicationis non tam esse templi consecrati, quàm nostram, cùm simus templum viuens Dei, & sacrum Spiritus sancti habitaculum. II. Christum summum Pontificem, eadem in nobis operari inuisibiliter, quæ visibiliter in templi materialis consecratione fecēre Pontifices. Quinque autem præcipuè notat, quæ sunt, aspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, & benedictio. *col. 338. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus; de eadem.

I. Ostendit Deum nobis domum amplam ornatam & ordinatam fabricasse. II Nos etiam debere illi domum ad inhabitandum præparare. III. Modum domus istius construendæ. *Ibidem col.* 341. *& sequent.*

Eiusdem sermo tertius, vnde supra. Ecclesiam cum ciuitate regia, ab inimicis obsessa confert. Huius ciuitatis milites homines: munitiones, murus continentiæ, & antemurale patientiæ: arma, virtutes: alimenta, verbum Dei, auditum, & lectum, lachrymæ, obedientia, & Eucharistia. A tribus autem sollicitè cauendum, à proditoribus, à pusillanimis, & à desidiosis. Quæ omnia mysticè & eleganter explicantur. *Ibidem col.* 342. *& seq. ent.*

Eiusdem sermo quartus, vnde supra. I. Ecclesiarum nostrarum sanctitatem declarat. II. Præsentiam Angelorum in ipsis probat. III. De triplici mãsione disserit, nimirũm de tabernaculo in quo habitant pœnitentes: de atrio, in quo manent, de virtute & deuotione lætantes: de domo, in qua permanent, de remuneratione æterna, obtenta & possessa gloriantes. *Ibidem col.* 344. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quintus, vnde supra. I. Sanctam esse Ecclesiam demonstrat. II. Geminam nostri considerationem exprimit, humiliationis videlicet, & gloriationis; humiliationis quidem extremæ ad nihilum vsque pertingentis in nobis ipsis, seu quantum ad nos: gloriationis verò supremæ in Deo nostro, humilitatem & nihilitatem nostram ad dignitatem domus Dei, templi Dei, ciuitatis Dei, & diuinæ sponsæ exaltante. *Ibide, mcol.* 346. *& sequent.*

Eiusdem sermo sextus. Templorum consecratorum dignitatem commendat, à præsentia cœlestium spirituum, & à diuinæ Maiestatis speciali inhabitatione: licet enim omnes creaturas sua præsentia impleat, non tamen eodem modo quo est in homine, eas inhabitat. Exinde colligit quanta cum reuerentia, quanto cum timore & modestia locis istis sacris astare debeamus. *Ibidem col.* 350. *& sequent.*

A S. Bonaventuræ sermo primus in illud 3 Reg. *Sanctificaui Domum hanc &c.* I. Agit de triplici domo Dei materiali, spirituali, & cœlesti. II. De triplici Dedicatione earum. Vbi multa ad propositum præclara. *Tom 3 serm. de sanctis in comm. a pag.* 362. *ad paginam* 395.

Eiusdem sermo secundus, in illud Apoc. 2. *Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem, &c.* De duabus ciuitatibus loquitur, cœlesti & terrestri seu diuina, & mundana de mundana tantum tractat, & de ea tria dicit I. Sordidam esse ædificationem. II. Fraude, iniquitate & contradictione plenam. III. A iusto Dei iudicio funditùs euertendam sicut Ierico accidit, vbi enumerat septem tubas quarum clangore muri ciui-
B tatis corruunt. *Tom. 3. serm. de sanct. in comm. pag.* 369. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius in illud Dauidis Psalm. 45. *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* I. Ad litteram verba Prophetæ de tabernaculo exponit, ostendit que Ecclesiam dici tabernaculum propter militiam spiritalem, propter peregrinationem nostram in hoc mundo propter vigilantiam quam obseruare debemus, nos ipsos ab inimicis custodiendo. II. Agit de eiusdem tabernaculi & templi sanctificatione: vbi triplicem sanctificationis significationem ex scriptura notat. III. Ea omnia quæ in tabernaculi & templi
C Dedicatione peracta fuerunt, mysticè de templo spiritali animæ nostræ in quo Deus habitat, eiusque sanctificatione, fusè explicat *Tom. 3. serm. de sanct. in comm. pag.* 366. *& sequent.*

Eiusdem sermo quartus in illud Matth. 21. *Domus mea, domus orationis, &c.* Ecclesiam domum esse orationis octo de causis ostendit, & probat ex Scriptura veteris testamenti & ex dictis Regis Salomonis. *Tom. 3 serm. de sanct. in comm. pag.* 368. *& & sequent.*

S. Brunonis sermo in Euangelium in quo textus elucidatur, per Ierico mundus designatur ratione suæ mutabilitatis, Zachæus iustificandus interpretatur, turba præpediens, vitia

dicuntur, Sicomorus, fides dicitur, nos eleuans vsque ad conspectum Dei pro-vt nunc haberi potest: de his autem iustificatis & eleuatis hominibus tanquam de viuis lapidibus construitur domus & altare Dei *Tom. 3. pag. 19.*

S. P. CHRYSOLOGI sermo in Euangelium de Zachæo, quod legitur in Dedicatione Ecclesiæ. Textus Euangelicus exponitur, & variis conceptibus litteralibus, mysticis, necnon allegoricis ornatur. *Serm. 54. col. 138. & sequentibus.*

S. I. CHRYSOSTOMII homilia in Zachæom. I. Christus Aucupi comparatur, qui animam Zachæi ab arbore deiicit, & visco suæ charitatis implicat & capit. II. Quomodo Zachæus sit Abrahæ filius ex operibus agnoscit & demonstrat. III. Ad eleëmosynam fideles hortatur. *Tom. 6. pag. 582. & sequentebus.*

✠ Eiusdem de cæco & Zacheo. Vbi I. de cæco agit & transit ad Zachæum. II. Christum aucupi comparat, qui animam Zachæi ex arbore deiicit, & visco suæ charitatis implicat & capit. III. Ab ingrediente Domino domum eius, paulatim eradicatam fraudes omnes inquadruplum restituisse. IV. Vt hic opera Abrahæ faciens, eius filius dicitur: ita nos Christianos ex bonis & dignis actionibus nominandos esse. V. Hortatur ad eleemosynam; & argumentum præmit ex consideratione extremi iudicij. *Tom. 6. Paris. edit. Græco Latinæ apud Sebast. Cramoisy, & Anton. Stephanum anno 1624. à pag. 582. vsque ad 593. At hæc homilia tribuitur Ioanni Nenoty Syln. Hierosol. & inter opera eius legitur Tom. 1. pag. 557. col. 1. & sequent.*

B P. DAMIANI sermo primus de Dedicatione Ecclesiæ. Sanctam matrem Ecclesiam Christi sponsam immaculatam laudibus celebrat: & duodecim ipsius sacramenta, (vocem Sacramenti largè accipiendo) enumerat, & explicat. *Tom. 2. serm. 69. pag. 315. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de eadem, in illud Psal. 49. *Immola Deo sacrificium laudis, &c.* I. Tria sacrificia notat, quæ Domino reddere debemos, contritionis videlicet, operationis & laudis. II. De ritibus horum sacrificiorum differit. III. De redditione votorum pertractat, *Ibid. serm. 70. pag. 318. & seq.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Genes. 1. *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, &c.* I. Sanctam Ecclesiam cum Mundo confert, ipsius enim figuram gerit. II. Per solem charitatem, quindecim radiis coruscantem intelligit. III. Pœnitentiam Lunæ assimilat. IV. Pœnitentiæ radios mysticè explicat. *Ibidem serm. 71. pag. 319. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus imperfectus, vnde supra. I. Ceremonias Dedicationis Ecclesiæ mysticè interpretatur. II. Ecclesiam tabernaculo fœderis assimilat. III. De templi materialis & spiritalis variis pollutionibus differit. IV. Templi cordis nostri munditiam & decorem suadet. *Ibidem serm. 72. pag. 320. & sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in festo Dedicationis Ecclesiæ, pro Epist. sermo, ex quo militans Ecclesia gloriosa proclamatur, quia; 1. ciuitas est Dei & vnio Christianorum per fidem & charitatem, 2. sancta est, spiritus enim sanctus ab vniuersis eam purificat peccatis mortalibus, 3. pacem cœlestis patriæ speculatur, & ad eam suspirat & tendit. 4. A Deo parata est, & per supernaturalia Spiritus sancti dona decorata. 5. Dei est sponsa. *Ex proprio sanctorum, à fol. 348. pag. 1. ad fol. 349. pag. 1.*

Eiusdem pro Euang. sermo primus. Vt homo dignum Dei sit habitaculum sanctificare debet. Primo, exteriores sensus, sc. visum, illum diligenter custodiendo; aures, ne audiant verba detractatoria; proprium tactum, à libidinosis palpationibus cauendo; gustom, necessitatem non voluptatem quærendo; olfactum, ab immoderatâ odorum voluptate eum frænando. Secundò. Sensus interiores, vtilia ac salubria cogitando, &c. *Ex proprio de sanct. à fol. 349. pag. ad fol. 350. pag. 2.*

ctum N. Confessorem meritò virum dictum esse triplici ratione. I. Per rectam rationem ad Deum, & hocquadrupliciter, videlicet, respectu altissimæ Maiestatis, per humilem reuerentiam: summæ potestatis, per deuotam obedientiam: amabilis bonitatis, per veram amicitiam & venerabilis veritatis, per puram confidentiam. II. Per rectam ordinationem ad seipsum, rationem innocentiæ, quam seruauit: continentiæ, quâ gulam frænauit: virginalis munditiæ, quâ omnem illicitum actum vitauit: & spiritalis lætitiæ, quâ Domino iubilauit. III. Per rectam ordinationem ad proximum, hocque quadruplici modo nimirum verâ animi compassione, recta instructione, malorum tolerantia, & deuota ad Deum oratione. *Tom. 3. serm. de Sanct. in comm. pag. 327. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de eodem, in illud Luc. 18. *Qui se humiliat exaltabitur.* Humilitatis virtutem commendat ex eo, quod sit animæ illuminatiua, malorum omnium eradicatiua, operationis fortificatiua, bonorum custoditiua, mentis consolatiua, & in fine exaltatiua. *Ibidem pag. 329. & sequent.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Eccl. 3 *Quanto maior, es humilia te in omnibus.* Triplicem humilitatem distinguit, cordis videlicet, quæ in vera contritiune consistit: oris, quam inducit peccatorum confessio: & operis, quæ per satisfactionem manifestatur. *Ibid. pag. 331. & sequent.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Luc. 1. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Horum verborum veritatem variis exemplis comprobat & tria ad humilitatem inducentia notat, Dei scilicet contemplationem, sub ratione Factoris, redemptoris, & Victoris: sui ipsius cognitionem, considerando vnde venimus, vbi sumus, & quò ibimus: & proximi consideratione. *Ibidem pag 332 & sequent.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illud Iacob. vlt. *Orate pro inuicem vt saluemini.* Quatuor Orationis Deo gratissimæ conditiones describit. Debet A enim esse deuota, secreta, importuna, & continua. *Ibidem pag. 334. & sequent.*

Eiusdem sermo sextus de pluribus Confessoribus, in illud, 1. Corinth. 1. *In omnibus diuites facti estis in illo.* Tria diuitiarum genera ex scriptura colligit, æternalium videlicet, spiritalium, & temporalium. Docet autem Sanctos Confessores, qui nunc possident diuitias æternales, habuisse in via spirituales, & temporales contempsisse, quia sunt falsæ, vanæ, inefficaces, infirmæ & impotentes. *Ibid. pag. 336. & sequent.*

Eiusdem sermo septimus de iisdem, in illud 1. Corinth. 13. *Charitas benigna est.* Imprimis charitatis virtutem commendat & cæteris præfert, virtutem- B que Sanctorum nominat. Deinde quatuor veræ charitatis signa profert, quæ sunt bona conscientia, firma patientia, compassio fraterna, & communicatio libera. *Ibid. pag. 237. & sequent.*

Eiusdem sermo octauus de vno S. Doctore, in illud 1. Machab. 6. *Refulsit Sol in clypeos aureos, & resplenduerũt montes abeis.* I. Agit de Doctoribus, de audientibus, de audientibus simul & doctibus. II. Primos Soli assimilat, secundos mõtibus, tertios verò clypeis aureis. III. Circa Solẽ quinque cõsiderat, ipsius nimirum essentiam, formam, figuram, motum, & influentiam: quæ Sancto Doctori accommodat: fuit enim altissimus, per eximiam sanctitatem: spe- C ciosissimus, per scientiæ claritatem: rotundissimus, per arctissimam paupertatem: velocissimus, per obedientiæ humilitatem, & virtuosissimus, per miraculorum efficacitatem. *Ibid. pag. 339. & sequent.*

Eiusdem sermo nonus de eodem, in illud Matth. 11. *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* I. Humilitatem commendat. II. De mystica vacuitate animæ per humilitatem, & Diuina ipsius repletione subtiliter disserit. III. De mysticis scientiis addiscendis loquitur. IV. Triplicem causam propter quam ad scientiam moueri debemus, agnosci; recessum videlicet à malo, profectum in bono, & statum in optimo. V. Formam triplicem, secundùm quam

quam debemus in addiscendo regulari, considerat: debet enim discipulus Christi verba Dei ab ipsis Doctoribus Ecclesiæ audire humiliter, cogitare viuaciter, & experiri efficaciter. VI. Materiam addiscendam proponit, timorem nimirum reuerentiæ, amorem beneuolentiæ, & rigorem iustitiæ. vt sic homo discat timere Deum, amare proximum, & punire seipsum. *Ibidem pag.* 341. *& sequent.*

S. Brvnonis sermo primus de Doctoribus & Confessoribus, in Euangelium, *Vos estis sal terræ, &c. Matt.* 5. Agit de sale, ac luce, deque ciuitate in in monte posita. I. Per sal sapientiam intelligit. II. Quàm facilè discatur hæc sapientia demonstrat. III. In quo consistat ostendit. VI. Eius vtilitates profert. V. Apostolos & Doctores per lucem & ciuitatem supra montem positam figuratos agnoscit. VI. Virtutes montes dicit. VII. Misericordiæ laudes pangit. VIII. Concionatores, vt in montem misericordiæ ascendant, hortatur. *Tom.* 3. *pag.* 125. *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus de diuersis oculis & Episcopis, in illud Luc. 11. *Nemo accendit lucernam & ponit sub modio, &c.* I. Episcopos oculis assimilat. II. Eos ad instar oculorum diligendos dicit. III. De oculis spiritualibus mentis, sapientia nimirum, ratione, intellectu, & intentione simplici loquitur. IV Zelum bonum à malo distinguit. V. Zelum cum igne confert. *Ibidem pag.* 103. *& seq.*

Eiusdem sermo tertius de Catholicis doctoribus. Tractat de puteis Abrahæ, de quibus Genes. 26. id est sacræ Scripturæ, quos aperiunt Apostoli & doctores, & obstruunt hæretici. Vbi B. Benedictum laudibus effert. *Ibid pag.* 133 *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus de Confessoribus in Euangelium. *Sint lumbi vestri præcincti, &c. Luc.* 12. Ostendit illos solum lucernas esse ardentes, qui lumbos per continentiam præcinctos habent. *Ibid. pag.* 136. *& sequent.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in Euangelium, *Homo quidem peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, &c. Matth.*

A 25. Agit de talentis vnicuique, sed præcipuè Episcopis & aliis Prælatis, ad lucrum faciendum in illis, à Domino creditis: & textum Euangelicum interpretatur. *Ibidem pag.* 137. *& seq.*

Eiusdem sermo sextus vnde supra, in Euangelium, *Vigilate, quia nescitis qua hora, &c. Matth* 24. I. Quid sit vigilare, iuxta Domini monitum, fusè declarat. II. De bonis vigiliis differit. III. Pastores & Prælatos, vt vigilent, monet. IV. In Episcopos negligentes grauiter agit. *Ibidem pag.* 139 *& sequent.*

Eiusdem sermo septimus, vnde supra. De continentia & mundo corde pertractat: deque Pontificum officio per rationale significato: & duplex marty-
B rium distinguit. *Ibidem pag.* 142. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo octauus, de Doctoribus & prædicatoribus sanctis, in illud Matth. 133 *Omnis scriba doctus in regno cœlorum, &c.* I. Per regnum cœlorum Ecclesiam intelligit, per doctum scribam, prædicatorem. II Mystica sponsæ poma profert & exponit. III. Duos thesauros spiritales notat. *Ibidem pag.* 146. *& sequentibus.*

✠ S. Chromatii Aquileiensis Conc. 2. in cap. 5. Matth. de Euangelio huius festi. Primo exponit quæ sit natura salis. & sic Apostolos esse sal. 2. Eosdem esse sal hominum. 3. Expendit ipsas salis virtutes, quas adaptat Apo-
C stolorum sapientiæ. 4. Cauendum esse ne sal eiusmodi infatuetur, ac infatuatum proiici foras. 5. Considerat Apostolos esse lumen mundi, vt luceant omnibus. 6. Lucernam hanc, Christi humanitatem exponit, in qua sol iustitiæ Deus. Et deinceps quæ sequuntur in Euangelio, explanat. *Tom* 2. *Biblioth. Patr. edit.* 2. *Parif. col.* 375. *& seq.*

✠ Dionysii Carthvsiani pro festo Confessoris Pontificis, sermo 1. in quo agit de verâ Christi imitatione, & eorum perfidiâ qui à Christo nominari volunt, nec vitam eius imitari, &c. *In sanct. proprio, à fol.* 337. *pag.* 2. *ad fol.* 338. *pag.* 1.

Eiusdem, sermo 2. Confessor hic fortiter laborauit. I. Proprium corpus

Nnnn

rationis iudicio subiiciendo in refrænatione concupiscentiarum II. Circà interiorum suorum reformationē, omnes animæ suæ affectiones simplificādo, & rectificando in Deo, III. Contrà vniuersas iniquitates & impugnationes, & diabolicas tentationes. IV. Pro communi bono & pace Ecclesiæ, lapsorum reformatione, errantium conuersatione, proximorum ædificatione, diuinæ maiestatis honorificentia. V. Pro quotidiano ac iugi gratiæ incremento, & perfectione virtutum. *In sanctorum proprio, à fol. 338. pag. 1. ad fol. 339. pag. 1.*

Idem, vbi suprà sermone 3. dicit præceptum de diligendo Deo tripliciter posse intelligi & exponi; vt 1 indesinenter semperque actualiter feramur in Deum, & fixissimus plenè in eo, ipsum toto corde, tota mente, & totis viribus diligendo; istud in hac vitâ non possumus adimplere, 2. Semper eleuemur ad Deum, ipsum totaliter diligendo, quantum in hac vitâ fieri potest, ita vt quæ charitatis profectum & perfectionem impediunt, vitemus, 3. Deum toto corde & tota animâ diligamus, sic vt Deo nihil præponamus, nec aliquid eius charitati contrarium operemur, &c. *Ex proprio sanctorum, fol. 339. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, de Confessore non Pontifice sermo primus. Humilitatis veræ fundamentum & causa est considerare seipsum, 1. secundum id quod in se est, 2. secundum propriæ conditionem atque qualitatem naturæ, 3. secundùm id quod à seipso factus est, sc. peccator, Deo ingratus, creatoris offensor, &c. 4. in ordine ad superiora, videlicet sanctos aut sanctum sanctorum Deum altissimum, &c. *Ex proprio sanctorum, fol. 342. à pag. 1 ad pag. 2*

Einsdem, sermo secundus triplex hic distinguitur abrenuntiatio. Prima est. Exteriorum temporaliumque bonorum; dùm videlicet cuncta illa pro Christo lucrando, vt stercora arbitramur. Secunda. Earum quæ in nobis sunt concupiscentiarum, & vitiorum, nobisque carnis propinquitate innctorum; abscissio. Tertia Propriæ libertatis atque suiipsius mera puraque relictio, &c. *In SS. proprio, fol. 343. a pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, sermo tertius Non solùm in carne nos tentat diabolus, sed etiam in spiritu molitur insidias, vim enim intellectiuam variis modis conatur subuertere, suggerendo hæreses, incredulitates, stultas obseruationes, iudicia temeraria, prudentiam carnalem, &c. contrà quæ omnia humiliemus nos, in timore Dei fundemur, priuatum extirpemus amorem, &c. *In SS. proprio, à fol. 343. pag. 2. ad fol. 344. pag. 2.*

S. Fulgentii sermo de dispensatoribus Domini. I. Parabolam de dispensatore, quem Dominus suæ familiæ præfecit, interpretatur. II Non solos Apostolos, sed & Episcopos dispensatores dicit. III. Per mensuram tritici, mensuram fidei intelligit. IV. Christianos arboribus assimilat. V Vt omnes ad perfectionem aspirent, hortatur. VI. Qualiter thesaurizandum sit in cœlis docet. VII. Quid sit lumbos præcingere & lucernas tenere declarat. *Serm. 1. a pag. 610. ad pag. 614.*

S. Gregorii Magni homilia in Euangelium, *Homo quidam peregrè proficiscens. &c. Matth. 25.* I Parabolam Euangelicam exponit II. Quid per talenta intelligendum sit, declarat. III. De reddenda coram patre familias ratione, & percipienda æterna remuneratione disserit. IV Spiritalem vsuram suadet. V Ostendit seruum, qui duo talenta acceperat, plus habuisse, quam ille, qui quinque talentis ditatus fuerat. VI. Quid sibi vult illud Christi, *Habenti dabitur & abundabit*, explicat. *Tom. 3. Homil. 9 in Euang. col. 21. & sequentibus.*

Eiusdem homilia in Euangelium, *Sint lumbi vestri præcincti, &c. Luc. 12.* I. Textum commentariis illustrat. II. Castitatem, sine bono opere magnam non esse ostedit III. Varias vigilias distinguit. IV. Dei longanimitatem demonstrat. V. Hominis fragilitatem considerat. *Ibidem Homil. 13. in Euangel. col. 33. & sequentibus.*

S. Hugonis a S. Victore sermo

primus, de Sacerdotibus Confessoribus, & de vestibus sacris, in illud Psal. 131. *Sacerdotes tui Domine induantur iustitiam.* Hortatur vt habeamus interiorem lineam per cordis munditiam: exteriorem per corporis puritatem, superhumerale, per patientiam, zonam per continentiam: stolam, per obedientiam manipulum, per cautelam: & infulam, per charitatem fraternam. *Tom. 2. Institut. Monast. serm. 14. pag. 315.*

Eiusdem sermo secundus de vno Confessore, in illud Ecclesiastici 44. *Placuit Deo, &c.* Sanctorum Confessorum Pontificum magnitudinem describit, ratione, officij, meriti, præmij, & suffragij. Eos autem assimilat Stellæ, Lunæ Soli, Iridi, Cedro, Cypresso, rosæ, lilio, thuri, igni, & vasi auri solido. *Ibid. serm. 19. pag. 317.*

Eiusdem sermo tertius de eodem, in illud Matth. 25. *Homo quidam peregrè proficiscens, &c.* Textum breui expositione percurrit: & in eos qui prædicare nolunt, cùm possint, inuehitur. *Ibid. serm. 30 pag. 338 & sequent.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, de officio Episcopi siue Prælati, ac de doctrina illi necessaria. Quadruplicem notat doctrinam, quam debet omnis Prælatus animabus sibi commissis. Primò enim docere debet subiectos fidem Sanctissimæ Trinitatis. Secundò, Quomodo præsideant & imperent quinque corporis sensibus. Tertiò. Vt sex opera misericordiæ exhibeant. Quartò. Vt septem virtutes principales exerceant. Hæc autem omnia sigillatim prosequitur. *Ibidem serm. 35 pag. 343. & sequent.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illud Ruth. 3. *Dixit Booz ad Ruth: non me abnuo propinquum sed est alius me propinquior. Si ille voluerit te iure &c.* I. Textum Prælato accommodat, & mysticè interpretatur. II. De vita & doctrina Prælatorum disserit. III. In Prælatos qui conciones ad populum habere nolunt, grauiter agit. IV. Eos, qui temerè lacerare præsumunt Prælatos, cùm inordinatè se gerunt reprehendit. *Ibidem serm. 57. pag. 374. & sequentibus.*

D. INNOCENTII PAPÆ III sermo de vno Confessore, in Euangelium, *Vigilate, quia nescitis quando Dominus, &c. Matth. 13.* Docet animam hominis duobus modis dormire in vitiis, & in virtute vigilare. II. Quomodo sit vigilandum. III. Quadruplicem esse Domini aduentum IV. Cur Christus ordinem vigiliarum immutauerit. *Tom. 1. pag. 180. & sequentibus.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo, ad ea verba. *Psal. 88. In nomine meo exaltabitur cornu eius.* I. Ostendit quantum displiceat Deo, cum homo vult magni nominis esse: & quam vtile sit se deprimere. II. Veram humilitatem, pacis internæ fontem esse demonstrat: & quanta sit superborum inquietudo. *A pag. 648. ad 653.*

✠ Eiusdem sermo ad ea verba, *Luc. 11. Lucerna corporis tui est oculus tuus.* I. Docet plurimos in externis pietatis officijs defectu rectæ intentionis labi; dum non Deum, sed seipsos quærunt in illis. II. Ad hæc quoque necessarium esse, vt externis dediti, interioris hominis curam gerant. III. Explicat in quo consistat vera deuotio. *A pag. 653 ad 655.*

✠ RABANI MAVRI homilia I. Confessorũ officium proponit. II. Seruos esse fideles & vigilantes ait. III. Hortatur vt vigilemus, & ad aduentum iudicis præparemur. *Tom. 5. pag. 602. col. 2. & 603. col. 1.*

✠ RADVLPHI ARDENTIS de Confess. Pontif. homil. *Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo, &c. Eccles. 44.* Iste sacerdos magnus est litteraliter Aaron, mysticè Christus, moraliter sacerdos quilibet: hunc commendant, 1. electio à Deo eius qui deo placet; 2. Iustitia, vnicuique quod suum est reddẽs: 3. Mediatio siue reconciliatio Dei & hominum: 4. Super excellens obedientia: 5. promotio in Pontificem & confirmatio, 6. Opinio bona, propter quam ab omnibus gentibus benedicetur, 7. Confirmatio in bono & gratiâ, 8. Approbatio benedictionis, 9 misericordia, 10 Gratiæ abũdantia, 11. Magnificatio in conspectu regum, 12. Corona gloriæ, 13 Hæreditas, 14. Sacerdotiũ magnũ, 15. Beatificatio, 16. Sacerdotij functio,

17. Laus æterna. 18. Oblatio incensi Deo digni in odorem suauitatis. *à fol. 71. pag 2. ad fol. 79 pag. 1.*

Eiusdem, homilia in Euangel. quâ ostendit. Omnia bona quæ habemus nos à Deo habere. Quosdam cum iis bonis benè operari, alios malè. Benè operantes, benè remunerari. Pigros, malosque seruos reprobari. *à fol. 79. pag. 1. ad fol. 83. pag. 2.*

Idem, homiliâ de verbis Eccles. 50. *Ecce Sacerdos magnus qui in fide suâ probatus est.* Hunc sacerdotem commendabilem declarat. I. In fide, siue in operibus fidei suæ, & verborum fidelitate. II. In claritate, qua refulsit in templo Dei. III In virtutum varietate: quarum, 1. est martyrium in mortificatione carnis 2. castimonia, 3. patientia, 4. charitas; 5. deuotio, 6. sapientia, 7. misericordia, 8. perseuerantiæ fortitudo IV. In officij sui executione, *à fol. 83. pag. 2. ad fol. 88. pag. 1.*

B

Eiusdem homilia. *Vigilate quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit, &c. Matth.* 13. I. Vigilare debemus, & apertis oculis, ratione interiora nostra custodire. II. Vigilandum, quia Dominus noster venturus est vt dormientes damnet, & vigilantes saluet. III. Vigilandum contra diabolum, quia animas de communitate Ecclesiæ rapit. IV. Pastor vigilans, rarus, sed beatus. *à fol. 88. pag. 1. ad fol. 91. pag. 1.*

C

Eiusdem pro Confessore homilia, ex iis Hebræor. 7. *Plures facti sunt Sacerdotes secundum legem, &c.* Per quam in priuilegiis inter sacerdotium legis, & Iesu Christi differentiam demonstrans, sacerdotij Iesu Christi ad sacerdotium legale prærogatiuas enumerat: quarum. Prima est. Vnitas sacerdotij. Secunda. Sacerdotij æternitatis. Tertia. Saluandi potestas. Quarta. Per seipsum ad Patrem accessio. Quinta. Immunitas peccati. Sexta. Dignitatis celsitudo Septima. Non habere necesse pro se hostias offerre. Octaua, Seipsum non alienas hostias obtulit. Nona. Semel offerens pro populo, Deo patri satisfecit. *A fol. 91. pag. 1. ad fol. 95. p. 1.*

Idem, homilia in Luc. Cap. 12. *Sint lumbi vestri præcincti, &c.* Ostendit, Primò. Dominum nos armare contra mala vitæ præsentis; in qua via est lubrica, per fragilitatem ad peccandum prona: tenebrosa, per ignorantiam cæca: incidiis plena, per tentationem insidijs diabolicis septa. Secundò Vigilandum esse vt, 1. à tenebris ignorantiæ expergiscamur, 2. oculos rationis ad verum solem semper apertos habeamus, 3. noxia deuitantes, & bona prouidentes, nos & nostra custodiamus. *à fol 95. pag. 1. ad fol. 98. p. 2.*

Eiusdem, ad ea quæ habentur Eccles. 45. *Dilectus Deo & hominibus, &c.* Homilia, qua Moysen & hunc confessorem N. commendat. 1. à dilectione Dei & hominum, 2. à benedictione memoriæ, 3. à similitudine cum gloriâ sanctorum, 4. magnificatione in timore inimicornm, 5. placatione monstrorum in verbis, 6. glorificatione in conspectu regum, 7. Dilectione, siue lunctione cordis populi sui, 8. Ostensione gloriæ Dei, 9. fide, 10. lenitate, 11. electione ex omni carne, 12. auditione vocis à Deo: 13. Inductione in nubem, 14. Cordis donatione ad præcepta, 15. legis vitæ, & disciplinæ largitione. *à fol. 98. pag. 2. ad fol. 102. pag 1.*

Eiusdem, homilia *Iustum deduxit Dominus per vias rectas. Sap.* 10. In qua beneficia quæ contulit sapientia diuina Iacob Patriarchæ, & Confessori. N. commemorat: quorum, 1. est quod deduxit eum per vias rectas, 2. Ostendit ei regnum Dei, 3. dedit ei scientiam sanctorum, 4. honestauit eum in laboribus suis, 5. compleuit labores ipsius, 6. adfuit in fraude circumuenientium 7. honestum fecit eum bonis moribus exornādo 8. custodiuit ab inimicis, 9. à seductoribus tutauit, 10. dedit ei certamen forte vt vinceret; 11. non dereliquit, sed liberauit eum, 12. in vinculis positum non deseruit, sed liberauit, 13. dedit sceptrum regni, 14. Potestatem aduersus eos qui eum deprimebant dedit, 15. ostendit eos mendaces qui maculauerunt eum falsa accusatione, 16 æternam dedit claritatem miræ sanctitatis opinionis, æternæ

beatitudinis. *à fol.* 102. *pag.* 1. *ad fol.* 105. *pag.* 2.

Idem, homilia in ea quæ ſcripta ſunt. Luc. 11. *Nemo aſcendit lucernam, & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum, &c.* Per lucernam metaphoricè Chriſtum intelligit, qui vt lucerna oculos pulſis tenebris illuminat, viam demonſtrat, nulli ſe niſi ſubtrahenti negat, lumen Eccleſiæ & ſpeculator ipſius eſt. Clarè videt, vt pote in cuius conſpectu nulla creatura inuiſibilis eſt; vtiliter videt, quia non niſi vtilia nobis prouidet; hanc metaphoram ita per totam homiliam Chriſto applicat. *à fol.* 105. *pag.* 2. *ad fol.* 109. *p.* 1.

COMMVNE VIRGINVM.

S. Antonii de Padva ſermo, 1. in illud Matth. 25. *Ecce ſponſus venit exite obuiam ei.* Vbi de incarnatione Domini diſſerit, diciťque aduentum eius eſſe triplicem Primo. Cum deſponſauit naturam humanam in vtero Virginali; huic debemus tria munera; Veſtem nuptialem, habendo charitatem mentis & corporis puritatem; precioſa xenia, per eleemoſynarum largitionem, cantica lætitiæ. per gratiarum actionem. Secunda. Per gratiæ cum animabus coniunctionem, tria ſponſæ ſunt neceſſaria vt placeat ſponſo; vt ſit iuſta & morigerata in ſe per refrænationem omnium illicitorum; miſericors & læta, quo ad familiam; fidelis in omnibus quo ad ſponſum, hæc debet Chriſto anima fidelis. Tertiò. In iudicio veniet tanquam ſponſus zelum & furorem oſtendens, contra ſponſas adulteras, præueniendus iſte furor & zelus per opera, ſex miſericordiæ. *à pag.* 453. *ad pag.* 455.

Eiuſdem ſermo 2. in hæc, 2. Corint. 11. *Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*, tria inſinuat. I. Virgines ſpecialius Chriſti ſponſas eſſe propter tria, quia earum caro carni chriſti verius ſe conformat quàm aliorum, in pluribus aſſimilantur Chriſto quam cæteri, & incorruptam habent A animam II. Quatuor eſſe ſigna in muliere per quæ deprehenditur virgo, 1. Mammillarum duritia & modicitas; duæ ſunt mammillæ in anima, cognitio & affectio, hæ modicæ ſunt quando cognitio ſapit ad ſobrietatem, & affectio tantùm Deum diligit & deſiderat, 2. pecuniæ paupertas, 3. Vocis gracilitas, dulcedo, & ſimplicitas, 4. faciei & capitis nudatio. III Sponſalia ſolui per ſeptem vt dicit Tancredus in ſumma, per quæ notantur ſeptem peccata mortalia, quæ ſperant matrimonium inter Deum & animam &c *à pag.* 455. *ad pag.* 457.

Eiuſdem, ſermo 3. in hæc verba Matt. 13. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſ-* B *condito in agro; quem qui inuenit homo abſcondit, præ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa quæ habet & emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas Margaritas. Inuenta autem vna pretioſa Margarita, abijt & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum ſimile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare &c.* hæ tres parabolæ Virgini conueniunt, quia virginitas eſt, 1. Theſaurus abſconditus, propter ſui precioſitatem, ei enim debetur oreola, 2 Margarita per virginitatis conſtantiam pretioſa; per Martyrij palmam, hanc emit negotiator Chriſtus; emit autem tria à nobis, naturam humanam nummo ſuæ diuinitatis, noſtra temporalia C cœleſtibus ſuis diuitiis, nos ſeipſo, 3. ſagena Dei quæ multos per doctrinam & exemplum Deo contraxit, &c. *à pag.* 458. *ad pag.* 459.

Eiuſdem, ſermo 4. in Cant. 7. *Quàm pulchra es, & quam decora, chariſſima in delicijs ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ & vbera tua botris.* Commendat chriſtus ſponſam ſuam à quinque quæ in qualibet ſponſa neceſſaria ſunt vt perfectè diligatur. I. Eſt exterior corporis pulchritudo, & honeſta conuerſatio II. morum & virtutum interior plenitudo III. Sponſæ ad ſponſum ſyncera dilectio. IV. Contra carnis & mundi lenocinia fortitudo. V. filiorum ſpiritualium fœcunda conceptio, &c. *à pag.* 460. *ad pag.* 461.

Eiusdem, sermo 5. in illud Cant. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Virgo est lilium. I. Lilium sex folia habet candida quæ incorruptam seruant virginitatem, quæ sunt sobrietas victus, operatio, cultus asperitas, custodia visus, raritas sermonum, vitatio opportunitatis peccandi, id est, loci temporis, & personæ. II. Sunt liliorum sex genera, quæ significant charitatem, quia tribus modis diligendus est Deus, & tribus de causis, diligenter, ex toto corde, sapienter ex tota anima, fortiter ex tota virtute Diligenter propter temporalia quæ tribuit, Sapienter propter spiritualia quæ infundit, & fortiter propter cœlestia quæ promittit. *à pag. 461. ad pag. 462.*

S. BERNARDI vel potius alterius apud D. Bernardum sermo de Virginibus, in Euangelium, *Simile est regnum cœlorum decem virginibus, &c. Matth. 25.* I. Duplicem virginitatem distinguit. Sponsæ Christi laudes celebrat III. Sæculum Sodomæ assimilat, religionem verò ciuitati paruæ in qua Loth saluatur, comparat. IV. Bonorum & malorum Religiosorum differentiam notat. V. Prudentes virgines describit. VI. De dulci somno bonorum loquitur. VII. Vltimæ diei miserias & calamitates depingit. VIII. De ianua pietatis & misericordiæ Christi peccatoribus aperta & clausa disserit. *col. 1703. & sequent.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de vna Sancta Virgine, in illud Cant. 4. *Veni de Libano, veni, coronaberis.* Cùm Libanus interpretetur candidatio, notat triplicem candorem, siue munditiam Virginis. Primus dicitur candor, quo virgo splendet in mente Secundus, quo virgo fulget in carne. Tertius, quo virgo lucet in opere, & in exteriori cõuersatione. In his autem consistit vera & perfecta munditia. *Tom. 3. sermo de sanctis in comm. p 344. & seq.*

Eiusdem sermo secundus de eadem, in illud Sapient. 4. *In perpetuum coronata triumphat.* Ostendit virginem sanctam. N. quadruplici corona existere coronatam, gratiæ, quam possedit in A via, correspondẽte. Habet enim in capite coronam luminosam siue radiosam, propter splendorem sapientiæ, qua refulsit: coronam speciosam, propter pulchritudinem virginalis pudicitiæ, quam seruauit; coronam pretiosam ex lapidibus pretiosis propter fortitudinem patientiæ, quam in pugna seruauit: coronam gloriosam, propter castitatem & humilitatem, quam in via portauit. *Ibidem pag. 345. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Apocal. 19. *Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, &c.* De gaudio spiritali, & mysticis nuptiis loquitur. Notat autem B triplex gaudium quo, in Sanctæ virginis N. festiuitate, gaudere debemus, cordis scilicet, quod nihil aliud est, quàm Deum amare cum lætitia mentis: oris, quod nihil esse constat, quàm Deum gaudendo laudare: & operis, quod nihil aliud existit, quàm gaudendo Deo seruire. *Ibid pag. 347.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Psal. 44. *Audi filia & vide: & inclina aurem tuam.* Probat, quòd cum hac Sancta virgine N. debeamus Christum audire. I. Erudiẽtem, vt prudentissimum Consulem. II. Præcipientem, vt potentissimum Ducem. III. Exhortantem, vt sanctissimum Præsulem. IV. Consolantem, vt benignissi- C mum patrem. V. Redarguentem, vt æquissimum iudicem. *Ibidem pag. 348. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illa Dauidis verba Psal. 44. *Diffusa est gratia in labiis tuis, &c.* Tres habet partes. Prima agit de modo perueniendi ad gratiam. Secunda, de vsu gratiæ. Tertia, de eius fructibus. Quantum ad primam, docet quatuor esse necessaria ad gratiam possidendam & conseruandam, nimirùm, vt cor sit purum, per munditiam castitatis in carne: sit profundum, per humilitatem in mente: sit latum & amplum per effectum charitatis in opere: sit clausum, per conseruationem taciturnitatis in ore. Quantùm ad secundam, notat vsum

gratiæ in quatuor consistere, in honorando Diuinam Maiestatem, per reuerentiam humilem: in refrænando propriam voluntatem, per temperantiam cohibentem: in releuando proximi paupertatem, per misericordiam subuenientem; & in tolerando mundanam aduersitatem, per patientiam. Quantùm ad tertiam, quadruplicem fructum gratiæ profert, animam siquidem impinguat, siue interius delectat, propter nitorem conscientiæ: vitam exterius ornat, per morum honestatem: ab omni malo nos liberat, finiendo statum præsentis miseriæ: & in bono confirmat, per excellentiam gloriæ. *Ibidem pag. 349. & sequent.*

S. BRVNONIS sermo primus de vna virgine, in Euangelium, *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, &c. Matt. 12.* I Beatitudinem Per margaritam intelligit. II. Laudes eius commemorat. III. Dominum negotiatorem incomparabilem dicit. IV. Eius negotiationem miratur. V. Pastori Christum assimilat. VI. Christianos cum ouibus confert. VII. Aduentus Christi in hunc mundum duas caussas assignat, vt scilicet oues emeret, & negotiandi artem doceret. *Tom. 3. pag. 144. & seq.*

Eiusdem sermo secundus de virginibus, in Euangelium. *Simile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, &c. Matth. 25.* I. Omnes Christianos virgines dicit. II. Hominis sensus exteriores, quinque virginibus siue prudentibus, siue fatuis assimilat, vbi de sensuum corporis custodia. III. Textum breui expositione illustrat. *Ibid. pag. 148. & sequent.*

S. CÆSARII homilia in Euangelium, *Simile est regnum cælorum decem virginibus, &c. Matth. 25* I. Textum percurrit & explicat. II. Ad Eleemosynarum largitionem hortatur. III. Virgines monet, vt vitia respuant, virtutes verò obtineant. IV. Detractores & contumeliosos reprehendit. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patrum col 1529. & seq.*

S. I. CHRYSOSTOMI in decem virgines oratio I. Suorum auditorum diligentiam & alacritatem laudat. II. Prædicationis sanctæ diuitias cõmendat. III. Varias ac faciles pœnitentiæ vias demonstrat. IV. Eleemosynas præconiis effert. V. Parabolam decem virginum interpretatur. VI. Virginitatem ignem dicit, eleemosynam verò oleum. VIII. Pauperes olei mercatores nominat. IX. Pretium olei prescribit. X. Virginitatis magnitudinem repræsentat. XI. Virginitatis bellum nec quietem temporis, nec intermissionem habere testatur. XII. In virgines pecunias congregantes acriter inuehitur. XIII. Orationis virtutem & efficaciam ex euangelio colligit. XIV. Rursus vias pœnitentiæ indicat. XV. Vim lachrymarum notat. *Homil. 57. ad popul. Antioch. 9. de pœnitentia à pag. 701. ad pag. 711.*

Eiusdem in decem virgines sermo. I: Vltimum Mundi diem tremendum depingit, & contemplatur. II. Parabolam Euangelicam appositè explicat. III. Virginitatem, quæ coniunctam habet eleemosynam multùm commendat. VI. Ad eleemosynam largiendam hortatur. *Tom. 6. serm. 40. a pag. 389. ad pag. 395.*

B. P. DAMIANI sermo primus pro natali Virginum. I. Quàm vtilissimum sit Virginum victorias laudibus celebrare ostendit. II. Quomodo Deus dat spiritum non ad mensuram, & secundum mensuram, explicat. III. Virginem Sanctam. N. præclaris encomiis effert. IV. Christum vermi assimilat. *Tom. 2. serm. 67. pag. 311. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. I. Qualiter Deus infirma mundi elegerit, vt fortia confunderet, variis testimoniis & exemplis demonstrat. II. De spiritali bello disserit. III. Quanta res sit virginem esse, simul & Martyrem, ponderat. IV. Virginem bellatricem & Agonothetam Dei nominat. V. Virginis huius N. pulchritudinem depingit VI Vt agnum sequamur in via, quocumque ierit, & carnis voluptates contemnamus, hortatur. VII. De sale mysticoloquitur. *Ibid. serm. 68. pag. 313. & sequent.*

❧ Dionysii Carthusiani pro virginibus sermo 1 Virginem quæ sponsa Christi est laudat. I. Ratione præclaræ fortitudinis, quia cum sexu vicit naturam. II. Ratione victoriosæ temperantiæ, quâ corpus proprium optimè rexit. III. A virgineâ castitate, quâ semper continuit. IV. A dignitate, filij enim Dei est sponsa V. Propter constantiam, fortitudinem, & patientiam in passione. VI. Ab excellentiâ & multitudine miraculorum quæ fecit Deus per eam VII. A sapientiâ supernaturali quâ Christi fidem defendit. VIII. A fœlicitate quam pro præmio adepta est. *In proprio sanctorum à* 345 *pag* 2. *ad fol* 346 *pag*. 1.

Eiusdem, vnde suprà sermo 2. quo probat Virginem non debere aliud cogitare quam Deum, &c. *Ex sanctorum proprio à fol*. 346. *pag*. 1. *ad fol*. 347. *p*. 1.

Eiusdem, sermo 3 Virginem ac viduam hortatur Propheta per hæc verba. *Audi filia & vide*, *&c. Psal*. 44 Vt I. Audiat, id est, non solùm corporalibus auribus, sed mentis quoque diligentiâ aduertat quid velit Deus, quid iubeat, quid consulat, quid promittat, quid comminetur. II. Videat, id est corde intelligat pertinentia ad salutem III. Aurem suam inclinet per efficacem consensum, & charitatiuam affectionem. IV. Obliuiscatur populum suum, & domum patris sui, &c. *Ex sanct. proprio fol*. 347. *à pag*. 1. *ad p*. 2

S. Ephrem Syri. de Castitate discursus, in quo castitas palmæ assimilatur, eius laudes prædicatur, & virtutes ipsius recensentur. *To*. 1. *p*. 125 *& seq*.

Eiusdem sermo de Virginitate I. Hominem Virginem beatum prædicat. II. Ipsum Dei templum nominat. III. Virginitatis inimicos prodit IV. Docet quid agendum sit, vt Deus semper in templo corporis nostri habitet. V. Luctamen spiritale describit VI. Vini immodicè sumpti damna recenset. VII. Concupiscentiam reprobat. VIII Orationis sanctæ exercitium commendat. *Tom*. 1. *pag*. 126. *& seq*.

D. Innocentii Papæ. III. sermo de vna Virgine, in Euange- A lium, *Simile est regnum cœlorum homini negotiatori*, *&c. Matth*. 13. I. Quadruplicem regni cœlorum acceptionem notat. II. De negotiatore iniquo & iusto, prauo & sancto differit. III. Margaritarum spiritalium tres species enumerat, scientiæ nimirùm, gratiæ, & gloriæ. IV. Quomodo sit comparanda pretiosa margarita docet. *Tom*. 1. *pag*. 182. *& sequent*.

✠ I. Thauleri sermo, ad ea verba *Matth*. 25 *Quinque ex eis erant fatuæ & quinque prudentes*. Duo constituit veris & prudentibus virginibus obseruanda. I. In exterioris hominis regimine, quinque assignat. 1. moderationem in omnibus. 2. Simplicitatem. 3.
B fugiat vanam societatem 4 Otium vitet. 5 Sensus coerceat & contineat. II. Vt secundum interiorem hominem se ornet: cuius ornamenti fundamentum est humilitas; de qua differit & & signa eius esse docet. 1. se indignum existimare donis Dei. 2. De omnibus Deo gratias agere. 3. De nulla re se extollere & iactare 4 Deo pro scopo habere in omnibus, & alia eiusmodi. III. Tria declarat necessaria ad veram humilitatem: resignationem: Pati, & amare, *à pag*. 656 *ad* 659.

✠ Rabani Mauri homilia in natali Virginum. Initio virgines B. Virginis Mariæ imitatrices caullaudat. II. Virginem cælestibus in ardescere animo, & terrena contemnere:
C imò & ipsam vitâ III. Excitat vt carnis desideria subigamus, vt & ipsâ carnem pro Domino dare possimus. *Tom*. 5. *pag*. 603 *col*. 1. & 2.

❧ Radulphi Ardentis in Apostol. dicta 1. Corinth. 1. *Qui gloriatur in Domino glorietur*, *&c*. Homilia. Apostolus. I. Hortatur vt qui gloriatur in Domino glorietur; ad quod necesse, gaudium suum & causam ipsius Deo attribuere, indè gratias ei agere, & eius illum finem constituere. II. Suam insipientiam supportari optat; insipientiam vocat hoc, quod seipsum commendare est compulsus: Sancti coguntur sua bona recensere, vel quando in aduersitate consolationem & spem quærunt,

quærunt, vel cum ad misericordiam Deum mouere volunt; vel auditoribus persuadere, vt magis acquiescant quàm pseudo prædicatoribus, desiderant. III. Zelare nos zelo Deo se dicit, nos ardenter amando, cultibus exornando virtutum, omnes personas suspectas à nobis sequestrando, monitionibus, minis, & verberibus nos castigando. *à fol. 109. pag. 1. ad fol. 112. pag. 1.*

Eiusdem homilia in illud Matth. 25. *Simile est regnum cœlorum decem virginibus quæ accipientes lampades suas, &c.* Huius parabolæ sunt septem particulæ. I. Omnes virgines sponsi aduentum sperare, & pro eius receptione se preparare demonstrantur. II. Dormitauerunt & dormierunt moram faciente sponso, quia ægrotando ad somnum mortis accesserunt. III. Ad vocem sponsi omnes virgines surgunt, & lampades ornant, quia de operibus suis rationem reddere parant, sed dissimiliter. IV. Fatuæ à sapientibus oleum petunt, quia earum opera in aduentu iudicis intus obscurantur, respondent prudentes sibi vix sufficere quod habent. V. Venit sponsus, & prudentes cum eo intrant ad nuptias. VI. Fatuæ repulsam patiuntur, non enim per vitæ meritum agnoscuntur. VII. Omnes admonentur vigilare in sui præparatione, ne imparati reperiantur summo iudice veniente. *à fol. 112. pagin. 1. ad fol. 116. pag. 2.*

Idem, homilia ex his verbis. *Mulierem fortem quis inueniet, &c. Prouerb. vlt.* Mulieris fortis officia & mercedem exponit, 1. Fidelis est non solum erga Deum, sed etiam erga virum suum, 2. de bonis sibi collatis viro est grata, 3. semper aliquid honesti & vtilis operis agit, 4. sibi, & domui suæ, & indigentibus victualia sapienter prouidet, 5. seruis & ancillis opera diluculo Iniungit, ne vacent: & cibaria distribuit, ne deficiant, 6. Honestiorem modum viuendi considerat, & obseruat, 7. in virtute castitatis, & cæterarum virtutum operibus se fortiter exercet, 8. gustat quam bonum sit de labore sibi & indigentibus necessaria prouidere, 9. ad vilia opera

A manum apponit, 10. operibus misericordiæ insistit, 11. familiæ suæ contra frigos necessaria prouidet, 12. seipsam decenter ornat, 13. bono suo exemplo, virum suum & honestat & sanctificat, 14. telam innocentis vitæ orditur & perficit, 15. fortibus & honestis moribus se induit, 16. filios & familiam suam in sapientia & lege Domini, verbis & exeplis erudit, 17. omnes semitas domus suæ considerat. Sequuntur mercedes fortis mulieris, 1. est laus filiorum, 2. laus viri, 3. remuneratio præsens, siue futura, 4. laus præsentis & æterni iudicij. Deinde Ecclesiam commendat, vel animam fortem Primo. A virtutibus sc. 1. fidelitate, 2. acquisitione, 3. gratitudine, 4. studio præsentis operaB tionis, 5. bono proposito & perseuerantia, 6. sollicitudine fraternæ charitatis, 7. spirituali negotiatione, 8. fortitudine, 9. vigilantiâ, 10. forti operatione, 11. misericordiâ, 12 charitate, 13. virtutum varietate, 14. nobilitate sponsi, 15. doctrinâ prædicationis, 16. fortitudine & decore, 17. doctrinâ sapientiæ & legis, 18. custodiâ semitarum domus suæ. Secundò. A mercedibus quarum prima est, laus filiorum, secunda, laus viri, tertia, æterna remuneratio. *à fol. 116. pag. 2. ad fol. 123. pag. 2.*

Eiusdem, homilia in hæc verba, *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in* C *agro, &c. Matth. 13.* in hac Euangelij lectione quatuor parabolæ proponuntur in quarum Primâ & Secundâ nos generaliter Dominus hortatur vt regnum cœlorum tanquam thesaurum, & bonam margaritam emamus. Tertiâ. Monet nos vt infernales pœnas timeamus, & caueamus. Quarta. Persuadet nobis prædicatoribus specialiter vt hoc intelligamus, & prædicemus instanter. *à fol. 123. pag. 2. ad fol. 127. p. 2.*

✠ S. THOMÆ A VILLANOVA concio. 1. ad illud. *Prudentes Virgines aptate vestras lampades, &c. Matth 25.* De S. Dorothea Docet. I. solere Dominum, nondum incorporea videre valentes, sub imagine sensibilium, & rerum communium instruere. II. Para-

bolam Euangelij succeſſiuè explanat, adhibitis obſeruationibus moralibus. III. deplorat eorum miſeriam, qui cùm plurimum laborauerint, foris vt fatuæ Virgines relinquentur. IV. expendit quod ſit illud oleum, cuius defectu fatuæ expulſæ ſunt; & dicit eſſe charitatem. V. Conſiderat vndè oleum illud comparandum eſt; à Deo ſcilicet. VI. duo docet, ne alieno ſolum merito confidamus, vt hæ fatuæ; Tùm, ne alieno commodo cum noſtro damno prouideamus, exemplo prudentum VII. Commendat hoc oleum cuique neceſſarium. *A fol. 240. col. 3. ad 243. col. 1.*

Eiuſdem Concio 2. ad hæc verba: *Mulier innupta & Virgo cogitat quæ Domini ſunt. 1. Cor. 7.* Explicat, I. Triplicem vitam hominis: Animalem, ſecundum carnem & ſenſum: Rationalem, ſecundum rationem: & ſpiritualem, ſecundum ſpiritum Diuinum, quam poſtremam attollit. II. Hortatur præſertim Religioſos ad hanc vitam ſectandam. III. Ad hanc obtinendam conferre plurimum pudicitiam oſtendit. 1. quia non eſt conſenſus ſpiritus Dei cum libidine. 2. quia ab omni negotio libera eſt, Vndè perſuadet vacandum eſſe Domino ſoli. *à fol. 243. col. 1. ad 245. c. 3.*

DEDICATIO ECCLESIÆ.

B. Alberti Magni ſermo 1 ad ea verba, *Habacuc 2. Dominus in templo ſancto ſuo; Lætetur à facie eius omnis terra.* Quatuor templorum genera diſtinguit. I. eſt, vterus Virginalis, in quo fuit Dominus per carnis aſſumptionem. II. Eccleſia materialis, in qua eſt, per paſſionis ſuæ repræſentationem. III. Anima fidelis, in qua reſidet per gratiæ infuſionem. IV. Manſio ſuper celeſtis in qua inuenitur per ſanctorum glorificationem. *A pag. 241. col. 2. ad 242. col. 1.*

Eiuſdem ſermo 2. ad hæc, *Apocal. 21. Et dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia.* Vbi agit de quadruplici throno. 1. Gratiæ, qui eſt B. Virgo, in qua quieuit. 2. Miſericordiæ, qui eſt Crux, in qua tortus eſt. 3. iuſtitiæ, qui

A eſt poteſtas iudiciaria; in quo ſedebit. 4. gloriæ in cælo vbi regnat. *Pag. 242. col. 2.*

Eiuſdem ſermo 3. ad hæc verba, *Geneſ. 28. Egreſſus Iacob de Berſabee pergebat Haran, viditque in ſomnis ſcalam,* &c. Conſiderat. I. Per Iacob notari animam ad ſalutem aſpirantem & terrena faſtidientem. II. Scalam perquam aſcendere debet, eſſe decem præcepta legis, cuius latera ſunt, dilectio Dei & proximi. III. Per hanc ſcalam Angelos deſcendere & homines aſcendere. IV. Quos celeſtis Pater innixus ſcalæ hilariter recipit. *Pag. 243. col. 1. & 2.*

S. Ambrosii ſermo in Dedicationem Eccleſiæ. I. Euangelium Centurionis exponit. II. Meritum eorum
B qui Eccleſiam ſuis ſumptibus, ac templum propriis expenſis fabricant, conſtruunt, ac dotant, expandit. III. Humilitatem Centurionis, ſe indignum, vt ſub tectum ſuum Chriſtus intraret, profitentis magnipendit, ac celebrat. *Tom. 5. ſerm. 26. de ſanctis col. 160. & ſeq.*

Eiuſdem concio de Baſilicis non tradendis hæreticis aut gentilibus, ad populum ſuum Mediolanenſem contra Auxentium inuaſorem Arrianum. *Tom. 5. conc. 1. inter conciones pro variis Actionib. col. 97. & ſequent.*

S. Avgvstini ſermo primus in anniuerſario Dedicationis Eccleſiæ vel altaris habendus. Pauca de Dedicatione loquitur, notat tantùm, quod
C quicquid in templis manufactis agitur, totum in nobis ſpiritali ædificatione completur, ſi velimus. Deindequanta puritate conſcientiæ & ſanctitate animæ ad Altare, & ad Euchariſtiam accedere debeamus exaggerat. *Tom. 10. ſerm. 252. de Temp. fol. 252.*

Eiuſdem ſermo de eadem ſolemnitate ſecundus. Docet eos rectè Eccleſiæ feſta colere, qui ſe Eccleſiæ filios eſſe recognoſcunt: Exinde de Eccleſia chriſti ſponſa pertractat, eamque Reginæ Saba per omnia aſſimilat. *Tom. 10. ſerm. 253. de Temp. fol. 252.*

Eiuſdem ſermo pro eodem die tertius, in baſilica S. Petri Carthaginenſis habitus. Oſtendit illum diligere

decorem domus Dei, qui est in decorem domus Dei, illum autem esse in decorem domus Dei; qui vas est in honorem; & non in contumeliam: illum vero esse vas in honorem qui bene & secundum Deum viuit. Vbi multa de bonis ac reprobis, & quare Deus permittat malos esse in hoc mundo, cùm sint vasa ignominiæ in domo sua, super numerum vasorum multiplicata. *Tom. 10. serm. de Temp. 254. fol. 252. & sequentib.*

Eiusdem sermo quartus, in quo S. Doctor de Templo, & Altari materiali transit ad Templum & Altare spiritale & tria dicit. I. Animam iustam Dei templum esse, sicut è contra animam iniustè agentem & vitiis deditam à Dæmone inhabitari. II. Duo altaria in nobis erigenda, sicut in templo Salomonis agnoscitur factum, vnum exterius in corpore per castitatem: alterum interius in corde per puritatem. III. Ignem diuini amoris in corde accendendum, & ignem cupiditatis extinguendum. *Tom. 10. serm. de temp. 255. fol 253. & sequentib.*

Eiusdem sermo quintus, vnde supra. Agit de constructione & Dedicatione Templi mystici, hoc est, animarum nostrarum, ad similitudinem templi & Basilicæ materialis, ostenditque hic in præsenti vita templum multis laboribus construi, ædificari, consurgi: in alia verò h. e. æterna sanctificari, consecrari, & cum lætitia dedicari. *Tom. 10. serm. 256. de temp. fol. 254.*

Eiusdem sermo sextus. Templum spiritale describit, cuius fundamentum Christus, simul & lapis angularis: cuius pauimentum, humilitas: cuius parietes, oratio & prædicatio: cuius luminaria, diuina testimonia: cuius columnæ, infirmorum sustentatio: cuius tectum, inopum protectio: per patientiam autem laboribus plurimis construitur in hoc sæculo, vt in futuro cum gaudio dedicetur. *Tom. 10. fol. 324. serm. 16. inter 17. quos Carthusia Parisiensis euulgauit.*

S. V. BEDÆ homilia prima de Dedicatione, in illud Euangelij, *Non potest arbor bona fructus malos facere, &c.* I. Omne quod agitur in festo Dedicationis mysticè explicat. II. Quare Ecclesia, quæ numero est vna, fuerit figurata per vtramque basilicam. Tabernaculi videlicet & templi; rationem reddit. III. Totum Euangelium percurrit & moraliter interpretatur. IV. Ecclesiam Catholicam domui firmiter fundatæ assimilat. V. Structuram templi Salomonis ædificationi vniuersalis Ecclesiæ accommodat. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. à col 169. ad col. 174.*

Eiusdem homilia secunda de eadem solemnitate, in illud Euangelij, *Facta sunt Encæniæ in Hierosolymis, &c. Ioan. 10.* I. Textus Euangelicus explanatur. II. Trinam fuisse templi Salomonis Dedicationem diuersis temporibus celebratam ostenditur. III. Templi eiusdem constructio Dedicationi Ecclesiæ coaptatur. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. à col. 174. ad col. 178.*

Eiusdem homilia tertia in Euangelium, *Ingressus Iesus perambulabat Iericho, & ecce vir nomine Zacchæus, &c. Luc. 19.* Euangelicam lectionem solummodò exponit, & populum Gentilem Zacchæo similem ostendit. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. col. 178. & sequent.*

BERENOOSII ABBATIS sermo de Dedicatione Ecclesiæ, pauca habet de Templi consecratione, eaque mysticè intelligit de templo corporis & animæ: multa verò de reliquiarum veneratione. & Sanctorum honore. *Tom. 2. Biblioth. Patr. à col. 869. ad col. 872.*

S. BERNARDI sermo primus in Ecclesiæ Dedicationem I. Docet festiuitatẽ Dedicationis non tam esse templi consecrati, quàm nostram, cùm simus templum viuens Dei, & sacrum Spiritus sancti habitaculum. II. Christum summum Pontificem, eadem in nobis operari inuisibiliter, quæ visibiliter in templi materialis consecratione fecêre Pontifices. Quinque autem præcipuè notat, quæ sunt, aspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, & benedictio. *col 338. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus; de eadem.

dicuntur, Sicomorus, fides dicitur, nos eleuans vsque ad conspectum Dei pro vt nunc haberi potest: de his autem iustificatis & eleuatis hominibus tanquam de viuis lapidibus construitur domus & altare Dei *Tom.* 3. *pag.* 19.

S. P. CHRYSOLOGI sermo in Euangelium de Zachæo, quod legitur in Dedicatione Ecclesiæ. Textus Euangelicus exponitur, & variis conceptibus litteralibus, mysticis, necnon allegoricis ornatur. *Serm.* 54. *col.* 138. *& sequentibus.*

S. I. CHRYSOSTOMI homilia in Zachæum. I. Christus Aucupi comparatur, qui animam Zachæi ab arbore deiicit, & visco suæ charitatis implicat & capit. II. Quomodo Zachæus sit Abrahæ filius ex operibus agnoscit & demonstrat. III. Ad eleemosynam fideles hortatur. *Tom.* 6. *pag.* 581. *& sequentebus.*

✠ Eiusdem de cæco & Zacheo. Vbi I. de cæco agit & transit ad Zachæum: II. Christum aucupi comparat, qui animam Zachæi ex arbore deiicit, & visco suæ charitatis implicat & capit: III. Ab ingrediente Domino domum eius, paulatim eradicatam fraudes omnes inquadruplum restituisse. IV. Vt hic opera Abrahæ faciens, eius filius dicitur: ita nos Christianos ex bonis & dignis actionibus nominandos esse. V. Hortatur ad eleemosynam; & argumentum præmit ex consideratione extremi iudicij. *Tom.* 6. *Paris. edit. Græco Latinæ apud Sebast. Cramoisy, & Anton. Stephanum anno* 1624. *à pag.* 581. *vsque ad* 593. *At hæc homilia tribuitur Ioanni Neroty Sylu. Hierosol. & inter opera eius legitur Tom.* 1. *pag.* 557. *col.* 1. *& sequent.*

B. P. DAMIANI sermo primus de Dedicatione Ecclesiæ. Sanctam matrem Ecclesiam Christi sponsam immaculatam laudibus celebrat: & duodecim ipsius sacramenta, (vocem Sacramenti largè accipiendo) enumerat, & explicat. *Tom.* 2. *serm.* 69. *pag.* 315. *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus de eadem, in illud Psal. 49. *Immola Deo sacrificium* A *laudis, &c.* I. Tria sacrificia notat, quæ Domino reddere debemus, contritionis videlicet, operationis & laudis. II. De ritibus horum sacrificiorum differit. III. De redditione votorum pertractat, *ibid. serm.* 70. *pag.* 318. *& seq.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, In illud Genes. 1. *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, &c.* I. Sanctam Ecclesiam cum Mundo confert, ipsius enim figuram gerit. II. Per solem charitatem, quindecim radiis coruscantem intelligit. III. Pœnitentiam Lunæ assimilat. IV. Pœnitentiæ radios mysticè explicat. *Ibidem serm.* 71. *pag.* 319. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus imperfectus, vnde supra. I. Ceremonias Dedicationis Ecclesiæ mysticè interpretatur. B II. Ecclesiam tabernaculo fœderis assimilat. III. De templi materialis & spiritalis variis pollutionibus differit. IV. Templi cordis nostri munditiam & decorem suadet. *Ibidem serm.* 72. *pag.* 320. *& sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in festo Dedicationis Ecclesiæ, pro Epist. sermo, ex quo militans Ecclesia gloriosa proclamatur, quia, 1. ciuitas est Dei & vnio Christianorum per fidem & charitatem, 2. sancta est, spiritus enim sanctus ab vniuersis eam purificat peccatis mortalibus, 3. pacem cœlestis patriæ speculatur, & ad eam suspirat & tendit. 4. A Deo parata est, & C per supernaturalia Spiritus sancti dona decorata. 5. Dei est sponsa. *Ex proprio sanctorum, à fol.* 348. *pag.* 1. *ad fol.* 349. *pag.* 1.

Eiusdem pro Euang. sermo primus. Vt homo dignum Dei sit habitaculum sanctificare debet. Primo, exteriores sensus, sc. visum, illum diligenter custodiendo; aures, ne audiant verba detractatoria; proprium tactum, à libidinosis palpationibus cauendo; gustum, necessitatem non voluptatem quærendo; olfactum, ab immoderatâ odorum voluptate eum frænando. Secundò. Sensus interiores, vtilia ac salubria cogitando, &c. *Ex proprio de sanct. à fol.* 349. *pag. ad fol.* 350. *pag.* 2.

Eiusdem, sermo secundus De vtraque Ecclesia, materiali sc. & spirituali, quàm sint dæmonibus terribiles, piisque amabiles, & de intelligentiâ visionis sancti Iacob. *In sanctorum proprio, a fol. 350. pag. 2. ad fol. 351. pag. 1.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo primus de Dedicatione Ecclesiæ. Ea quæ in templis materialibus conspiciuntur, mysticè refert ad Ecclesiam & fideles. Hæc autem sunt lapides, cæmentum, fundamentum, parietes, tectum, longitudo, latitudo, altitudo, sanctuarium, chorus, nauis, atrium, altare, turris, campanæ, fenestræ, dealbatura interior, & exterior cerei duodecim, Pontifex dedicans, & Ecclesiaam circuiens. *Tom. 2 Institut. Monast. serm. 1. pag. 315.*

Eiusdem sermo secundus tropologicus, vnde supra. Animam tabernaculum Domini esse ostendit, in quo omnia illa quæ in præcedenti sermone notata sunt moraliter inueniuntur. Insuper quanta sit animarum dignitas, Deum habitatorem in se habere ponderat. *Ibid. serm. 2 pag 316.*

Eiusdem sermo tertius anagogicus, vnde supra. Ecclesiam sanctam ciuitati Hierosolymorum assimilat, in vtraque enim reperiuntur, lapides, murus, turres, ædificia & portæ: ædificia alia eburnea, alia verò lapidea: portæ nouem nimirùm, gregis, piscium, vetus vallis, stercoris, fontis aquarum, equorum, & iudicialis; quæ omnia mystica expositione illustrantur. *Ibidem serm. 3 pag. 316. seq.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. ad hæc verba, *Luc 19. In domo tua oportet me manere.* Tractat de renouatione exterioris interiorisque hominis: & debere hominem abnegare seipsum omnesque prauas affectiones deponere. Quo facto Deus suum in homine locum constituit Idque illustrat comparatione triplicis generis pennarum, super quas Deus ambulat. & sycomori quem ascendere debemus vt Iesum facilius inspiciamus. *a p. 659. ad 662.*

Eiusdem sermo 2. ad hæc verba, *Matth. 21. Domus mea domus orationis vocabitur.* A Conditionem proponit qua interiora nostra domus orationis fiant: vt indè scilicet ementes & vendentes eijciamus. II. Ad orationem requiri deuotionem tradit, & quid sit deuotio aperit. III. Tria explicat per quæ compendio ad regnum Dei quod intra nos est, peruenitur: fidem intellectualem seu rationalem Dei cognitionem; Orationem. *A pag. 662 ad 665.*

B. IVONIS CARNOTENSIS sermo de Sacramentis dedicationis. Omnia quæ in templi constructione & consecratione obseruantur cuilibet Christiano subtiliter accommodat: & ad Ecclesiam Catholicam refert. *Tom. 1. Auctar. Bibliot. Patrum de Ecclesiasticis sacrament. &* B *officijs serm 4. col. 783. & sequent.*

✠ S. LAVRENTII NOVAR. hom. 1. de pœnit. longè antè medium, hodiernum tractat Euangelium, & primo statuit cupiditatem radicem esse omnium malorum. 2 auaritiam docet habere aquam propriam qua extinguatur. eleemosinam. 3. id ostendit exemplo Zachæi, & textum Euangelij expendit. 4 hortatur. Et ad eius instar emendemur. Vbi multa de eleemosina. *Tom. 2 Bibl. PP. edit. 3. Par, a col 347. ad 350.*

✠ NICOLAI DE CVSA in die dedicationis Ecclesiæ, sermo, *Vidi ciuitatem sanctam, &c. Apocal. 21.* Nihil est subsistens in hoc mundo, in quo non C resplendeat regnum cœlorum, cum omne subsistens in amore, concordiâ, seu pace subsistat: & in tantùm subsistit, inquantùm ibi regnat concordia. Deus creauit nos omnes qui sumus ex Adã in quo omnes sumus, vt in patre secundùm carnem, licet successiuè apparuerimus in hoc mundo, ducti de potentiâ in actum: Deus igitur omnia simul creauit, & sicut in vno homine omnes homines, ita & in vna creatura quæ potest dici mũdus, omnes fecit creaturas. Christus qui fuit ab æterno Dei filius, seu verbum, denuò conceptus est in Mariâ, & ex eius vtero genitus, vt esset in humanitate filius hominis: Sic nos qui sumus in humanitate nati, vt sumus filij hominum, nascimur: dum autem

sic nati sumus, denuò in vtero matris Ecclesiæ renascimur, vt generemur ex vtero matris Ecclesiæ, sc. Dei. *Excit.lib. 4. à pag. 452. ad pag. 454.*

✠ RABANI MAVRI homilia 1. Ostendit I. Optimè ab eo Ecclesiam Deo dedicari. qui Dei templum fieri contendit. II. Proponit figuram eorum quæ agenda sunt ex Moysis tabernaculo, & templo Salomonis. III. Id exigere Christum cum vult in Euangelio bonas arbores, & bonos fructus earum. *Tom. 5 pag. 603. col. 2. & 604. col. 1.*

Eiusdem homilia 2. ad Euangelium *Ioan. 10. facta sunt Encænia in Hierusalem.* I. docet exemplo Christi esse Encœnia celebranda. II. Potiora esse templa nostra; præsertim spirituale cordis nostri. antiquo Salomonis. III. Curandum esse vt sæpè Deus in hoc templum veniat, & parandam conscientiam. *Tom. 5. pag. 604. col. 1. & 2.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 15. Euangelium explanat historiam huius diei. Et prius quidem proponi in ea primum, mysticæ illius scalæ gradum, quam in somno vidit Iacob, pœnitentiam, affirmat, cùm obijcit hominis publicani & peccatum, & pœnitentiam. Deinde textum historiæ tùm ad litteram, quàm iuxta mysticos sensus elucidat. Denique hortatur vt Zachæum pœnitendo imitemur. *à pag. 87. ad 92.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio, ad hæc verba: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos. 1. Corinth. 3.* Vbi I. tradit non esse mirum si templis nostris festa instituimus, cùm eorum vmbris id præstitum sit. II Non tàm materialibus, quàm spiritualibus templis solemnitatem impendi. III. Hoc templum esse animam hominis, in qua Deus inhabitat, expendit. IV. Cauendum esse cuique docet ne quid in se contineat quod oculos Dei offendat. V. Hoc præsertim esse studendum animæ per votum & professionem Deo sacratæ. *A fol. 251. col. 3. ad 253. col. 2.*

A S. ZENONIS VERONENSIS sermo in Ecclesiæ dedicatione habitus. De spirituali domus Dei ædificatione disserit: & quantùm Ecclesiæ nostræ fanis idolorum, imò & templo Salomonico ac aliis Iudæorum Synagogis præstent, demonstrat. *Tom. 2. Biblioth. Patr. col. 761. & sequent.*

FESTVM RELIQVIARVM.

✠ THEOLFRIDIS ABBATIS sermo 1. docet laudandum esse Deum in reliquijs sanctorum mirabilem, 1. quod nobis totius mundi conferatur diuitias. 2 quod prouincijs & ciuitatibus datæ sint in solatium 3. quod sint lucernæ luminis sui splendorem spargentes. 4. quod miraculis corda hominum & fidem excitent. 5. quod ex earum gloria Deo honor exurgat. 6. quod per eas viuant sancti, cùm mortui sint. 7. quod plurimum valeat sanctorum puluis in dæmones 8. quod sint velut aromata quorum odorem manus suscipit. *Tom 2. Biblioth. Patr. 2. edit. col. 669. & sequent.*

Eiusdem serm. 2. Exempla sanctorum docet esse curationis nostræ antidotum. Indéque laudandum esse Deũ qui est virtus sanctorum, 2. Sanctos nostros esse apud Deum mediatores, potentissimos quia fratres Domini, & quia non deficit in eis sanctitas, 3 comparat eos Iobo & Thobiæ. 4. Docet, virtutibus meruisse cœlestia, 5. tùm cœlestis ciuitatis describit excellentiam & sanctorum fœlicitatem, 6. hinc concludit quantum venerationis corporibus eorum debeatur, 7. Quæ & multum conseruat nobis: quod vltimum declarat exemplis, non solum noui testamenti in Petro, Paulo & Iacobo; sed etiam antiqui in Moyse & Elia. 8. Infert reliquias eorum esse venerationi habendas. Nec non etiam imitandos esse. *Ibidem col. 671. & seq.*

Finis Concionum de Sanctis in Communi.

APPENDIX
BIBLIOTHECÆ PATRVM ET DOCTORVM CONCIONATORIÆ.

Adiectus operi à R. Patre PETRO PIJART *Ord. Minimorum.*

PERQVIRENTI quibus operibus denuo augerem & illustrarem Bibliothecam hanc, non venerant ad manus opera S. Alcimi Auiti & Petri Blesensis, inter quæ sunt sermones de diuersis. Nec non S Procli orationes octodecim plurium solemnitatum propriæ. Ex quo enim aduerti in elencho autorum secundæ editionis locum huic S. Patri concessum fuisse, facile credidi omnes eius orationes in ea comprehendi. At attentius sed tardius reperi duas solum ex auctuario Bibliothecæ Patrum eductas. Reliquas ergo vna cum sermonibus dictorum Auiti & Blesensis, hic habe in summaria reductas, & è locis infracitandis erutas.

DE S. ALCIMO AVITO.

SAnctus Alcimus Eodicius Auitus è senatore Romano tertius post S. Mamertum Viennensis Archiepiscopus S. Isacij Senatoris Romani & in sede Viennensi antecessoris filius, eloquentia & sanctitate insignis, acerrimus Arianæ hæresis insectator, floruit ad annum 500. sub Gondebaldo Burgundiæ, & Clodouæo Galliæ Regibus. Interfuit Concilio Epaunensi anno 509. *Multa versu & soluta oratione stilo eleganti scripta reliquit, quæ partim Arianorum malitia exciderunt; partim vtilitati publicæ à R. P. Iacobo Sirmundo è Societate Iesu viro spectatissimo, notis illustrata, donata sunt* A *& excusa Parisijs apud Sebastianum Cramoisy Architypographum Regium, via Iacobea sub ciconijs anno* 1643. *In octauo.*

IN COENA DOMINI.

S. Alcimi Auiti ex sermone de natali calicis fragmentum declarat institutionem sacramenti corporis & sanguinis Domini esse testamentũ nouum quo Christus non sua vt alij, sed semetipsum tradidit populo Christiano. In quo se totum omnibus, & totum singulis, integer perseuerans, hæreditatem
B constituit. *Pag.* 208. & 209.

IN DIE SANCTA VENERIS.

EIusdem fragmentum ex sermone de passione Domini tradit ex Adami costa formatam Euam præfigurasse Ecclesiam è latere dormientis Christi in cruce pertractam. II. Cur latus Christi apertum notanter asseratur. III. Quid è latere profluxerit Christi, aqua & sanguis. In cuius plagam sponsa Ecclesia introducta est. *A pag.* 189.
C *vsque ad* 191.

IN DIE SANCTO PASCHÆ.

EIusdem fragmentum ex sermone die primo Paschæ, expendit Christum hodie esse non vnigenitum, sed primogenitum ex mortuis, & quomodo id verum sit explanat, quia alij resuscitati iterum mortui sunt. *Pag.* 196. & 197.

A

IN ROGATIONIBVS.

Eiusdem homilia de Rogationibus. In cuius initio angustias Viennensis territorii tempore S. Mamerti antecessoris sui. Tum ab eodem prudenti consilio Rogationum tres dies hos fuisse institutos, indictis ad diuersas Ecclesias processionibus. Deinde hortatur ad eiusmodi dies celebrandos; communisque orationis vtilitates proponit. Expendit postea verba Christi: *Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.* Et quid singula sonent subtiliter demonstrat. Denique Euangelicam lectionem, quæ nauim exhibet fluctibus iactatam dormiente Domino, & ad eum recurrentes Apostolos, præsenti necessitati accommodat, in qua ad Christum conclamandum est vt euigilet propter nos, & tempestatem componat. *A pagin.* 150. *vsque ad* 157.

Eiusdem fragmentum ex sermone die primo Rogationum, Ostendit præparari nos debere in occursum Dei ad iudicium venientis. Sed & modo occurrendum esse Deo per pœnitentiam & à licitis coercitionem. *Pag.*198. & 199.

Eiusdem aliud fragmentũ ex serm. die 2. Rogationum, ad hæc verba Apostoli 1. Tim. 6. 7. Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre possumus, Ostendit quid nostrum, quid vero alienum sit, & quàm vana solicitudine in augendis diuitiis & earum vsu detineamur. Diuitias non esse nostras: Solam autem voluntatem & opera bona nostra esse, quæ inuiti perdere non possumus. *Pag.*204. & 205.

Eiusdem aliud fragmentum die 3. Rogationum ad apostoli verba 2. Tim. 2. 20. In domo magna non solum argentea vel aurea, sed etiam lignea vasa & fictilia reperiri dicit: & quid cuique congruat aperit. *Pag.*206.

IN DIE FESTO PENTECOSTES.

Eiusdem ex sermone de Pentecoste fragmentum considerat tribus linguis affixum Christi cruci titulum, vt omnis lingua confiteatur Iesum in gloria esse Dei patris. *Probabile est,* hinc voluisse factum, vt hodie omnium linguis loquerentur Apostoli pleni Spiritu Sancto. *Pag.* 194.

IN ORDINATIONE EPISCOPI.

Eiusdem ex sermone in ordinatione Episcopi fragmentum examinat B dictum Pauli Apostoli. Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat: Et quod sit illud opus bonorum operum & morum in Episcopo aperit. Non quod ab omnibus vitijs liberi esse possint, sed quod periculosum illos merita sua non ponderare, & quod irreprehensibilibus solis debetur, ambire. II. Inuehitur in mercatores Episcopatuum, & conditiones Episcoporum quas ponit Apostolus, examinat. 1. *Tim.* 3. 2. & 3. *à pag.* 201. *ad* 204.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

C Eiusdem ex sermone in Dedicatione Ecclesiæ Archangeli Michaelis mysteria visionis Iacob in somno ad propositum expendit. 1. Vnctum ab eo lapidem, vt fit in templis nostris, ad vnctionem fidelium trahit. 2. Schalæ gradus, supplicationes hominum: ascensus & descensus angelorum; præsertim Michaelis, ministeria indicare eorum, quæ & proponit. *Pag.*195. & 196.

DE PETRO BLESENSI.

Petrus è Natali vrbe in Gallia Blesensis dictus, nobili ortus genere, Monachus S. Benedicti, primum Regis Siciliæ Guillelmi II. præceptor &

Pppp

sigillifer; tùm postea Archiepiscopi Bathoniensis in Anglia sub Henrico secundo Archidiaconus, dehin Cantuariensis Cancellarius; præclara ingenij sui monumenta prodidit, omni scientiarum & virtutum genere ornatissimus. Obijt ad annum M. CC. & Bathoniæ sepultus est. *Multa & præclara scripsit, inter quæ sunt sermones varij. Eius opera integro volumine in quarto prodiere Moguntiæ anno 1600. ex officina Ioannis Albini.*

IN ADVENTV DOMINI.

PEtri Blesensis sermo 1. Examinandam apposité suscipit historiam Probaticæ piscinæ, de qua *Ioan.* 5. & 1. Causam motus miraculosi aquæ huius piscinæ, inter alia ait esse, vt Iudæis signum esset nati Messiæ. II. Historiam allegoricè interpretatur. Probaticam piscinam, B. V. Mariam: Angelum, Christum, qui motu triplici commouit Virginem, separatione carnis, remotione fomitis, virtute benedictionis. III. Addit quartam motionem, qua facta est virga sustentationis, eruditionis, dominationis. IV. Vnus sanatus, vnitatem notat Ecclesiæ, quæ per fidem incarnationis salutem consecuta est. V. De aliis tractat piscinis, quæ ex Euangelio referuntur; quid illę significent, & quid actum sit in eis, mysticè interpretatur de salute per Christum operata. VI. Quinque regiones designat, vterum Virginis, medium orbis, patibulum crucis, domum fortis, & extrema maris, in quibus Christus salutem est operatus, velut in quinque piscinis. *A pag.* 307. *ad* 310.

Eiusdem sermo 2. Primo introducit Ezechielem. *cap.* 44. salutem sperantem in Domino, & dicentem: *Conuerti me ad viam portæ sanctuarij*, id est, partum Virginis. II. Christum esse sanctuarium duplex, interius Diuinitatis; exterius, humanitatis. III. Portam illam esse; interioris, Deum Patrem; exterioris, Virginem. Ciuitatem autem, Ecclesiam. IV. Hanc exterioris portam, clausam dici ob Virginitatem illibatam; in qua per humilitatem sedit Christus. V. Eadem verba Ezechielis exponit de hominibus salutem in Philosophorum doctrinis non inuenientibus; & conuertentibus se ad Ecclesiæ sanctitatem: cuius porta est scriptura sacra; via autem charitas. Vbi & de quatuor vijs hominis, infirmitatis, necessitatis, vanitatis, & veritatis, quæ est, charitas. *A pag.* 310. *ad* 312.

IN FESTO S. NICOLAI.

EIusdem sermo 3. ad hæc verba, *Matth.* 18. *Qui non humiliauerit se sicut paruulus iste, non intrabit in regnum cælorum.* I. Hæc verba ad litteram exponit. II. Eadem dicit esse matris Ecclesiæ ad filios suos: cuius cum illis, dialogum instituit de varijs vijs salutis; vna rubicunda difficili; altera lactea, humilitatis. Nam *dilectus candidus est & rubicundus.* Et vtramque viam Christus suo proposuit exemplo. III. Tum quadriuium statuit humilitatis. Est enim humilitas. 1. domestica & naturalis. 2. erratica, & volatilis. 3. sophistica, & versipellis. 4. Dominica, & admirabilis. IV. Introducit præceptorem discipulum docentem, primam viam sapientiæ esse humilitatem, ad exemplum S. Nicolai. V. Explicat eodem dialogo, quæ fuerit illius humilitas. Quod subtiliter deducit circa abstinentiam infantiæ illius, quam mysticè imitandam proponit. *A pag.* 313. *vsque ad* 316.

ITEM IN ADVENTV DOMINI & de S. Lucia.

EIusdem sermo 4. habitus ad regulares in illud, 3. *Reg.* 1. *Et Rex Dauid senuerat, nec calefaciebat, &c.* I. Quatuor Sunamitas commemorat ex scripturis, quæ totidem notent spirituales. B. Virginem Mariam: Gentilitatem: S. Luciam: & collegium regularium. De quibus sigillatim tractat. II. Redit ad Sunamitem traditam. Dauidi, & eam

Deo esse quæsitam Virginem Mariam, de qua carnem sumeret, salua Virginitate; ac postea incaluit Deus dilectione in nos. III Iterum eam quæ Salomonis est (sic enim appellat) quam ad redamandum reduxit Deus, & redijt in Ecclesiam gentium. IV. Tum ad Sunamitem Elisæi conuertitur. S. Lucam Christi pro nobis calui. V. Denique quartam loquitur Cœnobiorum cœtum, ceu viduam illam duo minuta mittentem in gazophilacium. Vbi de eorum institutione & diuersitate. *A pag. 316. vsque ad 319.*

Eiusdem sermo 5. de eodem aduentu Domini, ad hæc verba, *Isaiæ 19. Ascendit Dominus super nubem leuem, &c.* I. Prædici hic aduentum Christi in carnem tradit. II. Nubem leuem, carnem esse redemptoris; quam ascendit, vt Ægiptum nube quadruplici obuolutū eximeret; quas & repræsentat, dicens: quatuor primogenitas virgines Deo in creatione hominis cooperatas; veritatem, misericordiam, iustitiam, pacem. Et easdem ad puniendum hominem interueniſſe. Has virtutes hominem deseruiſſe, & sic tenebris fuiſſe obductū ceu nubibus; caliginis, roris, grandinis, vmbræ mortis. III. Has tenebras, ingresso Domino in ægiptum, diſſolutas fuiſſe ostendit. Quod vult per officia quatuor Dominicarum aduentus denotari. *A pag. 320. vsque ad 322.*

IN NATIVITATE DOMINI.

Eiusdem sermo 6. ad ea verba, *Sap. 18. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox, &c.* Id exponit de aduentu Christi in nocte post galli cantum, seu Prophetarum prædictiones. II. Sermonem & verbum Patris in medio silentio, silentibus iam Prophetis aduenisse docet. III. Quid loquatur nobis sermo iste, aperit. 1. Nominis nostri Christiani excellentiam. 2. quid agere debeamus. 3. quid in præmium expectare possimus. *A pag. 322. vsque ad 325.*

IN APPARITIONE DOMINI.

Eiusdem sermo 7. ad hæc verba, *Psal. 79. Qui sedes super Cherubin, appare coram Ephraim, Beniamin & Manasse.* I. Propositis Prophetarum oraculis quibus nunc optando, nunc imperando, nunc conquerendo, nunc indignando, sermones suos de Christo venturo variabant. Ipsis tacentibus, audiendam esse Ecclesiam ait, dicentem: *Apparuit humanitas & Diuinitas Saluatoris nostri.* II. Hodie dicendum esse Domino: *Qui sedes super Cherubin, apparuisti coram Ephraim &c.* Vbi docet tripliciter Christum apparuisse. 1. hodie, regibus, 2. trigesimo anno, Ioanni Baptistæ & turbis. 3. sequenti anno coram matre & discipulis, in mutatione aquæ in vinum. Quæ notantur in verbis Psalmistæ. III. Eadem verba de Christo iudice exponit: in cuius iudicio tres erunt ordines; iudicandi, iudicantes, & indicati, per illa tria nomina significari. IV. Eadem interpretatur de Christo, quem inuitat, vt appareat tribus ordinibus hominum in hac vita, Actiuis, Prælatis, Contemplatiuis. *A pag. 325. ad 327.*

DE S. VINCENTIO MARTYRE.

Eiusdem sermo 8. ad ea verba, *Apocalip. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.* Ad claustrales. I. Considerat quis promittat, Deus Pater: cui promittat; & quid promittat, filium suum, lignum vitæ & vitam. II. Attendit quando facta sit ista promiſſio; tempore gratiæ; quo, dum medium silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus Dominea regalibus sedibus venit. Quando triplici fiducia freti pugnare poſſumus & vincere; Promiſſione patris, Exhortatione filij, cõsolatione SSti. Contra triplicem hostem, carnem, mundum, diabolum; De quorum impetu agit. III. Ostendit S Vincentium hos omnes hostes vicisse; quem imitari dicit regulares in claustro. *A pag. 328. vsque ad 330.*

IN HYPAPANTE DOMINI.

Eiusdem sermo 9. ad hæc verba, *Isaiæ 53. Oblatus est, quia voluit.* I. Bis oblatum fuiſſe Iesum considerat, semel in templo, iterum in ligno: vtrobique

Eiusdem, sermo 5. in illud Cant. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Virgo est lilium. I Lilium sex folia habet candida quæ incorruptam seruant virginitatem, quæ sunt sobrietas victus, operatio, cultus asperitas, custodia visus, raritas sermonum, vitatio opportunitatis peccandi, id est, loci temporis, & personæ. II. Sunt liliorum sex genera, quæ significant charitatem, quia tribus modis diligendus est Deus, & tribus de causis, diligenter, ex toto corde, sapienter ex tota anima, fortiter ex tota virtute Diligenter propter temporalia quæ tribuit, Sapienter propter spiritualia quæ infundit, & fortiter propter cœlestia quæ promittit. *à pag. 461. ad pag. 462.*

S. BERNARDI vel potius alterius apud D. Bernardum sermo de Virginibus, in Euangelium, *Simile est regnum cælorum decem virginibus, &c. Matth. 25.* I. Duplicem virginitatem distinguit. Sponsæ Christi laudes celebrat III. Sæculum Sodomæ assimilat, religionem verò ciuitati paruæ in qua Loth saluatur comparat. IV. Bonorum & malorum Religiosorum differentiam notat. V. Prudentes virgines describit. VI. De dulci somno bonorum loquitur. VII. Vltimæ diei miserias & calamitates depingit. VIII. De ianua pietatis & misericordiæ Christi peccatoribus aperta & clausa differit. *col. 1703. & sequent.*

S. BONAVENTVRÆ sermo primus de vna Sancta Virgine, in illud Cant. 4. *Veni de Libano, veni, coronaberis.* Cùm Libanus interpretetur candidatio, notat triplicem candorem, siue munditiam Virginis. Primus dicitur candor, quo virgo splendet in mente Secundus, quo virgo fulget in carne. Tertius, quo virgo lucet in opere, & in exteriori cõuersatione. In his autem consistit vera & perfecta munditia. *Tom. 3. sermo de sanctis in comm. p 344. & seq.*

Eiusdem sermo secundus de eadem, in illud Sapient. 4. *In perpetuum coronata triumphat.* Ostendit virginem sanctam. N. quadruplici corona existere coronatam, gratiæ, quam possedit in

A via, correspondẽte. Habet enim in capite corunam luminosam siue radiosam, propter splendorem sapientiæ, qua refulsit: coronam speciosam, propter pulchritudinem virginalis pudicitiæ, quam seruauit; coronam pretiosam ex lapidibus pretiosis propter fortitudinem patientiæ, quam in pugna seruauit: coronam gloriosam, propter castitatem & humilitatem, quam in via portauit. *Ibidem pag. 345. & sequentibus.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Apocal. 19. *Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, &c.* De gaudio spiritali, & mystieis nuptiis loquitur. Notat autem

B triplex gaudium quo, in Sanctæ virginis N. festiuitate, gaudere debemus, cordis scilicet, quod nihil aliud est, quàm Deum amare cum lætitia mentis: oris, quod nihil esse constat, quàm Deum gaudendo laudare: & operis, quod nihil aliud existit, quàm gaudendo Deo seruire. *Ibid pag. 347.*

Eiusdem sermo quartus vnde supra, in illud Psal. 44. *Audi filia & vide: & inclina aurem tuam.* Probat, quòd cum hac Sancta virgine N. debeamus Christum audire. I. Erudiẽtem, vt prudentissimum Consulem. II. Præcipientem, vt potentissimum Ducem. III. Exhortantem, vt sanctissimum Præsulem. IV. Consolantem, vt benignissi-

C mum patrem. V. Redarguentem, vt æquissimum iudicem. *Ibidem pag. 348. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quintus vnde supra, in illa Dauidis verba Psal. 44. *Diffusa est gratia in labiis tuis, &c.* Tres habet partes. Prima agit de modo perueniendi ad gratiam. Secunda, de vsu gratiæ. Tertia, de eius fructibus. Quantum ad primam, docet quatuor esse necessaria ad gratiam possidendam & conseruandam, nimirùm, vt cor sit purum, per munditiam castitatis in carne: sit profundum, per humilitatem in mente: sit latum & amplum per effectum charitatis in opere: sit clausum, per conseruationem taciturnitatis in ore. Quantùm ad secundam, notat vsum

gratiæ in quatuor consistere, in honorando Diuinam Maiestatem, per reuerentiam humilem: in refrænando propriam voluntatem, per temperantiam cohibentem: in releuando proximi paupertatem, per misericordiam subuenientem; & in tolerando mundanam aduersitatem, per patientiam. Quantùm ad tertiam, quadruplicem fructum gratiæ profert, animam siquidem impinguat, siue interius delectat, propter nitorem conscientiæ: vitam exterius ornat, per morum honestatem: ab omni malo nos liberat, finiendo statum præsentis miseriæ: & in bono confirmat, per excellentiam gloriæ. *Ibidem pag. 349. & sequent.*

S. BRVNONIS sermo primus de vna virgine, in Euangelium, *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, &c. Matt. 12.* I. Beatitudinem Per margaritam intelligit. II. Laudes eius commemorat. III. Dominum negotiatorem incomparabilem dicit. IV. Eius negotiationem miratur. V. Pastori Christum assimilat. VI. Christianos cum ouibus confert. VII. Aduentus Christi in hunc mundum duas causas assignat, vt scilicet oues emeret, & negotiandi artem doceret. *Tom 3. pag. 144. & seq.*

Eiusdem sermo secundus de virginibus, in Euangelium, *Simile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, &c. Matth. 25.* I. Omnes Christianos virgines dicit. II Hominis sensus exteriores, quinque virginibus siue prudentibus, siue fatuis assimilat, vbi de sensuum corporis custodia III. Textum breui expositione illustrat. *Ibid. pag. 148. & sequent.*

S. CÆSARII homilia in Euangelium, *Simile est regnum cælorum decem virginibus, &c. Matth. 25* I. Textum percurrit & explicat. II. Ad Eleëmosynarum largitionem hortatur. III. Virgines monet, vt vitia respuant, virtutes verò obtineant. IV. Detractores & contumeliosos reprehendit. *Tom. 2. Auctar. Biblioth. Patrum col 1529. & seq.*

S. I. CHRYSOSTOMI in decem virgines oratio I. Suorum auditorum diligentiam & alacritatem lau- A dat. II. Prædicationis sanctæ diuitias cõmendat. III. Varias ac faciles pœnitentiæ vias demonstrat. IV. Eleemosynas præconiis effert. V. Parabolam decem virginum interpretatur. VI. Virginitatem ignem dicit, eleemosynam verò oleum. VIII. Pauperes olei mercatores nominat. IX. Pretium olei prescribit. X. Virginitatis magnitudinem repræsentat. XI. Virginitatis bellum nec quietem temporis, nec intermissionem habere testatur. XII. In virgines pecunias congregantes acriter inuehitur. XIII. Orationis virtutem & efficaciam ex euangelio colligit. XIV. Rursus vias pœnitentiæ indicat. XV. Vim lachrymarum notat. *Homil. 57 ad popul. Antioch. 9. de B pænitentia à pag. 701. ad pag. 711.*

Eiusdem in decem virgines sermo. I. Vltimum Mundi diem tremendum depingit, & contemplatur. II. Parabolam Euangelicam apposité explicat. III. Virginitatem, quæ coniunctam habet eleëmosynam multùm commedat. VI. Ad eleëmosynam largiendam hortatur. *Tom. 6. serm. 40. a pag. 389. ad pag. 395.*

B. P. DAMIANI sermo primus pro natali Virginum. I. Quàm vtilissimum sit Virginum victorias laudibus celebrare ostendit. II. Quomodo Deus dat spiritum non ad mensuram, & secundum mensuram, explicat. III. C Virginem Sanctam. N. præclaris encomiis effert. IV. Christum vermi assimilat. *Tom. 2. serm. 67. pag. 311. & sequentibus.*

Eiusdem sermo secundus vnde supra. I. Qualiter Deus infirma mundi elegerit, vt fortia confunderet, variis testimoniis & exemplis demonstrat. II. De spiritali bello differit. III. Quanta res sit virginem esse, simul & Martyrem, ponderat. IV. Virginem bellatricem & Agonothetam Dei nominat. V. Virginis huius N. pulchritudinem depingit VI Vt agnum sequamur in via, quocumque ierit, & carnis voluptates contemnamus, hortatur. VII. De sale mysticoloquitur. *Ibid. serm. 68. pag. 313. & sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI pro virginibus sermo 1 Virginem quæ sponsa Christi est laudat. I. Ratione præclaræ fortitudinis, quia eum sexu vicit naturam. II. Ratione victoriosæ temperantiæ, quâ corpus proprium optimè rexit. III. A virgineâ castitate, quâ semper continuit. IV. A dignitate, filij enim Dei est sponsa V. Propter constantiam, fortitudinem, & patientiam in passione. VI. Ab excellentiâ & multitudine miraculorum quæ fecit Deus per eam VII. A sapientiâ supernaturali quâ Christi fidem defendit. VIII. A fœlicitate quam pro præmio adepta est. *In proprio sanctorum à 345 pag. 2. ad fol 346 pag. 1.*

Eiusdem, vnde suprà sermo 2. quo probat Virginem non debere aliud cogitare quam Deum, &c. *Ex sanctorum proprio à fol. 346. pag. 1. ad fol. 347. p. 1.*

Eiusdem, sermo 3 Virginem ac viduam hortatur Propheta per hæc verba, *Audi filia & vide, &c. Psal.* 44 Vt I. Audiat, id est, non solùm corporalibus auribus, sed mentis quoque diligentiâ aduertat quid velit Deus, quid iubeat, quid consulat, quid promittat, quid comminetur. II. Videat, id est corde intelligat pertinentia ad salutem III. Aurem suam inclinet per efficacem consensum, & charitatiuam affectionem. IV. Obliuiscatur populum suum, & domum patris sui, &c. *Ex sanct. proprio fol.* 347. *à pag.* 1. *ad p.* 2

S. EPHREM SYRI. de Castitate discursus, in quo castitas palmæ assimilatur, eius laudes prædicãtur, & virtutes ipsius recẽsentur. *To.* 1. *p.* 125 *& seq.*

Eiusdem sermo de Virginitate I. Hominem Virginem beatum prædicat. II. Ipsum Dei templum nominat. III. Virginitatis inimicos prodit IV. Docet quid agendum sit, vt Deus semper in templo corporis nostri habitet. V. Luctamen spiritale describit VI. Vini immodicè sumpti damna recenset. VII. Concupiscentiam reprobat. VIII Orationis sanctæ exercitium commendat, *Tom.* 1. *pag.* 126. *& seq.*

D. INNOCENTII PAPÆ. III. sermo de vna Virgine, in Euangelium, *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, &c. Matth.* 13. I. Quadruplicem regni cœlorum acceptionem notat. II. De negotiatore iniquo & iusto, prauo & sancto disserit. III. Margaritarum spiritalium tres species enumerat, scientiæ nimirùm, gratiæ, & gloriæ. IV. Quomodo sit comparanda pretiosa margarita docet. *Tom.* 1. *pag.* 182. *& sequent.*

✠ I. THAVLERI sermo, ad ea verba *Matth.* 25 *Quinque ex eis erant fatuæ & quinque prudentes.* Duo constituit veris & prudentibus virginibus obseruanda. I. In exterioris hominis regimine, quinque assignat. 1. moderationem in omnibus. 2. Simplicitatem. 3. fugiat vanam societatem 4 Otium vitet. 5 Sensus coerceat & contineat. II. Vt secundum interiorem hominem se ornet: cuius ornamenti fundamentum est humilitas; de qua disserit & & signa eius esse docet. 1. se indignum existimare donis Dei. 2. De omnibus Deo gratias agere. 3. De nulla re se extollere & iactare 4 Deo pro scopo habere in omnibus, & alia eiusmodi. III. Tria declarat necessaria ad veram humilitatem: resignationem: Pati, & amare, *à pag.* 656 *ad* 659.

✠ RABANI MAVRI homilia in natali Virginum. Initio virgines B. Virginis Mariæ imitatrices caullaudat. II. Virginem cælestibus in ardescere animo, & terrena contemnere: imò & ipsam vitã. III. Excitat vt carnis desideria subigamus, vt & ipsã carnem pro Domino dare possimus, *Tom.* 5. *pag.* 603 *col.* 1. & 2.

✠ RADVLPHI ARDENTIS in Apostol. dicta 1. Corinth. 1. *Qui gloriatur in Domino glorietur, &c.* Homilia. Apostolus. I. Hortatur vt qui gloriatur in Domino glorietur; ad quod necesse, gaudium suum & causam ipsius Deo attribuere, indè gratias ei agere, & eius illum finem constituere. II. Suam insipientiam supportari optat; insipientiam vocat hoc, quod seipsum commendare est compulsus: Sancti coguntur sua bona recensere, vel quando in aduersitate consolationem & spem quærunt,

quærunt, vel cum ad misericordiam Deum mouere volunt; vel auditoribus persuadere, vt magis acquiescant quàm pseudo prædicatoribus, desiderant. III. Zela re nos zelo Deo se dicit, nos ardenter amando, cultibus exornando virtutum, omnes personas suspectas à nobis sequestrando, monitionibus, minis, & verberibus nos castigando. *a fol.109. pag.1. ad fol.112. pag.1.*

Eiusdem homilia in illud Matth. 25. *Simile est regnum cælorum decem virginibus quæ accipientes lampades suas, &c.* Huius parabolæ sunt septem particulæ. I. Omnes virgines sponsi aduentum sperare, & pro eius receptione se preparare demonstrantur. II. Dormitauerunt & dormierunt moram faciente sponso, quia ægrotando ad somnum mortis accesserunt. III. Ad vocem sponsi omnes virgines surgunt, & lampades ornant, quia de operibus suis rationem reddere parant, sed dissimiliter. IV. Fatuæ à sapientibus oleum petunt, quia earum opera in aduentu iudicis intus obscurantur, respondent prudentes sibi vix sufficere quod habent. V. Venit sponsus, & prudentes cum eo intrant ad nuptias. VI. Fatuæ repulsam patiuntur, non enim per vitæ meritum agnoscuntur. VII. Omnes ad monentur vigilare in sui præparatione, ne imparati reperiantur summo iudice veniente. *a fol.112. pagin.1. ad fol.116. pag.2.*

Idem, homilia ex his verbis. *Mulierem fortem quis inueniet, &c. Prouerb. vlt.* Mulieris fortis officia & mercedem exponit, 1. Fidelis est non solum erga Deum, sed etiam erga virum suum, 2. de bonis sibi collatis viro est grata, 3. semper aliquid honesti & vtilis operis agit, 4. sibi, & domui suæ, & indigentibus victualia sapienter prouidet, 5. seruis & ancillis opera diluculo iniungit, ne vacent: & cibaria distribuit, ne deficiant, 6. Honestiorem modum viuendi considerat, & obseruat, 7. in virtute castitatis, & cæterarum virtutum operibus se fortiter exercet, 8. gustat quam bonum sit de labore sibi & indigentibus necessaria prouidere, 9. ad vilia opera A manum apponit, 10. operibus misericordiæ insistit, 11. familiæ suæ contra frigus necessaria prouidet, 12. seipsam decenter ornat, 13. bono suo exemplo, virum suum & honestat & sanctificat, 14. telam innocentis vitæ orditur & perficit, 15. fortibus & honestis moribus se induit, 16. filios & familiam suam in sapientia & lege Domini, verbis & exẽplis erudit, 17. omnes semitas domus suæ considerat. Sequuntur mercedes fortis mulieris, 1. est laus filiorum, 2. laus viri, 3. remuneratio præsens, siue futura, 4. laus præsentis & æterni iudicij. Deinde Ecclesiam commendat, vel animam fortem Primo. A virtutibus se. 1. fidelitate, 2. acquisitione, 3. gratitudine, 4. studio præsentis operatio- B tionis, 5. bono proposito & perseuerantia, 6. sollicitudine fraternæ charitatis, 7. spirituali negotiatione, 8. fortitudine, 9. vigilantiâ, 10. forti operatione, 11. misericordiâ, 12. charitate, 13. virtutum varietate, 14. nobilitate sponsi, 15. doctrinâ prædicationis, 16. fortitudine & decore, 17. doctrinâ sapientiæ & legis, 18. custodiâ semitarum domus suæ. Secundò. A mercedibus quarum prima est, laus filiorum, secunda laus viri, tertia, æterna remuneratio. *a fol.116. pag.2. ad fol. 123. pag.2.*

Eiusdem, homilia in hæc verba, *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in* C *agro, &c. Matth. 13.* in hac Euangelij lectione quatuor parabolæ proponuntur in quarum Primâ & Secundâ nos generaliter Dominus hortatur vt regnum cœlorum tanquam thesaurum, & bonam margaritam emamus. Tertiâ. Monet nos vt infernales pœnas timeamus, & caueamus. Quarta. Persuadet nobis prædicatoribus specialiter vt hoc intelligamus, & prædicemus instanter. *a fol. 123. pag. 2. ad fol. 127. p. 2.*

✠ S. Thomæ a Villanova concio. 1. ad illud. *Prudentes Virgines aptate vestras lampades, &c. Matth 25.* De S. Dorothea Docet. I. solere Dominum, nondum incorporea videre valentes, sub imagine sensibilium, & rerum communium instruere. II. Para-

bolam Euangelij successiuè explanat, adhibitis obseruationibus moralibus. III. deplorat eorum miseriam, qui cùm plurimum laborauerint, foris vt fatuæ Virgines relinquentur. IV. expendit quod sit illud oleum, cuius defectu fatuæ expulsæ sunt; & dicit esse charitatem. V. Considerat vndè oleum illud comparandum est; à Deo scilicet. VI. duo docet, ne alieno solum merito confidamus, vt hæ fatuæ; Tùm, ne alieno commodo cum nostro damno prouideamus, exemplo prudentum VII. Commendat hoc oleum cuique necessarium. *A fol.* 240. *col.* 3. *ad* 243. *col.* 1.

Eiusdem Concio 2. ad hæc verba: *Mulier innupta & Virgo cogitat quæ Domini sunt.* 1. *Cor.* 7. Explicat, I. Triplicem vitam hominis: Animalem, secundum carnem & sensum: Rationalem, secundum rationem: & spiritualem, secundum spiritum Diuinum, quam postremam attollit. II. Hortatur præsertim Religiosos ad hanc vitam sectandam. III. Ad hanc obtinendam conferre plurimum pudicitiam ostendit. 1. quia non est consensus spiritus Dei cum libidine. 2. quia ab omni negotio libera est, Vndè persuadet vacandum esse Domino soli. *à fol.* 243. *col.* 1. *ad* 245. *c.* 3.

DEDICATIO ECCLESIÆ.

✠ B. Alberti Magni sermo 1 ad ea verba, *Habacuc* 2. *Dominus in templo sancto suo; lætetur à facie eius omnis terra.* Quatuor templorum genera distinguit. I. est, vterus Virginalis, in quo fuit Dominus per carnis assumptionem. II. Ecclesia materialis, in qua est, per passionis suæ repræsentationem. III. Anima fidelis, in qua residet per gratiæ infusionem. IV. Mansio super celestis in qua inuenitur per sanctorum glorificationem. *A pag.* 241. *col.* 2. *ad* 242. *col.* 1.

Eiusdem sermo 2. ad hæc, *Apocal.* 21. *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.* Vbi agit de quadruplici throno. 1. Gratiæ, qui est B. Virgo, in qua quieuit. 2. Misericordiæ, qui est Crux, in qua tortus est. 3. iustitiæ, qui

A est potestas iudiciaria; in quo sedebit. 4. gloriæ in cælo vbi regnat. *Pag.* 242. *col.* 2.

Eiusdem sermo 3. ad hæc verba, *Genes.* 28. *Egressus Iacob de Bersabee pergebat Haran, viditque in somnis scalam,* &c. Considerat. I. Per Iacob notari animam ad salutem aspirantem & terrena fastidientem. II. Scalam perquam ascendere debet, esse decem præcepta legis, cuius latera sunt, dilectio Dei & proximi. III. Per hanc scalam Angelos descendere & homines ascendere. IV. Quos celestis Pater innixus scalæ hilariter recipit. *Pag.* 243. *col.* 1. & 2.

S. Ambrosii sermo in Dedicationem Ecclesiæ. I. Euangelium Centurionis exponit. II. Meritum eorum

B qui Ecclesiam suis sumptibus, ac templum propriis expensis fabricant, construunt, ac dotant, expandit. III. Humilitatem Centurionis, se indignum, vt sub tectum suum Christus intraret, profitentis magnipendit, ac celebrat. *Tom.* 5. *serm.* 26. *de sanctis col.* 160. & *seq.*

Eiusdem concio de Basilicis non tradendis hæreticis aut gentilibus, ad populum suum Mediolanensem contra Auxentium inuasorem Arrianum. *Tom.* 5. *conc.* 1. *inter conciones pro varys Actionib. col.* 97. & *sequent.*

S. Avgvstini sermo primus in anniuersario Dedicationis Ecclesiæ vel altaris habendus. Pauca de Dedicatione loquitur, notat tantùm, quod

C quicquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spiritali ædificatione compleri, si velimus. Deinde quanta puritate conscientiæ & sanctitate animæ ad Altare, & ad Eucharistiam accedere debeamus exaggerat. *Tom.* 10. *serm.* 252. *de Temp. fol.* 252.

Eiusdem sermo de eadem solemnitate secundus. Docet eos rectè Ecclesiæ festa colere, qui se Ecclesiæ filios esse recognoscunt: Exinde de Ecclesia christi sponsa pertractat, eamque Reginæ Saba per omnia assimilat. *Tom.* 10. *serm.* 253. *de Temp. fol.* 252.

Eiusdem sermo pro eodem die tertius, in basilica S. Petri Carthaginensis habitus. Ostendit illum diligere

decorem domus Dei, qui est in decorem domus Dei, illum autem esse in decorem domus Dei; qui vas est in honorem; & non in contumeliam: illum vero esse vas in honorem qui bene & secundum Deum viuit. Vbi multa de bonis ac reprobis, & quare Deus permittat malos esse in hoc mundo, cùm sint vasa ignominiæ in domo sua, super numerum vasorum multiplicata. *Tom.10. serm. de Temp. 254. fol. 252. & sequentib.*

Eiusdem sermo quartus, in quo S. Doctor de Templo, & Altari materiali transit ad Templum & Altare spiritale & tria dicit. I. Animam iustam Dei templum esse, sicut è contra animam iniustè agentem & vitiis deditam à Dæmone inhabitari. II. Duo altaria in nobis erigenda, sicut in templo Salomonis agnoscitur factum, vnum exterius in corpore per castitatem: alterum interius in corde per puritatem. III. Ignem diuini amoris in corde accendendum, & igdem cupiditatis extinguendum. *Tom. 10. serm. de temp. 255. fol 253. & sequentib.*

Eiusdem sermo quintus, vnde supra. Agit de constructione & Dedicatione Templi mystici, hoc est, animarum nostrarum, ad similitudinem templi & Basilicæ materialis, ostenditque hic in præsenti vita templum multis laboribus construi, ædificari, consurgi: in alia verò h. e. æterna sanctificari, consecrari, & cum lætitia dedicari. *Tom. 10. serm. 256. de temp. fol. 254.*

Eiusdem sermo sextus. Templum spiritale describit, cuius fundamentum Christus, simul & lapis angularis: cuius pauimentum, humilitas: cuius parietes, oratio & prædicatio: cuius luminaria, diuina testimonia: cuius columnæ, infirmorum sustentatio: cuius tectum, inopum protectio: per patientiam autem laboribus plurimis construitur in hoc sæculo, vt in futuro cum gaudio dedicetur. *Tom. 10. fol. 324. serm. 16. inter 17. quos Carthusia Parisiensis euulgauit.*

S. V. BEDÆ homilia prima de Dedicatione, in illud Euangelij, *Non potest arbor bona fructus malos facere, &c.* I. Omne quod agitur in festo Dedicationis mysticè explicat. II. Quare Ecclesia, quæ numero est vna, fuerit figurata per vtramque basilicam. Tabernaculi videlicet & templi; rationem reddit. III. Totum Euangelium percurrit & moraliter interpretatur. IV. Ecclesiam Catholicam domui firmiter fundatæ assimilat. V. Structuram templi Salomonis ædificationi vniuersalis Ecclesiæ accommodat. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. à col 169. ad col. 174.*

Eiusdem homilia secunda de eadem solemnitate, in illud Euangelij, *Facta sunt Encænia in Hierosolymis, &c. Ioan. 10.* I. Textus Euangelicus explanatur II. Trinam fuisse templi Salomonis Dedicationem diuersis temporibus celebratam ostenditur. III. Templi eiusdem constructio Dedicationi Ecclesiæ coaptatur. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. à col. 174. ad col. 178.*

Eiusdem homilia tertia in Euangelium, *Ingressus Iesus perambulabat Iericho, & ecce vir nomine Zacchæus, &c. Luc. 19.* Euangelicam lectionem solummodò exponit, & populum Gentilem Zacchæo similem ostendit. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. col. 178. & sequent.*

BERENGOSII ABBATIS sermo de Dedicatione Ecclesiæ, pauca habet de Templi consecratione, eaque mysticè intelligit de templo corporis & animæ: multa verò de reliquiarum veneratione. & Sanctorum honore. *Tom. 2. Biblioth. Patr. à col. 869. ad col. 872.*

S. BERNARDI sermo primus in Ecclesiæ Dedicationem I Docet festiuitatẽ Dedicationis non tam esse templi consecrati, quàm nostram, cùm simus templum viuens Dei, & sacrum Spiritus sancti habitaculum. II. Christum summum Pontificem, eadem in nobis operari inuisibiliter, quæ visibiliter in templi materialis consecratione fecêre Pontifices Quinque autem præcipuè notat, quæ sunt, aspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, & benedictio. *col. 338. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, de eadem.

dicuntur, Sicomorus, fides dicitur, nos eleuans vsque ad conspectum Dei pro-vt nunc haberi potest: de his autem iustificatis & eleuatis hominibus tanquam de viuis lapidibus construitur domus & altare Dei *Tom.* 3. *pag.* 19.

S. P. CHRYSOLOGI sermo in Euangelium de Zachæo, quod legitur in Dedicatione Ecclesiæ. Textus Euangelicus exponitur, & variis conceptibus litteralibus, mysticis, necnon allegoricis ornatur. *Serm.* 54. *col.* 138. *& sequentibus.*

S. I. CHRYSOSTOMI homilia in Zachæum. I. Christus Aucupi comparatur, qui animam Zachæi ab arbore deiicit, & visco suæ charitatis implicat & capit. II. Quomodo Zachæus sit Abrahæ filius ex operibus agnoscit & demonstrat. III. Ad eleemosynam fideles hortatur. *Tom.* 6. *pag.* 581. *& sequentibus.*

✠ Eiusdem de cæco & Zacheo. Vbi I. de cæco agit & transit ad Zachæum. II. Christum aucupi comparat, qui animam Zachæi ex arbore deiicit, & visco suæ charitatis implicat & capit. III. Ab ingrediente Domino domum eius, paulatim eradicatam fraudes omnes in quadruplum restituisse. IV. Vt hic opera Abrahæ faciens, eius filius dicitur: ita nos Christianos ex bonis & dignis actionibus nominandos esse. V. Hortatur ad eleemosynam; & argumentum præmit ex consideratione extremi iudicij. *Tom.* 6. *Parif. edit. Græco Latinæ apud Sebast. Cramoisy, & Anton. Stephanum anno* 1624. *à pag.* 581. *vsque ad* 593. *At hæc homilia tribuitur Ioanni Nenoty Sylu. Hierosol. & inter opera eius legitur Tom.* 1. *pag.* 557. *col.* 1. *& sequent.*

B P. DAMIANI sermo primus de Dedicatione Ecclesiæ. Sanctam matrem Ecclesiam Christi sponsam immaculatam laudibus celebrat: & duodecim ipsius sacramenta, (vocem Sacramenti largè accipiendo) enumerat, & explicat. *Tom.* 2. *serm.* 69. *pag.* 315. *& sequent.*

Eiusdem sermo secundus de eadem, in illud Psal. 49. *Immola Deo sacrificium* A *laudis, &c.* I. Tria sacrificia notat, quæ Domino reddere debemus, contritionis videlicet, operationis & laudis. II. De ritibus horum sacrificiorum disserit. III. De redditione votorum pertractat, *Ibid. serm.* 70. *pag.* 318. *& seq.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, In illud Genes. 1. *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, &c.* I. Sanctam Ecclesiam cum Mundo confert, ipsius enim figuram gerit. II. Per solem charitatem, quindecim radiis coruscantem intelligit. III. Pœnitentiam Lunæ assimilat. IV. Pœnitentiæ radios mysticè explicat. *Ibidem serm.* 71. *pag.* 319. *& sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus imperfectus, vnde supra. I. Ceremonias Dedica- B tionis Ecclesiæ mysticè interpretatur. II. Ecclesiam tabernaculo fœderis assimilat. III. De templi materialis & spiritalis variis pollutionibus disserit. IV. Templi cordis nostri munditiam & decorem suadet. *Ibidem serm.* 72. *pag.* 320. *& sequent.*

✠ DIONYSII CARTHVSIANI in festo Dedicationis Ecclesiæ, pro Epist. sermo, ex quo militans Ecclesia gloriosa proclamatur, quia; 1. ciuitas est Dei & vnio Christianorum per fidem & charitatem, 2. sancta est, spiritus enim sanctus ab vniuersis eam purificat peccatis mortalibus, 3. pacem cœlestis patriæ speculatur, & ad eam suspirat & tendit. 4. A Deo parata est, & C per supernaturalia Spiritus sancti dona decorata. 5. Dei est sponsa. *Ex proprio sanctorum, à fol.* 348. *pag.* 1. *ad fol.* 349. *pag.* 1.

Eiusdem pro Euang. sermo primus. Vt homo dignum Dei sit habitaculum sanctificare debet. Primo, exteriores sensus, sc. visum, illum diligenter custodiendo; aures, ne audiant verba detractatoria; proprium tactum, à libidinosis palpationibus cauendo; gustum, necessitatem non voluptatem quærendo; olfactum, ab immoderatâ odorum voluptate eum frænando. Secundò. Sensus interiores, vtilia ac salubria cogitando, &c. *Ex proprio de sanct. à fol.* 349. *pag. ad fol.* 350. *pag.* 2.

Eiusdem, sermo secundus. De vtraque Ecclesia, materiali sc. & spirituali, quàm sint dæmonibus terribiles, piisque amabiles, & de intelligentiâ visionis sancti Iacob. *In sanctorum proprio, à fol. 350. pag. 2. ad fol. 351. pag. 1.*

HVGONIS A S. VICTORE sermo primus de Dedicatione Ecclesiæ. Ea quæ in templis materialibus conspiciuntur, mysticè refert ad Ecclesiam & fideles. Hæc autem sunt lapides, cæmentum, fundamentum, parietes, tectum, longitudo, latitudo, altitudo, sanctuarium, chorus, nauis, atrium, altare, turris, campanæ, fenestræ, dealbatura interior, & exterior cerei duodecim, Pontifex dedicans, & Ecclesiam circuiens. *Tom. 2 Institut. Monast. serm. 1. pag. 315.*

Eiusdem sermo secundus tropologicus, vnde supra. Animam tabernaculum Domini esse ostendit, in quo omnia illa quæ in præcedenti sermone notata sunt moraliter inueniuntur. Insuper quanta sit animarum dignitas, Deum habitatorem in se habere ponderat. *Ibid. serm. 2. pag 316.*

Eiusdem sermo tertius anagogicus, vnde supra. Ecclesiam sanctam ciuitati Hierosolymorum assimilat, in vtraque enim reperiuntur, lapides, murus, turres, ædificia & portæ: ædificia alia eburnea, alia verò lapidea: portæ nouem nimirùm, gregis, piscium, vetus vallis, sterceris, fontis C aquarum, equorum, & iudicialis; quæ omnia mystica expositione illustrantur. *Ibidem serm. 3 pag. 316. seq.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. ad hæc verba, *Luc 19. In domo tua oportet me manere.* Tractat de renouatione exterioris interiorisque hominis: & debere hominem abnegare seipsum omnesque prauas affectiones deponere. Quo facto Deus suum in homine locum constituit Idque illustrat comparatione triplicis generis pennarum, super quas Deus ambulat: & sycomori quem ascendere debemus vt Iesum facilius inspiciamus. *à p. 659. ad 662.*

Eiusdem sermo 2. ad hæc verba, *Matth. 21. Domus mea domus orationis vo-* A *cabitur.* Conditionem proponit qua interiora nostra domus orationis fiant: vt indè scilicet ementes & vendentes eijciamus. II. Ad orationem requiri deuotionem tradit, & quid sit deuotio aperit. III. Tria explicat per quæ compendio ad regnum Dei quod intra nos est, peruenitur: fidem intellectualem seu rationalem Dei cognitionem; Orationem. *A pag. 662 ad 665.*

B. IVONIS CARNOTENSIS sermo de Sacramentis dedicationis. Omnia quæ in templi constructione & consecratione obseruantur cuilibet Christiano subtiliter accommodat: & ad Ecclesiam Catholicam refert. *Tom. 1. Auctar. Bibliot. Patrum de Ecclesiasticis sacrament. &* B *officijs serm 4. col. 783. & sequent.*

✠ S. LAVRENTII NOVAR. hom. 1. de pœnit. longè antè medium, hodiernum tractat Euangelium, & primo statuit cupiditatem radicem esse omnium malorum. 2 auaritiam docet habere aquam propriam qua extinguatur eleemosinam. 3° id ostendit exemplo Zachæi, & textum Euangelij expendit. 4 hortatur. Et ad eius instar emendemur. Vbi multa de eleemosina. *Tom. 2 Bibl. PP. edit. 3. Par, à col 347. ad 350.*

✠ NICOLAI DE CVSA in die dedicationis Ecclesiæ, sermo, *Vidi ciuitatem sanctam, &c. Apocal. 21.* Nihil est subsistens in hoc mundo, in quo non resplendeat regnum cœlorum, com omne subsistens in amore, concordiâ, seu pace subsistat: & in tantùm subsistit, inquantùm ibi regnat concordia. Deus creauit nos omnes qui sumus ex Adâin quo omnes sumus, vt in patre secundùm carnem, licet successiuè apparuerimus in hoc mundo, ducti de potentiâ in actum: Deus igitur omnia simul creauit, & sicut in vno homine omnes homines, ita & in vna creatura quæ potest dici mũdus, omnes fecit creaturas. Christus qui fuit ab æterno Dei filius, seu verbum, denuò conceptus est in Mariâ, & ex eius vtero genitus. vt esset in humanitate filius hominis: Sic nos qui sumus in humanitate nati, vt simus filij hominum, nascimur: dum autem

sic nati sumus, denuò in vtero matris Ecclesiæ renascimur, vt generemur ex vtero matris Ecclesiæ, sc. Dei. *Excit.lib. 4. à pag. 452. ad pag. 454.*

✠ RABANI MAVRI homilia 1. Ostendit I. Optimè ab eo Ecclesiam Deo dedicari, qui Dei templum fieri contendit. II. Proponit figuram eorum quæ agenda sunt ex Moysis tabernaculo, & templo Salomonis. III. Id exigere Christum cum vult in Euangelio bonas arbores, & bonos fructus earum. *Tom. 5 pag. 603. col. 2. & 604. col. 1.*

Eiusdem homilia 2. ad Euangelium *Ioan. 10. facta sunt Encænia in Hierusalem.* I. docet exemplo Christi esse Encœnia celebranda. II. Potiora esse templa nostra; præsertim spirituale cordis nostri, antiquo Salomonis. III. Curandum esse vt sæpè Deus in hoc templum veniat, & parandam conscientiam. *Tom. 5. pag. 604. col. 1. & 2.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 15. Euangelium explanat historiam huius diei. Et prius quidem proponi in ea primum, mysticæ illius scalæ gradum, quam in somno vidit Iacob, pœnitentiam, affirmat, cùm objicit hominis publicani & peccatum, & pœnitentiam. Deinde textum historiæ tùm ad litteram, quàm iuxta mysticos sensus elucidat. Denique hortatur vt Zachæum pœnitendo imitemur. *à pag. 87. ad 92.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio, ad hæc verba: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos. 1. Corinth. 3.* Vbi I. tradit non esse mirum si templis nostris festa instituimus, cùm eorum vmbris id præstitum sit. II. Non tàm materialibus, quàm spiritualibus templis solemnitatem impendi. III. Hoc templum esse animam hominis, in qua Deus inhabitat, expendit. IV. Cauendum esse cuique docet ne quid in se contineat quod oculos Dei offendat. V. Hoc præsertim esse studendum animæ per votum & professionem Deo sacratæ. *A fol. 251. col. 3. ad 253. col. 2.*

A S. ZENONIS VERONENSIS sermo in Ecclesiæ dedicatione habitus. De spirituali domus Dei ædificatione differit: & quantùm Ecclesiæ nostræ fanis idolorum, imò & templo Salomonico ac aliis Iudæorum Synagogis præstent, demonstrat. *Tom. 2. Biblioth. Patr. col. 762. & sequent.*

FESTVM RELIQVIARVM.

✠ THEOLFRIDIS ABBATIS sermo 1. docet laudandum esse Deum in reliquijs sanctorum mirabilem, 1. quod nobis totius mundi conferat diuitias. 2. quod prouincijs & ciuitatibus datæ sint in solatium. 3. quod sint lucernæ luminis sui splendorem spargentes. 4. quod miraculis corda hominum & fidem excitent. 5. quod ex earum gloria Deo honor exurgat. 6. quod per eas viuant sancti, eùm mortui sint. 7. quod plurimum valeat sanctorum puluis in dæmones. 8. quod sint velut aromata quorum odorem manus suscipit. *Tom 2. Biblioth. Patr. 2. edit. col. 669. & sequent.*

Eiusdem serm. 2. Exempla sanctorum docet esse curationis nostræ antidotum. Indéque laudandum esse Deū qui est virtus sanctorum, 1. Sanctos nostros esse apud Deum mediatores, potentissimos quia fratres Domini, & quia non deficit in eis sanctitas, 3 comparat eos Iobo & Thobiæ. 4. Docet, virtutibus meruisse cœlestia, 5. tùm cœlestis ciuitatis describit excellentiam & sanctorum fœlicitatem, 6. hinc concludit quantum venerationis corporibus eorum debeatur, 7. Quæ & multum conseruat nobis: quod vltimum declarat exemplis, non solum noui testamenti in Petro, Paulo & Iacobo; sed etiam antiqui in Moyse & Elia. 8. Infert reliqnias eorum esse venerationi habendas. Nec non etiam imitandos esse. *Ibidem col. 671. & seq.*

Finis Concionum de Sanctis in Communi.

APPENDIX
BIBLIOTHECÆ PATRVM ET DOCTORVM CONCIONATORIÆ.

Adiectus operi à R. Patre PETRO PIJART *Ord. Minimorum.*

PERQVIRENTI quibus operibus denuo augerem & illustrarem Bibliothecam hanc; non venerant ad manus opera S. Alcimi Auiti & Petri Blesensis, inter quæ sunt sermones de diuersis. Nec non S. Procli orationes octodecim plurium solemnitatum propriæ. Ex quo enim aduerti in elencho autorum secundæ editionis locum huic S. Patri concessum fuisse, facile credidi omnes eius orationes in ea comprehendi. At attentius sed tardius reperi duas solum ex auctuario Bibliothecæ Patrum eductas. Reliquas ergo vna cum sermonibus dictorum Auiti & Blesensis, hic habe in summaria reductas, & è locis infracitandis erutas.

DE S. ALCIMO AVITO.

SAnctus Alcimus Eodicius Auitus è senatore Romano tertius post S. Mamertum Viennensis Archiepiscopus S. Isacij Senatoris Romani & in sede Viennensi antecessoris filius, eloquentia & sanctitate insignis, acerrimus Arianæ hæresis insectator, floruit ad annum 500. sub Gondebaldo Burgundiæ, & Clodouæo Galliæ Regibus. Interfuit Concilio Epaunensi anno 509. *Multa versu & soluta oratione stilo eleganti scripta reliquit, quæ partim Arianorum malitia exciderunt; partim vtilitati publicæ à R. P. Iacobo Sirmundo è Societate Iesu viro spectatissimo, notis illustrata, donata sunt*

A *& excusa Parisijs apud Sebastianum Cramoisy Architypographum Regium, via Iacobea sub ciconijs anno* 1643. *In octauo.*

IN COENA DOMINI.

S. Alcimi Auiti ex sermone de natali calicis fragmentum declarat institutionem sacramenti corporis & sanguinis Domini esse testamentũ nouum quo Christus non sua vt alij, sed semetipsum tradidit populo Christiano. In quo se totum omnibus, & totum singu-

B lis, integer perseuerans, hæreditatem constituit. *Pag.* 208. *&* 209.

IN DIE SANCTA VENERIS.

EIusdem fragmentum ex sermone de passione Domini tradit ex Adami costa formatam Euam præfigurasse Ecclesiam è latere dormientis Christi in cruce pertractam. II. Cur latus Christi apertum notanter asseratur. III. Quid è latere profluxerit Christi,

C aqua & sanguis. In cuius plagam sponsa Ecclesia introducta est. *A pag.* 189. *vsque ad* 191.

IN DIE SANCTO PASCHÆ.

EIusdem fragmentum ex sermone die primo Paschæ, expendit Christum hodie esse non vnigenitum, sed primogenitum ex mortuis, & quomodo id verum sit explanat, quia alij resuscitati iterum mortui sunt. *Pag.* 196. & 197.

A

IN ROGATIONIBVS.

Eiusdem homilia de Rogationibus. In cuius initio angustias Viennensis territorii tempore S. Mamerti antecessoris sui. Tum ab eodem prudenti consilio Rogationum tres dies hos fuisse institutos, indictis ad diuersas Ecclesias processionibus. Deinde hortatur ad eiusmodi dies celebrandos; communisque orationis vtilitates proponit. Expendit postea verba Christi: *Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.* Et quid singula sonent subtiliter demonstrat. Denique Euangelicam lectionem, quæ nauim exhibet fluctibus iactatam dormiente Domino, & ad eum recurrentes Apostolos, præsenti necessitati accommodat, in qua ad Christum conclamandum est vt euigilet propter nos, & tempestatem componat. *A pagin.* 150. *vsque ad* 157.

B

Eiusdem fragmentum ex sermone die primo Rogationum, Ostendit præparari nos debere in occursum Dei ad iudicium venientis. Sed & modo occurrendum esse Deo per pœnitentiam & à licitis coërcitionem. *Pag.* 198. & 199.

Eiusdem aliud fragmentũ ex serm. die 2. Rogationum, ad hæc verba Apostoli 1. Tim. 6. 7. Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre possumus, Ostendit quid nostrum, quid vero alienum sit, & quàm vana solicitudine in augendis diuitiis & earum vsu detineamur. Diuitias non esse nostras: Solam autem voluntatem & opera bona nostra esse, quæ inuiti perdere non possumus. *Pag.* 204. & 205.

C

Eiusdem aliud fragmentum die 3. Rogationum ad apostoli verba 2. Tim. 2. 20. In domo magna non solum argentea vel aurea, sed etiam lignea vasa & fictilia reperiri dicit: & quid cuique congruat aperit. *Pag.* 206.

IN DIE FESTO PENTECOSTES.

Eiusdem ex sermone de Pentecoste fragmentum considerat tribus linguis affixum Christi cruci titulum, vt omnis lingua confiteatur Iesum in gloria esse Dei patris. *Probabile est,* hinc voluisse factum, vt hodie omnium linguis loquerentur Apostoli pleni Spiritu Sancto. *Pag.* 194.

IN ORDINATIONE EPISCOPI.

Eiusdem ex sermone in ordinatione Episcopi fragmentum examinat dictum Pauli Apostoli. Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat: Et quod sit illud opus bonorum operum & morum in Episcopo aperit. Non quod ab omnibus vitijs liberi esse possint, sed quod periculosum illos merita sua non ponderare, & quod irreprehensibilibus solis debetur, ambire. II. Inuehitur in mercatores Episcopatuum, & conditiones Episcoporum quas ponit Apostolus, examinat. 1. *Tim.* 3. 2. & 3. *à pag.* 201. *ad* 204.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

Eiusdem ex sermone in Dedicatione Ecclesiæ Archangeli Michaelis mysteria visionis Iacob in somno ad propositum expendit. 1. Vnctum ab eo lapidem, vt fit in templis nostris, ad vnctionem fidelium trahit. 2. Schalæ gradus, supplicationes hominum: ascensus & descensus angelorum; præsertim Michaelis, mynisteria indicare eorum, quæ & proponit. *Pag.* 195. & 196.

DE PETRO BLESENSI.

Petrus è Natali vrbe in Gallia Blesensis dictus, nobili ortus genere, Monachus S. Benedicti, primum Regis Siciliæ Guillelmi II. præceptor &

Deo esse quæsitam Virginem Mariam, de qua carnem sumeret, salua Virginitate; ac postea incaluit Deus dilectione in nos. III Iterum eam quæ Salomonis est (sic enim appellat) quam ad redamandum reduxit Deus, & redijt in Ecclesiam gentium. IV. Tum ad Sunamitem Elisæi conuertitur. S. Lucam Christi pro nobis calui. V. Denique quartam loquitur Cœnobiorum cœtum, ceu viduam illam duo minuta mittentem in gazophilacium. Vbi de eorum institutione & diuersitate. *A pag. 316. vsque ad 319.*

Eiusdem sermo 5. de eodem aduentu Domini, ad hæc verba, *Isaiæ 19. Ascendit Dominus super nubem leuem, &c.* I. Prædici hic aduentum Christi in carnem tradit. II. Nubem leuem, carnem esse redemptoris; quam ascendit, vt Ægiptum nube quadruplici obuolutū eximeret; quas & repræsentat, dicens: quatuor primogenitas virgines Deo in creatione hominis cooperatas; veritatem, misericordiam, iustitiam, pacem. Et easdem ad puniendum hominem interuenisse. Has virtutes hominem deseruisse, & sic tenebris fuisse obductū ceu nubibus; caliginis, roris, grandinis, vmbræ mortis. III. Has tenebras, ingresso Domino in ægiptum, dissolutas fuisse ostendit. Quod vult per officia quatuor Dominicarum aduentus denotari. *A pag. 320. vsque ad 322.*

IN NATIVITATE DOMINI.

Eiusdem sermo 6. ad ea verba, *Sap. 18. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox, &c.* Id exponit de aduentu Christi in nocte post galli cantum, seu Prophetarum prædictiones. II. Sermonem & verbum Patris in medio silentio, silentibus iam Prophetis aduenisse docet. III. Quid loquatur nobis sermo iste, aperit. 1. Nominis nostri Christiani excellentiam. 2. quid agere debeamus. 3. quid in præmium expectare possimus. *A pag. 322. vsque ad 325.*

IN APPARITIONE DOMINI.

Eiusdem sermo 7. ad hæc verba, *Psal. 79. Qui sedes super Cherubin, appare coram Ephraim, Beniamin & Manasse.* I. Propositis Prophetarum oraculis quibus nunc optando, nunc imperando, nunc conquerendo, nunc indignando, sermones suos de Christo venturo variabant. Ipsis tacentibus, audiendam esse Ecclesiam ait, dicentem: *Apparuit humanitas & Diuinitas Saluatoris nostri.* II. Hodie dicendum esse Domino: *Qui sedes super Cherubin, apparuisti coram Ephraim &c.* Vbi docet tripliciter Christum apparuisse. 1. hodie, regibus, 2. trigesimo anno, Ioanni Baptistæ & turbis, 3. sequenti anno coram matre & discipulis, in mutatione aquæ in vinum. Quæ notantur in verbis Psalmistæ. III. Eadem verba de Christo iudice exponit: in cuius iudicio tres erunt ordines; iudicandi, iudicantes, & iudicati, per illa tria nomina significari. IV. Eadem interpretatur de Christo, quem inuitat, vt appareat tribus ordinibus hominum in hac vita, Actiuis, Prælatis, Contemplatiuis. *A pag. 325. ad 327.*

DE S. VINCENTIO MARTYRE.

Eiusdem sermo 8. ad ea verba, *Apocalip. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.* Ad claustrales. I. Considerat quis promittat, Deus Pater: cui promittat; & quid promittat, filium suum, lignum vitæ & vitam. II. Attendit quando facta sit ista promissio; tempore gratiæ; quo, dum medium silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus venit. Quando triplici fiducia freti pugnare possumus & vincere; Promissione patris, Exhortatione filij, cōsolatione SSti. Contra triplicem hostem, carnem, mundum, diabolum; De quorum impetu agit. III. Ostendit S Vincentium hos omnes hostes vicisse; quem imitari dicit regulares in claustro. *A pag. 328. vsque ad 330.*

IN HYPAPANTE DOMINI.

Eiusdem sermo 9. ad hæc verba, *Isaiæ 53. Oblatus est, quia voluit.* I. Bis oblatum fuisse Iesum considerat, semel in templo, iterum in ligno: vtrobique

quia voluit, sed præsertim in templo. II. Hæc quæ aguntur in Domino, moraliter intelligi vult à contemplatiuis. 1. quod oblatus est, quia voluit. 2. quod obtulerunt pro eo par turturum, aut duos pullos columbarum. 3. quod Simeon suscepit eum in vlnas suas 4. est, deuotio fidelium in luminum gestatione. Quibus status religionis insinuatur. 1. Ortus, est à voluntate. 2. Modus, in turture & columba, in anima & corpore: in paupertate, & fieri omnia omnibus. Duo ex vtroque, quia duo sunt cõtemplatiuorum rami, lectio & oratio. 3. Progressus, in gestatione Simeonis. Vbi de triplici gestatione Christi, Auditoris, Doctoris, Pastoris. Ad quod vltimum citò non aspiret Monachus. 4. Exitus, in luminum gestatione. Et hæc est perseuerantia; cuius exemplum Christus, lumen mundi præbuit, præsertim in cruce. *A pag.* 331. *ad* 334.

IN CAPITE IEIVNII.

Eiusdem sermo 10. ad ea verba Euangelij, *Matth.* 7. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut Hypocritæ, &c.* I. Ridiculosa videri verba Christi de lauanda facie & vngendo capite à ieiunante; sed ea non proponi homini, vt loquitur, pedissequo, sed Deiuido. II. Tria considerat hic tractari; ieiunare, faciem lauare, caput vngere; & quid mysticè significent; nempe, Abstinere à vitijs, bonum facere, Deo vtrumque tribuere. Quæ fusius explicat, contra tria mala inuecta à diabolo. III. Ieiunium quale esse debeat exponit; lauandam esse faciem triplici aqua, contritionis, confessionis & satisfactionis: Vngendum caput, id est Deum triplici vnctione, Plenitudinis; Deuotionis: gratiarum actionis. *A pag.* 335. *vsque ad* 338.

IN QVADRAGESIMA.

Eiusdem sermo 11. ad illud, *Hierem.* 50. *Eijcite lapides de plateis.* I. Septem lapides eijciendos esse à nobis, qui sunt septem peccata capitalia. II. Contra eiusmodi vitia remedia nobis proponi A hoc tempore. De quibus tractat sigillatim. *A pag.* 338. *vsque ad* 340.

Eiusdem sermo 12. in eadem quadragesima, ad hæc verba, *Psal* 90 *Qui habitat in adiutorio altissimi, &c.* I. Adiutorium altissimi, quo vsus est Christus contra diabolum, esse sacram scripturam. II. Varia genera hominum distinguit, qui diuersè se habent ad sacram scripturam: Aliqui irrident, alii corrumpunt, alii contemnunt, alii per eam transeunt; alii in ea habitant qui quod ore astruunt, opere exequuntur. III. His postremis promitti in protectione commorari. De his omnibus fuse differit. *A pag.* 340. *vsque ad* 343.

Eiusdem sermo 13. in eadem Qua- B dragesima. Ad Euangelii verba. *Marci* 1. *Expulit Iesum spiritus in desertum, &c.* I. Agit de ieiunio exemplo christi sectando, & cur non ad idem tempus quo christus ieiunauit, institutum est. II. Tractat de Quadragesimæ nomine. III. Sex conditiones ieiunantium determinat, quas in christo reperit. 1. Ducem, Spiritum sanctum. 2. locum, desertum. 3. & 4. Passionem eius & actionem; quæ sunt ieiunium, eleemosina, & oratio. 5. Cohabitationem, alter alterius onera portando. 6. Angelorum ministerium id est, Sacerdotum, quorum est dispensare corpus & sanguinem Domini. *A pag.* 343. *vsque ad* 346.

C IN HEBDOMADA MEDIA SEV Dominica Lætare.

Eiusdem sermo 14. ad ea verba, *Isaiæ* 66. *Lætare Hierusalem & conuentum facite omnes, &c.* I. Inquirit cur Ecclesia hoc tempore tripliciter exhortatur ad lætandum. Et dicit triplicem esse exultationem: Præteritam, pro exitu Israel de Babylone. Quotidianam, pro introitu in libertatem filiorum Dei. Consecutiuam, pro requie à laboribus in gaudio cælesti. II. Explicat cur in hac die ad hanc triplicem exultationem hortetur. Vbi, data occasione secundæ exultationis, de sex hominum tentationibus fusè differit. *à pag.* 346. *vsque ad* 349.

IN DIE PALMARUM.

EIusdem sermo 15. in illud, *Isaiæ 4. Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa dicentes, &c.* I. Verba Prophetæ ad litteram expendit. II. Eadem ad allegoriam trahit: & 1. Virum vnum esse Christum, & quomodo vnus sit. 2. Octo esse vnitates, quarum septem apprehenderunt vnam. Carnalem, naturalem, moralem, virtualem, personalem, socialem, spiritualem, supremam substantialem, vel super-substantialem. De quibus fusè discurrit, sub figura, septem mansionum, septem summitatum in candelabro, quibus septem dona SSti. super ponuntur: septem infusoriorum. Hæc ad Christum, octauam vnitatem, reducuntur. III. Hodie in processione Euangelica septem mulieres virum vnum apprehendisse, quæ sunt, Patres veteris & noui testamenti in fide vna; designati per eos qui præcedunt & qui sequuntur. IV. Quomodo hi dicant: *Panem nostrum comedemus.* Non iam alienum, doloris; sed nostrũ gaudij in cælo. V. De vestimentis corporis quidem, immortalitate; animæ autem, innocentia. VI. Nomen Dei, Christiani, inuocari debere super nos, vt verè Christi & Christiani simus. *A pag. 350. vsque ad 353.*

IN HEBDOMADA POENOSA.

EIusdem sermo 16. ad hæc verba, *Isaiæ 38. Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues.* I. Post litteralem sensum, ea verba dici animæ cuilibet vult, vt ad communicandum in Paschate domum disponat si viuere vult. II. De qua domo loquatur Spiritus sanctus. Sunt enim quatuor domus, & totidem Domini: domus dæmonis, domus hominis, domus animi domus Domini. De qua postrema est sermo. III. Virtutes esse per quas disponitur animus; quæ & ipsæ dispositione indigent. Vbi de interiorum & exteriorum hominis clientum dispositione agit. Externi sunt, quinque sensus: interioris, quatuor animi affectiones, gaudium, dolor, spes & timor. *A pag. 354. vsque ad 357.*

IN COENA DOMINI.

EIusdem sermo 17. hæc examinat, *Ioann. 13. Cum dilexisset suos Iesus, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* I. Docet id intelligi, aut de omnibus electis, aut de prælectis discipulis suis. Et vtrobique considerat, quis, quomodo, quos, & quantum dilexerit. II. Circa quantum duo proponit, lotionem pedum, & sacramenti institutionem. III. Quam multa & varia conferat Deus Christianis beneficia bonis & malis examinat. *A pag. 357. vsque ad 359.*

B Ejusdem sermo 18. ad hæc verba, *Matth. 26. Scitis quia post biduum Pascha fiet.* I. Tradit has voces, non solum esse Christi ad discipulos; sed etiam Ecclesiæ ad filios suos, vt præparent se ad esum escæ salutaris. II. Hanc præparationem fieri per biduum, quod est, declinare à malo, & facere bonum. III. Ad duo genera hominum hanc fieri ad monitionem: Deiuidum, & pedissequm. Huic proponi, non viam sanguinis, in passione, sed alteram aquæ triplicis, cordis, oris, & operis, quæ sunt velut tres dies. IV. Deiuido autem, non solum aquæ triplicis, sed etiam sanguinis per quintuplicem effusionem. *A pag. 359. vsque ad 361.*

C

IN ANNVNTIATIONE B. VIRGINIS.

EIusdem sermo 19. in Scholis habitus, ad illud, *Cant. 3. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, &c.* I. Hodie eum inceptus est filius Dei, hæc verba compleri asserit. II. Per filias Sion intelligi, vult litteratos sacros. III. Egrediendum eis esse tradit de terra nostra, de cognatione, de domo Patris. IV. Videndum esse Regem Salomonem, id est, Christum placabilem & desiderabilem, ostendit. V. Diadema in quo videndus est, esse duplicẽ coronam: Vnam, animæ bona naturalia ordinata; quæ sunt quatuor, Timor

in fronte, spes in capite, gaudium à dextris, dolor in sinistris. Quibus alia quatuor pro secunda corona superponuntur. Timori, iustitia; spei, prudentia; gaudio, temperantia; dolori, fortitudo. VI. Hoc diademate Christum in vtero Virginis esse coronatum à Virgine matre. *A pag.* 362. *vsque ad* 364.

IN LITANIA MAIORE.

Eiusdem sermo 20. *Ex psal.* 77. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Hæc verba tradit esse exprobrationem ad antiquos; Prophetiam, ad futuros: comminationem ad præsentes. Et I. Exprobrationem explicat factam Adamo & Euæ; tùm hominibus tempore Noë. tùm Sodomitis; tùm filijs Israël. Vbi & de ira Dei super eos. II. Eadem applicat Romanis, non dijudicantibus corpus Domini quod sumebant; in quos ira Dei excanduit, & pestis inquinari ad esæuit. Qua occasione littaniæ hæ institutæ fuerunt. III. Denique esse comminationem annualem ad præsentes, ne esca quæ datur illis ad resurrectionem, fiat ad ruinam. *à pag.* 365. *vsque ad* 367.

IN ASCENSIONE DOMINI.

Eiusdem sermo. 21. ad hæc verba, *Isaiæ* 2. *Venite, ascendamus ad montem Domini.* I. Hæc ad litteram explicat II. Ad moralia flectitur, & eos qui in Dan vel Bethauem à Deo recedentes ascendunt, interpretatur, 1. Luciferum. 2. Adamum: quos ij sequuntur qui dominari cupiunt, & scientia inflantur. III. Ab his sequendis reuocari hic fideles, & hortari, vt ascendant in montem Domini, Christũ hodie sequentes. IV. Septem Domini ascẽsus patuit, ab aqua in desertum: in thabor: in montẽ orare: in montem Apostolos eligere: super asinam; in crucem; in cælum. V. Per colles septẽ hortatur vt ascendamus ad montem. Hi sunt, Probationis, Spei, orationis, veritatis, mortificationis, perfectionis, glorificationis. VI. Quibus septem viis sit ascendendum, & muniti septem petitionibus orationis Dominicæ, deducit. *à pag.* 367. *vsque ad* 371.

A

DE S. TRINITATE.

Eiusdem sermo 22. expendit hæc verba, *Genes.* 2. *fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandam, &c.* I. Tradit, agi hic de Trinitate triplici: Principali: Primitiua & generali: quam fecit Dominus super terram. II. Primam esse personarum in Deo; quam demonstrat ex scripturis, præsertim ex verbis thematis. Alias esse Angelum & orbem. III. Tres esse Trinitates in cælo. Principalem, Deum; primitiuam, Angelũ; Generalem, operum Dei. Et vnamquamque Trinitatem esse trinam. De quibus fusè agit. IV. Loquitur de Trinitate quæ est in terra, quæ trina est. 1. Vnionis in Christo trium essentiarum

B in vna persona. 2. Testimonii, Spiritus, aquæ & sanguinis. 3. Officii, coniugatorũ, continentiũ, & prælatorũ V. Ostẽdit quàm necessariæ nobis sint hæ Trinitates ad salutem. *à p.* 371. *vsque ad* 375.

DE S. MARIA MAGDALENA.

Eiusdem sermo 23. ad hæc, *Amos* 1. *Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum.* I. Hanc Prophetiam, docet trahi posse ad consequentiam prohibitionis quam fecit Christus Magdalenæ cùm surrexisset à mortuis, *Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem, &c.* Et quærit cur tàm diligenti & dilectæ mulieri id dixerit. Et respondet verba thematis; scilicet, quia affecta humanitati Christi, debebat Di-

C uinitatem credere, vt in corde eius ascenderet Christus ad Patrem. II. Explicat, quæ sint tria, & quæ quatuor scelera, à quibus, velut à septem dæmonibus liberata est, & confirmata per fidẽ Diuinitatis. Tria sunt, cogitatio mala: Locutio peruersa, & operatio praua. Quatuor sũt, Extenuatio peccati, exultatio post peccatum: diffusio per exemplum; continuatio per contemptũ. De quorum singulis ostendit, naturã, multiplicitatem, remedium, & signum remissionis. III. Docet hortari etiam nos, ne de articulis fidei impudenter & imprudenter disputemus. IV. Tandem agit de exemplo & patrocinio S. Magdalenæ. *à pag.* 375. *vsque ad* 380.

IN FESTO SS. IACOBI, CHRISTOPHORI & Germani.

Eiusdem serm. 24. ad hæc verba, *Deuter. 17. In ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum.* I. Tractat de tribus ordinibus testium, primo, medio, & vltimo. De quibus simul agit. II. De primo ostendit dici illud quod in themate. Est enim Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; per quem omnia, creantur à Patre, reconciliantur à filio, glorificantur à Spiritu Sancto. III. Proponit de secundo ordine testium in Ecclesia: de Apostolis, Martyribus, Confessoribus: quorum doctrina, in tribus est: Spirituali generatione: speciali dilectione verbi incarnati, forma Christianæ religionis. Quorum singula in tribus sunt. 1. in baptismo, in pœnitentia, in Martyrio. 2. Vt Christus diligatur, dulciter, sapienter, & fortiter. 3. vt sobriè, piè & iustè viuamus. IV. Tertium ordinem testium introducit; qui sunt, Spiritus, aqua & sanguis. V. Redit ad secundũ ordinem testium, qui hodie apparent in Iacobo Apostolo, in Christophoro Martyre, in Germano confessore. Quos timendos dicit: sed id præsertim explicat de Sancto Germano. *A pag. 381. vsque ad* 384.

Eiusdem in eodem festo sermo 25. ad hæc verba, *Isaiæ 11. Vitulus, leo, agnus morabuntur simul, & puer paruulus minabit eos.* Ad claustrales. Et verba eadem exponit, 1. de generali conuersatione fidelium in Ecclesia, 2. de personali trium sanctorum in vnam solemnitatem, 3. de speciali virorum claustralium in vnam cohabitationem. I. In primo, Vitulus, Iudæos: notat. Leo, gentiles: Agnus, Christum amborum mediatorem. II. In secundo, Leo, Apostolum: Vitulus, Martyrem: Agnus, confessorem. III. In tertio, Per Leonem, Pastor: Per vitulum, dispensator: Per ouem, Conuentus incipientium, proficientium, peruenientium, errantium, intelliguntur. Hi omnes à puero paruulo, Christo nato reguntur. *A pag. 385. vsque ad* 388.

IN FESTO S. PETRI AD VINCVLA.

Eiusdem sermo 26. ad illud, *Actor. 12. Nunc scio vere quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me, &c.* Ad Canonicos Regulares. I. Docet hanc historiam litteraliter ad duo nos instruere, 1. vt omnem spem in Domino ponentes, bona nostra ipsi attribuamus, 2. vt in principio sermonis exemplo Petri quisque sit accusator sui. II. Spiritualiter ex eadem nos pasci ostendit. Intelligit enim hæc de Ecclesia, de virgo contemplatiuo, & de spiritu humano. III. B De Ecclesia, tempore gratiæ, ad quam missus est magni consilij Angelus, Christus, qui solus saluat à dæmone spiritali Herode: & de criminibus vniuersis, veluti de plebe Iudæorum. IV. De contemplatiuo seu claustrali, cùm firmus fuerit in proposito, & cum Petro portam ferream transierit. Vbi de prima & secunda custodijs transeundis; vinculo consuetudinis, & impetu tentationis. Porta autem ferrea; est species veritatis. Prima transitur, per obedientiam; secunda, per humilitatem: porta ferrea, quæ est tentatio sub specie recti, per constantiam & firmitatem. V. De homine in die obitus, cum libe- C ratur de corpore mortis huius. *A pag. 388. vsque ad* 393.

Eiusdem in eodem festo sermo 27. ad illud *Psal. 115. Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* I. Exponit id de solutione Physicalis nodi per mortem Petri. II. Intelligit spiritualiter de vinculis vanitatis, quæ septem constituit, non solum septem peccata mortalia, sed præsertim septem fontes vitiorum, 1. Negligentia, 2. curiositas, 3. cupiditas, 4. experientia, 5. consuetudo, 6. contemptus, 7. malitia. Et quid ab his solutus dicere Deo debeat, admonet. III. Docet Petrum accepta soluendi potestate, ab his homines liberare. Et alia esse vincula necessitatis quibus ligat Petrus. IV.

bolam Euangelij successiuè explanat, adhibitis obseruationibus moralibus. III. deplorat eorum miseriam, qui cùm plurimum laborauerint, foris vt fatuæ Virgines relinquentur. IV. expendit quod sit illud oleum, cuius defectu fatuæ expulsæ sunt; & dicit esse charitatem. V. Considerat vndè oleum illud comparandum est; à Deo scilicet. VI. duo docet, ne alieno solum merito confidamus, vt hæ fatuæ; Tùm, ne alieno commodo cum nostro damno prouideamus, exemplo prudentum VII. Commendat hoc oleum cuique necessarium. *A fol.* 240. *col.* 3. *ad* 243. *col.* 1.

Eiusdem Concio 2. ad hæc verba: *Mulier innupta & Virgo cogitat quæ Domini sunt.* 1. *Cor.* 7. Explicat. I. Triplicem vitam hominis: Animalem, secundum carnem & sensum: Rationalem, secundum rationem: & spiritualem, secundum spiritum Diuinum, quam postremam attollit. II. Hortatur præsertim Religiosos ad hanc vitam sectandam. III. Ad hanc obtinendam conferre plurimum pudicitiam ostendit. 1. quia non est consensus spiritus Dei cum libidine. 2. quia ab omni negotio libera est. Vndè persuadet vacandum esse Domino soli. *à fol.* 243. *col.* 1. *ad* 245. *c.* 3.

DEDICATIO ECCLESIÆ.

*B. Alberti Magni sermo 1 ad ea verba, *Habacuc* 2. *Dominus in templo sancto suo; lætetur à facie eius omnis terra.* Quatuor templorum genera distinguit. I. est, vterus Virginalis, in quo fuit Dominus per carnis assumptionem. II. Ecclesia materialis, in qua est, per passionis suæ repræsentationem. III. Anima fidelis, in qua residet per gratiæ infusionem. IV. Mansio super cælestis in qua inuenitur per sanctorum glorificationem. *A pag.* 241. *col.* 2. *ad* 242. *col.* 1.

Eiusdem sermo 2. ad hæc, *Apocal.* 21. *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.* Vbi agit de quadruplici throno. 1. Gratiæ, qui est B. Virgo, in qua quieuit. 2. Misericordiæ, qui est Crux, in qua tortus est. 3. iustitiæ, qui A est potestas iudiciaria; in quo sedebit. 4. gloriæ in cælo vbi regnat. *Pag.* 242. *col.* 2.

Eiusdem sermo 3. ad hæc verba, *Genes.* 28. *Egressus Iacob de Bersabee pergebat Haran, viditque in somnis scalam,* &c. Considerat. I. Per Iacob notari animam ad salutem aspirantem & terrena fastidientem. II. Scalam per quam ascendere debet, esse decem præcepta legis, cuius latera sunt, dilectio Dei & proximi. III. Per hanc scalam Angelos descendere & homines ascendere. IV. Quos celestis Pater innixus scalæ hilariter recipit. *Pag.* 243. *col.* 1. & 2.

S. Ambrosii sermo in Dedicationem Ecclesiæ. I. Euangelium Centurionis exponit. II. Meritum eorum B qui Ecclesiam suis sumptibus, ac templum propriis expensis fabricant, construunt, ac dotant, expandit. III. Humilitatem Centurionis, se indignum, vt sub tectum suum Christus intraret, profitentis magnipendit, ac celebrat. *Tom.* 5. *serm.* 26. *de sanctis col.* 160. & *seq.*

Eiusdem concio de Basilicis non tradendis hæreticis aut gentilibus, ad populum suum Mediolanensem contra Auxentium inuasorem Arrianum. *Tom.* 5. *conc.* 1. *inter conciones pro variis Actionib. col.* 97. & *sequent.*

S. Augustini sermo primus in anniuersario Dedicationis Ecclesiæ vel altaris habendus. Pauca de Dedicatione loquitur, notat tantùm, quod C quicquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spirituali ædificatione compleatur, si velimus. Deinde quanta puritate conscientiæ & sanctitate animæ ad Altare, & ad Eucharistiam accedere debeamus exaggerat. *Tom.* 10. *serm.* 252. *de Temp. fol.* 252.

Eiusdem sermo de eadem solemnitate secundus. Docet eos rectè Ecclesiæ festa colere, qui se Ecclesiæ filios esse recognoscunt: Exinde de Ecclesia christi sponsa pertractat, eamque Reginæ Saba per omnia assimilat. *Tom.* 10. *serm.* 253. *de Temp. fol.* 252.

Eiusdem sermo pro eodem die tertius, in basilica S. Petri Carthaginensis habitus. Ostendit illum diligere

decorem domus Dei, qui est in decorem domus Dei, illum autem esse in decorem domus Dei; qui vas est in honorem; & non in contumeliam: illum vero esse vas in honorem qui bene & secundum Deum viuit. Vbi multa de bonis ac reprobis, & quare Deus permittat malos esse in hoc mundo, cùm sint vasa ignominiæ in domo sua, super numerum vasorum multiplicata. *Tom. 10. serm. de Temp. 254. fol. 252. & sequentib.*

Eiusdem sermo quartus, in quo S. Doctor de Templo, & Altari materiali transit ad Templum & Altare spiritale & tria dicit. I. Animam iustam Dei templum esse, sicut è contra animam iniustè agentem & vitiis deditam à Dæmone inhabitari. II. Duo altaria in nobis erigenda, sicut in templo Salomonis agnoscitur factum, vnum exterius in corpore per castitatem: alterum interius in corde per puritatem. III. Ignem diuini amoris in corde accendendum, & ignem cupiditatis extinguendum. *Tom. 10. serm. de temp. 255. fol 253. & sequentib.*

Eiusdem sermo quintus, vnde supra. Agit de constructione & Dedicatione Templi mystici, hoc est, animarum nostrarum, ad similitudinem templi & Basilicæ materialis, ostenditque hic in præsenti vita templum multis laboribus construi, ædificari, consurgi: in alia verò h. e. æterna sanctificari, consecrari, & cum lætitia dedicari. *Tom. 10. serm. 256. de temp. fol. 254.*

Eiusdem sermo sextus. Templum spiritale describit, cuius fundamentum Christus, simul & lapis angularis: cuius pauimentum, humilitas: cuius parietes, oratio & prædicatio: cuius luminaria, diuina testimonia: cuius columnæ, infirmorum sustentatio: cuius tectum, inopum protectio: per patientiam autem laboribus plurimis construitur in hoc sæculo, vt in futuro cum gaudio dedicetur. *Tom. 10. fol. 324. serm. 16. inter 17. quos Carthusia Parisiensis euulgauit.*

S. V. Bedæ homilia prima de Dedicatione, in illud Euangelij, *Non potest arbor bona fructus malos facere, &c.* I. Omne quod agitur in festo Dedicationis mysticè explicat. II. Quare Ecclesia, quæ numero est vna, fuerit figurata per vtramque basilicam. Tabernaculi videlicet & templi; rationem reddit. III. Totum Euangelium percurrit & moraliter interpretatur. IV. Ecclesiam Catholicam domui firmiter fundatæ assimilat. V. Structuram templi Salomonis ædificationi vniuersalis Ecclesiæ accommodat. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. à col 169. ad col. 174.*

Eiusdem homilia secunda de eadem solemnitate, in illud Euangelij, *Facta sunt Encæniæ in Hierosolymis, &c. Ioan. 10.* I. Textus Euangelicus explanatur II. Trinam fuisse templi Salomonis Dedicationem diuersis temporibus celebratam ostenditur. III. Templi eiusdem constructio Dedicationi Ecclesiæ coaptatur. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. à col. 174. ad col. 178.*

Eiusdem homilia tertia in Euangelium, *Ingressus Iesus perambulabat Iericho, & ecce vir nomine Zacchæus, &c. Luc. 19.* Euangelicam lectionem solummodò exponit, & populum Gentilem Zacchæo similem ostendit. *Tom. 7. homil. Æstiual. de sanct. col. 178. & sequent.*

Berenoosii Abbatis sermo de Dedicatione Ecclesiæ, pauca habet de Templi consecratione, eaque mysticè intelligit de templo corporis & animæ: multa verò de reliquiarum veneratione, & Sanctorum honore. *Tom. 2. Biblioth. Patr. à col. 869. ad col. 871.*

S. Bernardi sermo primus in Ecclesiæ Dedicationem I Docet festiuitatē Dedicationis non tam esse templi consecrati, quàm nostram, cùm simus templum viuens Dei, & sacrum Spiritus sancti habitaculum. II. Christum summum Pontificem, eadem in nobis operari inuisibiliter, quæ visibiliter in templi materialis consecratione fecēre Pontifices Quinque autem præcipuè notat, quæ sunt, aspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, & benedictio. *col 338. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus, de eadem.

Qqqq ij

dicuntur, Sicomorus, fides dicitur, nos eleuans vsque ad conspectum Dei pro-vt nunc haberi potest: de his autem iustificatis & eleuatis hominibus tanquam de viuis lapidibus construitur domus & altare Dei *Tom. 3. pag. 19.*

S. P. Chrysologi sermo in Euangelium de Zachæo, quod legitur in Dedicatione Ecclesiæ. Textus Euangelicus exponitur, & variis conceptibus litteralibus, mysticis, necnon allegoricis ornatur. *Serm. 54. col. 138. & sequentibus.*

S. I. Chrysostomi homilia in Zachæum. I. Christus Aucupi comparatur, qui animam Zachæi ab arbore deiicit, & visco suæ charitatis implicat & capit. II. Quomodo Zachæus sit Abrahæ filius ex operibus agnoscit & demonstrat. III. Ad eleëmosynam fideles hortatur. *Tom. 6. pag. 582. & sequentibus.*

✠ Eiusdem de cæco & Zacheo. Vbi I. de cæco agit & transit ad Zachæum. II. Christum aucupi comparat, qui animam Zachæi ex arbore deiicit, & visco suæ charitatis implicat & capit. III. Ab ingrediente Domino domum eius, paulatim eradicatam fraudes omnes in quadruplum restituisse. IV. Vt hic opera Abrahæ faciens, eius filius dicitur: ita nos Christianos ex bonis & dignis actionibus nominandos esse. V. Hortatur ad eleemosynam; & argumentum præmit ex consideratione extremi iudicij. *Tom. 6. Paris. edit. Græco Latinæ apud Sebast. Cramoisy, & Anton. Stephanum anno 1624. a pag. 582 vsque ad 593. At hæc homilia tribuitur Ioanni Neno-ly Sylu. Hierosol. & inter opera eius legitur Tom. 1. pag. 557. col. 1. & sequent.*

B P. Damiani sermo primus de Dedicatione Ecclesiæ. Sanctam matrem Ecclesiam Christi sponsam immaculatam laudibus celebrat: & duodecim ipsius sacramenta, (vocem Sacramenti largè accipiendo) enumerat, & explicat. *Tom. 2. serm. 69. pag. 315. & sequent.*

Eiusdem sermo secundus de eadem, in illud Psal. 49. *Immola Deo sacrificium* A *laudis, &c.* I. Tria sacrificia notat, quæ Domino reddere debemus, contritionis videlicet, operationis & laudis. II. De ritibus horum sacrificiorum differit. III. De redditione votorum pertractat, *Ibid. serm. 70. pag. 318. & seq.*

Eiusdem sermo tertius vnde supra, in illud Genes. 1. *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, &c.* I. Sanctam Ecclesiam cum Mundo confert, ipsius enim figuram gerit. II. Per solem charitatem, quindecim radiis coruscantem intelligit. III. Pœnitentiam Lunæ assimilat. IV. Pœnitentiæ radios mysticè explicat. *Ibidem serm. 71. pag. 319. & sequentibus.*

Eiusdem sermo quartus imperfectus, vnde supra. I. Ceremonias Dedicationis Ecclesiæ mysticè interpretatur. B II. Ecclesiam tabernaculo fœderis assimilat. III. De templi materialis & spiritalis variis pollutionibus differit. IV. Templi cordis nostri munditiam & decorem suadet. *Ibidem serm. 72. pag. 320. & sequent.*

✠ Dionysii Carthusiani in festo Dedicationis Ecclesiæ, pro Epist. sermo, ex quo militans Ecclesia gloriosa proclamatur, quia, 1. ciuitas est Dei & vnio Christianorum per fidem & charitatem, 2. sancta est, spiritus enim sanctus ab vniuersis eam purificat peccatis mortalibus, 3. pacem cœlestis patriæ speculatur, & ad eam suspirat & tendit. 4. A Deo parata est, & C per supernaturalia Spiritus sancti dona decorata. 5. Dei est sponsa. *Ex proprio sanctorum, à fol. 348. pag. 1. ad fol. 349. pag. 1.*

Eiusdem pro Euang. sermo primus. Vt homo dignum Dei fit habitaculum sanctificare debet. Primo, exteriores sensus, sc. visum, illum diligenter custodiendo; aures, ne audiant verba detractatoria; proprium tactum, à libidinosis palpationibus cauendo; gustum, necessitatem non voluptatem quærendo; olfactum, ab immoderatâ odorum voluptate eum frænando. Secundò. Sensus interiores, vtilia ac salubria cogitando, &c. *Ex proprio de sanct. a fol. 349. pag. ad fol. 350. pag. 1.*

Eiusdem, sermo secundus De vtraque Ecclesia, materiali sc. & spirituali, quàm sint dæmonibus terribiles, piisque amabiles, & de intelligentiâ visionis sancti Iacob. *In sanctorum proprio, a fol.* 350. *pag.* 2. *ad fol,* 351. *pag.* 1.

HVGONIS A S. VICTORE sermo primus de Dedicatione Ecclesiæ. Ea quæ in templis materialibus conspiciuntur, mysticè refert ad Ecclesiam & fideles. Hæc autem sunt lapides, cæmentum, fundamentum, parietes, tectum, longitudo, latitudo, altitudo, sanctuarium, chorus, nauis, atrium, altare, turris, campanæ, fenestræ, dealbatura interior, & exterior cerei duodecim, Pontifex dicans, & Ecclesiaam circuiens. *Tom.* 2 *Institut. Monast. serm.* 1. *pag.* 315.

Eiusdem sermo secundus tropologicus, vnde supra. Animam tabernaculum Domini esse ostendit, in quo omnia illa quæ in præcedenti sermone notata sunt moraliter inueniuntur. Insuper quanta sit animarum dignitas, Deum habitatorem in se habere ponderat. *Ibid. serm.* 2 *pag* 316.

Eiusdem sermo tertius anagogicus, vnde supra. Ecclesiam sanctam eiuitati Hierosolymorum assimilat, in vtraque enim reperiuntur, lapides, murus, turres, ædificia & portæ: ædificia alia eburnea, alia verò lapidea: portæ nouem nimirùm, gregis, piscium, vetus vallis, sterc ris, fontis aquarum, equorum, & iudicialis; quæ omnia mystica expositione illustrantur. *Ibidem serm.* 3 *pag.* 316. *seq.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo 1. ad hæc verba, *Luc* 19. *In domo tua oportet me manere.* Tractat de renouatione exterioris interiorisque hominis: & debere hominem abnegare seipsum omnesque prauas affectiones deponere. Quo facto Deus suum in homine locum constituit Idque illustrat comparatione triplicis generis pennarum, super quas Deus ambulat. & sycomori quem ascendere debemus vt Iesum facilius inspiciamus. *a p.* 659. *ad* 662.

Eiusdem sermo 2. ad hæc verba, *Matth.* 21. *Domus mea domus orationis vo-* A *cabitur.* Conditionem proponit quâ interiora nostra domus orationis fiant: vt inde scilicet ementes & vendentes eijciamus. II. Ad orationem requiri deuotionem tradit, & quid sit deuotio aperit. III. Tria explicat per quæ compendio ad regnum Dei quod intra nos est, peruenitur: fidem intellectualem seu rationalem Dei cognitionem; Orationem. *A pag.* 662 *ad* 665.

B. IVONIS CARNOTENSIS sermo de Sacramentis dedicationis. Omnia quæ in templi constructione & consecratione obseruantur cuilibet Christiano subtiliter accommodat: & ad Ecclesiam Catholicam refert. *Tom.* 1. *Auctar. Bibliot. Patrum de Ecclesiasticis sacrament. &* B *officijs serm* 4. *col.* 783. *& sequent.*

✠ S. LAVRENTII NOVAR. hom. 1. de pœnit. longè antè medium, hodiernum tractat Euangelium, & primo statuit cupiditatem radicem esse omnium malorum. 2 auaritiam docet habere aquam propriam qua extinguatur eleemosinam. 3 id ostendit exemplo Zachæi, & textum Euangelij expendit. 4 hortatur. Et ad eius instar emendemur. Vbi multa de eleemosina. *Tom.* 2 *Bibl. PP. edit.* 3. *Par, a col* 347. *ad* 350.

✠ NICOLAI DE CVSA in die dedicationis Ecclesiæ, sermo, *Vidi ciuitatem sanctam, &c. Apocal.* 21. Nihil est subsistens in hoc mundo, in quo non C resplendeat regnum cœlorum, cum omne subsistens in amore, concordiâ, seu pace subsistat: & in tantùm subsistit, inquantùm ibi regnat concordia. Deus creauit nos omnes qui sumus ex Adâm quo omnes sumus, vt in patre secundùm carnem, licet successiuè apparuerimus in hoc mundo, ducti de potentiâ in actum: Deus igitur omnia simul creauit, & sicut in vno homine omnes homines, ita & in vna creatura quæ potest dici mūdus, omnes fecit creaturas. Christus qui fuit ab æterno Dei filius, seu verbum, denuò conceptus est in Mariâ, & ex eius vtero genitus. vt esset in humanitate filius hominis: Sic nos qui sumus in humanitate nati, vt sumus filij hominum, nascimur: dum autem

sic nati sumus, denuò in vtero matris A Ecclesiæ renascimur, vt generemur ex vtero matris Ecclesiæ, sc. Dei. *Excit. lib. 4. à pag. 452. ad pag. 454.*

✠ RABANI MAVRI homilia 1. Ostendit I. Optimè ab eo Ecclesiam Deo dedicari. qui Dei templum fieri contendit. II. Proponit figuram eorum quæ agenda sunt ex Moysis tabernaculo, & templo Salomonis. III. Id exigere Christum cum vult in Euangelio bonas arbores, & bonos fructus earum. *Tom. 5 pag. 603. col. 2. & 634. col. 1.*

Eiusdem homilia 2. ad Euangelium *Ioan. 10. facta sunt Encænia in Hierusalem.* I. docet exemplo Christi esse Encœnia celebranda. B II. Potiora esse templa nostra; præsertim spirituale cordis nostri. antiquo Salomonis. III. Curandum esse vt sæpè Deus in hoc templum veniat, & parandam conscientiam. *Tom. 5. pag. 604. col. 1. & 2.*

✠ THEOPHANIS CERAMEI hom. 15. Euangelium explanat historiam huius diei. Et prius quidem proponi in ea primum, mysticæ illius scalæ gradum, quam in somno vidit Iacob, pœnitentiam, affirmat, cùm obijcit hominis publicani & peccatum, & pœnitentiam. Deinde textum historiæ tùm ad litteram, quàm iuxta mysticos sensus elucidat. Denique hortatur vt C Zachæum pœnitendo imitemur. *à pag. 87. ad 92.*

✠ B. THOMÆ A VILLANOVA Concio, ad hæc verba: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos. 1. Corinth. 3.* Vbi I. tradit non esse mirum si templis nostris festa instituimus, cùm eorum vmbris id præstitum sit. II Non tàm materialibus, quàm spiritualibus templis solemnitatem impendi. III. Hoc templum esse animam hominis, in qua Deus inhabitat, expendit. IV. Cauendum esse cuique docet ne quid in se contineat quod oculos Dei offendat. V. Hoc præsertim esse studendum animæ per votum & professionem Deo sacratæ. *A fol. 251. col. 3. ad 253. col. 2.*

S. ZENONIS VERONENSIS sermo in Ecclesiæ dedicatione habitus. De spirituali domus Dei ædificatione differit: & quantùm Ecclesiæ nostræ fanis idolorum, imò & templo Salomonico ac aliis Iudæorum Synagogis præstent, demonstrat. *Tom. 2. Biblioth. Patr. col. 761. & sequent.*

FESTVM RELIQVIARVM.

✠ THEOLFRIDIS ABBATIS sermo 1. docet laudandum esse Deum in reliquijs sanctorum mirabilem, 1. quod nobis totius mundi conferat diuitias. 2. quod prouincijs & ciuitatibus datæ sint in solatium. 3. quod sint lucernæ luminis sui splendorem spargentes. 4. quod miraculis corda hominum & fidem excitent. 5. quod ex earum gloria Deo honor exurgat. 6. quod per eas viuant sancti, cùm mortui sint. 7. quod plurimum valeat sanctorum puluis in dæmones. 8. quod sint velut aromata quorum odorem manus suscipit. *Tom 2. Biblioth. Patr. 2. edit. col. 669. & sequent.*

Eiusdem serm. 2. Exempla sanctorum docet esse curationis nostræ antidotum. Indéque laudandum esse Deũ qui est virtus sanctorum, 2. Sanctos nostros esse apud Deum mediatores, potentissimos quia fratres Domini, & quia non deficit in eis sanctitas, 3 comparat eos Iobo & Thobiæ. 4. Docet, virtutibus meruisse cœlestia, 5. cùm cœlestis ciuitatis describit excellentiam & sanctorum fœlicitatem, 6. hinc concludit quantum venerationis corporibus eorum debeatur, 7. Quæ & multum conseruat nobis: quod vltimum declarat exemplis, non solum noui testamenti in Petro, Paulo & Iacobo; sed etiam antiqui in Moyse & Elia. 8. Infert reliquias eorum esse venerationi habendas. Nec non etiam imitandos esse. *Ibidem col. 671. & seq.*

Finis Concionum de Sanctis in Communi.

APPENDIX
BIBLIOTHECÆ PATRVM ET DOCTORVM CONCIONATORIÆ.

Adiectus operi à R. Patre PETRO PIJART *Ord. Minimorum.*

PErqvirenti quibus operibus denuo augerem & illustrarem Bibliothecam hanc, non venerant ad manus opera S. Aleimi Auiti & Petri Blesensis, inter quæ sunt sermones de diuersis. Nec non S. Procli orationes octodecim plurium solemnitatum propriæ. Ex quo enim aduerti in elencho autorum secundæ editionis locum huic S. Patri concessum fuisse, facile credidi omnes eius orationes in ea comprehendi. At attentius sed tardius reperi duas solum ex anctuario Bibliothecæ Patrum editas. Reliquas ergo vna cum sermonibus dictorum Auiti & Blesensis, hic habe in summaria reductas, & è locis infracitandis erutas.

DE S. ALCIMO AVITO.

SAnctus Aleimus Eodicius Auitus è senatore Romano tertius post S. Mamertum Viennensis Archiepiscopus S. Isacij Senatoris Romani & in sede Viennensi antecessoris filius, eloquentia & sanctitate insignis, acerrimus Arianæ hæresis insectator, floruit ad annum 500. sub Gondebaldo Burgundiæ, & Clodouæo Galliæ Regibus. Interfuit Concilio Epaunensi anno 509. *Multa versu & soluta oratione stilo eleganti scripta reliquit, quæ partim Arianorum malitia exciderunt; partim vtilitati publicæ à R. P. Iacobo Sirmundo è Societate Iesu viro spectatissimo, notis illustrata, donata sunt* A *& excusa Parisijs apud Sebastianum Cramoisy Architypographum Regium, via Iacobea sub ciconij anno 1643. In octauo.*

IN COENA DOMINI.

S. Alcimi Auiti ex sermone de natali calicis fragmentum declarat institutionem sacramenti corporis & sanguinis Domini esse testamentũ nouum quo Christus non sua vt alij, sed semetipsum tradidit populo Christiano. In quo se totum omnibus, & totum singu-B lis, integer perseuerans, hæreditatem constituit. *Pag. 208. & 209.*

IN DIE SANCTA VENERIS.

EIusdem fragmentum ex sermone de passione Domini tradit ex Adami costa formatam Euam præfigurasse Ecclesiam è latere dormientis Christi in cruce pertractam. II. Cur latus Christi apertum notanter asseratur. III. Quid è latere profluxerit Christi, C aqua & sanguis. In cuius plagam sponsa Ecclesia introducta est. *A pag. 189. vsque ad 191.*

IN DIE SANCTO PASCHÆ.

EIusdem fragmentum ex sermone die primo Paschæ, expendit Christum hodie esse non vnigenitum, sed primogenitum ex mortuis, & quomodo id verum sit explanat, quia alij resuscitati iterum mortui sunt. *Pag. 196. & 197.*

IN

A

IN ROGATIONIBVS.

Eiusdem homilia de Rogationibus. In cuius initio angustias Viennensis territorii tempore S. Mamerti antecessoris sui. Tum ab eodem prudenti consilio Rogationum tres dies hos fuisse institutos, indictis ad diuersas Ecclesias processionibus. Deindè hortatur ad eiusmodi dies celebrandos; communisque orationis vtilitates proponit. Expendit postea verba Christi: *Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis*. Et quid singula sonent subtiliter demonstrat. Denique Euangelicam lectionem, quæ nauim exhibet fluctibus iactatam dormiente Domino, & ad eum recurrentes Apostolos, præsenti necessitati accommodat, in qua ad Christum conclamandum est vt euigilet propter nos, & tempestatem componat. *A pagin.* 150. *vsque ad* 157.

B

Eiusdem fragmentum ex sermone die primo Rogationum, Ostendit præparari nos debere in occursum Dei ad iudicium venientis. Sed & modo occurrendum esse Deo per pœnitentiam & à licitis coërcitionem. *Pag.* 198. & 199.

Eiusdem aliud fragmentũ ex serm. die 2. Rogationum, ad hæc verba Apostoli 1. Tim. 6. 7. Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre possumus, Ostendit quid nostrum, quid ve alienum sit, & quàm vana solicitudine in augendis diuitiis & earum vsu detineamur. Diuitias non esse nostras: Solam autem voluntatem & opera bona nostra esse, quæ inuiti perdere non possumus. *Pag.* 204. & 205.

C

Eiusdem aliud fragmentum die 3. Rogationum ad apostoli verba 2. Tim. 2. 20. In domo magna non solum argentea vel aurea, sed etiam lignea vasa & fictilia reperiri dicit: & quid cuique congruat aperit. *Pag.* 206.

IN DIE FESTO PENTECOSTES.

Eiusdem ex sermone de Pentecoste fragmentum considerat tribus linguis affixum Christi cruci titulum, vt omnis lingua confiteatur Iesum in gloria esse Dei patris. *Probabile est*, hinc voluisse factum, vt hodie omnium linguis loquerentur Apostoli pleni Spiritu Sancto. *Pag.* 194.

IN ORDINATIONE EPISCOPI.

Eiusdem ex sermone in ordinatione Episcopi fragmentum examinat dictum Pauli Apostoli. Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat: Et quod sit illud opus bonorum operum & morum in Episcopo aperit. Non quod ab omnibus vitijs liberi esse possint, sed quod periculosum illos merita sua non ponderare, & quod irreprehensibilibus solis debetur, ambire. II. Inuehitur in mercatores Episcopatuum, & conditiones Episcoporum quas ponit Apostolus, examinat. 1. *Tim.* 3. 2. & 3. *à pag.* 201. *ad* 204.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

Eiusdem ex sermone in Dedicatione Ecclesiæ Archangeli Michaelis mysteria visionis Iacob in somno ad propositum expendit. I. Vnctum ab eo lapidem, vt fit in templis nostris, ad vnctionem fidelium trahit. 2. Schalæ gradus, supplicationes hominum: ascensus & descensus angelorum; præsertim Michaelis, mynisteria indicare eorum, quæ & proponit. *Pag.* 195. & 196.

DE PETRO BLESENSI.

Petrus è Natali vrbe in Gallia Blesensis dictus, nobili ortus genere, Monachus S. Benedicti, primum Regis Siciliæ Guillelmi II. præceptor &

Deo esse quæsitam Virginem Mariam, de qua carnem sumeret, salua Virginitate; ac postea incaluit Deus dilectione in nos. III Iterum eam quæ Salomonis est (sic enim appellat) quam ad redamandum reduxit Deus, & redijt in Ecclesiam gentium. IV. Tum ad Sunamitem Elisæi conuertitur. S. Lucam Christi pro nobis calui. V. Denique quartam loquitur Cœnobiorum cœtum, ceu viduam illam duo minuta mittentem in gazophilacium. Vbi de eorum institutione & diuersitate. *A pag. 316. vsque ad 319.*

Eiusdem sermo 5. de eodem aduentu Domini, ad hæc verba, *Isaiæ 19. Ascendit Dominus super nubem leuem, &c.* I. Prædici hic aduentum Christi in carnem tradit. II. Nubem leuem, carnem esse redemptoris; quam ascendit, vt Ægiptum nube quadruplici obuolutũ eximeret; quas & repræsentat, dicens: quatuor primogenitas virgines Deo in creatione hominis cooperatas; veritatem, misericordiam, iustitiam, pacem. Et easdem ad puniendum hominem interuenisse. Has virtutes hominem deseruisse, & sic tenebris fuisse obductũ ceu nubibus; caliginis, roris, grandinis, vmbræ mortis. III. Has tenebras, ingresso Domino in ægiptum, dissolutas fuisse ostendit. Quod vult per officia quatuor Dominicarum aduentus denotari. *A pag. 320. vsque ad 322.*

IN NATIVITATE DOMINI.

Eiusdem sermo 6 ad ea verba, *Sap. 18. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox, &c.* Id exponit de aduentu Christi in nocte post galli cantum, seu Prophetarum prædictiones. II. Sermonem & verbum Patris in medio silentio, silentibus iam Prophetis aduenisse docet. III. Quid loquatur nobis sermo iste, aperit. 1. Nominis nostri Christiani excellentiam. 2. quid agere debeamus. 3. quid in præmium expectare possimus. *A pag. 322. vsque ad 325.*

IN APPARITIONE DOMINI.

Eiusdem sermo 7. ad hæc verba, *Psal. 79. Qui sedes super Cherubin, appare coram Ephraim, Beniamin & Manasse.* I. Propositis Prophetarum oraculis quibus nunc optando, nunc imperando, nunc conquerendo, nunc indignando, sermones suos de Christo venturo variabant. Ipsis tacentibus, audiendam esse Ecclesiam ait, dicentem: *Apparuit humanitas & Diuinitas Saluatoris nostri.* II. Hodie dicendum esse Domino: *Qui sedes super Cherubin, apparuisti coram Ephraim &c.* Vbi docet tripliciter Christum apparuisse. 1. hodie, regibus, 2. trigesimo anno, Ioanni Baptistæ & turbis, 3. sequenti anno coram matre & discipulis, in mutatione aquæ in vinum. Quæ notantur in verbis Psalmistæ. III. Eadem verba de Christo iudice exponit: in cuius iudicio tres erunt ordines; iudicandi, iudicantes, & iudicati, per illa tria nomina significari. IV. Eadem interpretatur de Christo, quem inuitat, vt appareat tribus ordinibus hominum in hac vita, Actiuis, Prælatis, Contemplatiuis. *A pag. 325. ad 327.*

DE S. VINCENTIO MARTYRE.

Eiusdem sermo 8. ad ea verba, *Apocalip. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.* Ad claustrales. I. Considerat quis promittat, Deus Pater: cui promittat; & quid promittat, filium suum, lignum vitæ & vitam. II. Attendit quando facta sit ista promissio; tempore gratiæ; quo, dum medium silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus Dominè a regalibus sedibus venit. Quando triplici fiducia freti pugnare possumus & vincere; Promissione patris, Exhortatione filij, cõsolatione SSti. Contra triplicem hostem, carnem, mundum, diabolum; De quorum impetu agit. III. Ostendit S. Vincentium hos omnes hostes vicisse; quem imitari dicit regulares in claustro. *A pag. 328. vsque ad 330.*

IN HYPAPANTE DOMINI.

Eiusdem sermo 9. ad hæc verba, *Isaiæ 53. Oblatus est, quia voluit.* I. Bis oblatum fuisse Iesum considerat, semel in templo, iterum in ligno: vtrobique

quia voluit, sed præsertim in templo. II. Hæc quæ aguntur in Domino, moraliter intelligi vult à contemplatiuis. 1 quod oblatus est, quia voluit. 2 quod obtulerunt pro eo par turturum, aut duos pullos columbarum. 3. quod Simeon suscepit eum in vlnas suas 4. est, deuotio fidelium in luminum gestatione. Quibus status religionis insinuatur. 1. Ortus, est à voluntate. 2. Modus, in turture & columba, in anima & corpore: in paupertate, & fieri omnia omnibus. Duo ex vtroque, quia duo sunt cōtemplatiuorum rami, lectio & oratio. 3. Progressus, in gestatione Simeonis. Vbi de triplici gestatione Christi, Auditoris, Doctoris, Pastoris. Ad quod vltimum citò non aspiret Monachus. 4. Exitus, in luminum gestatione. Et hæc est perseuerantia; cuius exemplum Christus, lumen mundi præbuit, præsertim in cruce. *A pag.* 331. *ad* 334.

IN CAPITE IEIVNII.

EIusdem sermo 10. ad ea verba Euangelij, *Matth.* 7. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut Hypocritæ, &c.* I. Ridiculosa videri verba Christi de lauanda facie & vngendo capite à ieiunante; sed ea non proponi homini, vt loquitur, pedisseqno, sed Deiuido. II. Tria considerat hic tractari; ieiunare, faciem lauare, caput vngere; & quid mysticè significent; nempe, Abstinere à vitijs, bonum facere, Deo vtrumque tribuere. Quæ fusius explicat, contra tria mala inuecta à diabolo. III. Ieiunium quale esse debeat exponit; lauandam esse faciem triplici aqua, contritionis, confessionis & satisfactionis: Vngendum caput, id est Deum triplici vnctione, Plenitudinis; Deuotionis: gratiarum actionis. *A pag.* 335. *vsque ad* 338.

IN QVADRAGESIMA.

EIusdem sermo 11. ad illud, *Hierem.* 50. *Fiscite lapides de plateis.* I. Septem lapides eijciendos esse à nobis, qui sunt septem peccata capitalia. II. Contra eiusmodi vitia remedia nobis proponi

A hoc tempore. De quibus tractat sigillatim. *A pag.* 338. *vsque ad* 340.

Eiusdem sermo 12. in eadem quadragesima, ad hæc verba, *Psal* 90 *Qui habitat in adiutorio altissimi, &c.* I. Adiutorium altissimi, quo vsus est Christus contra diabolum, esse sacram scripturam. II. Varia genera hominum distinguit, qui diuersè se habent ad sacram scripturam: Aliqui irrident, alii corrumpunt, alii contemnunt, alii per eam transeunt; alii in ea habitant qui quod ore astruunt, opere exequuntur. III. His postremis promitti in protectione commorari. De his omnibus fuse differit. *A pag.* 340. *vsque ad* 343.

Eiusdem sermo 13. in eadem Qua-
B dragesima. Ad Euangelii verba. *Marci* 1. *Expulit Iesum spiritus in desertum, &c.* I. Agit de ieiunio exemplo christi sectando, & cur non ad idem tempus quo christus ieiunauit, institutum est. II. Tractat de Quadragesimæ nomine. III. Sex conditiones ieiunantium determinat, quas in christo reperit. 1. Ducem, Spiritum sanctum. 2. locum, desertum. 3. & 4. Passionem eius & actionem; quæ sunt ieiunium, eleemosina, & oratio. 5. Cohabitationem, alter alterius onera portando. 6. Angelorum ministerium id est, Sacerdotum, quorum est dispensare corpus & sanguinem Domini. *A pag.* 343. *vsque ad* 346.

C
IN HEBDOMADA MEDIA SEV Dominica Lætare.

EIusdem sermo 14. ad ea verba, *Isaie* 66. *Lætare Hierusalem & conuentum facite omnes, &c.* I. Inquirit cur Ecclesia hoc tempore tripliciter exhortatur ad lætandum. Et dicit triplicem esse exultationem: Præteritam, pro exitu Israel de Babylone. Quotidianam, pro introitu in libertatem filiorum Dei. Consecutiuam, pro requie à laboribus in gaudio cælesti. II. Explicat cur in hac die ad hanc triplicem exultationem hortetur. Vbi, data occasione secundæ exultationis, de sex hominum tentationibus fusè differit. *à pag.* 346. *vsque ad* 349.

IN DIE PALMARVM.

Eiusdem sermo 15. in illud, *Isaie 4. Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa dicentes, &c.* I. Verba Prophetæ ad litteram expendit. II. Eadem ad allegoriam trahit: & 1. Virum vnum esse Christum, & quomodo vnus sit. 2. Octo esse vnitates, quarum septem apprehenderunt vnam. Carnalem, naturalem, moralem, virtualem, personalem, socialem, spiritualem, supremam substantialem, vel super-substantialem. De quibus fusè discurrit, sub figura, septem mansionum, septem summitatum in candelabro, quibus septem dona S. Sti. superponitur: septem infusoriorum. Hæc ad Christum, octauam vnitatem, reducuntur. III. Hodie in processione Euangelica septem mulieres virum vnum apprehendisse, quæ sunt, Patres veteris & noui testamenti in fide vna; designati per eos qui præcedunt & qui sequuntur. IV. Quomodo hi dicant: *Panem nostrum comedemus.* Non iam alienum, doloris; sed nostrũ gaudij in cælo. V. De vestimentis, corporis quidem, immortalitate; animæ autem, innocentia. VI. Nomen Dei, Christiani, inuocari debere super nos, vt verè Christi & Christiani simus. *A pag. 350. vsque ad 353.*

IN HEBDOMADA POENOSA.

Eiusdem sermo 16. ad hæc verba, *Isaiæ 38. Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues.* I. Post litteralem sensum, ea verba dici animæ cuilibet vult, vt ad communicandum in Paschate domum disponat si viuere vult. II. De qua domo loquatur Spiritus sanctus. Sunt enim quatuor domus, & totidem Domini: domus dæmonis, domus hominis, domus animi domus Domini. De qua postrema est sermo. III. Virtutes esse per quas disponitur animus; quæ & ipsæ dispositione indigent. Vbi de interiorum & exteriorum hominis clientum dispositione agit. Externi sunt, quinque sensus: interioris, quatuor animi affectiones, gaudium, dolor, spes & timor. *A pag. 354. vsque ad 357.*

IN COENA DOMINI.

Eiusdem sermo 17. hæc examinat, *Ioann. 13. Cum dilexisset suos Iesus, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* I. Docet id intelligi, aut de omnibus electis, aut de prælectis discipulis suis. Et vtrobique considerat, quis, quomodo, quos, & quantum dilexerit. II. Circa quantum duo proponit, lotionem pedum, & sacramenti institutionem. III. Quam multa & varia conferat Deus Christianis beneficia bonis & malis examinat. *A pag. 357. vsque ad 359.*

B Eiusdem sermo 18. ad hæc verba, *Matth. 26. Scitis quia post biduum Pascha fiet.* I. Tradit has voces, non solum esse Christi ad discipulos; sed etiam Ecclesiæ ad filios suos, vt præparent se ad esum escæ salutaris. II. Hanc præparationem fieri per biduum, quod est, declinare à malo, & facere bonum. III. Ad duo genera hominum hanc fieri admonitionem: Deiuidum, & pedissequm. Huic proponi, non viam sanguinis, in passione, sed alteram aquæ triplicis, cordis, oris, & operis, quæ sunt velut tres dies. IV. Deiuido autem, non solum aquæ triplicis; sed etiam sanguinis per quintuplicem effusionem. *A pag. 359. vsque ad 361.*

C

IN ANNVNTIATIONE B. VIRGINIS.

Eiusdem sermo 19. in Scholis habitus, ad illud, *Cant. 3. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, &c.* I. Hodie cum inceptus est filius Dei, hæc verba compleri asserit. II. Per filias Sion intelligi, vult litteratos sacros. III. Egrediendum eis esse tradit de terra nostra, de cognatione, de domo Patris. IV. Videndum esse Regem Salomonem, id est, Christum placabilem & desiderabilem, ostendit. V. Diadema in quo videndus est, esse duplicẽ coronam: Vnam, animæ bona naturalia ordinata, quæ sunt quatuor, Timor

A uulo, Christo nato reguntur. *A pag.* 385. *vsque ad* 388.

IN FESTO SS. IACOBI, CHRISTOPHORI & Germani.

EIusdem serm. 24. ad hæc verba, *Deuter.* 17. *In ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum.* I. Tractat de tribus ordinibus testium, primo, medio, & vltimo. De quibus simul agit. II. De primo ostendit dici illud quod in themate. Est enim Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; per quem omnia, creantur à Patre, reconciliantur à filio, glorificantur à Spiritu Sancto. III. Proponit de secundo ordine testium in Ecclesia: de Apostolis, Martyribus, Confessoribus: quorum doctrina, in tribus est: Spirituali generatione: speciali dilectione verbi incarnati, forma Christianæ religionis. Quorum singula in tribus sunt. 1. in baptismo, in pœnitentia, in Martyrio. 2. Vt Christus diligatur, dulciter, sapienter, & fortiter. 3. vt sobriè, piè & iustè viuamus. IV. Tertium ordinem testium introducit; qui sunt, Spiritus, aqua & sanguis. V. Redit ad secundũ ordinem testium, qui hodie apparent in Iacobo Apostolo, in Christophoro Martyre, in Germano confessore. Quos timendos dicit: sed id præsertim explicat de Sancto Germano. *A pag.* 381. *vsque ad* 384.

Eiusdem in eodem festo sermo 25. ad hæc verba, *Isaiæ* 11. *Vitulus, leo, agnus morabuntur simul, & puer paruulus minabit eos.* Ad claustrales. Et verba eadem exponit, 1. de generali conuersatione fidelium in Ecclesia, 2. de personali trium sanctorum in vnam solemnitatem, 3. de speciali virorum claustralium in vnam cohabitationem. I. In primo, Vitulus, Iudæos: notat. Leo, gentiles: Agnus, Christum amborum mediatorem. II. In secundo, Leo, Apostolum: Vitulus, Martyrem: Agnus, confessorem. III. In tertio, Per Leonem, Pastor: Per vitulum, dispensator: Per ouem, Conuentus incipientium, proficientium, perueníentium, errantium, intelliguntur. Hi omnes à puero par-

IN FESTO S. PETRI AD VINCVLA.

EIusdem sermo 26. ad illud, *Actor.* 12. *Nunc scio vere quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me, &c.* Ad Canonicos Regulares. I. Docet hanc historiam litteraliter ad duo nos instruere, 1. vt omnem spem in Domino ponentes, bona nostra ipsi attribuamus, 2. vt in principio sermonis exemplo Petri quisque sit accusator sui. II. Spiritualiter ex eadem nos pasci ostendit. Intelligit enim hæc de Ecclesia, de viro contemplatiuo, & de spiritu humano. III.
B De Ecclesia, tempore gratiæ, ad quam missus est magni consilij Angelus, Christus, qui solus saluat à dæmone spiritali Herode: & de criminibus vniuersis, veluti de plebe Iudæorum. IV. De contemplatiuo seu claustrali, cùm firmus fuerit in proposito, & cum Petro portam ferream transierit. Vbi de prima & secunda custodijs transeundis; vinculo consuetudinis, & impetu tentationis. Porta autem ferrea; est species veritatis. Prima transitur, per obedientiam; secunda, per humilitatem: porta ferrea, quæ est tentatio sub specie recti, per constantiam & firmitatem. V. De homine in die obitus, cum liberatur de corpore mortis huius. *A pag.*
C 388. *vsque ad* 393.

Eiusdem in eodem festo sermo 27. ad illud *Psal.* 115. *Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* I. Exponit id de solutione Physicalis nodi per mortem Petri. II. Intelligit spiritualiter de vinculis vanitatis, quæ septem constituit, non solum septem peccata mortalia, sed præsertim septem fontes vitiorum, 1. Negligentia, 2. curiositas, 3. cupiditas, 4. experientia, 5. consuetudo, 6. contemptus, 7. malitia. Et quid ab his solutus dicere Deo debeat, admonet. III. Docet Petrum accepta soluendi potestate, ab his homines liberare. Et alia esse vincula necessitatis quibus ligat Petrus. IV.

Esse etiam vincula voluntatis, quibus A se homoligat; scilicet, obedientia, & professio regularis. *A pag. 393. vsque ad 394.*

IN ASSVMPTIONE B. VIRG. MARIÆ.

Eiusdem sermo 28. Ad claustrales. In illud, *Isaiæ 35. Data est ei gloria libani, decor Carmeli & Saron.* Ad quæ considerat triplicem coronam qoæ in terris reposita B. Virgini, hodie redditur in cælis. I. Qnod Virgo fuit, & sic ei conuenit gloria libani, id est, candidationis, seu puritatis Virginalis; quæ in tribus consistit, 1. in manipulorum numero, 2. in cantico nouo. 3. in itinere cum agno. De quibus sigillatim tractat. II. B Ostendit eidem datum esse decorem Carmeli, id est circuncisionis spiritus, & carnis, cum beata efficitur in corpore & anima. III. Item decorem Saron id est, principatuum, seu Angelorum, supra quos est exaltata, quia mater Dei est. *A pag. 393. vsque ad* 400.

Eiusdem sermo 29. de eadem solemnitate. Vbi nil de Virgine Maria, sed tantum ostendit, sponsum esse Deum, sponsam animam. Item quibus vijs sponsus ad sponsam veniat, per montem Myrrhæ & colles libani; id est, per abstinentiam, concupiscentiam carnis occidit: & per munditiam cordis, ignorantiam mentis abstergit: Post quæ ingreditur sponsus; & quid sponsæ loquatur aperit, admiratus eius pulchritudinem. Deindè introducit; qua via sponsa ad sponsum suum venire debeat, docentem sponsum, ad hæc verba, *Cant. 4. Ibo ad montem myrrhæ, & ad colles Libani, & loquar sponsæ meæ. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, veni de libano. Veni; coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus Leonum. de montibus pardorum.* Quæ paulò aliter legit. *A pag. 400. vsque ad* 404.

IN FESTO S. AVGVSTINI.

Eiusdem sermo 30. ad hæc, *Melior canis viuus leone mortuo.* Ad Regulares. I. Interpretatur canem viuum, simplicem Christianum: Leonem mortuum, Iudæum de iustitia legis glориantem. II. Adaptat hæc D. Augustino, qui antè conuersionem erat leo mortuus; postea autem canis viuus. Antea insignis Philosophus, postea vtilis vigil. III. Quatuor in cane dicit commendari latratum vtilem, linguam medicinalem, sagacitatem mirabilem, fidelitatem commendabilem. Quæ etiam in D. Augustino aperit. IV. Eundem comparat Leoni mortuo Sampsonis, in cuius ore spiritaliter occisi, inuentus est fauus mellis. Vbi & de institutione Canonicorum regularium tractat. *A pag. 405. vsque ad* 408.

Eiusdem in eodem festo sermo 31 ad hæc, *Prouer. 25. fili mel inuenisti, comede quod sufficit, ne fortè satiatus euomat illud.* I. Patrem erudientem filium introducit, vt sit moderatus in inquisitione Scripturarum. II. Mysticum sensum triplicem proponit. Vnum generalem ad iustum, circa fidem & cultum vnius & trini Dei. III. Alium singularem, ad D. Augustinum; quem erudit Ecclesia. Vbi de quo melle loquatur, tradit, & quatuor eius species facit, totiC dem scientiarum genera: quarum vltima est Euangelica. IV. Exponit eadem verba, vt D. Augustini ad Canonicos Regulares, & mel appellat mediocritatem, quam vocat Ordinis caracterem. *A pag. 408. vsque ad 412.*

Eiusdem de eodem sermo 32. ad hæc verba, *Genes. 22. Tolle filium tuum Isaac, quem diligis, & offer, &c.* I. Ex historia ædificari tradit filios obedientiæ. II. Quod ad Abraham est dictum, ad D. Augustinum trahit: Et quidem tria nomina Rem, Abram & Abraham tribuit D. Augustino. III. Declarat D. Augustinum Abraham dictum in Ordinis institutione, filijs suis loquentem verba thematis. Isaac propriam voluntatem

tatem interpretatur, Deo offerendam supermontem paupertatis; quam vocat fundamentum Religionis. IV. Agit de progressu regularis disciplinæ quem repræsentat in Abrahamo ad montem properantè V. Tractat de exitu regularis disciplinæ, qui est in solutione corporis, & ingressu beatitudinis. *A pag.* 412. *vsque ad* 415.

A

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

Eiusdem sermo 33. ad claustrales, circa hæc, *Isai.* 25. *In die illa faciet Dominus in monte hoc, conuiuium, &c.* I. Exponit hanc sententiam de die iudicij cum colligentur sancti vt comedant super mensam Dei. Tùm etiam de mensa Dominici corporis. II. Vult accipiendum, de tempore legis Euangelicæ, quod est verè dies illuminans hominem. In quo, mons est Ecclesia militans, in quo facit conuiuium, id est, memoriam Sanctorum omnium; qui sunt pingues, & vindemia pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ, id est, transeuntium ex hoc mundo, & nil purgandum habentium. III. Tradit cur scriptura plenitudinem beatitudinis vocare soleat cõuiuium, prandium, cœnam, nuptias. Vbi & de ordine conuiuij, & de conuiuiis agitur. *A pag.* 416. *vsque ad* 421.

B

Eiusdem de eodem sermo 34. ad claustrales. In illud, *Psal.* 120. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet &c.* I. Hanc vocem esse vigilantis & laborantis Ecclesiæ, ascendentis ad Ecclesiam triomphantem. II. Canticum hoc, proprium esse huius solemnitatis, in qua Ecclesia ad omnes montes sanctos leuat oculos suos, vndè ei veniat auxilium. Vbi distinguit quatuor mõtes, à quibus partim fugiendum est, partim expectandum auxilium. III. Applicat hoc canticum, vt sit responsio viri contemplatiui siue claustralis contra irrisiones alicuius in sæculu degentis, & insultantis ei de abiectione sua. *A pag.* 421. *vsque ad* 425.

Eiusdem de eodem sermo 35. Ad claustrales, ad hæc verba, *Psal.* 121. *Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio erit in idipsum.* I. Sermonem esse hic de Hierusalem cælesti, quæ sola est vt ciuitas, & in id ipsum; non autem in illud & illud, id est, non est variabilis. II. Attendit quomodo ædificetur vt ciuitas, similitudine scilicet: quia in ciuitate ædificanda tria sunt. 1. violenter extrahuntur lapides. 2. poliuntur. 3. disponuntur locis suis. Ita sancti hic violenter separantur in angustia & afflictione: in purgatorio polinntur: in cælo collocantur. III. Hanc eandem ædificationem aliter proponit, vt fiat ad exemplar Hierusalem terrestris sub Iesu magno, Zorobabel duce, & sub Nehemia. Vbi septem portas, ait esse septem beatitudines. Octauam verò esse instar intercapedinis inter portas murorum. Vel septem portæ sunt, Angeli, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines. IV. Muros esse constructos ex actiuis & contemplatiuis, &c. *à pag.* 425. *ad* 429.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

Eiusdem sermo 36. Ad claustrales, in hæc verba, *Psal.* 9. *Domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierum.* I. Domum Dei decere sanctitatem & qualem explicat. II. Agit de quadruplici domo Dei: Orationis; Vniuersitatis, totus mundus in quo est. Quietis, anima iusti: Refectionis, corpus immaculatum, quod officijs iustitiæ, vt ferculis, Deo seruit. III. Ostendit quamlibet domum, suam habere sanctitatem, & præteritâ eâ quæ vniuersitatis est; Templum, dedicationem; quam mysticè exponit & applicat animæ; Corpus, religionem: Animum, adoptionem. Porrò de templi dedicatione considerat hæc, aspersionem; inscriptionem; vnctionem; illuminationem; Benedictionem, & mysticè exponit. *à pag.* 429. *vsque ad* 432.

C

SEQVVNTVR SERMONES HABITI in Synodis.

EIusdem sermo 37. ad hæc: *Genes. 46. Si dixerit vobis Tharao, quod est opus vestrum? respondete: Viri pastores sumus.* I. Consilium hoc quod à Ioseph datum est, proponi à Iesu Prælatis, vt diabolo respondeant inquietanti illos. II. Dicit eos debere esse viros probos, & pastores solicitudine. III. Tradit Prælatos esse in agris Domini, qui quatuor sunt. 1. est floridus, & est ipse Prælatus. 2. Pascuus, & est sacra scriptura. 3. sationalis, & est subditus. 4. consitus, & est pœnitens. Et quid singulis congruat belle aperit. *A pag.* 432. *vsque ad* 434.

Eiusdem sermo 38. Ad hæc, *Oseæ* 12. *In manibus Prophetarum assimilatus sum.* I. Interpretatur hæc verba de Prophetis Leuiticis, seu legis antiquæ, qui fuerunt totius Trinitatis. II. Intelligit de Prophetis Euangelicis, id est, Sacerdotibus, & ostendit eos in multis esse Deo similes, & præsertim in quatuor. 1. prædicatione. 2. pro inimicis intercessione. 3. Corporis Christi dispensatione, & 4. exemplari conuersatione. III. Docet hæc omnia sacerdotem debere Deo offerre cum libamentis; Prædicationem, cum vino & oleo: intercessionem, cum rosa & lilio: Corpus & sanguinem, cum igne & gladio; Exemplum in mensura, numero, & pondere. *à pag.* 434. *vsque ad* 436.

Eiusdem sermo 39. ad hæc, *Psal.* 2. *Erudimini qui iudicatis terram.* I. Tradit duo esse genera iudicum, Poli & fori. Ad priores sibi esse sermonem. II. Hos iudices debere esse eruditos à duplici ruditate; mentis, seu ignorantia; & corporis, seu immunditia. III. Id præcipuè necessarium esse cum iudicant terram; quibus tria conueniunt, 1. forma viuendi, verbo & exemplo. 2. Ordo ministerii, sine intermissione orando. Vbi de septem horis Canonicis. 3. Modus iudicandi, qui consistit in confortatione & exhortatione peccatoris: & prædicatione generali contra pecca-

A tores, & iterum vt audiat confessionem peccatoris patienter; Denique vt causas criminum inquirat, & ita de alijs. *A pag.* 436 *vsque ad* 440.

Eiusdē sermo 40. ad hæc, *Ioan.* 15. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, &c.* I. Pastoribus animorum loqui hic Pastorem bonum, asserit. II. In his, quatuor attendenda docet. 1. Dignitatem eorum. 2. Officium. 3. cautelam. 4. constantiam. De quibus sigillatim tractat. *A pag.* 440. *vsque ad* 443

Eiusdem sermo 41. ad id. *Psal.* 2. *Et nunc Reges intelligite erudimini qui iudicatis terram.* I. Explicat quis loquatur, Deus. Et quibus loquatur, Regibus: quorum quatuor sunt species, Gen-

B tium, animarum, tenebrarum, & corporum. Et loqui solum ad Reges Gentium, animarum & corporū. Et quam illi terram iudicent. II. Ad hos dici à Patre & filio & S. Sto. *Erudimini.* III. Speciatim considerat Spiritum sanctum ad Sacerdotem loquentem cum diuina celebrat, vt discat ex his quæ aguntur, quæ sibi debeat, & quæ fratri. Vbi multa de vestibus Sacerdotalibus. *A pag.* 443 *vsque ad* 447.

Eiusdem sermo 42. ad hæc, *Thren.* 2. *Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion.* I. Senes filiæ Sion Sacerdotes sunt, quos ad sponsam suam custodiendam, vt vicarios, Dei filius reliquit. II. Ho-

C rum custodum negligentia hic deploratur à Saluatore, quod sedeant, qui deambulare deberent. 2. quod in terra sedeant, qui deberent in nauicula Petri sedere. Vbi de triplici sessione, super flumina Babylonis: ad mensam diuitis: in nauicula Simonis. III. Sedendi in terra duo facit genera; in terra sua, & in terra aliena. IV. Deinde arguuntur quod conticuerunt duplici modo, vita, & doctrina. Vel, omnes modos loquendi suppresserunt, qui sunt tres; Docere, mouere & orare. *A pag.* 447. *vsque ad* 449.

Eiusdem sermo 43. ad hæc, *Ioann.* 12. *Qui mihi ministrat me sequatur.* I. Id dictum vult ab vno Deo, ministris tabernaculi sui medii temporis, in quo fa-

ctus est homo, nobiscum conuersatus. Propriè autem ad Sacerdotes & Prælatos. Vbi varia distinguit ministrorum, temporum & officiorum genera. II. Agit de ambulatione Christi manifesta in vna domo, quæ est Ecclesia, cuius partes considerat, cœnaculum, auditorium, cubiculum. III. In his omnibus, ministro sequendum esse Christum, tradit. IV. Assignat tres vias, quibus in illis domus partibus est ambulandum. 1. est mandatorum. 2. est veritatis; 3. est testimoniorum. Et circa hanc tertiam, varia explicat, quæ dicuntur & fiunt in sacro Missæ sacrificio. *A pag. 450. vsque ad 453.*

Eiusdem sermo 44. ad hæc, *Threa. 4. Paruuli petierunt panem & non erat qui frangeret eis.* Docet Sacerdotes institui vt filijs frangant panem. Tres etiam esse species panis. 1 est Pharaonis, tres concupiscentiæ apud D. Ioann. in quibus Sacerdotes sunt iudices. 2. Oblationis, est oratio ampla, deuota & pura. 3. Propitiationis seu salutis, qui est triplex, Angelorum, Eucharistia: filiorum, verbum doctrinæ: amicorum, exemplum vitæ *A pag. 453. vsque ad 454.*

Eiusdem sermo 45. ad hæc, *Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* I. Hortatur Sacerdotes ad continentiam & opera pietatis: quorum hic mercedem tradit significari. II. Pauperem hunc esse Christum; super quem intelligit, qui Deum confitetur & hominem; qui liberabitur in die mala, id est, iudicij. III. Transit ad explicanda verba. *Oseæ 4. Si fornicatus est Israel, saltem Iuda ne delinquat. Nolite ingredi in Galgala, & in Bethauen ne ascendatis.* Vbi per Iudam sacerdotes intelligit, ad duplicem confessionem adstrictos; proprij peccati; & laudis Diuinæ. Quos hortatur à luxuria & auaritia cauere. *A pag. 455. vsque ad 458.*

Eiusdem sermo 46. ad hæc, *Apocal. 8 Stetit Angelus iuxta aram templi &c.* Docet hic agi de Christo, & de Christi ministro. I. Christus est Angelus magni consilii, cui resurgenti data sunt in- A censa exultationis. Thuribulum, est caro Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ. II. Sacerdos est Angelus. In quo tria considerat. 1. introitum ad altare Dei, & duplicem causam intrandi; scilicet, vt turibulum habeat aureum, id est, corpus Christi administret, & oratione intercedat 2. vbi tria officia sacerdotis distinguit Pastoris iudicis, intercessoris. De quibus sigillatim tractat. 3. & ad vltimum de collectis Missæ & orationibus disserit. *A pag. 458. vsque ad 461.*

Eiusdem ad Sacerdotes & Prælatos sermo 47. in hæc verba, *Psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus.* I. Hæc verba, quæ de primo homine & posteritate B eius dicta sunt, interpretatur de prælatis, quibus cauendum est ne cadant. II. Quatuor constituit gradus quibus ascendit Sacerdos Dei, vt stet super speculam. 1. Naturæ, per quem est homo. 2. gratiæ, per quem fidelis. 3 excellentiæ, per quem sacerdos 4. Potentiæ, per quem Pastor. III. Vnicuique generi suum attribuit idioma. 1. in honore. 2. in decore. 3. in dignitate. 4. in potestate. De quibus sigillatim agit, & singulos ostendit non intellexisse, sed comparatos iumentis fuisse. *A pag. 462. vsque ad 464.*

Eiusdem ad prælatos sermo 48. in id *Ionæ 1. Descendit Ionas ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui.* Vbi Ionam nota- C re vult prædicatorem: de quo quatuor examinat. 1. quis mittitur, Ionas filius Amathi, id est, columba, filius veritatis. 2. à quo mittitur, à Christo. 3. ad quem mittitur ad Ecclesiam. Denique fugientem, dicit à facie Domini, non populi, coram quo elucet. Et fugit in centinam vitiorum; vbi periclitatur; sed desperare non debet, si clamet ad Dominum. *Pag. 464. & 465.*

Eiusdem ad Monachos sermo 49. in id *Prouerb. 4. Omni custodia serua cor tuum, &c.* Loqui Patrem spiritualem de spiritus iustitiæ custodia, constituit: Et introducit Patrem Deum, filios erudientem, actiuum, qui est filius gratiæ; & contemplatiuum, qui est filius obe-

dientiæ: & Prælatum qui est filius dexteræ Quos docet cordis custodiam filium autem gratiæ, etiam corporis, in quinque sensibus custodiam. Et filium dexteræ, cordis, carnis & gregis Dei. *A pag.* 465. *vsque ad* 467.

Eiusdem ad Monachos sermo 50 in id *Psal.* 118. *Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam.* Vbi duo considerat. I. Electionem Religiosi, *Portio mea Domine.* II. Professionem, *Dixi, custodire legem tuam.* Eligit autem Deum solum sine alijs, etiam seipso. Et hanc electionem ait esse prouidam, necessariam, securam. Monachum sic ligatum propriâ voluntate, patienter omnia sustinere debere. Deinde agit de lege quam elegit; quæ duplex est; lex mandatorum Dei: & lex Apostolica, vitæ communis, in communi dilectione, in communi substantia, in communi obedientia. Denique Ordinis rigorem quo vitia emolliant recenset, maximè curiositatem, & nouorum in particulari adinnentionem, & alia eiusmodi. *A pag.* 467. *ad* 469.

Eiusdem de Virginibus ad Moniales sermo 51. in hæc, *Psal.* 44. *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, &c.* I. Auditorum verbi Dei tres ordines statuit. Pigros, actiuos, & contemplatiuos. II. Audiendum esse verbum Dei, sed & faciendum. III. Filiam Dei, esse animam fidelem; cuius sunt tres gradus, captiuæ, liberæ, & beatæ. Captiuæ dici vt reuertatur: liberæ, vt confortetur: Beatæ, canite Domino in Sion & similia. IV. Animæ obliuiscendum esse populum. Tres esse populos inimicos animæ. Scholares, homines malos: Carnales, desideria carnis: Spirituales, cogitationes nostras. V. Obliuiscendum quoque esse patrem. Tres sunt patres. 1. gignit ad vitam carnis. 2. est diabolus. 3. est Deus. Postremus hic, est præferendus & in psalmo audiendus. VI. De decore animæ agit, quem rex concupiscit. *A pag.* 407. *vsque ad* 472.

A

IN FESTO TRANSFIGVRATIONIS.

Eiusdem tractatus de Trãsfiguratione Domini, circa Euangelicam historiam, quam explicat per partes, & varia obseruat documenta. I. Quomodo corpus Christi glorificatum, remanserit mortale. II. Doceri hic corporum resurgentium gloriam. III. Illuminationem omnium per Christum. Vestimentorum Christi, id est, fidelium in baptismo candorem, & in pœnitentia. V. Apparere Moysem & Eliam, ad notandas, mansuetudinem, & seueritatem Christi. VI. Petri excessum imaginem esse animæ desiderantis frui

B Christo & gloria Dei. VII. Totam Trinitatem in hoc mysterio fuisse manifestatam. VIII. Christum verè esse filium dilectum. IX. Si discipuli dilecti non potuerunt sustinere faciem gloriosam Christi, quid nobis miseris eueniet in die iudicij? X. Discipulis in altum oculos leuantibus visum esse solum Iesum, quia quanto quis de maiestate Dei scrutatur, tantò minus videt. XI. Mysteria nostra non esse passim publicanda declarat. *A pag.* 474. *vsque ad* 480.

IN FESTO CONVERSIONIS S. PAVLI.

C Eiusdem tractatus, expendit conuersionis Pauli historiam quam refert S. Lucas, *Actor.* 9. Et varia indè elicit documenta, quæ videre poteris. *A pag.* 480. *vsque ad* 483.

IN FESTO NATIVITATIS DOMINI.

Sancti Procli Archiep. Constant. laudatio sacro-sanctæ Dei genitricis & Dominæ nostræ Virginis Mariæ oratio I. Primo solemnitatis celebrandæ iustam tradit esse materiam. B. Virginem, cuius variis elogiis & titulis laudes prædicat. II. Præsertim efferre quod ex ea natus sit Christus Deus & homo, & illa Virgo permanserit. III.

Partum hunc non esse erubescendum pluribus ostendit. IV. Christum verè fuisse Deum. V. Necessarium fuisse, vt ille qui naturam vniuersam ex nihilo vt esset, effecerat, vitam morti additis reperiret. VI. Tàm immensam Christi erga homines benignitatem considerat, quod naturæ auxilium postulanti ipse præstiterit. VII. Contra Iudæos, Christum non esse purum hominem, nec etiam purum Deum deducit. *Editionis Romanæ Græco-Latinæ in 4. apud Heredem Bartholomæi Zanneti anno 1630. Studio Vincentij Riccardi Clerici Regular.. A pag. 59. ad 66. Refertur in hac Bibliotheca in festo Natiuitatis Domini paulo aliter, pag. 53.*

B Eiusdem Oratio 2. De incarnatione Domini Iesu Christi, & de infusorijs. Initio Psalmodiæ encomia celebrat. II. Psalmis asserit filij Dei Diuinitatem & coæqualitatem prædicari; vndè Hæretici confundantur. III. Cum esset Deus in terris visum esse ex Propheta edocet, sine Diuinitatis diminutione: quod ipsæ creaturæ contestatæ sunt. IV. Virginitatem Mariæ post partum affirmat. VI. Adamum primum, figuram fuisse secundi docuit. Et cur Eua è costa dormientis formata fuerit; præsertim vt incarnationis Dei mysterium rimari non posse ostenderetur. VII. Contra Iudæos agit, contestantes Deum in terris visum non esse nisi Moysis tempore. Docetque Deum hominem à Virgine generari potuisse, ex variis Prophetarum oraculis. Denique agit de septem lucernis, seu legibus, & totidem infusorijs id est, donis Spiritus sancti: lampade & oliua: quæ omnia verbo Dei incarnato adaptat. *à pag. 101. ad 110.*

Eiusdem Oratio 3. De incarnatione D. N. Iesu Christi I. Festorum dierum recursum exhilarare animum persuadet. II. Festorum Dei & diaboli diuersitatem tradit. III. Huius solemnitatis mysteria sigillatim aperit & demiratur. *a pag. 130. vsque ad 132.*

Eiusdem Oratio 4. In natalem D. N. Iesu Christi. I. Ostendit præclaram esse & admirabilem præsentis solemnitatis causam. II. Excitat variis titulis, vt mysteria præsentia intueantur: & omnes inuitat. III. Pluribus exemplis agit contra Iudæos pro Virginitate Mariæ post partum. IV. Infantulo patris experti, omnem creaturam hospitalitatis munera offerre, deducit. *A pag. 143. vsque ad 147.*

Eiusdem Oratio 5. laudatio S. Virginis ac Dei genitricis Mariæ. Orditur à Sanctorum reliquiis, quæ vno conclusæ loco, per totum resplendent orbem, & solemniis celebrantur. II. Aperit inter omnes nil hac solemnitate esse celebrius; quia nullus ex omnibus sanctis est cum Virgine comparandus; cum illum quem in ænigmate viderunt incarnatum, portauerit in vtero. III. Nihil huic Natiuitati obesse potuisse declarat. IV. Redit vt dicat, nihil esse cum Virgine comparandum ex omnibus. V. Benedictam eam fuisse inter mulieres ostendit. Quæ verba Angeli ad Mariam illustrat. *A pag. 177. vsque ad 181.*

Eiusdem oratio 6. de eadem materia. I. A quæstus studio, ad mare historiæ Virginalis ascendendum esse hortatur. II. Virginalis puritatis indumentum considerat; quo & filius Dei indutus est, Rex & Sacerdos III. Tùm de ea Virginitate multa & subtilia obseruatu, ex scripturis congerit: Quod sit fauus mellis: paradisus spiritualis: C promissionis terra, in qua comeditur lac & mel, sed mel siluestre puritatis. IV. Attollit variis exemplis & titulis Virginitatis decus. V. Eum qui genitus est & intrauit in sancta Deum verum esse probat. VI. Tum, vt Virginis integritatem statuat, expendit verba, *Matth. 1. Antequam conuenirent, inuenta est, &c.* Ereirca partum Virginem dialogum instituit Mariæ & Ioseph. VII. Deindè examinat pendentem animum Mariæ ad Angeli verba, & inter eos colloquium miscet. VIII. Filii Dei Matrem Virginem compellentis & confirmantis ad tàm ingens bonum suscipiendum, apostrophen describit. IX. Discrutiantis se diaboli de tanto mysterio, verba componit. Om-

nemque viam ineuntis, vtrùm ſtupendi miraculi gloriam euacuet. X. Tum exquirit quibus præconijs inconcaminatum exornet characterem puritatis, quam multis productis figuris attollit & commendat. *A pag.* 204. *vſque ad* 218.

IN SANCTA THEOPHANIA.

EIuſdem ſermo 7. Principio oſtendit, hodiernum diem miraculorum incremento cumulari, cum Saluator in Iordane baptizatus eſt, ſupra præteritas ſolemnitates; idque multis titulis. II. Excitat vt inſpiciamus iuſtitiæ ſolem in Iordane ablutum, eique dicamus: *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Nouumque diluuium hic ſpectandum proponi. III. Baptizatum quidem fuiſſe Dominum, non vt expiationis indigum, ſed vt vtilitati noſtræ cōſuleret. 1. vt aquas ſanctificaret. 2. vt ad baptiſmum alliceret. IV. Introducit Ioannem de tanto myſterio mirabundum, & Chriſtum aſſantem. V. Tum apparitionis Chriſti varia profert emolumenta. *A pag.* 279. *vſque ad* 283.

IN FESTO TRANSFIGVRATIONIS Domini.

EIuſdem Oratio 8. cuius ſummarium habes ſupra menſe Auguſti in feſto Transfigurationis. Refertur autem hæc homilia in editione noua Romana. *A pag.* 297. *vſque ad* 303.

IN RAMIS PALMARVM.

EIuſdem Oratio 9. Initio excitat animos vt venienti Domino viam & domum præparemus. II. Expendit verba illa turbarum. *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael*. Turbaſque id clamantes celebrat. III. Turbarum exemplo, gentiles ad Chriſtum fuiſſe concitatos, docet: De quorum conuerſione, vt de gloria Ieſu loquitur, IV. Eandem gloriam Cruci attribuit;

A Et ad occurſum Chriſti inuitat. *A pag.* 321. *vſque ad* 325.

IN SANCTAM FERIAM QVINTAM.

EIuſdem oratio 10. In qua agit de Iudæ proditione. Et I. Multa, ad ſtuporem vſque mira in hac veſpera acta commemorat. II. Tantum & talem hominem Chriſtum teneri voluiſſe tradit. III. Expendit verba Chriſti ad Iudam: *Iuda oſculo, filium hominis tradis*. IV. Radicem omnium malorum eſſe auaritiam probat. V. Iudæ auaritiam inſectatur. V. Quæ vitia fugere debeant, qui ſunt acceſſuri ad Diuina
B myſteria, demonſtrat. *à pag.* 351. *vſque ad* 355.

DE PASSIONE DOMINI.

EIuſdem Oratio 11. in ſancta & magna Paraſceue. I. Varijs exclamationibus quid hodie præſtitum ſit à Chriſto pugnante & victore, exponit. II. Contra Iudæos agit, crucem Domini dicacitate perſtringentes; traditque voluntarie Chriſtum mortem ſubijſſe. III. Quos concitauerit diabolus aduerſus Chriſtum: at creaturam omnem ſuum ſplendorem demittentem in ſui regis morte, introducit. IV. Tum in admirationes & exclamatio-
C nes rapitur, ad ea quæ acta ſunt in Chriſti paſſione. *A pag.* 367. *vſque ad* 370.

IN FESTO PASCHÆ.

EIuſdem Oratio 12. De reſurrectione D. N. Ieſu Chriſti. I. Glorioſam Chriſti captiuitatem concelebrat. II. Pulcheriæ, vt credi par eſt Auguſtæ in laudes diffunditur, quæ crucem exornauerit. III. Chriſti trophea expandit. IV. Contra Iudæos ex verbis Prophetarum & natura elementorum, quæ Dominum lugent, diſputat. Et quid præſtitum ſit nobis per Chriſti re-

surrectionem proponit. *A pag.* 384. *vsque ad* 386.

Eiusdem Oratio 13. in sanctum Pascha. Initio tradit à seculo nihil vnquam esse peractum, proinde ac id quod nunc ipsa fide cernimus. II. Noua facta esse omnia cum Apostolo Paulo 2. *Cor.* 5. prædicat. III. Expendit verba Isaiæ *cap.* 4. *In illa die fulgebit Deus in consilio cum gloria super terram.* IV. Contra Iudæos incredulos agit, obiicientes Deum in terris non apparuisse. Probatque elementorum ipsorum testimonio christi Diuinitatem. *A pag.* 404. *vsque ad* 408.

Eiusdem Oratio 14 in sanctum Pascha. I. Quam omnibus celebris sit hæc dies, & quibus titulis, aperit. II. Differentias constituit inter celebrationem agni Paschalis antiqui, & noui Agni Dei. III. Contra iudæos tractat, non intelligentes typica oracula, & à veritate alienos. *A pag.* 425. *vsque ad* 428.

Eiusdem Oratio 15. in sanctum Pascha & S. Ioannem Theologum Apostolum & Euangelistam. In qua explicat D. Ioannis Euangelistæ verba: *In principio erat Verbum, &c.* quinque sententijs comprehensa. Et tractat de filii Dei substantia & generatione anteuertente omnia fæcula. II. Vnde id didicerit Ioannes percontatur: idque fide intuitum esse asserit; & quæ eadem fide viderit & expresserit, prosequitur. *De hoc tractat Euangelio quod apud orientales in missa recitabatur. Habetur autem, à pag.* 439. *vsque ad* 443.

IN FESTO PENTECOSTES.

EIusdem oratio 16. in sanctam Pentecosten. I. Quanta gratia adueniente Spiritu sancto repleti fuerint Apostoli attendit. II. Spiritum sanctum Deum esse probat. III. Eundem Spiritum sanctum in quacumque lege glorificatum reperiri, declarat. *à pag.* 475. *vsque ad* 477.

IN FESTO S. STEPHANI Protomartyris.

EIusdem oratio 17. Laudatio S. Protomartyris Stephani. I. Hunc Protomartyrem, cum Moyse & Apostolis confert, & præfert in genere: & speciatim cum Petro, Iacobo & Ioanne. II. Laudandū dicit, quod primus in certamen venerit & vicerit hostem. III. Historiam martyrii illius acuratè discurrit. Præclarè perorantem introducit cœlis apertis, Iesum stantē à dextris Dei contuentem: Orantem pro persequentibus: Paulum conuersum. IV. Ad visionem Stephani rediens per illam ait, medelam contra errorem futurum Sabellij præcauendo longè antè apparasse, distinctionem personarum in sanctissima Trinitate oppugnantis. *A pag.* 485. *vsque ad* 495.

Eiusdem oratio 18. de eodem. I. Christum soli comparat, stipatum sanctorum solemniis, velut sol stellis: Cuius cælum sit præsepium. II. Stephanum hodie natum cælo, pluribus elogiis concelebrat, & velut coronam nectit. III. Tum verba *Actor.* 6. expendit: *Stephanus plenus gratia & fortitudine, &c.* Et gratiam ac fortitudinem Stephano coronam intexuisse demonstrat & qua gratia repletus fuerit edisserit; præsertim militem fuisse gratiæ. IV. Quibus de rebus sermonem instituerit Stephanus aduersus Iudæos pugnaturus, aperit. V. Quid ex aduerso contra sanctum, Iudæi attentarint, eleuat. VI. Denique Stephanum cælos apertos, & Iesum stantem è dextris Dei contuentem, examinat. *A pag.* 509. *vsque ad* 516.

Finis Appendicis.

INDEX CONCIONVM
DE TEMPORE.

S. Chrysostomi.

Index Concionum.

Index Concionum.

Index Concionum.

Index Concionum.

Index Concionum.

Index Concionum.

S. Bernardi.

Index Concionum.

Index Concionum.

Index Concionum.

INDEX CONCIONVM
DE SANCTIS.

IANVARIVS.

FEBRVARIVS.

Index Concionum.

Index Concionum.

Index Concionum.

S. Damasceni

Index Concionum.

Tttt

Index Concionum.

Index Concionum.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Elenchi pag. 1. c. 2. Angelicum. Pag. 4. c. 2. Honorio. p. 5. c. 2. ἀδελφοῖς. p. 6. c. 1. Goffridus p. 7. c. 2. Excusa. p. 8. c. 1. panegyricas.

Pag. 1. 1. 2. onerant. 2. a. conceptæ. 3. 1. c. separamur. 2. b. Iudæorum. c. igneas. 12. 2. b. debet. 19. 2. b. meticulosos. 31. 2. c. operatio. 36. 2. b. incipientes. 40. 1. a. quosnam. b. hic sermo. 51. 2. c. laborem. 69. 2. b. restabat. 76. 2. a. competentes. 100. 1. c. parua. 117. 1. b. vineam 120. 1. c. dele, ait. 126. 1. a. amissio. 137. 1. b. vbi. 143. 2. a dele, contra temetipsum sententiam iniurias. 145. 1. b. Vegetium. 152. 1. a saltem. 170. 2. a. dæmoniacam. 180. 2. b. de vno disputat. 220. 1. b. in genere. 230. 1. c. versipellem. 243. 1. c. decuisse. 251. 2. a. lotionem. 337. 1. b. in Christiano. 2. b. hospitalitatem, sublimitatem, vtilitatem. 338. 1. b. regni. 340. 2. b. vtres. 347. 1. c. alio. 349. 2. b. cælum. 356. 1. a. θεομάχοις. b. vni. 364. 1. b. quadruplicem causam. I. est. c. quod. 367. 1. c. potentiis. ib. virtutum. ib rosas. 374. 2. b. farinula. 381. 1. c. consideratione. 382. 1. c. apud nos. 383. 1. c paucis 411. 1. a è Trinitate. 434. b. hunc hominem. ib. c. S. Antonii de Padua, sermo. 444. 2. c. conseruum. 445. 1. b exoluamus. 447. 2. c. reddendos Deo. 452. 1. b. congregatæ. 495. 1. a. pro quo totos. 515. 1. b. solstitia: æquinoctia. 566. 1. c. generationes. 571. 1. b. serpentis. 2. a. eius præconium. 602. 1. c. agrum. 613. 2. a. coetui. ib. vt qui. 2. c. quodam Iacobo ἀδελφοῖς.

Quædam alia irrepsere ob absentiam meam ab operibus, quæ facilè lectoris industria supplebuntur.